




In Carum Lucretium poetam Commentarii a Ioanne Baptista Pio editi: codice Lucretiano dilig̃eter emendato: nodis omnibus & difficultatibus apertis: obiter ex diuersis auctoribus tum græcis: tum latinis multa leges enucleata: quæ superior ætas aut tacuit aut ignorauit. Pellege: lętaberis.

Additus est Iudex literarius.






Venundãtur ab Ascensio.

& Ioanne Paruo.



NICOLAVS BERALDVS ILLVSTRISSIMO VIRO FRANCISCO DELOI-
NO REGIO CONSILIARIO FELICITATEM.



Cripſere primum latino carmine res phyſicas illuſtres poetę duo Em
pedoclis exemplum ſecuti Varro Attacinus Narbonenſis gallus, &
Carus Lucretius Romanus. Quoꝝ alter Pythagoreū dogma ſecutus
dicitur, ſicut hic noſter epicureum: qđ & Hieronymus in Ruffinum
teſtať & Lactantius in eo libro cui titulus eſt de opificio dei apertiſſi-
me confirmat. Egregius vterq̨, quodq̨ multo mirabilius, in tam diſ-
ficilis materiæ genere elegans ac purus. Verū de Varrone alieni ope
ris interprete non ſpernendo quidem, vt Fabius ait, ſed ad augēdam
dicendi facultatem parum idoneo parce dicendum hoc loco, vt cui⁹
ſcripta ætas adhuc noſtra deſyderet. Lucretii vero libri ſex numero
ex antiqua illa ac publica literarū clade reliq, ac velut e naufragio eie
cti, obſcuri primum mutili luxati & a doctis parum antehac intellecti Merulę primū (vt audio)
dein Beroaldi diligentia locis emendati compluribus, mox a Baptiſta pio vetuſtatis diligentiſſi
mo ac plane antiquario interprete reſtituti nobis ac illuſtrati proxime in lucem exeuntes incre-
dibili ſtudioſorum fauore ac plauſu ſunt excepti, non modo q̨ rerum cauſas in iis eleganter Lu-
cretius ipſe explicauerit, q̄q̄ id maximum, ſed q̨ enarrator hic nouitio commentario longe mu-
tatus ab illo qui quondam fuerit vbiq̨ pene & perſpicuus incedat inaffectatuſq̨ ac luculentus
poetam ipſe ſuum ita excutiat, vt nihil fere ſit vltra quærendum. Qua re factum vt qui antehac
ab eius ſcriptis ceu moroſis nimium &, vt eorum ipſorum verbo vtar, putidulis nō aliter q̄ ab in
fami aliqua ac peſtilente domo abhorruerant nouam hāc in Lucretiū interp̄tationem, Lucretiū
q̨ ipſum auide nunc legant & amplectantur, ingenue fatentes Pio præter variam reconditamq̨
doctrinam nec ſtili candorem facultatemq̨ deeſſe. Lucretiū porro ipſum, q̄q̄ de Atomis/inani/
nihiloq̨ quædam cum Epicuro ſuo ſomniauerit, non modo propter doctæ vetuſtatis quæ in eo
viſuntur veſtigia diligentiſſime legendum puto, ſed propter iucundiſſimam rerum cognitionē
dignam homine libero, atq̨ adeo meliorem hominis partem perficientem & ad actiuas, moraleſ
q̨ virtutes ſenſim perducentem. Alioqui ἀφιλόκαλον, vt Plinii Cecilii verbis vtar, illiteratum
ac pene iners eſt non putare tanti naturæ peritiam/quam plærią̨ ſuſceptis difficillimis laborio-
ſiſſimiſq̨ peregrinationibus quæſiere. Quū itaq̨ nuper Lutetiæ primū Aſcenſianis Typis excu
ſus eſſet Lucretius, iamiamq̨ ex imp̄ſſoria officina prodire in lucem geſtiret, vnus tu adeo nobis
viſus es primus hoc munere dignus doctiſſime ſapientiſſimeq̨ Deloine. Etenim quū grauiorib⁹
ac ſanctioribus legum ſtudiis iam olim amœniora hæc copulanda tibi in animum induxeris, poſt
q̨ ſenatorii iſtius muneris adminiſtrationem ad poetica oratoriaq̨ illectamenta deſcendere gau
deas, & in nullo non authorū genere verſari, non mediocri te (ſcio) voluptate Lucretiana lectio
adficiet, propter florulenti carminis inexplicabilem quandam iucunditatem/inimitabilēq̨ ve-
tuſti illius ſęculi, quo primum latina poeſis nata eſt, ſuauitatem amœnitatemq̨ ac plane delitias
quaſdam adorandæ vetuſtatis, quibus mire noſter hic blanditur arrideťq̨ Lucretius. Q̨ ſi ti-
bi verba quædam occurrent duriora, vt occurrent, hypotheſin hic conſiderandam putamus nō
phraſin. Macrum enim & Lucretium Quintilianus legendos quidem putat, ſed non propter or
namenta ac virtutes orationis, neq̨ vt phraſin id eſt eloquentiæ corpus faciant. Alioqui nihil tā
aſperum eſſe apud Lucretium exiſtimo, quod vſu non queat molliri. Et profecto alienis plusęquo
fauemus erga noſmetipſos parū æq, latineq̨ linguæ limites nimiū p̄ferre timem⁹, & in vſum lu
cemq̨ vetuſta ac deſita reuocare. Sed tu hæc melius. Accipe idcirco munus hoc noſtrum eo vul
tu, quo me cotidianum pene conuiuam excipis, & quoties Lucretium in man⁹ ſumpſeris, toties
Nicolai tui fac apud te memoria reuiuiſcat. Vale, Lutetiæ idibus Auguſtis.

Epistola nuncupatoria.

R. AC AVGVSTO ANTISTITI DOMINO GEORGIO CASSOVIO REGIS ILLVSTRISSIMI PANNONII AC BOIEMICI SVPREMO SECRETARIO, EPISCOPO QVINQVECCLESIENSI PATRONO COLENDO, IOANNES BAPTISTA PIVS BONONIENSIS.



RISTOPHANES ANTIQVAE COMOEDIAE princeps, Sacrosancte Georgi dei optumi maxumiq; signifer, & explorator fidei sollertissime, in ranis Bacchũ inducit ad inferos descendere molientem vt Euripidẽ aut eximium quẽpiam vatem inueniret. Apud superos enim neminem reperiebat: nisi malũ. Quod si Petrus ille protomystes & fidei hierarcha factitare in animũ induceret: Pannoniam tanto bono fortunatã peteret vt te omnis diuini & humani iuris cõsultissimum gregis electi moderatorem optaret: In quo tot ac tanta corporis ac animi bona visuntur: tãta felicitas ingenii: vt quocunq; loco natus esses, fortunã tibi ipse facturus viderere: quę rudis in minime facũdo homĩe lingua nõ suppetens animo, dicendi viribus adæquare nõ potest: vt in cuius laude difficilius sit exitum q̃ principium inuenire. Quid patriam tuam Pannoniam recenseã: Pœoniam inquã illam nũc /auctore Liuio/ vocatam Aemathiam: quã fons ingeniorum Homerus libro Iliados vigesimo primo fœcũdam vocitat: vbi Pannonii meminit clari Pelegonis filii strenui bello viri: & ambidextri: qui Achilli formidando bellatori nõ diffidenter ausus est cõgredi. Necnon idem poeta decima sexta Iliados rhapsodia Pyrechmin Pœonum ducem Patroclo concertantem facit: sub quo Pœones ex Amydone vrbe, & late fluente Axio venerant: quos magnus virtutis heroicæ præco Meonides vocat egregios. Præterea Dolon apud eundem poetam Iliados libro decimo Pœonas ancylotoxos arcum lunare & inflectere promptissimos ad partẽ maritimam iuxta Cares, Leleges, & Caucones collocat: q̃bus nõ minus ad lanceã manus & ad ensem q̃ ad arcũ pruriũt. Quem secutus Papinius in Syluis inquit: Pannoniusq; ferox: arcuq; horrenda fugaci Armenia. Sed hæc vulgaria & obsoleta sunt Pannoniam nostra tempestate esse propugnaculum: murũq; trãquillitatis Christianę: vastissimũ, immanissimũ, fœdissimũ monstrũ Turcharum tyrannũ corporũ suorũ obice a ceruicib⁹ nostris arcere: fontem auri & seminariũ vocari. In cuius de fide nostra optime meritæ nationis præconia timide quidẽ pedetentimq; descendi: liberter ac pie tamen: & licet arrogantis sit dicere: cũ ex copia materiæ perorare non liceat: ingrati tamen est tacere. Ex Pannoniis inuictus Philippi ac Alexandri magni cõstabat exercitus: qui plurimũ (vt inquit Appianus) in bellis pręstiterũt. Hi Corneliũ cũ exercitu fuderũt: vnde ingẽs Pœonum fama vniuersam adeo formidine cõcussit Italiam: vt magistratus Romani hos deinceps aggredi non sint ausi. Adde Probum Imperatorem Romanũ oriundũ fuisse Pannonia ciuitate Sytmiensi: & Decium: qui Eutropio auctore Pannonius fuit Bubaliæ natus. Sed hæc de Pannonia satis. Vitili namq; sutiliq; nauigio Aegæum sulcare demẽtis est ocii. Patria, sinusq; felix ille vbi diuinus antistes lucem hausit: terram natus tetigit: lustrico die exorcismo spiritali, & sanctissimis vndis redemptus est: quam reptauit: vbi literas didicit: togam puram sumpsit: est Cassonia ciuitas pollens ac opulens: quã exemplo Thucydidis in Euripidis epigrammate Athenas τησ ἑλλάδασ ἑλλάδα vocantis: nos perinde Cassouiam Pannoniæ Pannoniam vel a tali tantoq; alumno iure vocabimus: quam, ne in assentationis aleam eamus, his contenti seponemus. Parentum maiorumq; suorũ Georgius, omnium qui sunt, fuerunt, erunt episcoporum princeps: nobilitati respõdit: etiam propriũ genus audendo agendoq; crescens illustrauit: fortunaq; vt sæpe alias virtutem est secuta: cum maioribus suis facib⁹ ingenii præluxerit. Insidet enim quædam (vt auctor est Cicero) in optimo quoq; virtus: quæ noctes & dies animũ gloriæ stimulis concitat: atq; admonet non cũ vitæ tempore esse dimittendam cõmemorationẽ nominis nostri: sed cũ omni posteritate adęquandam. Quamobrẽ vir iste lectissimus cũ hanc Euripidis in phœnissis sententiã legerit: ὁ δὲ ὄλβοσ, οὐ βέβαιοσ, ἀλλ' ἐφήμεροσ: felicitatem videlicet humanam instabilem esse ac prope dialem. Et Homeri carmen id nõ vsq;quaq; spreuerit ex Iliados libro vigesimo. ζεὺσ δ' ἀρετὴν ἄνδρεσιν ὀφέλλειτε μινύθειτε ὅππωσ κεν ἐθέλησιν. Iouẽ scilicet ꝑ volũtare mortalib⁹ & augere virtutem & minuere: religionem piaq; mysteria intentissima cura & obseruat & colit: templa recidiua, fatiscentia, sæculorum carie peresa resartit: instaurat: a fundamentis excitat: memorq; vi

tam esse breuem: cursum gloriæ sempiternum: in deo, in mente totus est. quæ omnia spem nobis affirmant: vitę sociam virtutem, mortis comitem gloriam futuram. Quid augusti ac heroici corporis robur: in quo maiestas: & quidam senatorius/regiusq; decor effulget veredus simul ac amabilis: honore verborum prosequar! quæ bona Paris Homericus vocat excellentia: & quæ volentibus etiam non contingunt. Quin ab eodem poeta θεοειδής a specie imperio digna Priam9 appellatur. Sed hæc titubanter & ltrictim recenseo: compertum habens fortunæ, quę ei cumulatissime supersunt, corporisq; bona, quę fortasse Smyndiridem/Sardanapalum/Chſthenemq; delectarēt: hunc diuinum virum susq; deq; facere: & inter ancillares reginæ virtutis appendiculas recenseri: quas tamen qui possidet cum ad bonorum subsidium, munificentiam, beneficentiam conuertit: contagioq; suo polypæo non contaminatur: munitissimum & inuictissimum animum ostendunt. Et profecto (ad te enim me conuertam Archiflamen eminentissime) te bonis exteris beatissimum vocāt omnes: dignitate, auctoritate, existimatione, gratia nō inferiorē his qui vnq̃ fuerūt amplissimi: p̄sertim Laurētio Bistritio nepote iuuene egregio instructo naturæ fortunæq; bonis omnib9: mera probitatis morumq; tuorum imagine: qui, cum raro simul hominibus bonam fortunam, bonamq; mentem dari cōstet, nobilibus est honestatis exemplar: & politici cultus idolon. Quem Bononienses, nec ii solum, sed inuictissimus & sanctissimus pontifex Iulius terræ coeliq; iautor & libenter audiuit & approbauit: quātiq; fis ex nepotis ingenuitate iudicauit. Et p̄fecto tota musęa nostra in laudes illi9 plausibiliter eunt. Doctores & poetæ certatim afferūt venisse sidereum iuuenem vincentem omnia tum dexteritate, tum beneficiis. Ita repente moribus politioribus assueuit: vt nemo tota iuuētute prior habeatur: cui vt olim Romani Sempronio Graeco, sacris/quod tunc perrarum in mandandis sacerdotiis erat, a teneris inaugurato, curam templorum adulescentulo mandasti: quippe cū nō similis peruersissimis clericulis euaserit: qui deos impia mente cōquirunt: violatis oculis legūt: contaminatis manibus attrectāt. A Laurentio nullum laxamentum a studiis datur: pontificii iuris euoluit auctores: poetas intime rimatur: rhetoras me prælegente medullitus excutit: adeo vt omnibus qui Bononiæ musis stipendia faciunt lōge superior euaserit: qui si commilitonibus studiorum suorum comparetur, est anemonam rosæ conferre. In quo non voluptatum blandimentis, vt in multis, sopita virtus cōniuet: sed abdicato cœno/declinatisq; volutabris, virtuti propius adsistit. multa quotidie discit: multa dediscit: qđ Cicero virorum bonorum instituta sequi volenti necessariū putat. Sed iam me pudore tacita veras etiam laudes respuentis modestia suffundit: vt qui semper maluit esse q̃ videri. Inhibebo remos igitur ad Ouidianum, vtinam auspicato, canēs. Dii sibi dent annos: per se nam cætera sumet Sint modo virtuti tempora longa suæ. Cæterum deliberabundus quid primum, mediumve canam: quo fine quiescam: hæreo: & copia me reddit egentem. Occurrit tamen animus ille tibi coelestis episcope coelitus indultus: quo quid sanctius! quid omni religione munitius! Etiam in virēti pubentiq; ætatulæ flosculo, q̃ indoles regia & examinata fuit! nihil humile cogitasti aut dixisti: quod a pueri Catonis ꝓcoci virtute discreparet. Nec in vno gymnasio interiorem hominem excoluisti. Quinimmo peregrinabūdus nomina magna, magnos virtutis aquiliferos indictis pęne tibi voluntariis exiliis, vt Pythagoras, Plato, Tyaneus indagasti: eoq; laborem impendisti & periculum: vnde emolumentum honoremq; sperasti. Quare sub haud pœnitendis magistris lucubratorio labore/vigiliis ærumnosis tantum profecisti: vt solus propemodum sapere viderere. Nam quum Pannoniæ rex felicissimus, ortodoxæ fidei propugnator, vnicus virtutis cuiusq; pēsitator, vt ætatem senescentem curis exonerarēt regni rei inter deos hominesq; pulcherrimæ clauum viro maiestatis imperatoriæ dote conspicuo, dexteritatis, felicitatis, auctoritatis effertissimo meditabundus destinaret: cui labor in negotiis, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in conficiendo, consilium in prouidendo superesset: & cui ingenium idem ad res diuersissimas/parendum atq; imperandum/habile foret: qui Quinqueecclesiensi episcopo superior esset non inuenit: cuius fortitudine, iustitia, continentia, sobrietate, vigilantia, cæterisq; virtutib9 insignem, suopteq; ingenio, disciplinisq; liberalibus temperatum animum nactus obuiis vlnis excepit: in quo videret feruorem & naturalem audaciam ætatem quotidie auferre: quod desideretur consilium in dies crescere: senescentibus, si qui inoliti a corporea sylua fuerant, affectibus: maturescente virtute. In quo radiabat consilii animiq; specimen: & neutiq; vulgatæ laudis ingenii in viuido pectore vigens/virensq; integris sensibus: in quo nulla ars, vt de Catone vere non minus q̃ venuste Liuius inquit: neq; priuatæ neq; publicæ rei gerendæ defuit. Ad summos honores alios scientia iuris, alios eloquentia, alios militaris gloria prouexit: huic versatile ingenium sic pariter ad oia superest vt natum ad id vnum dicas: de quo verius q̃ de Pompeio seditiosissimo

& syllaturo ciue id Ciceronianum elogium adstruemus: neminem vnq̃ tam impudentem fuisse qui a diis immortalibus tot ac tantas res tacitus auderet optare: quot & quãtas dii immortales/ & deorum rex administer ad. R. Georgium contulerunt. Nec tempora sua parce viuentes lauda re solita hunc meritis laudibus ornare desistunt. Meminimus. R. S. Sixti Cardinalem Achillem Crassum Bononiensem virum supra viros omnes: quem honoris & amoris gratia nominauim⁹: liberalitatem, dexteritatem, ingeniiq; sui dotes non sine admiratione recensentem: Sigismundumq; Comitem Fulginatem diuinissimi Iulii Quercentis archigrammateum sæculi nostri decus, facundissimum oratorem, epicum melicumq; poetam, cothurnatum simul & tenerum, historicum florentissimũ: qui Matoniano Protheo similis/nouit: quæ sunt: quæ fuerunt: quæ mox ventura trahuntur: in hoc vno celebrando genitiuũ laconismon exuere: succinente Iaccho Orodryino apostolicorũ secretorum moderatore/græce latineq; cultissimo: eum liberalissimum, piẽtissimum, virtutum omnium numero beatissimum prædicare. Cui non eblandita sed enucleata laude semper tanq̃ optimo soteri suo Paana canens populus omnis Pannonius assurget: hũc semper omnes gentes loquentur: nulla vnq̃ obmutescet vetustas. Et cum Euripide auctore: εἷς ἀνὴρ οὐ πάνθ' ὁρᾷ vnus videlicet homo omnia nõ videat: concilium cogit: vbi Theodorici regis exemplo multa audit: pauca respondet. Cuius animum deum merum in hospitio corporis diuertentẽ cum rex ipse apprime dignoscat: mutum cõcilium: elinguem curiam vocat: vbi Pannonius Cato non interfuit: quem si forte Philocæni & Apicori limo intuetur: hos tanq̃ Iuppiter Homericus: qui deos desciscentes nihilifacit: neq; vt retineat curæ est: meliorem mentem adprecatus: etiam fouet & subleuat. nam auctore eodem poeta Smyrnæo, ἀκεσταί τοι φρένες ἐσθλῶν: sensus bonorum sunt placabiles. Nouit id Posidippi poetę scitu dignissimum: καιρὸς πανδαμάτωρ: vnde cum libere loquentes audiat: quod regium putat Homerus: tanq̃ si Gygis anulum habeat, Plutonis galeam, aut diuinam virgulam, regi ac sibi felicissime cuncta succedunt: nec vt multi ventri & laginæ nati sub leonis exuuiis turpem, vt inquit Lucianus, simiam tegit: sed plura habet in recessu q̃ polliceatur in frõte: & diis hominibusq; plaudentibus semper bonos extollere non cessat: in plures q̃ ὁ μολοττῶν βοῦς partes, curas, & officia distractus: quib⁹ ingenita dexteritate affatim sufficit. siquidem auctore Periandro μελέτη πάντα δύναται: omnia cura potest: & Aeschilo teste φιλεῖ δὲ τῷ κάμνοντι συσπεύδειν θεός: dei facientes adiuuant. Sed quid ego peliam lauare contendo: & Cassioticum nodum soluere? Non si mihi ioris neptunii spiritum vocalissimum natura largiretur: satis essem ad tantæ præconia laudis. Quod cum nouerim facio quod præcones apud Euripidem in Oreste: qui se feliciorum partibus, vt possunt, accommodant. Et si deficiant vires: audacia certe laus erit: in magnis & voluisse sat est. Deberem silere potius Græcæ sententiæ memor. τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ νήφοντος, ἐπὶ τῆς γλώττης ἐστὶ τοῦ μεθύοντος. Silentium tamen a me mihi impetrare nõ possum cum tot ac tanta beneficia ab eodẽ i me collata recogito: munera regia: qualia nec Octauia Virgilio: nec Oppiano Pius Antonin⁹. Nam cũ omnib⁹ virtutib⁹ me effertum esse cupiam: tum nihil est quod malim q̃ me & gratum esse & videri. Hæc est, vt. M. T. eloq̃ntiæ deus attestatur, vna virtus non solum maxima: sed etiam mater virtutũ omniũ reliquarum. Quare quum reculas/viriculasq; meas emetior atq; recenseo non esse soluendo video. Aurum nec dare possumus: quo te sacer Antistes tuasq; fodinas diuite cornu fortuna beatior inaurauit. Honores, quibus non tam vti voluisti q̃ dignus videri, ad satietatem habes. Igitur Hermodori mittam munera hoc est sermones: quæ nos musarũ sacerdotes habemus: quibus est tantũ chartea supellex: sermones inquã mittã nec qualescunq;: sed Lucretianos omnib⁹ litos ingenii luminibus: necnon artis plurimæ: & tibi præcipue: vt tandem pietati sub vmbra tam sacrosancti præsidis imitientur: apud quẽ, si quis infuerit hæreticæ prauitatis asphaltus, influentis Iordanis suauitate dulcescet. Mittam inquã Lucretium non ieiunum vt antea & exanguem: sed solito curatiorem. Attamen minus grauem. Nosti illud adagium ex triuio: ventrem videlicet plenum eẽ leuiorem. In quo subigendo quantum laboris exhauserim non fere tibi explicem vt non terdecies respirem. Deo teste nõ mentior in nullo meo opere fuisse operosiorem. Nec ignoro multos emersuros, qui vt aliquid noui reperisse videanť: noua & aliquando subuentanea pariãt: & mera ægroti veteris somnia nitantur afferre: quando auctore libro vigesimo Iliados Homero ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω: hoc est inuenta etiã stulti inueniãt. Totus Lucretius nodosus, mendosus, imperuius & vti græco inoleuit adagio totus fuit echin⁹ asper. Multi qui añ nos Lucretiũ attentarũt fulgur ex pelui minitantes, echinatam demum doctrinam auersati, canes nilotici facti sunt: & desperatione suborta rhipsaspides. Non desunt quidam scioli: quibus etiam alabastra vnguenti plena putent: qui buccis tumentibus, librato vestigio, labiis demorsis, oculo suspenso, cuncta cauillanť

& incessunt: subduntq; foetores suos & affannias: quib⁹ vt harpyiæ cũcta foedant. Horũ perdelira/commentitiaq; commenta sino præterfluere: nec ideo me ac mea pilo minus amo: quando vt Theognis ait: neq; pluuius Iupiter omnibus placet. Iuuat eñ: vt testat̃ Euripides: aliquãdo nõ nimis sapere. Verum quatenus ii profecerint ex euentu sciemus: &: vt inquit ille: cocta numerabimus exta. Serius tamẽ q̃ speraram: & studiosorũ preces eff lagitabant euolarunt ad te nostri in Lucretiũ Commentarii: operis difficultate votũ tardante. Est eñ festinatio improuida & cæca: tardi sapientes vt inquit Euripides. Lucianũ probaui dicentem. ἡ βραδύπους βουλὴ μέγ᾽ ἀμείνων. ἡ δὲ ταχεῖα ἀεὶ ἐφελκομένη τὴν μετάνοιαν ἔχει: consilia videlicet tardiora esse meliora: celeritatẽ subsequi poenitentiã. Quæ omnia vir amplissime æqui boniq; facias: & pro Pio, qui iã pridem in clientelam tuam nomen staturũ dedit, foetus Pii nouitios amplectere: & quum ab administranda tanti imperii mole ad hæc leniora studia curis obrutã mentem conuertes: Lucretiũ iam vindice Pio formæ suæ restitutũ pellege: & per epistoliũ priori simile scite ac literate perscripto: in quo ῥᾳδίαμ᾽ ἔρηκας: an, q̃d di omnẽ obruant, labores mei displiceãt: aut potius digitum leuandum censeas: innue. Vale æthernum felix clientis tui memor.

Omnia orthodoxę fidei subiicio.

R. Episcopo Quinqueecclesiensi. Pius.

Mitratos inter proceres venerande Georgi
  Mens: oculi: Os: aures principis Aemathii:
Romuleis animum vigilem nũc dede libellis.
  Hoc Pius: hoc vates: hoc rogat vsq; cliens.
Scipiadas imitare precor: Sullamq;: Titũq;:
  Et quibus in cælum versibus ire libet.
Et famę vates pręco. Tibi nostra camoena
  Seruiet in laudes semper itura tuas.
Tu modo pauperiẽ remoue: tenuiq; poetæ
  Ocia Cęsareo tuta fauore dato.
Sic meritum redimi triplici diadematis auro
  Cingat adoratum coccina mitra caput.
Sic concors faueat tibi celsus olympus Iulo:
  Iuppiter & faciat sic rata vota Iouis.

Index Alphabeticus.

N

O

P

Q



R



FINIS.

Iodocus Badius Ascensius Frãcisco Deloino Regio Cõsiliario prudentissimo: & oĩs literaturę peritissimo S.D.

Quandoquidē priscas recolis Francisce camœnas:
Moribus & priscis integer inuigilas:
Naturęq; sagax calles arcana: Beraldum
Hęc tibi sacrantē dogmata: laudo meum.
Is siquidem totus cum sit formatus ad vnguem:
Cognouit stomacho fercula grata tuo.
Nouit Lucreti te dia poemata amare:
Q̃ vetera: & priscis condita carminibus.
Nouit ab erratis te illius rite cauere:
Et fidei ac sophię sensa tenere bonæ.
Nouit ab iis suaueis te carpere fontibus haustus:
Vnde Maro plenis proluit ora labris.
Nouit ad hoc Badium iampridem quęrere: quicq̃
Quod dignum auspicio censeat esse tuo.
Quando igitur nouit bonus ille hęc cuncta: Beraldum
Hęc tibi sacrantē dogmata: laudo meum.

Vale.

T. Lucretij Cari vita.

INCARVM LVCRETIVM DE RERVM NATVRA INTERPRETATIO AVCTORE IOANNE BAPTISTA PIO BONONIENSI: VBI VITA AVCTORIS INSERITVR.



IERONYMVS LIBRO CONTRA RVFINVM PRIMO SCRIbit ſe vidiſſe commentarios in Lucretium & Plautum. Nemo me igiť temeritatis arguat: qui & Plautum iampridem ſum interpretatus: & nunc cum Lucretio auctorum difficillimo congredior: vtpote qui ſine circumfuſis commentariis vix percipi: immo nullatenus ab ingeniis mediocribus conceſſum eſt. Sed vt opera magis q̃ verbo interpretem agam, ad rem noſtram fauēte numinum genio diuertamus ſemper aliquid edentes: quo nos viuere teſtemur. Nam vt tradit Philiſcus in cōſolatoria ad Ciceronem. Componere totum exercitium ſapientis eſt: omniq́ꝫ viro & omni reipublicæ aptiſſimum. Cumq́ꝫ auctore Hermogene maxime expoſitoris ſit elaborare in tribus: In ſenſu: in dictione: & conſtructione: dabo operam vt hæc plana ſint & aperta auditoribus: nihilq́ꝫ horſi penit⁹ ignorent aut dubium habeant.

Vita Lucretii.

In exponendis auctoribus hæc conſyderanda ſunt. Poetæ vita. Titulus operis. Qualitas carminis: ſcribentis intentio: numerus librorum: explanatio. Sed vt quod primum inſtat agamus hæc ex diuerſis auctoribus in vnum veluti corpus redegi de Cari Lucreti vita. Lucretium, vt nomen Romam redolens omittamus, cum linguæ proprietate Romana: tum ꝙ Romana bella deplorans libro primo ſic canit. Nam neq́ꝫ nos agere hoc patriai tempore iniquo poſſum⁹ ęquo animo: coniicio Romanum fuiſſe: quem non intactum Euſebius Pamphilus omiſit: cuius verba ſubtexui. Olympiade centeſima ſeptuageſima prima Titus Lucretius poeta naſcitur: qui poſtea amatorio poculo in furorem verſus, cum aliquot libros per interualla inſaniæ cōſcripſiſſet: quos poſtea emendauit Cicero: propria ſe manu confodit anno ætatis quadrageſimo tertio: quod euenit Gn. Pompeio magno. M. Licinio Craſſo conſulibus. Hoc teſtimonia vatum q̃plurima comprobare videntur furorem Lucretianum laudantium: licet dicať a græcis ὥσ γὰρ μαινόμενοι οἱ ποιηταὶ: quodam modo videlicet poetas inſanientib⁹ euadere ſimiles. Reperio apud Donatū Virgilianum interpretem Maronem decimum ſeptimum ætatis annum agentem ſumpſiſſe virilem togam: quo die Lucretius deceſſit. Multi vt bene meritum de latinitate Lucretium laudibus ornauerunt. inter quos Ouidius. Carmina diuini tunc ſunt moritura Lucreti Exitio terras cum dabit vna dies. Idem ſecundo triſtium. Explicat vt cauſas rapidi Lucretius ignis: Caſurum ꝙ triplex vaticinatur opus. Quintilianus Macrum & Lucretium legendos putat: ſed non vt Phraſin id eſt corpus eloquentiæ faciant: elegantes in ſua quiſq́ꝫ materia: ſed alter humilis: alter difficilis. Quod vitium, ſi modo vitium vocari poteſt, nō poetę recte poteſt aſcribi: ſed hypotheſi hoc eſt materiæ: q̃uis facilis eſſet ex Platonis ſophiſta reſponſio. Vulgarium animarum oculi diuinitatis radios ſuſtinere non poſſunt. Cum Tacitus inquit. Vobis itaq́ꝫ verſantur ante oculos qui Lucilium pro Horatio: & Lucretium pro Virgilio legunt: Phraſin conſyderauit nō Hypotheſin. Qꝫ ſi ſubinde vocibus aſperis & parum dulcedini modulorum idoneis vtitur: id aſcribatur velim cum penuriæ linguę, tum carminis difficultati: in quo demiror hæc tam ſcite: tam modulate: tam cōcinne inſeruiſſe Lucretium: quæ vix ſine ſcoria pedeſtri orationi poſſunt includi. Qua neceſſitate & anguſtiis arctat⁹ Ariſtoteles verba innouat: pro re ſua Cicero cōfingit: etiam poſt Ciceronem Hieronymus: Lactantius: & Auguſtinus quoq́ꝫ. Dāda Lucretio ea venia: quam ſibi libro ſecundo Manlius deprecatur ita canens. Ornari res ipſa negat: contenta doceri. Et ſi qua externa referuntur nomina lingua Hoc operis non varis erit: non omnia flecti Poſſunt: & propria melius ſub voce notantur. Fuſius alibi de Lucretio tradit hæc Fabius. Nec philoſophiæ ignara poteſt eſſe grammatice: cum propter plurimos in omnibus carminibus locos ex ītima q̄ſtionum naturalium ſubtilitate repetitos: tum vel propter Empedoclem in græcis: Varronem ac Lucretium in latinis: qui præcepta ſapientiæ verſibus tradiderunt. Videtur Papini⁹ potionatū & amatorio delirātē Lucretiū ſignificare cū ſic inq̄t in ſyluis. Et docti furor ardu⁹ Lucreti: cui rei, vt ſentio, Lactāti⁹ alluſit iis in libro de ira dei poſitis. Quis hūc putet habuiſſe cerebrū cū hęc diceret. Quāri in ſolida philoſophia fiat ab oīb⁹ hęc Polliōis verba docēt ex architectonicę lib. ix. Itē plures poſt noſtrā memoriā naſcētes cū Lucretio videbuntur velut coram de rerū

Laudatores Lucretiani.

Phraſis.

Potionat⁹ Lucretius.

natura disputare. Cōstat amatorio versum in furorē ab vxore: sed quo noīe diceref illa plurimū ambigitur. Sunt qui Luciliā velint iis Hieronymi verbis adducti: quæ posita sunt in dissuasoria ad Rufinū. Liuia virum suum interfecit: quem nimis odit: Lucilia suū, quē nimis amauit. Illa spōte miscuit aconitū: Lucilia decepta furorem propinauit pro amoris poculo. Lucreti emūcta poemata. M. Tullius in epistolis ad Atticū lita putat multis luminibus ingenii: multæ tamen artis. Post Lucilium Nasi primum conditorem Sidonius Lucretium nominauit. Vnus Lactātius inanissimū poetam vocat: q Epicurum vt Murē Leonis laudib⁹ ornauit. Titulus operis hui⁹ poetæ est de natura rerum: quo titulo ante Lucreti libros scripsit Egnatius auctore Macrobio libro sexto. Luculenter in hoc poemate naturalia describit heroico versu Empedoclem imitat⁹: vt nullus melius: immo nemo fere latinorum ante Lucretium hunc dicendi characterem tentauit. In hoc opere intendit mentem nebulis inscitię circūfusam liberare: & ad illam felicitatem inducere: quā Maro pollicetur ita canens. Felix qui potuit rerū cognoscere causas: Atq; metus omneis, & inexorabile fatum Subiecit pedibus: strepitūq; Acherontis auari. Nititur pro viribus religionū

Intētio auctoris.

hoc est superstitionū nodis animos exoluere: vt nihil timeant: cupiant nihil, quod sit citra decorum. Intentio sane vatis est communis vtilitas: quod & ipse demonstrat ita referens. Talib⁹ in rebus cōmuni deesse saluti.

Librorū numerus

Librorum numerus senarius putatur ab omnibus: nec plura q̄ volumina sex naturalia comperio a Marcello, Lactantio, Macrobioq; citari. Vnus vir doctissimus vndecūq; Varro dubio procul ostendit plures edidisse libros. Sed qui fortassis inchoati non perfecti reiecti sunt a censore sollertissimo Marco Tullio. Varronis verba subscripsi. Lucretius suo℞ vni⁹ & viginti librorum initium fecit hoc. AEtheris & terræ genitabile quærere tempus. Priscian⁹ quidem libro sexto Lucretium testem adducit in septimo. At vero sex isti: qui a naufragio cōsumatissimi poetæ superfuerunt ita strumosi, laceri, concerpti, mutili circumferebantur: vt quem

Lucreti⁹ ī Lucretio q̄rebatur

admodum prouerbium frequens est de Samnio: in Lucretio Lucretius quæreretur. Contulim⁹ non sine ærumnis vigiliisq; diutinis codicem Veneti Hermolai: & Pomponi Romani: codicēq; non omnino malum, qui seruatur Mantuæ in bibliotheca quadam suburbana: qui fuit viri nō indocti gentis clarissimæ Strotiorum.


Beroald⁹ collega Pii.

Non defuit Philippi Beroaldi præceptoris quōdam mei, nunc collegæ, impressus quidem, sed tamen perpense examinatus. Codri quoq; grammatici Bononiensis: cuius copia mihi per Bartholomeum Blanchinum virum eloquii excultissimi facta ē: Marulliq; poetæ industria mira castigatum non defuit exemplar Seuero Monacho Placentino græce latineq; perdocto musarum athleta non grauatim offerente: ex quibus sicuti Zeusis, ex q̄-

Zeusis exēplum.

tuor diuersis corporibus vnam, & vt arbitror integerrimam formam Lucretio pręstitimus: qui sine sapientiæ primario poeta sapientes prorsus euadere nequiuissent. Et quoniam auctore Magno Alberto libro de animalibus vigesimo secundo sapientibus & insipientib⁹ nos esse cognoscimus debitores: stilo perspicuo vtemur & illaborato: quippe verum est id Thucydidis in secundo loquente Pericle. Qui nouit neq; id quod sentit explicat perinde est ac si nesciret.

EXPOSITIO IN LVCRETIVM AVCTORE PIO.



Empedoclis dogma

D ABSOLVTAM & itegram cognitionem poematis Lucretiani expedit luminandum carptimq; dignoscere Empedoclis dogmata: quem hitua variis ingenii luminibus Lucretius poeta sectatur in plurimis: qui nedum sedulo sectā Agrigentini philosophi identidem sequitur: sed & carminibus vtitur Empedoclis flatum spirituinq; referentib⁹. Hic Empedocles auctore Timęo iactan-

Philautia.

tia & φιλαυτία, hoc est amore sui ferebatur immodice: quippe qui in carmine se deum dixerit. Eius partim auctoribus Aristotele, Laertio, cęterisq; de natu-

Elemēta quatuor.

ra rerum extat huiusmodi sententia. Elementa esse quatuor: videlicet Ignem, Aquam, Aerem, & terram: amicitiamq; qua fœderantur, & discordiā qua dis-

Amicitia quid.

sideant. Per amicitiam concordiam sentiēs: quā nimis odiose & inimiciter carpit Aristoteles peripateticorum princeps: percipiēs ipse quidem, sed nequaq̄ percipere simulans amicitiam ab Empedocle nuncupari conuenientiam rerū naturalium inuicem. iuxta quem sensum concinit Ouidius. Et discors cōcor-

Numerus. Boetius explicatus.

dia fœtibus apta est. quæ amicitia dicitur a Pythagoricis numerus: quod videtur asserere Boetius hoc hemistichio. Tu numeris elementa ligas: qui & pace, quæ cum hac amicitia idem est, cuncta naturam suam sortiri

Inimicitia. Lis.

differunt. Inimicitiam vocitat Empedocles repugnantiam elementorum naturalemq; dissensionem: quę idonea est generationi. & hoc est qd recentiores philosophi dixere nihil simile ex simili generari. Thomas libro secundo contra gētiles taxat Empedoclem: qui duo prima principia agentia posuit amicitiam & litem. quorum

Pythagorę opinio.

amicitiam dixit esse causam generationis: litem vero corruptionis. Pythagoras vero posuit bonum & malū & prima principia. & in vtroq; eorum posuit esse decem prima cōtraria. Sub bono quidem finitum, par, vnū, dextrum, masculinum, quiescens, rectum, lucem, quadratum, & vltimo bonum. Sub malo autem infinitum

impar,plurale,sinistrum,fœmininũ,motum,curuum,tenebrę,altera parte longius,& vltimo malum. Lauda
tur Empedocles dicens arbores longas & quantitatis perfectæ existentes oua per se sola facere:oua fructus Oua fruct'
arborũ appellans:arbor em̃ sic fructificãs est sicut aial generãs. Sed reliqua ijs enarratis vt ꝓpositũ est attin-
gamus. Poeticę ergo facundię poeticiq; sensus Empedocles nominibus poeticis elementa vocat, Iouẽ ignẽ,
Iunonẽ terrã, Plutonẽ aerẽ, Neptun aquam:& assiduas vertigines vicissitudinesq; pati ista comminiscitur:nusq̃
desinere: ordoq; hic æthernus est iugi mutatione vexatus. Eius extant ad hanc sententiam versus. Nãq; ali-
as connectit amor:hæc omnia iunctim Sæpe etiam disiuncta iubet contentio ferri. Solem ait ignis ingẽtem
massam:Lunaq; maiorem:Lunam disci habere similitudinem:Cęlum ipsum crystalli obtinere speciem:& oi
genum animalium atq; arborum species indui. Ait nempe se aliquando fuisse puerum atq; puellã, arborem
& auem atq; piscem. Animam vt prodidit Aristoteles putat esse sanguinem:qđ & Lucretius noster ijs imita-
tur. Est quidã calor ac ventus vitalis in ipso Corpore:qui nobis moribundos deserit artus. cui admodum cõ
cinit Democritus:qui eam dixit esse ignem & calorem quendam. auctor Themistius libro primo de anima.
Idem Empedocles queritur angustas esse sensuum semitas:tanq̃ illi ad cogitandum rheda & quadrigis op'
esset. Auctor Lactantius libro tertio diuinarum institutionum. Albertus libro de animalib' vndecimo taxat
Empedoclem qui opinatus est non esse finem in naturis:sed fieri vnumquodq; per causam per accidens. Di-
xit enim ꝙ in ordine animalium accidit ꝙ sunt ita:& euenit sæpe ꝙ aliter sunt : & ideo per accidens & casum
homo est homo:& leo per casum est leo. Ait quoq; ꝙ in creatione & figura sphondylorũ ꝙ non per causã na-
turalem accidit in medio fractura:sed potius accidit eis talis fractura quando principia componẽtia suũ sitũ
in loco foraminis permutauerunt. Idem Empedocles dixit:mulieres omnibus viris esse frigidiores:licet sint Mulier vi
viris petulantiores propter motum humidi:qđ est in ipsis.quo de facili ad omnem formant petulantiæ cau- ris frigi
sam. Sed ab Heracliti fonte hæc ipsa defluxerunt. Ille auctor. Ille princeps. Sequitur tamen Lucretius in plu dior.
rimis Epicurũ:qui atomis hoc est minutijs,minutissimis videlicet principijs, quas atomos, hoc est insectiles
dictitat,elemẽta & id genus reliqua consistere voluit:cui in buccolico ludicro suffragatur latinus Homer' sic.

Namq; canebat vti magnum per inane coacta
Semina terrarumq;,animæq;, marisq; fuissent:
Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis
Omnia:& ipse tener mundi concreuerit orbis.

Sed hoc admonitũ te volo Epicurum & Empedoclem de principijs rerum diserentes nõ cõcinere:q̃m Empe
docles quatuor elemẽta rerum primordia ponit & sphærã id est deum auctore Themistio lib primo physico Sphęrus.
rum. Idem odium & amorem principia duo esse credidit inter se capitalia auctore eodem Themistio secundo Odium.
physicorum. Duo tantum Epicurus :corpus videlicet & inane. De atomis hęc Seruius honorat' interp̃s. Nã Amor.
alij dicũt omnia ex igne ꝓcrean vt Anaxagoras. Alij ex humore: vt Thales Milesius. vnde est. Oceanũq; pa De atomis
trem rerum. Alij ex quatuor elementis vt Empedocles:secundum quẽ ait Lucretius. Ex imbri,terra,atq; ani
ma nascuntur & igni. Epicurei vero:quos nunc sequitur:nihil horum comprobant: sed dicũt duo esse rerum
principia ,corpus & inane. Omne em̃ qđ est aut continet, aut cõtinetur:& corpus volunt esse atomos.i. quas-
dam minutissimas partes:quæ τόμον id est sectionem non recipiunt: vnde & atomi dictæ sunt:quas ait Lu-
cretius minutiores illis esse corpusculis : quæ infusis per fenestram radijs solis videmus. Dicit enim illis nec
visũ posse accidere. Perinde minutula quædam Seneca libro quarto de beneficijs vocat atomos his. Sed a te
atomi & istæ micæ tuę forte ac temere cõglobauerũt. Eusebius libro decimo quarto ꝓparatiõis euãgelicę ait.
Democritus,quem Epicur' sequitur, principium rerum asserit corpuscula quędã minutissima,quas atomos
appellat ratione cognoscibiles, solidas, non generabiles,nec corruptibiles,omni fractura superiores:quę alte
rari non possunt. Has in vacuo & per vacuum moueri asserit:qđ infinitum esse opinatur. Atomos quoq; ip-
sas infinitas numero dicit:quibus accidunt figura & magnitudo secundum Democritum. Epicurus autem
pondus etiam adiecit. Non enim mouebuntur inquit nisi pondere deferantur. Figuras vero atomorum nec
infinitas & eiusmodi esse asserunt vt frangi non possint. Atomos autem dicta est non quia minima sit: sed
quia diuidi ac frangi nequeat. Atomos autem esse dicunt quia vacuum atq; vnitas elementa sunt. Empedo-
cles vero agrigentinus quatuor elementa Ignem videlicet, Aerem, Aquam, & Terram principia ponit. Du-
as etiam virtutes amicitiam, atq; litem:& amicitiam quidem coniungere:litem vero distinguere. Inane vero
dicunt spacium, in quo sunt atomi. De his itaq; duobus principijs volunt quatuor ista procreari Ignem, Ae-
rem, Aquam, Terram ,& ex ijs cætera: vt illa duo elementa sint:hæc vero quatuor syntheta, id est composita
ex alijs duobus prestent originem alijs omnibus rebus. In principijs ergo rerum Epicurus & Empedocles di-
uersa sentiũt. Sed quoniam ad poema Lucretianum pertinet Epicuri dogma scire: quoniam Auctore La- Epicuri
ctantio libro de Opificio Epicuri sunt omnia, quæ delirat Lucretius : cui Hieronymus adstipulatur contra dogma.
Rufinum ijs. Si esset locus possem tibi vel Lucretii opiniones iuxta Epicurum dicere : breuiter vt potero id
quoq; attingam. Primum credit Epicurus :cui & Lucretius adstipulatur:& id recte:nihil fieri ex eo quod non
est. Atomos principia rerum:quæ & iugiter mouentur. Ait autem intrinsecus neq; vllam circa atomos ines-
se qualitatem præter figuram & magnitudinem & grauitatem. Deniq; nunq̃ atomus sensu visa est. Q: ato-
mi nullam ab illis prędictis qualitatem suscipiant, ita probat: ꝙ scilicet qualitas omnis immutatur atomis ni
hili immutatis. Visibiles atomi sunt nec quomodo videanť ratio reddi potest. Inuehunť atomi æq̃ celeritate p
inane. Ex atomis anima cõpacta lęuissimis atq; rotundissimis:ex quibus corporib' aia cõtexta corporea est. Aia ex ato
Incorporeũ autẽ per se intelligere nõ possumus p̃ter vacuũ. Porro vacuũ neq; facere aliquid neq; pati potest. mis.
Hinc genitos mundos :quorum infinitatem opinatur vt Democritus:qui corruptibiles sunt cum partes eo-
rum muteňť. qui vnam formã non habent. Alios namq; sphęræ:alios oui pręferre speciem:aliosq; aliam foe
mam admittere. Videturq; mortales animas asserere:ꝙ ab interitu priuationem sẽsus affirmat: videturq; fa
bulosum hoc putare ꝙ vitæ præsentis pœnas animæ luant. Lactantius libro diuinarum institutionũ tertio
strictim Epicuri dogma sic colligit. Archipirata quisq̃ vel latronum ductor si suos ad grassandum cohorteť

quo alio sermone vti potest q̃ vt eadem dicat, quæ dicit Epicurus: deos nihil curare non ira, non gratia tāgi:
inferorum pœnas nō esse metuendas ꝙ animæ post mortē occidant: nec vlli omnino sūt inferi: voluptatem
Nemo diligitur nisi sua cā esse summum bonum: nullā esse humanam societatē: sibi quemq; consulere: neminem eē qui alterum diligat
nisi sua causa: mortem non esse metuendam forti viro nec vllum dolorē. Qui etiam si torqueatur: si vratur:
nihil se curare dicat. Est plane vt quisq̃ putet hanc vocem viri esse sapientis quę potest latronib⁹ aptissime cō
modari. Sic Martian⁹ Capella secundo de nuptijs philologię & Mercurij. Epicurus aūt mistas violis rosas &
totas apportabat illecebras voluptatum. Plura potuissem Epicureorū sectæ sēsa recitare: sed scrupulosiora:
sed amœnitates studiorū quęrentibus non voluptati futura. Amplius arduū esse & forsan impossibile sentē
tias Epicureas recte tradere: quem modo Stoicum, modo voluptarium cōspicio: modo Catonem: mō Sar
nadapalū: modo hispidū & macilentum, modo coronatum & comessatorem: quē M. Tulli⁹ credit in horas
mutare clauum: nisi, qd Laertius Diogenes retur, inuidis plurimum castissimo philosopho nōnulla preter fi
Cast⁹ Epicurus. dem ascripserit: quæ sua non erant: vt ita contemnendus & explodendus videretur e philosophorū cœtu at
q; decuria. Apud Senecam morbo compugnat Epicurus, & Stoicæ rigiditatis æmulus in ipsis orci faucib⁹
& limine mortis epistolas dictat: quæ adeo ab Epicuro vulgato, hoc est vnguentato & temulento discrepant
vt putem esse citra fidem si Venerius & Scortator a plerisq; omnibus habetur: quorum auctoritatem secutus
Cicero sæpicule vellicat & sugillat Epicurum tanq̃ voluptarium: & mulierum amoribus ancillantem. Qz si
Cicero mentis oculos non inuidiæ collimasset atq; direxisset ad Amasiam Epicuri voluptatem: libenter ad
illam diuertisset. Comperisset enim eam statum esse animi sedatum ac tranquillum: cuius pabulum erat scru
tatio secretorū naturæ: ex cuius contemplatione voluptas oritur omnē voluptatē excedēs. Et hoc nō omittē
dum consuetum Epicurum caseo victitare cum lautius vellet indulgere genio. Cæterum vulgarem opinio
nem secutus Horatius id protulit. Me curata cute vises cum ridere voles Epicuri de grege porcū. Hic Epicu
rus de cœlitibus nullam nos cognitionem habere testatur: cuius hoc vice prouerbii refertur. Quæ supra nos
nihil ad nos. qd & ad Diogenem refertur. Proinde. M. Tullius in Hortēsio scribit nedum nos in cælestia mē
Dialecticā cōtemnit. tis oculos non inserere: sed quæ abstrusa sunt nos nihil sentire, nihil cernere, nihil omnino quale sit posse repe
rire. Proinde Dialecticam cōtemnit Epicurus & irridet: cui succinit auctor Rhetoricorum ad Herēnium libro
secundo. Epicuri disciplina auctore Lactantio diuinarum institutionum libro tertio multo celebrior semper
fuit q̃ cæterorum: non quia veri aliquid affert: sed quia multos ad populare nomen voluptatis inuitat: & reli
qua quæ sequuntur scitu certe dignissima.

In hoc Libro confutat opiniones Antiquorum de Principijs differentium, vniuersum infinitum asse
rens: & duo simplicia principia corpus & inane: & Atomos ait ad generationem omnem concurrere.

ENARRATIO CODICIS.



Titus. ED priusq̃ vlterius progrediamur pensius animaduertendū prænomen Au
ctoris esse Titus: qd merū Romanū est: quādo & summates & ingenuos indi
caturus auctor precipuus satyrę Persius ita scripsit. Tū neq; more ꝓbo videas
neq; voce serena Ingētes trepidare titos. qd & asseuerare videtur Lucilius saty
rarum lib. xv. In numero quorum nunc primus Trebellius multos Titos Lu
Lucipor. cios marcescebat febris: senū: vomitū: pus. Vbi subobscure Titos & Lucios
Marcipor. cognomētis Romanis nobiles Romanos innuit: vt Lucipor dicebatur puer
hoc est seruus Lucij a nobili cognomine. Marcipor est Marci seruus: quo titu
lo extabat Varronis satyra. auctor cū Plinio Festus: nec nō & Marcellus sæpe
Tituli. in Marcipore Varronē aduocat. Vnde manarit hoc Titi p̄nomen Pompeius
ijs docet. Tituli milites appellant quasi tutuli ꝙ patriā tuerent vn̄ & Titi prę
nomen ortum. Cæterum Cornutus: nescio tn̄ is ne fuerit, quē p̄conio gratissi
mo socraticū p̄ceptorem suum Persius celebrat: in carmine Persiano Titos li
Columbi vnde. bidinosos & venerios exponit: ꝙ ita columbi dicebantur, quorum notissima salacitas: qd Alberto magno p
suasit vocatos columbos, quoniam lūbos colūt, hoc est lasciuiam exercent & Venerē stimulāt. Est. n. in lūbo
Serui⁹ emendatus. libidinis domiciliū. Qd cū ita se habeat codicē maroniani interp̄tis sic lege in buccolicis. Palūbes quas vulg⁹
tetas vocat. Tu scribe titos. Nec obstat Cornutū scribere nō palūbes, sed colūbos titos appellari, vulgo hæc
Palumbes. quæ grammatici discernūt sępe confundente. Sunt tamen ardentissimæ veneris columbi: hebetissimę & ppe
intermortuę palumbes. qua ratione ductus Magnus Albertus scribit palumbes appellari ꝙ patcāt lumbos
cui succinit Epigrammatista. Inguina torquati tardant hebetantq; palumbi. Non edat hanc volucrem q cu
Persius pensitatus. pit esse salax. Quare si placuerit in Persio Titos ꝓcolumbis seu palumbibus interp̄tari: non magis proceres
a libidine titos nuncupauerit Persius q̃ a plausu fluctuoso quo Romani colūbos imitantes poetę adulantur:
lumbos iactant: & murmure motorio indicant se dulcem vatem amare: & illi⁹ dulcia carmina exosculari. quē
motum & alibi taxat Persius cum inquit. An Romule ceues? Qz vero columbo peculiare sit blandiri gyris
quibusdam & corporis inundationibus palam est: & Plinius docet decimo naturalis historiæ. Mox insatiabili
Colūbatim. ctione exosculatio: & circa Veneris preces crebris pedum orbib⁹ adulatio. Quare apud Senecam Mœcenas.
Columbari. Columbatim labra inserens labris: & columbari est pruritum columbinum imitari.

Eneadū genitrix. In principio opis naturales res amplectentis poeta Romanus rerū naturaliū genitricē, & effectricē Venerē inuocat: in quā genus, & originē Romani populares sui referūt. Illā tanq̄ naturæ dulcē ꝓuitā & illecebrā cūcta etiā ferina, aquatica, terrestria, aeria demulcētē, rogat vt fausta sit & ꝓpitia poemati suo, in quo naturalia describunt̃ quę ꝑ dulcedinē venereā vitā ꝓpriā sortiūtur: & cōueniēs est opi Veneris inuocatio q̄ Venus naturę parēs est: quā precomio lepido poeta cōplectit̃. Pręterea eadē Romanoꝝ est genitrix & cōsequēter obseruāda, colēda, suspiciēda, ꝓpitiādaq̄ a Romāo Lucretio. Aeneadas Romāos appellari q̄s nescit ab Aenea: a cui⁹ filio Iulio Alba cōdita: cui⁹ soboles & ꝓpago fuerūt reges Albani, ex vno quoꝝ nascit̃ Numitor, cui⁹ filia Ilia, siue, vt multis placet Syluia, ab aliq̄b⁹ Rhea, adulterij rea peperit ex Marte geminos Romulū.s. & Remum: vt Liui⁹, & gesta originēq̄ tātę vrbis reputātes credūt: vel vt Dionysius, ex milite: a quo Romulo & vrbs nomē hēt, & popul⁹. In strage captiuitateq̄ Troiana Vergili⁹ Aeneā, & Antenorē fauore alterū Veneris, alteruꝫ fato seu virtute bellica euasisse cōtēdit. Alij eneæ, & Antenori pepercisse græcos, seu vetusti iure hospitij, vel q̄ reddēdæ Helenę semp auctores fuerāt. Quāobrē lib. epist. j. secut⁹ Homerū sic Horat. Antenor cēset belli ꝓcidere causam. Quid Paris? vt sol⁹ regnet viuatq̄ beat⁹. Nōnullis tñ placet Antenorē, & æneā grecis ꝓdidisse patriā: iō seruatos ab illis. Q̄d si verū ē nedū pi⁹, sed ihūan⁹ appellād⁹ est Aeneas: q̄ patriā, q̄ aras, q̄ penates ludibrio hostiū ꝓdidit. Proditores hostes vt venenum amāt de q̄b⁹ scitū Augusti verbū circūfert̃. ἐγὼ τὴν προδοσίαν φιλῶ· προδότας οὐκ ἐπαινῶ. id significat se ꝓditionē amare, nō laudare ꝓditores. De ꝓditore extat apd̄ Vopiscū illud Aureliani īpatoris. Occidi passus sum, cuius q̄si bñficio Tyanā recepi. Ego vero ꝓditorē amare nō potui, & libēter tuli q̄ eū milites occiderūt: neq̄.n. mihi fidē seruare potuisset q̄ patriæ nō seruauit. M. Tulli⁹ in Verrē actiōe tertia. Oīum est cōis inimic⁹ q̄ fuit hostis suoꝝ. Nemo vnq̄ sapiēs ꝓditori credēdū putauit. Hieronym⁹ ad Pamachiū de optio gñe interꝑtādi. Pro vtilitatib⁹ fisci noxijs delatoribus poenas statuūt: & cū suscipiūt ꝓditionē, dānāt ꝓditorē. Lucrū videlicet placet volūtas displicet. de q̄b⁹ inq̄t Phalaris: Cū Leonib⁹ tuti⁹ viuere, & cū Serpentib⁹ somniū capere: q̄ cū nf̄ę ætatis hoīb⁹ possem: vsq̄adeo nos ex multis varijs frequētib⁹ fortunę mutationib⁹ ꝑiculū fecim⁹. Hos vel his siles idē Chameleōtes appellat fidē, videlicet ꝑ tpe mutātes. Scriptū est in decretis canonicis distinc. xlvij. Clericū q̄ adulationib⁹, & ꝓditionib⁹ vacare dephēdit̃ ab officio degradādū. Q̄d sētētiā illā & condignā, vt cęteris eueniat q̄d Plutarch⁹ ꝓdit in Alcibiade: Astiochū videlicet a Tisapherne occulte monitū: vt ab Alcibiadis dolis insidijsq̄ caueret: sed duplicata vtriusq̄ fallacia decept⁹ est ꝓditor cū ꝓditorē decipet. Tati⁹ vt inq̄t Liui⁹ lib. i. ab vrbe cōdita, Tarpeiā obrutā armis necauit ꝓdēdi exēpli causa: ne q̄d vsq̄ fidū ꝓditori eēt Alicarnassius li. histo. v. Alijs q̄dē delictis vbi ꝑpetrata sint solēt irasci oēs: in ꝓditoris aūt tātūmodo suspitiōe prudētius eē dicūt vane, q̄ uis metuētes cauere: q̄ cōtemptui indulgētes postea euersum iri. Idē lib. viij. Proditio apud Romanos crimē grauissimū. Proditorē Pyrrhi vitā acerrimi Romanoꝝ ꝑduellis cauponantē Romani repudiarūt: quoꝝ labē, & mōstrabilē vitā luculētissimis his versib⁹ apposite Claudian⁹ explicit in libello cōtra Gildonē. Dānam⁹ luce repta Perfidiā: nec nos patimur cōmittere tali Hoc gen⁹ emptori ciues cū moenib⁹ offert. Hoc vēdit patriā. plęriq̄ m tēp⁹ abusi Mox odere tñ. tenuit sic grata Philipp⁹ Oppida: Pelleo libertas concidit auro. Romani scelerū semp spreuere ministros. Noxia pollicitum dño miscere venena Fabricius regi mādata fraude remisit: Infesto quem Marte petit: belloq̄ negauit Per famuli patrare nefas: ductosq̄ Camillus Trās murū pueros obsessę reddidit vrbi. Aeneadū ꝑ Aeneadarū dicit̃ eloquēdi mō pusitato: vt Dardanidū ꝑ Dardanidarū. Priscianus citat hoc carmē. Aeneadas expone Romanos. Vergil. Aeneadæ in ferrū ꝓ libertate ruebāt. Ouid. Horreat Aeneadas & prim⁹, & vltim⁹ orbis. Quærūt nōnulli nō incuriose q̄nā sit causa cur ꝓfessus sectā Epicurę̄ā Lucreti⁹ deos inuocet: cū deos eē nullos, & inane cęlū affirmēt Epicurei: vel saltē curare q̄cq̄ negēt: nō est igit̃ Ven⁹ tanq̄ dea inuocāda, q̄ inuocationē mortaleiq̄ p̄ces non curet. Quā argutiolā ita reijcim⁹, si tenem⁹ Venerē nō tanq̄ cęleste numē Lucretiū inuocare: sed tanq̄ ꝓlubiū & inuitamētū naturæ: q̄d se animātib⁹ inserēs, ꝓlectat ad fœtificationē: quā Empedoclis amicitiā cōplures eē cōtēderūt. Addeq̄ Epicurei nō eūt inficias deos eē: sed illos rerū humanaꝝ curā agere nullā rent̃: neq̄ irasci eos, neq̄ gratia cōmoueri. Lege Lactātiū lib. v. diuinaꝝ institutionū. Ad hos deos vt Epicurij putāt penetrare nō pot human⁹ oculus: q̄b⁹ suffragat̃ & Aristoteles in primo metaphysices ita ꝓpemodū scribēs. Habet se ingeniū humanū ad cælestia indagāda, veluti oculus noctuę ad coruscū solē. cui⁹ interꝑs Auerrhoes ꝑ hęc sentit Aristotelē difficultatē non impossibilitatē arguere. Hi q̄ nullos eē deos asseruerūt fuere Diagoras, & Theodor⁹. Hu⁹, placito edictoq̄ Atheniēsiū, libri publice sunt exusti. Primus omniū Diagoras extitit tēporibus Cratia, qui sibi diceret non liq̄re vtrū eēt aliqua diuinitas necne: quæ disputatio eius adeo impia & cōtra veritatē, & religionē iudicata est, vt & ipsum Atheniēses expulerint suis finibus: & libros eius in cōcione, quibus hęc cōtinebantur, exusserint. Auctor Lactāti⁹ lib. de ira. Mēdosus est Lactātij codex, in quo Pythagoras scribit̃ ꝓ Diagoras: nec obstat repertos apud Pliniū Pythagoræ libros tradi, qui & ipsi vt irreligiosi sunt exusti. Fuit Meli⁹ hic Diagoras, qui vocatus est ἄθεος: quoniam nullū eē deū ꝓfitebat̃: dictus est ἄπιστος, hoc est incredulus, & ἀσεβής. irreligiosus.

facere. Letare leto dare. Ouidius in Ibim. Letauit in arbore nactum. Studeo. Studio, opera, diligentia sat
ago. Pangere. Seriatim describere. vnde paginæ: quæ per diminutionem pagellæ dicuntur. Paginæ dictæ Pagellæ.
q̃ in libris obtineant regionem vt pagi. vel a pangendo q̃ in illis versus panguntur. i. finguntur. auctor Pom
peius. Memmiadæ. Memmij filio vel oriundo a Memmio. Sed quis fuerit hic Memmius, ad quem ista Memmius
scribuntur non facile asseruerim. De hoc tamen multa superius. Conijcere possumus hunc fuisse virum sum
matem: & in republica Romana florentem, quem a genere & a dotibus animi tanto pręconio Lucretius non
semel extollit. propterea placet nonnullis immutare vnicam literulã & legere Mũmiadę vt de filio vel nepote
Mummij Achaici nobilissimi intelligas, qui Corinthum diruit & subegit Achaiam, de quo libro. vi. Vergili.
Obruet ille Argos, Agamemnoniasq; Mycenas. Tamen Memmij oratoris Cęsari obijcientis illum ad Cya
thum Nicomedis stetisse meminit Suetonius: cui forte tutius credetur. Placet aliquibus de Mummio clarissi
mo facundissimoq; viro intelligere nobilitatis acerrimo hoste: qui cum esset tribunus plebis libero ingenio
Calphurnium Bestiam exagitauit: Scaurũq; pręstrinxit. Sunt qui Lucretium de huius filio putãt intelligere:
adeo vt adhuc sub iudice lis sit. Nostro. Amico, vati, consectaneo philosopho. Tempore in omni. Sem
per venustus fuit: nec illi in pueritia venustas, & lepida defuit amabilitas cum virtute pręcoci.

Omnibus ornatum voluisti excellere rebus.
Quo magis ęternum da dictis diua leporem:
Effice vt interea fera munera militiai
Per maria: ac terras omneis sopita quiescant.
Nam tu sola potes trãquilla pace iuuare
Mortales: quoniam belli fera mũera Mauors
Armipotens regit: in gremiũ qui sæpe tuũ se
Reiicit æterno deuictus volnere amoris:
Atq; ita suspirans tereti ceruice reposta

¶ Excellere. Eminere, splẽdescere. Q uo ma
gis. Q uamobrẽ magis. Hic est sẽsus. Cum
carmen mittatur ad Memmiadem omnibus
venustatis nũeris absolutũ & leporis: vt mu
nus sit illi, cui datur cõueniens, condias illud
oportet & suffundas oi lepore & venere scri
ptiõis. Dictis. Versibus, philosophicis sen
tentijs refertissimis. Munera. Officia, expe
ditiones. Bene rogat Venerem vt bellum se
det. Sunt enim amor & Venus duo numina
pacis amica ita canẽte Proptio. Pacis amor
deus est: pacem veneramur amantes. Perit a
mor audito classico, qui corda otiosorum oc
cupat: quales castra nolunt: sed tubas & litu
os procul vt ait Manlius. Militiai. Pro mi Militiai.
litiæ. Sic Prisci loquebantur diphthongum
gręcam per e longam contrahendam diuidẽ
tes. Verbi gratia μοῦσαι græci dicunt: nostri
peculiariter in genitiuo musai dixerunt. Maro. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Hec figura dieresis di
citur discissio scilicet vnius in duas diuisæ syllabæ: vt diues pictai vestis & auri pro pictæ. A deo scriptionem
græcã obseruarunt latini vt in marmore vetusto aurai pro auræ scriptum sit: & domina pro dominæ: & id ge
nus reliqua. Põpeius. Ae syllabam antiqui græca consuetudine per ai scribebãt: vt aulai, musai. Per maria.
Ne mare habeatur infestum copijs maritimis: nec terrestres pacem turbẽt. Sopita. Sedata, sepulta nutu tuo
& numine. Tunc profecto procellæ bellicæ denotabant per Italiam Syllano Marianoq; tumultu: qui totum
orbem infecerat. Non placet intelligere ciuilia bella Cæsaris & Pompei, quibus penitus summersum est Ro
manum imperium. de quibus sic Lucanus libro. ij. Q̃ꝫ q̃ agitant grauiora metu: multumq; coitur humani
generis maiore in prælia damno. Hæc em̃ post Lucretium fuerunt. Nonnulli bellum Mithridaticũ intelligũt
Tu sola potes. Ostendit se petere suppetias a diua: quæ subministrare potest vt melius concedantur. Nam
potest illa dare Venus a qua petũtur. Mortales. Homines. sed mortales Gellius autumat lõge lateq; eẽ ampli Mortales.
us, prolyxius, fusius in significanda totius prope ciuitatis multitudine q̃ homines. Verba Q uadrigarij sunt
hæc. Concione dimissa Metellus in capitolium venit cum multis mortalibus. Liui⁹ in hac elocutione frequẽs
est. Q uoniam belli. Ratiocinio persuadet Veneris esse i nutu & arbitrio sedare pariterq; suscitare arma: quo
niam. i. Mars deus est belli addictus Veneri, eo fini vt contemplatione eius tela & hastam sit ponere paratus.
Munera. Officia, munia, expeditiones. Mauors, armipotens. Mars, qui in armis multorum pollet. Dicitur
& Mamera vnde Mamercorum familia nobilium Romanorum: quo cognomẽto Mars colebatur ab Oscis Mamera.
Italiæ populis. Mars dicitur auctore Varrone q̃ maribus præest: vel q̃ Osca lingua dicitur Mamers vnde Mamercl.
populi Mamertini. Ares hic deus græce dicitur. vnde id Plautinum manauit. Inculina sum ares. Re Ares.
git. Administrat, in potestate habet. Reficit. Instaurat, & amplexu, otio. suauitateq; venerea reparat & re
nouat ad bella robustius capescenda iuxta Ouidianam sententiam. Q uod caret alterna requie durabile non
est. Hæc reparat vires: fessaq; membra nouat. Ex consuetudine prisca duas consonantes copulat pro libi

lo ad intendendam producẽdamq; syllabam. Nam cum reficit vnico. f. scribatur alterum addit vt syllabã ful ciat. Prima breui alibi reficit ponit. Sic. Quando aliud ex alio reficit. vel ita distingue vt cum reficere ponit pro renouare prima correpta donetur: cum ad animum mulcendum & recreandum, produci posse syllabam & intendi constet: vt per adiectionem consonantis fiat in verbo discrimen. Sed hoc nec probo, nec reprobo. Prisci tamen codices habent reijcit: quo verbo significatur Martia impatientia ad Venerem: in cuius sinu nõ se molliter componit: sed raptim reijcit: & hoc probo: quoniam in gremium sequitur. Non enim dicere possu mus reficio me in gremium, sed in gremio: q in reficio verbo nullus est motus. Est pes proceleumaticus reijcit quatuor breuibus constans. Reijcit Lutatius legit citans hoc carmen in tertio Thebaidos. Aetherno. Perpetuum quod erit & sempiternum, vel aethernae & diuinae Veneris. Sed cum aspiratiõe sic aetherno scribe, quod ab ἀθέω deflectitur, hoc est voluo q in regione aetheria coelum voluitur. Huius opinionis auctor Aristoteles libro de mundo Pythagoram carpens & caeteros qui dicunt ab ἀίθω, hoc est ardeo aethera nuncupatum. Deuictus. Possessus, expugnatus. Si deuinctus scribis interpretare deligatus & distentus. Vulnere. Incentiuo, & stimulo. Fingunt poetae cupidinem telo corda mortalium percutere. Suspiciens. Admirans tuam diuam & formosissimam speciem. Quidam legunt suspirans hoc sensu. Ita tuis facibus vulneratus & perustus Mars suspiria ex vulnere trahens cogitur tibi copulari, te desyderare, te tenere, tibi etiam ingratis famulari. Tereti. Oblonga, sed carnulenta. Rotundum & teres differunt. q teres est compactile in longitudinem. Rotundum est sphaericum & orbiculare. Cylindrus teres appellari potest non rotundus. Rotundus follis pugilatorius non teres. Maro. Incumbens tereti Damon sic coepit oliuae. Teretes digitos & exiguũ pedẽ Naso laudat in puella. Hic est ordo codicis. Atq; ita suspirans Mars & inhiãs pascit visus auidos amore reposta tereti ceruice in te. O dea, Venus. Reposta. Reposita, collocata.

Aethernũ. Rotũdum. Teres. Cylindrus.

¶ In te. In sinum tuũ. amatorius mos & delitiosus in sinu dominae cubare: ubiq; dulces & persuaues somnos aucupari. Pindarus obijt dormiens in gremio amati pueri. Dea. Vocantis casus. Visus auidos. Oculos videndi cupidissimos, quorum est in amore dulcissimum pabulũ vel auctore Propertio. Quid iuuat in caeco Venerem corrũpere motu? Si nescis, oculi sunt in amore duces. Inhians. Imminens cum desiderio rei ipsi amatae. Nimia voti cupidinei expressio.

Pascit amore auidos inhians in te dea visus:
Eq; tuo pendet resupini spiritus ore.
Hunc tu diua tuo recubãtem corpore sancto
Circunfusa super suaueis ex ore loquelas
Fundet petens placidã Romanis inclyta pacẽ.

Inhiare.

Inhiare significat ita cupide appetere vt hiatum oris emittas. Vergil^9 libro. ij. Nec varios inhiant pulchra testudine postes. Inhiant interpretatur Seruius habere desyderant: & dicimus inhio illam rem & illi rei. Apuleius libro tertio asini aurei. His inhians & spe salutis alacer laetus propius accessit. Statius. Fraternos inhiantem obitus. Plautus. Tuam haereditatem inhiant, quasi esuriens lupus. Idem in Aulularia. Credo illum audisse me habere thesaurũ domi: id inhiat. Pendet. Ita presse, ita cohaererẽt, & vt dicitur columbatim labra labris iunxit & impressit Mauors, vt spiritus omnis illius pendeat ex ore tuo: in quod omnem spiritum insinuauit. Sic & Plato. Suaui dans Agathoni, animam in sua labra tenebam. Aegra etenim properans tanq̃ abitura fuit. Coniungere labra lasciuiter Plautus cõferruminare dixit: antiqui graplice collabellare. In Asinaria Plautus lepide. Fac me pro serpentem belluam vt duplicem habeam linguam. Spirit^9. Anima, Anhelatio. Tibullus. Et dare anhelatim spumantibus humida linguis oscula. Resupini. Resupinati, reclinati in gremium venereum. In alia significãtia resupinare est ab incepto peruertere, cõfundere, inquietare: in praeceps dare etiam hoc verbum ostendit. Satyrus. Aulam resupinat amici. Propertius lib. iij. Nec mora cum totas resupinat Cynthia valuas. Liuius libro quarto ab vrbe. Assurgentem ibi regem vmbone resupinat. Hunc tu diua. Sensus hic est. O diua inclyta circumfusa super hunc recubantem tuo corpore sancto funde suaues loquelas ex ore petens pacem placidam Romanis. Sancto. Diuino, q aethernum sanxit ipsa formositas. Sancire scriptores eloquentes appellant quod nos consecrare. Sanxi facit & sanciui: secundum maluit auctor rhetoricorum ad Herennium. Circunfusa. Circumplicita, vinciẽs illum brachijs & amplexibus ambitiosissimis. Suaueis loquelas. Suauia verba mellis & amoris plena, quibus amicae facile persuadent omnia amantibus: quibus viros excantant. quae irritamenta nectarea & merum vlcus designauit Elegiographus Tibullus. Illis eriperes verbis mihi sydera caeli Lucere, & puras syderis esse vias. Talia sũt in L. Apuleio verba melle & nectare refertissima: mi mellite, mi marite, tuę Psyches dulcis anima. Haec Lucius verba suasoria vocat & membra cogentia. Carnis enim titillatio pronos agit & praecipites amanteis eousq; vt nil amicae denegare valeant, cum id Plautinum audiũt: mi anime, mi ocelle, mi corculum, mi putille passercule. Tum meretrix illum pendentem ferit. Notum est id Ouidianum. Implicuitq; suos circum mea colla lacertos: Et quę me perdunt oscula mille dedit. alibi. Risit & ex animo dedit oscula: qualia possent Excutere irato tela trisulca Ioui. Ex ore. Pleonasmos. Haec figura sententia est verbo plus q̃ necesse est abundans: vt sic ore locuta est: cum vtiq; sufficeret locuta est. Petens. Exorans & deprecabunda pro auertenda Romanorum calamitate, ad quam amoliendam sacrificia solennia celebrantur: quae graeci ἀποτρόπαια dictitant & φυλακτήρια: sed quae collo dependula erant: nostri amuleta q amoliantur & auertant ingruentia mala: ad quae declinanda peculiariter colebantur polluces: quos graeci soteres cognominauerunt, hoc est seruatores, nostri depellentes. Huc vergit Persianum carmen. Dijs depellentibus agnam percute. Repete quae in Amphitryone Plautina fabula perscripsimus de depellentibus deis. Apotropaei Suidas graecus interpres ait, dicuntur auertentes mala. Nihil enim aliud sonat Apotropaei & Alexicaci q̃ mala auertẽtes quo cognomento colebatur Hercules. Lactantius post cęteros auctor. Varro lib. iij. de latina lingua. A quo Herculem ait vocatum quoq; Alexiacon ab eo quod esset defensor hominum. Tu tamẽ in Varrone corrige Alexiacon. Sed quoniam de suspendiculis colli venit in mentem non omittam^9 quae Varro tradit libro eiusdem operis tertio. Pueriles turpicula res in collo quędam suspenditur ne quid obsit: seuę causa: unde Sequola

Conferrumìnare. Collabellare. Resupinus. Resupiare. Sanxi. Sanciui. Verba amo. Pleonasmos. Apotropaea. Philacteria. Amuleta. Soter. Polluces. Persi^9 emodatus. Alexicacos Hercules. Varro emẽdatus. Suspẽdicula. Seua. Seuola.

appellatus:ea sceua dicta a sceua id est sinistra:q̧ q̄ sinistra sunt bōa auspicia existimantur. Sceuam pro sini
stra & inauspicata dici:sed alia ratiōe. L. Apuleī author est ita scribēs. Mulier sçua, sceua petulās, audax. Scę
uola tamen auctore Plutarcho dict⁹ est a σκεια, hoc est sinistra, qua vtebatur cum ante dextram combussisset.
Phylacterium tamē græci in alio significatu vocant locum vbi custos qđ est dignitatis nomen habitat. Sed
Phylacterium.
quoniam de Phylacterijs aliqua diximus cui bono Chrysostomi interpretationem omittem⁹ homilia. lxiij.
in Matthęum? Quænam sunt hæc Phylacteria, & Fimbriæ? qoniā facile beneficiorum dei obliuiscebantur:
idcirco deus signa sua in libellis breuissimis cōscribi & manibus eorum appendi iussit. vnde dictum est. Nec
remouebunt̃ ab oculis tuis. Hęc phylacteria quasi quędam custodientia latini vocabāt: sicuti multæ mulierū
modo faciunt euangelica ex collo deponentes: & vt aliunde in memoriam reducantur: qđ obliuiosi crebro fa
cere solēt filo digitum strictius ligātes. Id deus ceu infantulis cito iussit facere. Hiacynthinum eñ filum in ex
tremitate vestis, quæ ad talos est, assui præcepit: vt attentiore cura mandatorum recordarentur. Hāc fimbriā
appellant: de qua sic in sacris literis. Phylacteria eorum dilatant: & magnificant fimbria vestium suarū. Ro
manis. Pro Romanis, in vtilitatem & quietem Romanorum. Inclyta. Præstās, nobilis, prælustris. κλυτον
Inclytum.
græci famigerabilem dicunt & insignem. apud nos in hac dictione in auget nō diminuit. Nam neq̧ nos. Sē
sus hic. Nos hic & illic circumlatramur aduersis & contrarijs obijctibus anxij & nimiopere solliciti cupim⁹ me
diussidius consulere vtilitati patriæ: scribere tentantes poemata felicitatem Romanis parantia: nec tamē ob
tumultum ruinamq̧ patriæ permittimus musæ habenas pro nutu relaxare coerciti & impediti turbationi
bus Martis.

Nā neq̧ nos agere hoc patriai tēpore iniquo
Possum⁹ ęquo animo: nec Mēmi clara ꝓpago
Talibus in rebus communi deesse saluti.
Qđ superest vacuas aureis mihi Mēmi⁹: & te
Semotum a curis adhibeveram ad rationem:
Ne mea dona tibi studio disposta fideli
Intellecta prius q̄ sint: cōtēpta relinquas.
Nam tibi de summa cæli regione: deumq̧

¶ Agere hoc. Philosophari & huic lucubra
tioni vacare cęteris curis extrarijs omissis. &
tanq̄ aliud agēs vtitur prouerbio: quo sacrifi
Hoc age.
cantes, & sacrificijs astantes admonebantur
hoc esse agendum, hoc est omissis cæteris re
bus vni sacro & religioni animum intenden
dum: & cum id vellet admonere peculiariter
dicebant hoc age: & linguis faue. Auctor Se
neca. Ouidi⁹. Lingua animisq̧ fauete. Sed
viderit Seneca quomodo silere quis dicatur
Linguis fauere.
animo: nisi tunc admoneatur facto linguę si
lentio feruore silentio sæ intentionis aio quo
quo modo potest applaudere. Iā olim i Plau
tinis quæstionibus ex codice iureconsultoꝝ
tradidi silentiarium esse illum, qui silentium
pręcipiebat. Nunc silētiarium illum intelligo
Silētiari⁹ q.
qui a secretis est & silētio arcana tegit: vel saltem nomen est dignitatis. Patriai. Discissio, pro patriæ, Romæ
scilicet. Martialis has priscas desinentias non satis probat ita canēs. Attonitusq̧ legis terrai frugiferai. Acci
us & quicqd Pacuuiusq̧ vomūt. sed tempora sua nō prisca ta aauit. Ex hoc loco conijcio Lucretiū fuisse Ro
manum. Iniquo. Aduerso, sinistro, bellicoso, & consequenter calamitoso tempore. Aequo animo. Placi
do, leni, & ad studia humaniora satis propenso. Bene æquo animo iniquo tempore dixit se componere nōva
lere. Aequum iniquo repugnat. Memmi propago. Oriunde a Memmio siue Mummio achaico. Maximo se
patriæ amore affici refert Lucretius: qui cum prodesse in tantis fluctibus publicis non possit: tamen deesse nō
potest. Talibus in rebus. Vel in tot naufragijs, procellis, & tumultu patrię. Siue talibus in rebus, in his philo
sophicis indaginibus & vestigationibus: quibus conor religionum nodis animos exoluere. Communi sa
luti. Salus cōmunis est philosophiam nosse: qua bonis moribus instruimur: quæ vitiorum expultrix est: do
mitrix hydræ, hoc est voluptatis: ırę: pectoris multiuoli: quod est tanq̄ Dolium danaidum: & vt gręci dicunt
πιθος ἄπλησος, hoc est vas inexplebile. Hæc philosophia est dei munus: virtutis sectatrix & indagatrix: do
Philosophiæ laus.
ctrinę ars, amor sapientiæ, vitæ lex, dux, fultura, animi pręuia, lux corporis, assecla probitatis nuncupat̃. Cō
Vas Danaidum.
mentator Auerrhoes libro primo physicorum. Vltima perfectio hominis est vt sit perfectus per scientias spe
culatiuas: & hæc est sibi vltima felicitas & vita ętherna. In hoc laudem non mediocrem Lucretius meretur q̧
ob cōmunem vtilitatem ad scribendum accingitur: e cōtra vituperatur Liuius a Plinio, qui operis amore nō
Romani nominis gloria perseuerauit. His Chrysostomus adstipulatur in Matthęum. Quippe, inquit, nulla
Liuius.
res deo gratior est q̄ vt vniuersam vitam ad commune commodum conferas. Idcirco ratione atq̧ oratione
Chrysostomus.
nos deus decorauit, mentem atq̧ ingenium concessit, manus, pedes, vires corporis dedit: vt ijs omnibus &
nos ipsos & proximos tueamur. Quod superest. Rogat Mummium vt se totum lubentem tradat & procli
uem auscultationibus philosophicis percipiendis, quę cum sint arduę difficillimęq̧ sensum totum & presse
hęrentem inhiantemq̧ mentem expostulant. Quod superest. deest vt exequar ea, quę inuocationi supersunt
quę post inuocationem attingere debemus. Vacuas. Defecatas, & rebus cęteris curisq̧ vacantes. Mēmi⁹.
Rectus casus pro vocatiuo. Consuetudo enim id obtinuit: vt quandoq̧ casus pro casu poneretur. Semo
tum a curis. Remotum a vulgaribus negotijs, quę distrahunt animum a recti veriq̧ solertia indagatrice. Cu
Rectus p vocatiuo.
rę sollicitudines dicuntur q̧ cor vrant. Adhibe. Præsta, coocede, condona. Veram ad rationem. Ad perci
piendum veram rerum naturalium cognitionem: quo ratiocinio res naturales facilius percipere poteris. Ne
mea. Sensus: adhibe te perpurgatis animis & animo defecato ad poemata mea percipienda ne prius q̄ ea in
telligas ab ijs resilias ductus & pręstrictus quadam inscitię nebula. ne quod pueris accidit, id quod dulce non
est prorsus rejiciendum videatur. Ordo talis est. ne relinquas contempta mea dona disposta studio fideli pri
us q̄ sint intellecta tibi, pro a te. Alij tibi cum disposta coniungunt: vt sit disposta tibi pro disposita, ad seriē
scilicet philosophicam digesta in honorem tuum. Disponere, vt notum est, significat ordiare. Studio fide

li. Solertia & indagine nihila fide & præscripto hoc est norma philosophica declinante. Contempta. Præ fastidio neglecta: aut contempta tanq̃ philosophiæ consentanea non sint. Dicturus est enim plurima, quæ academicis, quę peripateticis dissentiunt & dissonant. Relinquas, expone abijcias. Nam tibi de summa. Præcedentium carminum clarior intellectus. Posses O Memmi facillime mea scripta contemnere: qui ardua & ferme quæ percipi non possunt tradam. Ingratum est enim quod non intelligitur. Sed vt in græcis sententijs habetur. τὰ χαλεπὰ τὰ καλά, hoc est difficilia pulcra. Cui succinit illud Ouidianum. Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt. Difficilis nostra quæritur arte labor. Ratione. Quęstione naturali, quæ ratiocinio patet & philosophicis rationibus est peruia. Sed cum recte non possit aptari cum sequenti voce hęc dictio, ratio: lego ex vetustis exemplaribus regione, hoc est plagis cęlestibus & orbibus æthereis: quæ sunt regiones deorum & domicilia. Qua figura loquēdi omnes vtūtur: vt regionem primam & tertiā aeris nuncupent pro loco & sede.

Difficilia pulcra.

¶ Disserere. Eloquenter & graphice tradere vnde disertus inflectitur. Pandam. Aperiā. Primordia. Principia. enarrabo quo pacto elementa & rerum naturalium principia naturam suā sortita sunt. Vnde. A quatuor principijs: cum ab vno, hoc est ab atomis censeat Epicurus. Auctet. Augeat, verbum vetus, quo Plaut⁹ vtitur in Amphytrione. Bono atq; amplo auctare perpetuo lucro. Augificare in hanc sententiam protulit Plinius.

Disserere incipiam: & rerū primordia pādā.
Vnde omneis natura creet res: auctet: alatq;:
Quove eadē rursum natura perēpta resoluit:
Quæ nos materiē: & genitalia corpora rebus

Auctare. Augificar. Aiina harmonia.

Quo. A qua causa: ab elementorum scilicet discordia et, vt melius loquar, primis qualitatibus. Hæc causa impulit Aristoxenum vt animam diceret harmoniā, hoc est quādam elementorum cōsonantiam: qua persistente viget: qua deficiente cadit & resoluitur. Putabat Pythagoras ad proportiones harmonicas omnia esse facta: & huic consensit Empedocles: & q̃tum ex verbis eorum percipi potest opinati sunt non esse aliquā formam rerum nisi harmoniā mistorum: quæ resultat ex numero & proportione eorum simplicium quæ componuntur & conueniunt in misto: econtra qualitas excedens in mistura vnius membri inducit discrasiam frigidam in alio membro: sicut stomachus infrigidatus ad crasim reducit epar calidum. & sic est in alijs misturis membrorum compositorum in corpore animalis: in quo contrariæ misturę membrorum componuntur, ista est igitur proportio secundū quā attenditur mistura corporum animalium. & quia ex diuersa proportione ad actum comparata diuersæ fiebant in sonis harmoniæ proportiōe diuersarum chordarum vel cymbalorum sonare diapason, diapente, & diatessarō: ita putauit ex proportione in oculo facta fieri visum: & ex alia in aure facta egredi & fieri auditum. Hanc rationem & proportionē Pythagoras numerum vocauit quo elementa ligantur in misto. & secundū ipsum Pythagoram attendit hęc ratio in numero partium virtutum eorumq; miscentur secundum vincere & vinci: & secundum apprēdere & apprendi: & tenere & teneri. Sicut si dicamus quoniam ex vno pugillo aquæ decem fiunt aeris in mistura: virtus decem pugillorum aeris adæquatur virtuti vnius pugilli aquæ: & tunc aqua apprēdit & tenet aerem & apprenditur & tenetur ab eo propter æqualitatem virtutum: alioqui si excedet in numero & virtute, aqua vincet apprendens & tenens: & non erit apprensa & tenta, & tunc non erit mistum. Eodem autem modo & de cęteris dixit elementis. Et sicut diximus de potentia rari & densi comparando vnum pugillum aquæ ad decē pugillos aeris: ita dicebat de alijs potentijs elementorum: quas multas valde esse aiebat: sicut q̃ ignis caliditas est in multis partibus excedens aeris caliditatem: & quodcunq; excedat alterum non erat apprędens & tenēs alterum & transmutans: & tunc propter potentiarum inæqualitatem non perficitur mistura: sed alterū elemētorum victum a reliquo transmutabitur in ipsum: & totum erit simplex vnū elementum. Idem autē dicebat de proportione potentiarum calidi, frigidi, humidi, & sicci, & leuium, & grauium, & perspicui, & opaci, & oim aliorum quæ in elemētis inueniūtur. Hæc Magnus Albertus libro de animalibus. xx. recenset. vnde colligitur quid significet illud apud Hieronymū: numero Platonis obscurius. Plato namq; Pythagorissat. & illud apud Boetium. Tu numeris elementa ligas. Et hoc superaddamus. Suscipiens formā non est nisi virtus humidi tenens spissi vel sicci & frigidi. Digerens autem ad interius animæ, non est nisi virtus spiritus lucidi. Iudicans, non est nisi virtus animæ. Q̃ anima non sit harmonia pro ijs quæ supra diximus lege Themistium libro primo de anima commento. liiij. Idem tñ capite sequenti tradit eos qui dicunt animam esse harmoniā non nimis errare. Natura. Defectus naturæ, hoc est materiæ & formæ: quā naturā dicit Aristoteles secundo de naturali auscultatione. Perempta. Naturalia illa, res illas naturales. Trāsit a fœminino genere ad neutrum. Pompeius exponit diminuta: cui subscribit Straton discrēs naturā habere in se vim gignendi & minuendi. Resoluit. Anima priuat & eximit: sub formaq; cadaueris reducit. Significant hæc, oia ex principijs fieri & in principia desinere. Quæ nos. Naturalia. s. principia, quę nos consueuimus materiā vocare & corpora genitalia & semina rerū. Materiē, pro materiam. Philosophi materiam dicunt esse purum principium vt corp⁹: formā vt animā. Recte a principijs auspicatur poeta: nā auctore Aristotele primo physicorū tunc arbitramur vnūquodq; cognoscere cum causas & principia cognoscimus vsq; ad elementa. Peripateticus autumat tria esse principia naturæ materiam scilicet formam & priuationē. Materia non cognoscitur nisi per analogiā ad formā. Materia cū forma est causa rerum oim, quę fiunt sub subiecto. Forma est q̃d diuinum & appetibile. Materia appetit formam sicut fœmina virū & turpe bonum. Materia est ex quo cū aliquo fit aliquid cum sit per se & non p accidēs. Materies quoq; a latinis, & materiatura peculiariter a Vitruuio lignū. Materiarius artifex lignarius: qui & abietarius, gręcis harmatopios. Nec mirum sit si Lucreti⁹ noster ante oia de principijs agit. Audiuit enim sic loquentem Aristotelē libro primo physicorum. Necessarium est naturæ studiosis in primis ea vt videant atq; discutiant, quę ad principia pertinent. Idem declarat in tertio volumine Sed quoniam ad lucem Lucretio afferendam pertinet scire quid peripatetici & cum cæteris Platonici senserint, inseram ijs nostra verba Themistij libro primo suę paraphraseos. Ex ijs igitur qui ante Platonem fuere philosophatiq; sunt Thales & Anaximander atq; huiusmodi omnes, vtpote qui post diluuium & rerum ne

Diapason. Diapente. Numer⁹ q.

Loc⁹ apud Hieronymū & Boetium.

Perempta.

Materia. De principijs.

Forma.

Materies. Materiatura. Materiari⁹. Abietarius Harmatopios.

cessariarum instaurationem studium philosophiæ primi in græcia excitauerunt: cum rerum naturalium cau
sas quærerent perinde ac ab vltimis inchoantes sola materialia & elementaria principia cognouerunt: q̄ post
modum nobis tanq̄ rerum omnium principia passim indiscreteq; tradiderūt. Xenophanes autem Colopho
nius: & discipulus eius Parmenides: mox & Pythagorici consummatissimā quidem rerū naturalium, atq; ea
rum quoq; quæ trans naturam sunt, sed plenam ænigmatum ambiguitatisq; nobis philosophiā reliquerūt.
Anaxagoras quoq; Clazomenius efficientem causam adinuenit intellectum ac mentem q̄q̄ in redditione
Anaxagoras.
& assignatione causarum rarissime vsus est ea: quod in Phædone Socrates momordit. tāetsi non erat id ma
gnopere absurdum. Nam & Timæus & Plato, qui Timæū introduxit, q̄uis efficientes causas & exēplares & fi
nes proposuissent: tamen corporalium causarum probationes non ex illis, sed ex planis figurisq; demum ab
ipsa elemētorū natura duxerunt. Verumtamen ipse Plato Pythagoricorum Eleatarūq; placitia, quæ inuolu
ta subobscuraq; ferebantur, lucem quandā vtiq; intulit: & ea quæ vltra naturam sunt elegantissime cecinit. In
naturalibus quoq; rebus atq; genitis elementaria principia disseparauit a reliquis. huiusmodiq; principia pri
Elementa.
mus Plato dicitur appellasse elementa: vt Eudemus est auctor. Efficientes item causas & exēplares & finē ita
tradidit vt distinctæ inter sese esse viderētur. Nam materiam simul & formā Aristoteles ex eisdem principijs
cōperit. Ia efficientem causam diuinū statuit intellectum. Finem autē illius bonitatē: ꝑpter quā vnūquodq; sē
Intellectus diuin⁹ causa efficiens.
sibile intelligibilis exēplaris similitudinē gerit. Ab his igitur qui Platonem antecesserunt nō solum in eo dis
sentit Aristoteles ꝙ efficientem causam intellexit: verū etiā ꝙ naturalem enucleatius vidit & prodidit. Nā cū
illi Homiomærias, hoc est similes particulas vel vnum ex quatuor elementis vel plura vel oia rerum esse prin
Homiomeriæ.
cipia cēsuissent: vel in sectilia vsq; corpora peruenissent: Aristoteles & Homiomęrias & quatuor elemēta dis
soluit: atq; ipsam corporalem naturā in formam materiāq; diduxit, quemadmodum & ante Aristotelem Pla
to: & ante Platonem Timæus Pythagoricus fecerant: arbitrati proxima principia esse quatuor elemēta & an
elementa superficies. Principia vero prima elementaria esse formā atq; materiam. A Platone autem simul ab
ijs qui Platonem precessere Aristoteles videtur in eo variasse: ꝙ cū nōnulli, videlicet qui ante Platonem fue
re, de naturalibus rebus perinde atq; de omnibus disputauissent: nonnulli ita egissent de naturalibus reb⁹ qua
tenus in mundo habentur, & quatenus sunt partes mundi: ita vt in libris de mundo huiuscemodi principia q̄
fuisse tradidisseq; videantur: quēadmodū & Plato, qq; ante Platonem fuere cōplures factitasse reperiuntur.
Aristoteles naturalia omnia quo se quoq; ordine habeant edocuit: deq; ipso corpore naturali quale sit suapte
natura etiam si nunq̄ fuisset mundus dicato seorsum opere cōmostrauit. Sed & in elemētis aliud a natura pri
uationem esse ostendit: cum Plato ante aut materiam, aut ex materia priuationem definiuisset. Cæterū cum
causam efficientem alij deseruissent: Anaxagoras vero atq; Plato instrumētariā esse putauerat: moueriq; ab
alio & mouere subinde alia. Verum Aristoteles nō sistit in sola natura. Sed ad immotā quādā & mouentē oia
causam est superuectus: vniuersaq; quæ mouerentur in huius operis calce pēdere inde atq; nin acutissime cō
probauit. Genitalia corpora. Elementa & principia rerum cōquisite recteq; corpora genitalia dicuntur: quo
Genitalia corpora.
niam ex illis cætera gignuntur. Illa certe dant primordia & principia naturalibus rebus: nec recte corpora vo
cari possunt nisi per figuram catacresim, hoc est abusionem. Nec vero elemēta prima feculenta sunt & impu
Catacresis.
ra: illa dico ex quibus omnia nascuntur: verbi gratia ignis primum elementū nō adurit: sed vt ait Ioānes Sco
Elementa pura.
tus ignit. nec terra est sicca aut humecta: sed pura & simplex cū cæteris duobus sequentibus elementis. Plato
alterā terram in æthere posuit verum simplex & purum elementum. Aristoteles ignē in concauo orbis lunæ.
Altera terra
Terrā hanc non elementum esse ideo asserunt ꝙ non ambitur ab aquas vt si eum audiamus inconcinna illo
rū responsio sit, qui dicunt partem ab artifice deo reseruatam esse vacuam & ab aqua intactam ad vsus mor
talium. Sed Aristoteles libro tertio de mundo elementa prima corpora dicit ex quibus fiunt alia corpora vt
ab eo discere possis. Qua ratione ductus Lucretius elementa corpora genitalia vocat: quoniā scilicet ex illis
primis corporibus cætera corpora generantur. Aristoteles elementa principia rerū nō ponit: sed illa tria. Ma
teriā, formā, priuationē. Propterea elementa asserunt esse corruptibilia cū non alia intelligat ab his quæ visun
Elementa corruptibilia.
tur: qd Platoni dissentiēs est. Hęc principia oportet credere, & illa generalia. quare scilicet Aristoteles li.j. phy
sicoꝝ inquit. Contra negantē prima principia non est amplius disputandū. Idē in eodem sic de principijs sen
tit. Principia non fiunt nec ex alterutris: sed ex ijs fiunt alia, quę semp manēt. Ista principia iuxta eundē Ari
Naturaliū cognitio qd prosit.
stotelē sunt finita. Quærunt nōnulli nec p̄ter rē q d prosit ad moralē philosophiā, ad quā sapiens dirigit, phy
sicorū liber: Nā auctore Auerrhoe vltima pfectio hominis est vt sit pfectus p scientias speculatiuas: & hęc est
sibi vltima felicitas & vita æterna. Nā philosophus naturaliter est virtutis studiosus secūdū omnes species
virtutum moraliū, quæ sunt iustitia, castitas, liberalitas, & similia. Respōdeo cū Auerrhoi librū physicorum
esse radicē & principiū philosophiæ naturalis. Sed huic dubitationi respondentē Themistium nostrū audi in
prima paraphrasi primi libri physicæ auscultationis. Naturalium reꝝ scientia nō solū ad eas res vtilis est: quę
in vita tractātur: vtpote quæ & medicinæ principia prębeat: & mœchanicis cæterisq; huiusmodi artibus sub
ministret. Quælibet em̄ & naturā subiectæ materiæ & naturales differētias speculatur. Itē nō solum pficit ea
cognitio ptem illā animę nobis associatā atq; complicitā eo modo quo theologia ptē itelligibilē atq; sup̄mā
sed etiā reliqs viribus et potestatibus animę plurimū afferet vtilitatis & ornamenti. Videt em ad virtutes acti
uas adipiscendas scientia naturalis maximū habere momentū. Primū ad iustitiā: quandoq dē elemēta & reli
quas ptes orbis vniuersi & sibi inuicē cedere & suū amare quæq; ordinē æquabilitatēq; seruare Geometricā
plane pspicimus. vnde ab auaritia & possidēdi libidine nos faciet abhorrentes. Ad continentiā deinde tēpan
Voluptas.
tiāq; pficiet: cum doceat eā esse naturā voluptatis vt nō sit antecedens vllū aut p se ac suapte natura bonum.
Sed posterius quiddā ac subsequens dū id quod vehementer mouet et magnope expetendum videt multa
etiānū turpidine præter naturā cōmixtum & conquinatū appareat. Huiusmodi itaq; studiū philosophiæ fa
cile nos a corporis voluptatibus deterrebit: atq; ab eoꝝ omniū cupiditate: quæ externa cū sint plurimū admi
rari & p̄tiosa existimare solemus: vnde illud eueniet vt & iusti & continētes esse possimus: & in communi ho
minum consuetudine atq; cœtu consultissimi & prudentissimi esse videamur. Sed e physicis & fortitudo su
Homo qd.
metur contra mortis metum cū didicerimus hominem vix esse portiunculam sensilē vniuersi, & viuendi spa

tiū vix totius temporis esse momentum. Item genitum omne corrumpi dissoluiq; in simplicia oportere: & d
Corruptio quid. tes proprijs elementis reddi atq; restitui vniuersitati. Nihil enim aliud est corruptio q̄ dissolutio, dissipatioq;
compositi: p quā vt dixi ptes in generalitatem, id est naturā suā recurrentes reciprocantesq; quasi accepta fe
runt vniuersitati: renouantur ea quæ consenuerunt: confirmantur ea q̄ debilitata fuere atq; prostrata. Cæteru
Mors cōtē nenda. nunc sitne paucis post annis emori in nulla esse ponendum ratione ei qui tēporis numerū atq; adeo infinitudi
nem existimant. Q; si separatā illā animi sublimitatē ad ea cognoscenda traduxeris: quę a corpore sunt cor
porei q; remota: tunc penitus cupies vita excedere. Qui vero ita est animo constituto atq; cōposito vt mor
tem contemnat: Quod esse potest tam admirabile quod illius queat mentē peruertere? Prudentiā quoq; cum
plurimam habeat cum intellectuali animi parte, cognitionem eam maxime iuuabit disciplina, quæ naturā re
Inhians nihil ma gnum. rum ostendit & edocet. Excelso item animo esse atq; magnifico facit ea scientia, quę persuadet nihil esse ma
gnum aut eximium in rebus humanis. Cum vero iam reuocamus mentē a sensibus: vt nulli cupiditati, per
turbationiq; pareamus: sed modicis atq; adeo intra desyderium naturæ contineri: nostras possessiones velis
mus esse cōmunes: alienis abstineamus: liberalissimi & munificentissimi efficimur. Iam vero maximū illud et
optimū genus vtilitatis qui non perspiciat? Q; & ad animi nostri substātiā cognoscendā & ad separatā
diuinatūq; rerum notitiam capessendam hæc potissimū ratio atq; via esse videatur. qđ & Plato dicit, qui ex
naturalium motuū preceptione ad eam substantiā inuestigandā perrexit: quę cum per seipsammet moueat,
prędita est intelligentia & diuinitate. Sed & Aristoteles quoq; hoc ipso opere ex perennitate motus orbicu
laris immobilem quandā substātiam adinuenit: quæ motuū omniū origo esset & causa. Accedit ad gratiam
ꝙ huiuscemodi studiū philosophiæ nostrā erga deum obseruantiam pietatēq; multū adauget: & tanq̄ con
calefacit. Nam cognitis iis pfecte quæ facit deus, in admirationē commendationēq; sui omnium animos at
quos cōuertit. Hanc autē admirationē propensa charitas, fides, ac spes certissimæ consequunt. Propter hęc
Physiologię opa dāda. maxime physiologiæ danda est opera vel impensissima. Hæc Themistius. quę q̄uis multa videri possint fi
vt inquit Epigrāmaticus poeta. Non sunt longa: quibus nihil est quod demere possis. Q đ de libro physico
rum ēt intelligatur de naturali qualibet traditione: vt de Lucretiana materia: & reliquis huiusmodi.

Reddunda in ratione vocare: & semina rerū
Appellare suemus: & hæc eadem vsurpare
Corpora prima: ꝙ ex illis sunt omnia primis.
Omnis enim per se diuum natura necesse est

¶ Reddunda. Pro reddenda. cum referim⁹
nomē rerum naturalium, principia corpora
genitalia vocamus & elementa. Rebus. Ge
nitalia corpora reb⁹ dicuntur elemēta ꝙ oia
ex illis generantur. Semina. Principia, pri
mordia. Nāquemadmodū ex semine in reb⁹
vegetatis plantæ nascuntur: pinde ex his tā
q̄ seminibus cætera corpora naturalia crean
Cucurbitæ seminosæ. tur. Poeta in priapeis cucurbitas seminosas
appellat: quoniam semina multa habent & animas. Propterea. L. Apuleius inqt. Nos cucurbitæ caput non
Locus Apuleij. habemus vt pro te moriamur. Exciso nanq; singulo vertice capitatæ cucurbitæ seminosæ simul & animosę
mille pro vna excisiōe, ex copia multorum eius seminū, succrescere pullularēq; possunt: qđ hoī decollato nō
cōtingit: qppe cū auctore Catullo, Nobiscum occidit vna breuis lux. Nox est perpetua vna dormienda. Sūt
Suemus. qui dicant cucurbitas facile compages admittere, facileq; recōcinnari posse. Suemus. Consuemus pro con
sueuimus. Diuidunt subinde vocales poetę: & quæ coire deberent separantur. Horatius sermonū primo. Cū
mihi non tantum furesq; feręq; suetæ. Idem apud Ouidium, Papiniūq; obseruat. Aurarū & syluę metu apđ
Cōsuetudo Horatiū trissyllabum est. Cōsuetudinem, vt obiter hoc te velut auctario donem. L. Apuleius Veneris ancillā
vocauit: gnarus q̄tum in amore polleret familiaritas, in quā sententiā Lucretius noster. Q đ superest consue
Consuetio tudo cōcinnat amorē. Consuetionē Plautus pconsuetudine vsurpauit. Vsurpare corpora prima. Nō ad præ
scriptū philosophicę normę loquimur cum principia rerum & elemēta vocam⁹ corpora prima: sed abutimur
ducti hac ratione: ꝙ illa dant principia cęteris corporibus: ex hac causa prima corpora vocamus elementa.
Hoc sumpsit ex Aristotele lib. iij. de mundo. Primis. Principijs & primordijs cęterorum corporum. Om
nis eīm per se. Narrationē ordiens Lucretius de ipsa natura primū agit, hoc est causa prima: a qua omnes cau
Deus. sę profluxerunt. i. a deo, hoc est ab essentia dei, quæ per naturam significatur, qui deus summus est, q absolu
tissimus, infinitus, & de quo nullam rationē philosophi tradūt nisi per effectus recognoscētes illū esse primā
causam: quā nos deū pensitatius & reuerentius appellamus. Philosophi naturam: ꝙ eo principe causarū om
nia nascunt in terris. Latini deū dictum volunt ꝙ ei nihil desit: vel quia oia cōmoda dat hoībus: siue a gręco
Δεός qđ significat metū, eo ꝙ hominibus metui debet: vel a dictione gręca θεός. Hęc est illa natura quā dicit
Aristoteles esse principium motus & quietis, hoc est primā causam. Sunt qui dicunt mundum repente a na
Natura. tura extitisse. Naturam vero, vt Straton ait, habere in se vim gignendi & minuendi. Sed eā nec sensum habe
re vllum nec figurā. Ad hāc pplexitatē vitandā philosophi recētiores ita distinguunt: vt dicant duplicē esse na
turam: naturātē videlicet & naturatā: naturantē primā causam, naturatam quę aliunde causam trahit, id est a
prima. Deus est natura naturans. Immo pbat pacutis argumētis Theologus Aquinas lib. primo cōtra gen
tiles in deo nihil esse violētum neq; pter naturā. Nā cū deus sit omnino imobilis nō potest in eo esse aliquid vi
olētum vel innaturale. Videtur tū nonullis Aristotelē deum a natura naturāte seiungere cū inquit. Deus & na
Ouidius enarratus. tura nihil agūt frustra. quē imitatus est Ouidius in primo Metamorphoseos. Hæc de⁹ & melior litē natura di
remit. Sed hęc nostra superiora reijcio. Patet tū deum non esse naturā naturatā: quoniā tunc esset corpus: qđ
est inconueniēs. Id ita probat. Oē quātū est aliquo modo in potētia. Nā cōtinuū est potētia diuisibile in infinitū:
numerus autē in ifinitū est augmētabilis. Oē autē corpus est quantū. Ergo oē corpus est in potētia. Sed deus
est actus purus, ergo deus nō est corpus. Themistius Euphradas scribit secūda in Aristotelis naturalia para
Materia du plex. phrasi nomē naturæ plura significare. Nā vno significatu natura dicitur esse materia. Materia iterū duplex:
vna particularis: atq; hęc non per omnis informis est: sed ad quēdam modum: vt ædium lateres, larium hu
mor, & terra, stirpium elemēta. Altera generalis: atq; hæc est vltima sine forma prorsus. Alio modo natura

pro forma & specie substantia definitionis affertur. Tertio pro via & motu ad formā accipit. Habet & res alia quæ cū motus illius efficiens causa sit: insitq; oibus natura constātibus: nomen sibi naturæ maxime & ꝓprie vendicat. Dicitur & substantia quęlibet essentiæ natura qualiscunq; ea sit siue simplex siue composita. Et secūdum Themistium aliud est immo amplius secūdū naturam esse q̄ naturā habere. Sunt etiam res quæ dicūtur esse natura: atq; hoc plus est q̄ secundū naturā esse. Sūt eñ quædam res natura, quæ secundū naturā esse non possunt: qualia sunt vitia obsessionesq; ex ipsa genitura contractæ. Quibus sic se habētibus videtur nō nullis peripateticū dogma sectantibus naturā nullatenus esse deum: sed quid deo subiectū. Nam natura sumendo pro deo nō est materia, nec forma, nec via vel motus ad formam, nisi capiatur natura ꝓ causa efficiēte motus ad formam. Qui de naturāte & naturata natura scripserūt verius dixerunt q̄ vsitatius. Naturam videtur Claudianus a deo seiungere iis verbis libro tertio de raptu Proserpinæ positis: loquente Ioue. Nūc mihi cum magnis instat natura querelis. Humanum reuelare genus. Hic diuinā ꝓuidentiā Lucretius negat Epicurum sectatus: quē Democritus auctore Lactantio libro diuinarū institutionum tertio suæ stultitiæ reliquit hæredem: quē secutus quoq; Papinius auctore Lutatio libro Thebaidos tertio sic. Miseret superum si carmina curæ: Humanæq; ꝓces. Quid inertia pectora terres? Primus in orbe deos fecit timor. In alia significantia natura dicitur peculiariter in brutis loci. Sic Varro in re rustica admouendā naturæ ouium fiscellam monuit Hieronymus religionis antistes indicat & apud græcos quę φύσις est pro pudēdo mulieris vsurpari. Pli. li. x. natu. hist. Rabies ea aceto mitigatur naturæ aspso. Physicus sermo, Suidas inquit, est apud philosophos post moralem. Est multiplex hic sermo, est de corporibus, est de principiis & elementis, & de cęlestibus, & de mani de astris, de sole, de regimine principum, de nubibus. Sunt tria in naturalibus rebus. Species vel forma, materia, causa & huiusmodi reliqua. Subdit natura est quæ mūdum cōtinet & administrat. Hic incipit narratio operis Lucretiani cum primo ꝓposuerit: deinde inuocauerit. Apud oratores tria sunt narrationis genera, quæ poetę non obseruant. Vnum cum exponunt rem gestam, & vnumquodq; trahunt ad vtilitatē suam vincendi causa. Alterum qđ intercurrit nōnunq̄ aut fidei, aut criminatiōis, aut trāsitionis, aut alicuius apparationis aut laudatiōis causa. Tertiū genus est qđ a causa ciuili remotum est: in quo tamē exerceri cōuenit, quo commodius illas superiores narrationes in causis tractare possimus. Poetæ & hoc quandoq; faciunt: sed vnisotmē fere peculiariter narrationem vsurpant cum ab inuocatione sui poematis exequuntur orsa: qđ nūc poeta facit. In codicibus primæ editionis titulus hic est huic capiti perpēse ꝓnotatus græcis literis: τὸ μακάριον καὶ ἀπείρατον. Significant hæ voces beatum & infinitum. Docēt hæc tractare Lucretiū de natura, hoc est deo: qui est infinitus scilicet & beatus. μακαρὸν greci beatum dictitāt & fortunatū. vñ felices insulæ vocatæ νῆσοι μακάριοι. ἀπείριτος infinitus: & indifferēter ἀπείρεσιος. Apiris dicitur & inexperientia & infinitio, hoc est infinitas tertiæ inflexionis. Cicero academicorū libro tertio. At hoc Anaximandro populari & sodali suo non ꝑsuasit. His eñ infinitatē rerū atq; naturæ, & in hoc mundo ipso cęlum, terras, maria cognoscimus. Plinius libro secūdo naturalis historiæ. Aut si hęc infinitas naturæ omniū artifici possit assignari, nō idem in vno facilius sit intelligi tanto pręsertim opere. Pro infinitate. M. Tullius infinitionē dixit libro secundo de finibus bonorum & malorꝫ. Quarū incursionē non solum videamus: sed etiā cogitemus. Infinitio ipsa quā ἀπειρίαν vocant. Sed an natura siue deus sit infinitus videamus. Assero deum esse infinitum, nō ratiōe multitudinis compositorum: nec secūdum quātitatem continuam: sed secūdū spiritalē magnitudinē: quę quidem spiritalis magnitudo q̄tum ad duo attēditur: scilicet q̄tum ad potētiam, & quātū ad proprię naturę bonitatē siue cōplementū. Adde qđ in deo infinitū nō est sicut in quātitate dimēsius vel numerali. Sed in deum ifinitū negatiue tantum intelligitur: quia nullus est perfectiōis suæ terminus vel finis: sed est summe perfectum. Huic autem veritati sacra scriptura testimonium perhibet: in qua sic scriptum est. Magnus dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius nō est finis. Attestātur itidem antiquissimorꝫ philosophorum dicta: qui omnes infinitum posuerūt primum rerum principiū quasi ab ipsa veritate coacti. Propriā eñ vocem ignorabant existimātes infinitatem principii ad modū quātitatis discretę: secundum Democritum: qui posuit atomos infinitas rerum principia: vel ad modum quantitatis cōtinuę secūdum illos qui posuerūt aliquod elementū vel cōfusum aliquod ifinitum corpus: esse primum omnium principium. Hic verborū Lucretii sēsus est. Cum natura deusq; in summa arce sedē suam elegisset: remota a cōmercio nostro: nostriq; nullam curam habēs: non precibus, nō ira mobilis: primus homo sapiēs rem tā abditā, altam, inaccessam, incognitā, remotam, impenetrabilē, mente prope cælesti ausus est vestigare, ausus, vt Manilius auctor est, oculos alieno immittere cœlo,

Per se. Nō habēs ab alio formā nec extrinsecus pendēs: sed sua propria ꝑfectione in se, hoc est cōsummatione sua totus est & viget: qui cum sit intelligēs, suum itelligere a seipso depēdet. Quod sic probat auctor Aquinas. Omnis substātia est ꝓpter suam operationem. Si igitur operatio dei sit aliquid aliud q̄ diuina substātia: erit finis eius aliud ab ipso: & sic deus nō erit sua bonitas: cum bonū cuiuslibet sit finis eius. Sic autem diuinum intelligere eius sit simpliciter æthernum & inuariabile & actu tātum existens. Diuum. Diuorum pro deorū. q̄uis sit vnus deus: quādo tamen numero multitudinis nūcupamus: diuersam eius potētiam nō numerositate significamus. Ita interpretatus est Nicolaus lyra. Quin & psalmographus in hoc significatu deos pro varia dei potētia vsurpat, qđ nec poetas fugit etiam Ouidio teste: qui sic cecinit in Fastis. Scilicet alterno voluit rudis illa vetustas Nomine diuersas significare vices. vnde poetæ vetustissimi carmen id extat a Seruio citatum. Cęlicolę mea membra dei: quos nostra potestas officiis diuisa facit. Augustin⁹ tamē in libris de ciuitate dei hoc ascribit inscitiæ colētium: qui putarēt multos esse deos. Hic essentiam deorum naturam vocat. Excutiamus si placet an sit vnus deus: & videtur esse vnus. Liquet deum omnino ꝑfectum esse: cui nulla perfectio desit. Si igitur sūt plures dii oportet esse plura huiusmodi perfecta. Hoc autē est impossibile. Nam si nulli deorum deest aliqua perfectio, neq; aliqua imꝑfectio ei admiscetur: qđ requiritur ad hoc qđ aliquid sit simpliciter perfectum: non erit in quo ad inuicem distinguātur. Impossibile est igitur plures deos ponere. Amplius impossibile est vnum motū continuum & singula regulantem a pluribus motoribus esse. Nam si simul mouent: nullus eorum est perfectus motor: sed omnes se habent loco vnius perfecti motoris: qđ nō competit in primo motore. Perfectum eñ est prius imꝑfecto. Si autem nō simul mouēt: quilibet eorum est quādoq; mo

Natura vulua.

Physis.

Narratio.

Macaron

Apiritos.

Apiria infinitio.

Infinitas.

De⁹ ifinit⁹.

Dei p deo.

An de⁹ vn⁹.

uens, & quandoq; non: ex quo sequitur ꝙ motus nõ est continuus neq; regularis. Motus enim continuus & vnus est ab vno motore. Motor enim qui non semp mouet: irregulariter inuenitur mouere: sicut patet in motoribus inferiorib⁹: in quibus motus violentus in principio intenditur, & in fine remittitur. Motus autem naturalis econuerso, sed prima motus est vnus & continuus vt a philosophis probatum est: ergo oportet eius motorem esse vnum. Itẽ in quolibet principatu ille qui præsidet vnitatem desyderat. vnde inter principatus est potissima monarchia siue regnum. Multorum etiam membrorũ vnum est caput: ac per euidenti signo apparet ei, cui conuenit principatus, vnitatem deberi. vnde & deum qui est omniũ causa oportet vnum simpliciter constitere & simpliciter confiteri. Hanc autem ostensionem diuinæ vnitatis etiam ex sacris eloquijs accipere possum⁹. Nã deuteronomio sexto dicitur. Audi israel domin⁹ deus tu⁹ de⁹ vnus est. Et exodi vigesimo. Non habebis deos alienos coram me. Et ad Ephesios quarto. Vnus domin⁹, vna fides. Hac autem veritate repelluntur gentiles deorum multitudinẽ confitentes: q̃uis plures eorum vnũ deum summũ esse dicerẽt: a quo omnes alios quos deos nominabant creatos esse asserebant: omnibus substantijs sempiternis diuinitatis nomẽ ascribentes: & præcipue ratione sapientiæ & felicitatis & rerũ gubernationis. quę quidẽ consuetudo loquendi etiam in sacra scriptura inuenitur dum sancti angeli aut etiam homines vel iudices dij nominãtur. Sicut illud

Dij angeli & iudices.

psalmographi. Nõ est similis tibi in dijs domine. Et alibi. Ego dixi dij estis. & mlta huiusmodi per varia scripturæ loca inueniuntur. Vnum deum asserit & Aristoteles in physicis.

Immortali æuo summa cum pace fruatur:
Semota a nostris rebus: seiunctaq; longe.
Nam priuata dolore omni: priuata periclis:
Ipsa sui pollẽs opibus: nihil indiga nostri:
Nec bene pro meritis capitur: nec tangit̃ ira.

¶ Immortali æuo. Aethernitate, quæ nescit finem. Philosophi recẽtiores scribũt ętatem

Aetas. Aeuum. Aethernitas.

æuũ & æthernitatẽ differre: ꝙ ętate viuũt homines: æuum complectit̃ genios & angelos: æthernitas deum summũ & perpetuum. Abutitur tamẽ more poetico dictiõe Lucretius cum ęuum tribuat dijs: quibus contingat æthernitas. Ab æuo fit ęuithernus pro æther

Aeuithernus.

no & perpetuo: sed ab æuo & ęthere cõpositũ est. Aeuum græce dicitur αἰών. Aeuum pro tempore omnium domitore & consumente Plato sumit hoc nitidissimo disticho.

Temp⁹ oia mutare.

Αἰὼν πάντα φέρει. δολιχὸς χρόνος οἶδεν ἀμείβειν Οὔνομα καὶ μορφὴν, καὶ φύσιν, ἠδὲ τύχην.

Latine sic. Aeuum cuncta rapit: furtiuaq; tempora mutant Naturam, sortem, nominaq; & faciem. Deum eẽ ęthernum sic theologi probant. Omne qđ incipit esse vel desinit: per motum vel mutationem hoc patit̃. Deũ autem esse omnino immutabilem patet: est igitur æthernus carens principio & fine. Ostendit etiã Aristoteles ex sempiternitate temporis sempiternitatem motus: ex quo iterum ostendit sempiternitatem substantię mouentis. Prima autẽ sententia mouens deus est: est igitur sempiternus: negata enim sempiternitate motus, adhuc remanet ratio ad sempiternitatem substantiæ. Nam si motus incepit, oportet ꝙ ab aliquo mouente inceperit: q̃ si incepit, ab aliquo agẽte incepit: & sic vel in infinitum ibitur, vel deuenietur ad aliquod qđ non incepit. Huic autem veritati diuina auctoritas testimonium perhibet. vnde psalmographus. Tu autem domine in æthernum permanes. Et idem. Tu autem idem ipse es & anni tui non deficient. Scribit Auerrhoes secũdo

Immortalitatis causa.

de cælo absentiam materiæ esse causam immortalitatis. Semota. Seiuncta & loco & mente animaduersiõe: q: nil enim curat humana. Commentator Auerrhoes lib. viij. physicorum putat primũ motorem esse vbi velocissimus est motus: scilicet in oriente. Priuata. Improprie pro ea pers & vacua. Quis enim recte & regulariter priuari dicitur illo qđ non habuit? Pollens. Potẽs, excellens, vnde pollentia pro potẽtia. Opibus. Perfectionibus, beatitatibus. Indiga. Non indigẽs humano auxilio, non thure, non sacrificijs, non precibus.

Indiga. Adeomenos deus.

vnde græci adeomenon deum cũ Hieronymo vocant. i. non indigentem. Bene pro meritis. Verbũ vnũ bifariã diuisũ carmis necessitate. Dicere debuisset p bñmeritis, hoc est religiõib⁹: qb⁹ hoies de auctore suo deo bñmeriti sũt: cui⁹ maiestati oim bonorũ cornu, vt dĩ, copię, & felicitatis hũnæ perini largitori p̃ces adhibet: & gratias agit cum referre non possit. Potest & iũctim legi pmeritis. Sunt eñ promerita quæ merita. Cicero in

Promerita.

oratione qua senatui gratias agit post reditum suũ. Q đ tam diuinũ atq; incredibile genus orationis: qua q̃s q̃ possit vestra in nos vniuersa promerita percensere numerãdo. Sequitur hic Stoicos. Euentilemus sodes

An orõne flectat̃ deus

nunquid deprecatiõibus flectatur deus: & ab ira resiliat. Et videtur pijs resilire: nec enim mobilẽ eũ esse potes inde colligere. Non eñ ad hoc oratio ad deũ fundit̃: vt æthernæ prouidẽtię dispositio immutetur. Hoc eñ impossibile est, scilicet vt aliquis aliud qđ desyderat assequatur a deo. Pijs eñ desyderijs rationalis creaturæ cõueniẽs est ꝙ deus assentiat: nõ tanq̃ desyderia nostra moueãt immobilem deum: sed ex sua bonitate procedit vt cõueniẽter desyderata pficiat. Cũ eñ oĩa naturaliter bonũ desyderẽt: ad supeminẽtiam autẽ diuinæ bonitatis pertinet ꝙ esse & bene esse oibus ordine quodam distribuat: cõsequẽs est vt secũdum suam bonitatem desyderia pia, quæ per orationem explicãtur, adimpleat. Quidã dixerũt nullum esse orationis fructum tam illi qui negabãt diuinã prouidẽtiam omnino (sicut Epicuri) q̃ illi qui res humanas diuinæ prouidẽtię subtrahebãt: sicut aliqui peripatheticorum: nec non & illi, qui oia quę prouidẽtiæ subsunt ex necessitate contingere arbitrabantur sicut Stoici. Quidam vero econtrario diuinam dispositionẽ vertilẽ oratiõibus esse dicebant sicut Aegyptij dicebant ꝙ fatũ oratiõibus & qbusdam imaginib⁹ siue suffumigationibus, siue incantationibus vertebatur. Idem accidit in erogationibus & id genus reliquis pijs operibus. Hæc accepi ex Thoma lib. iij. contra gentiles. Capitur. Delenitur, demulcetur: cum post delictum respiciẽtes & pœnitẽtia ducti votis, & lachrymis deorum iras auertimus: qui propensi sunt ad ignoscentias. Dicitur enim Isaiæ. xxxviij. ꝙ Isaias ex mandato domini dicit Ezechię regi. Hæc dicit dominus. Dispone domui tuæ quoniam morieris tu & non viues. Et post orationem Ezechię factum est verbum domini ad Isaiam dicens. Vade & dic Ezechiæ: Audiui orationem tuam: ecce ergo adijciã super dies tuos. xv. annos. Et Hieremiæ. xviij. dicitur ex persona domini. Repente loquar aduersum a gentem: & aduersum regnum: vt eradicem & destruam & disperdã

illud: ni poenitentiã egerit gẽs illa a malo suo, qđ locutus sum aduersum eã. Agã & ego poenitẽtiam sup malo
qđ cogitaui vt facerẽ. Pro Lucretio facit qđ scriptũ est primo regũ. Triũphator in Israel nõ parcet, & poenitu-
dine nõ flectet. Neq3.n. homo est vt agat poenitentiã. Et Malachię tertio. Ego dominus & nõ mutor. Si qs au-
tem diligenter consideret circa pdicta veniet ꝙ omnia error, q in ijs accidit ex hoc puenit ꝙ non considera-
tur differentiã inter vniuersalẽ ordinẽ & particularẽ. Cũ.n. oẽs effectus ordinẽ adinuicẽ habeãt secũdum ꝙ in Vniuersa-
vna causa conueniũt: oportet tãto cõmuniorem ordinẽ esse, quãto est vniuersalior causa: vnde ab vniuersali lis ordo pti-
causa quae deus est ordo pueniẽs necesse est ꝙ omnia complectatur. Nihil igitur phibet aliquẽ particularẽ or- cularis.
dinem, vel p orationẽ, vel p aliquẽ aliũ modũ immutari. Est.n. extra illũ ordinẽ aliqd qđ ipsum possit immu-
tare. propter quod non est mirum si ægyptij reducentes rerum humanarum ordinem in corpora cęlestia posu-
erunt fatum ex stellis pueniẽs aliquibus orationibus & ritibus posse immutari. Nam extra cęlestia corpora & Fatum ex
supra ea deus est: qui potest cælestium corporũ impedire effectum, qui mitius inferioribus ex illorum impres- stellis.
sione secuturus erat: sed extra ordinem competentem omnia nõ potest poni aliquid: p qđ possit ordo ab vni-
uersali causa dependens euerti. ppter qđ Stoici qui in deum sicut in causam vniuersalem omniũ ordinis rerũ
reductionem cõsiderabãt: ponebãt ꝙ ordo institutus a deo nulla ratione possit immutari: sed in hoc iterum a
cõsideratione vniuersalis ordinis recedebant: ꝙ ponebãt orationes ad nihil vtiles esse: tanq̃ arbitrarentur vo-
luntates hominũ & eorum desideria, ex quibus orationes pcedũt, sub illo vniuersali ordine non cõprehendi.
Cum enim dicunt ꝙ siue pces ad deum fundãt siue non: nihilominus idem effectus sequitur in rebus: ex vni-
uersali ordine corruũt: manifeste ab illo vniuersali ordine vota orantium sequestrant. Valent igitur orationes
non quasi ordinem æthernæ dispositionis immutãtes: sed quasi sub tali ordine etiam ipsę existentes. Nihil au-
tem phibet p orationũ efficaciam aliquem particularẽ ordinẽ alicuius inferioris causæ immutari deo faciente
qui omnes supergredit causas. Vnde sub nulla necessitate ordinis alicuius causæ cõtinetur: sed ecõuerso neces-
sitas ordinis inferioris causæ continet sub ipso quasi ab eo institutus. In quantũ ergo p orationẽ immutat ali-
quid de ordine inferiorũ causarum instituto a deo ppter orationes piorum: dicit de' cõuerti vel poenitere: non Poenitẽtia
ꝙ ætherna eius dispositio mutet: sed q mutatur aliquis effectus. vnde vt Gregorius dicit ꝙ nõ mutat deus dei quæ.
consiliũ, q̃uis quãdoq; mutet sententiã. Sed hoc nimis vt reor. Aliũt quãdoq; digressus huiuimodi & lectorẽ
vegetũ sagináres instructiorẽ reddũt ad occultiora sensa pcipiẽda. Ira. Ad puniẽdũ p merita noxa irritatio
quæ subinde flectit vel Ouidio teste. Si quoties peccant homines sua fulmina mittat Iuppiter: exiguo tẽpo-
re inermis erit. Tãgitur. Cõmouet, irritat. M. Tullius in frumẽtaria. Nũq̃ tua me cura tuarũ fortunarũ cogi-
tatioq; tãget. Tãgere alias significat ferire, cõtingere, inspicere, circunuenire. Cum inqt Lucretius deum nõ Tangere.
curare mortalia Epicurũ sequit: de quo Cicero in oratiõe cõtra Pisonẽ. Supplicationes dij negligũt: q vt ve-
ster ille diuinus dixit Epicurus neq; ppitij cuiq̃ esse solẽt neq; irati. Stoici deos nõ flecti dixerũt. Epicurei mor-
taliũ securos. Sed ad irę vim explicadã deflectam'. Irã philosophi definiũt esse accẽsionẽ sanguinis circa cor. Ira.
Loqt poeta ex Epicuri sentẽtia: q scripsit irã in deo nõ eẽ: nec gratia cõmoueri. Nã cũ putaret Epicurus alienũ
eẽ a deo malefacere qđ ex affectu iracũdiæ plerũq; nascit: ademit ei etiã bñficia: qm̃ videbat cõsequẽs esse vt si
habeat irã de', habeat & gratiã. Itaq; ne illi vitiũ cõcederet etiã virtutis fecit expertẽ. Stoici dãt gratiã deo: ad-
imũt irã. Irã.n. cõmotionẽ mẽtis eẽ ac pturbationem, quæ sit a deo aliena. Q; si hominẽ quoq;, q mõ sit sapi-
ens & grauis irasci nõ deceat: siqdẽ cũ in animũ cuiusq; incidit, velut sęua tẽpestas tãtos excitet fluct', vt statũ
mẽtis imutet, ardescãt oculi, os tremat, lingua titubet, dẽtes cõcrepẽt, alternis vultũ maculet nunc suffusus ru-
bor, nũc pallor albescẽs: quãto magis deũ nõ deceat tã foeda mutatio? Et si hõ q habet iperiũ, ac potestatẽ la-
te noceat, p irã sanguinẽ fundat, vrbes subuertat, populos deleat, puincias ad solitudines redigat: quãto ma-
gis deũ, q habeat toti' gñis hũani, & ipsius mũdi potestatẽ pditurũ fuisse vniuersa si irasceret? Irã initiũ insanię
vocauit Ennius, q̃ Heroa Phthiũ primo Iliados in Agamenonẽ vsq; ad votũ cędis stimulauit. Lege Cicero-
nẽ quarto Thusculanarũ q̃stionũ. Execrat hęc Lucretiana carmina Lactãtius libro de ira: vtpote q̃ tẽpla, q̃ reli-
gionẽ & cultũ deorũ tollãt. Huic Epicuri sentẽtię reclamat & Cicero. De', iqẽs, si talis est vt nulla grã nulla ho-
minũ charitate teneat, valeat. Sedes irę in hoie est iecur. Deus igit ira excitat: q cũ sit virtute maxĩa pditus: in
potestate habet iram suam: nec ab ea regitur: sed ipse illã quẽadmodum vult moderatur: qui cum sit æthern'
æthernam tamen iram non habet: qui cum irascatur, tamẽ irasci hominem vetuit: quia iniuste sæpe irascitur.
Ira furor breuis est: animum rege, qui nisi paret Imperat: hunc frenis, hunc tu compesce catena: inquit Hora-
tius.

Humana ante oculos foede cum vita iaceret
In terris oppressa graui sub religione:

¶ Humana ante oculos. Cum humana na-
tura, & rerum naturalium cognitio iaceret in-
discussa & intẽtata, nec alicui' amatoris sapi-
entiæ vestigaretur indagine: cũ moueri pos-
set ad ea inuestiganda miraculis illius, & na-
turæ quibusdam veluti monstris: q̃ ante ocu-
los quotidie nobis natura suggerit & subministrat: quoniam vt ait Seneca, qui deum esse nõ credit: tollat ocu-
los & credet. & re vera permoti quodã veluti stupore & admiratione mortales machinæ cælestis, vicissitudini-
anni signiferi decoramentis sideralibus insigniti, & reliquis ornamẽtis, quæ natura omniparens parauit: ocu-
los & mentem erexerunt ad illa cõtemplanda: meditationeq; iugi sunt consecuti rerum cælestium nedum na-
turalium cognitionem. Quoniam assertore peripatetico philosopho. Omnes homines natura scire deside-
rãt: & ppter admirationem primo coeperũt philosophari. Foede iaceret. Turpiter, incuriose, indiligẽter: quę
tanq̃ inculta luminibus rationis indigebat a qbus excoleretur. Hic est codicis textus & series. Primus gnarus
homo est ausus tollere oculos mortales cõtra cęlum, cum humana vita foede iaceret oppressa in terris sub gra-
ui religione, quæ ostẽdebat caput a regionibus cæli. Iaceret. Tanq̃ cõtempta, vilis, & abiecta. Iuxta Ouidi- Iacere.
um. Pauper vbiq; iacet. Exponit Nonius sorderet: non læta esset. In terris. Disiecta, cõsepulta illecebris & Graue.
molibus voluptatum terrestrium, quæ alas incidũt & amputant animæ: coniunge cum oppressa. Graui.
Dispendiosa, inutili, damnosa, nocẽte, tristi. Significat quãdoq; graue grauidum, plenum, foecũdum ac fru-
giferum, põderosum, amarum, multum, grãdæuum, molestum, forte, vtile, solidũ, firmũ, sapiẽs, necessariũ.

Religio. In osus nomina. Religiosi dies.

Marcellus grauiter hoc loco exponit multa. Religione. Superstitione: hæc enim ppria significantia est vocabuli huius: &si nostri Theologi superstitionem vocent metum quendã deorum, qui peculiaris est aniculis: vnde sortita nomẽ superstitiosa superstitibus scilicet hoc est vetulis & senibus, qui diu superfuerunt. In hanc significationem locutus est inferius poeta. Religio peperit scelerosa atq; impia facta. Prouerbiũ vetus est. Religẽtem esse oportet: religiosum nefas: qđ retulit Nigidius sic. Hoc inclinamentũ semp huiusmodi verborum vt vinosus, mulierosus, religiosus, nummosus significat copiam quãdã immodicã rei super qua dicit. Quo circa religiosus is appellabatur, qui nimia & superstitiosa religione se alligauerat: eaq; res vitio assignabatur: vnde religiosi dies dicũtur tristi omine infames impeditiq;: in quibus res diuinas facere, & rem quãpiam nouam exordiri temperandũ est: quos multitudo nefastos appellant. Itaq; M. Cicero libro epistolarum ad Atticum nono. Maiores inquit nostri funestiorem diem esse voluerunt alliensis pugnæ, q̃ vrbis captæ: q; hoc malũ ex illo: itaq; alter religiosus etiam nũc dies: alter in vulgus ignotus. Idẽ tamen religiosa delubra maiestatis venerationisq; plena vocat. Religiosi dies ominosi. Vnde Terentius in Eunucho. Nam nihil esse mihi religio est dicere. Sabinus religiosum esse contendit: qđ propter sanctitatẽ aliquam remotum, ac sepositum a nobis est. Verbum a relinquendo dictum: vt cerimoniæ a carendo. Theologi tamẽ religionem pro latria cultuq; diuino capiunt: super qua re Theologus Aquinas libro cõtra gẽtiles tertio. Dei cultus religio nominatur: quia huiusmodi actibus quodãmodo homo se ligat deo: vt ab eo nõ euagetur: & quia etiam q; a naturali instinctu se obligatum sentit vt deo suo modo reuerentiam impendat, a quo est sui esse & omnis boni principium.

Trescia. Eusebia. Theosebia

De Trescia id est religione, Eusebia, Theosebia pro cultu & in deum obseruantia lege Augustinum libro de ciuitate dei decimo. Eundem quoq; excute ibidem tradentem ista. Deus fons nostræ beatitudinis: ipse omnis appetitionis est finis. Hunc eligentes vel potius reeligentes (amiseramus enim negligentes) hunc ergo reeligentes, vnde religio dicta perhibetur, ad eum dilectione tendimus vt perueniendo quiescamus.

Quæ caput a cæli regionibus ostendebat:
Horribili super aspectu mortalibus instans:
Primũ graius homo immortalis tollere cõtra
Est oculos ausus: primusq; absistere contra:
Qué neq; fama deũ: nec fulmina: nec minitãti
Murmure compressit cælũ: sed eo magis acrẽ
Irritat virtutem animi: confringere vt arcta
Naturæ primus portarum claustra cupiret.
Ergo viuida vis animi peruicit: & extra
Processit longe flammantia mœnia mundi:
Atq; omne immensum peragrauit mẽte: animoq;:

¶ Quæ. Religio scilicet ac deorũ timor. Iuxta Papinij & Petronij Arbitri sententiã. Primus in orbe deos fecit timor. Caput. Excellẽtẽ & insignẽ suã vim & potẽtiã ad mortaliũ corda infatuãda. Ostẽdebat. Ostẽdere mẽtibus credulis videbat deũ iratũ caput & verticem cõcutere cum perditurus est humanũ genus. Horribili. Horrorẽ ac terrorẽ incutiente. Instans. Ingruens, imminens, & timorem mortiferũ inferẽs. Peior est morte timor ipse mortis.

Tripos. Instans tẽpus. Extans. Raptum. Gnarus.

Scribit Martian⁹ in musica tripoda trini cursus psagia polliceri, hoc est extantis instantis & rapti: ex quib⁹ verbis patet instãs tẽpus futurũ dici: vt extans psens: raptũ preteritum: quare barbare balbutiunt recẽtiores philosophi, q instãs pro præsenti dicũt: cum extans dici debeat. Gnarus. Prudens, scius absolutus. Cõtrarium est ignarus. In nõnullis exemplarib⁹ legitur graius: q; homo græcus præditus naturali animi vigore sit ausus oculos in cælestia tollere, & diuinam fabricã speculari. nec quia prim⁹ fuerit hic tradit. Incertum est hoc & in naturæ maiestate abditum.

Hostanes. Zooaster. Endymiõ. Lynceus.

Sunt qui Hostanẽ: qui Zooastrem intelligant: qui primi magiæ & sapientiæ sectatores extiterunt. Q; si coniecturæ datur locus nil obstat de Endymione intelligere, qui primus lunæ vices & varietates indagauit: aut Lynceo, cui fabula cernẽdi data q; in geminis lunæ coitum deprẽdit. Quid si Anaximãdrum intelligas qui primus obliquitatẽ signiferi pcepit. Signa deinde in eo Cleostratus, & primũ Arietis ac Sagittarij: Sphęrã ipsam ante multo Atlas. qdam hac Pliniana auctoritate moti Atlãtẽ intelligũt. Sed Lucretiũ arbitror generaliter locutũ neminẽ indicãtẽ: sed illũ primũ. q cælestia cœpit inuestigare omissa terrenorũ cura: qui nõ modicã laudẽ meret: quoniã auctore pipatetico philosopho,

Inuentor laudãdus.

Cõuenies est quãlibet artẽ inueniẽtẽ vltra cõmunes sensus ab omib⁹ esse admirationi: nõ solũ pter aliquã inuẽtorũ vtilitatẽ, sed tanq̃ sapientẽ ab alijs differentẽ. Fortasse sensit hunc esse Epicurũ, q primus verã philosophiam vt sibi videbatur, tradiderit: cũ cęteri errassent. Vel intelligit Pythagorã q se primus philosophũ vocauit: aut Milesiũ Thalẽ, q de rerum natura primus traditur disputasse: de quo alibi. Dicendum est deus ille fuit deus inclute Memmi. Nõ tamẽ erit sic laudãdus de⁹ q; sapiẽtiã inuenerit: sed q; hoiem fecerit, qui posset capere sapiẽtiam. Ita interptatur Lactãtius libro diuinarũ institutionũ tertio. Mortalis. Caducos, tempori & corruptelę subiectos, vel mortalia tantũ curãtes, atq; sectãtes. Sunt qui legunt immortalis: & interptantur suspicientes orbem hũc immortalẽ. vel qđ melius ita cõtexe. Primus homo ausus tollere. i. eleuare oculos. i. acumina & lumina mentis contra immortales hoc est contra deos ad illorũ naturã indagandã. Absistere. Eminus & a longe se sistere cõtra cęlũ: ex lõgo scilicet loco cõtẽplari cęlũ & ipsa cælestia. Alij legunt obsistere ex opposito se sistere. Quẽ neq;. Sensus hic. Homo sollertissimus, qui primus est ausus oculos alieno immittere cælo, nõ est absterritus a cælesti contemplatione, & superorum indagine. q; cerneret subinde cæliũ fatũ minitare vi fulminea, & turbine: nec pcelloso tonitru: verũ audacior & irritatior hinc euadẽs admirabũdus cęli murmura, fulminisq; impetus, causas tantę ruinæ discere festinabat. Fama deum. Qui curiosos puniũt. Nam dij lege Saturni videri nolunt. Fulmina. Quorũ vis a sui scrutinio debuisset amouere curiosam mẽtẽ. Minitãti murmure. Terrorẽ incutiẽte suo strepitu minis cõsimillimo. a murmure p diminutionẽ fit murmurillũ. Sed agedũ cõdet occasio Plautinũ illũ locũ retractem⁹ ex rudẽto. Sic in Plauti codicib⁹ inuulgatis legit. Nolo ego murmur

ulũ neq; susurrũ fieri. Tu lege ex Nonio. Murmurillũ pro paruo murmure. Cõpressit. Cohibuit, retardauit. Eo magis. Tanto magis stimulatus est animus philosophicus ad discendũ q̃to magis cæli murmura, minas terribiles & asperas videbat. Acrẽ. Strenuã, viuidã, robustã. Acer latine dicitur qui græce Δεινὸς pro vehemẽti, nauo, forti, cõstanti. Irritat. Irritauit, prouocauit: vt primus dici vellet, & summopere cuperet aperuisse fores cæli: qđ nobis apertum velut in hæreditatem relinqueret. Confringere. Vi & impetu mentis aperire. Claustra. Seras: organa claudendo apta. Cupiret. Catantulichon p cuperet: auctor Marcellus. Via. Virtus, tenor, & affectus nulli succũbẽs labori. Aliquãdo significat potẽtiã. Plinius lib. x. nat. hist. vim architecti vocat potẽtiam dei. Peruicit. Superauit difficultates omnes. Processit. Porro cessit & pcul penetrauit. Flãmãtia. Corusca, sideralia, quæ luce sua rutila videntur flãmas emittere: qđ iuxta Platonem euenit ab alimento terreno quo pascunt: cui succinit Plinius lib. ij. na. historiæ. Negat hoc Aristoteles: qui libro. ij. de cælo scribit stella a eiusdem esse naturæ cuius est cælum: qđ cum purum sit & sincerũ: pura sunt sydera, & sincera, expertia materiæ. Ardent tamen stellæ & puro lumine coruscant: quæ causa est vt scribat Aristoteles eas in inferioribus imprimere lumen & calorem: quas etiã ibidem scribit esse rotundæ figuræ. Mœnia. Claustra, circuitũ, circulum, hoc est tertiã aeris regionem, & corpus lunare: supra qđ oia pura sunt & sinceræ lucis plena. Mœnia dicuntur a mœniẽdo. Idem priscis mœnire qđ munire. Mundi. cæli a mundicie & puritate. Sic quãdoq; capitur: nostri distingunt vocantes hunc in quo degimus mundum: superius cælum a cælatu similitudine. q̃ simulachris cælestibus est impressum. Apud græcos quoq; est eadem differentia. Illi mundum κόσμον. Cælum οὐρανὸν appellant: vnde extat diuinitus scriptus Aristotelis liber: cui titulus est περὶ κόσμου. Sed vt diximus latini mundũ totam machinam vocant: terrestrem scilicet & terrenum orbem: in quã sententiã pedibus vadit Plinius libro secundo naturalis historiæ in hæc verba. Mundum & hoc qđ alio nomine cælũ appellare libuit cuius circũflexu teguntur cuncta. Quidam exponunt mundum in hoc loco iuxta Aristotelem pro hoc claustro & circuitu terræ: talem sensum poetæ tradentes. Animus primi indagatoris & perscrutatoris viuidus peruicit tantam & tam arduã difficultatẽ, & processit oculis extra mœnia hu⁹ mundi terreni flãmantia, hoc est illustrata a flãmãti sole, vel in flammantia, id est in sydera & cælestes flammas: vt dicat illum inuentorem philosophũ extra hunc orbẽ in flãmantia sydera processisse: nõ contentum huius terrenæ machinæ cõtemplatione.

Murmurillum. Emendat⁹ Plautus. Acer. Dinos. Cupire. Via. Stellæ sine materia. Platonis & Plinij error. Mœnia. Mœnire. Mundus. Cælum. Cosmos. Vranos.

Vnde refert nobis victor quid possit oriri:
Quid nequeat: finita potestas deniq; cuiq;
Quantũ sit ratione: atq; alte terminus hęrẽs.

Vnde refert. Cuius cęli victor & triumphator homo retulit nobis meditationes philosophicas: p quas edocti religionem & cætera quæ anxie timebantur, non vlterius expauescimus. Victor. Triumphator celi: qđ peruicit, q̃uis obstans fulmine, procellis, & huiusmodi minis: adeoq; penetrauit humana acies: vt illum mente caperet, & pcepta eius natura triumpharet. Possit oriri. Quid possit ortũ habere, quæ nasci possent ex causis suis, & quæ nasci nequeunt: nihil. n. fit ex nihilo. Finita potestas. Limitata & p̃scripta facultas causis, & principijs, a q̃bus singulis oia nasci nõ possunt: vt ex igne non fit aqua, ex equo bos oriri non potest. Quantum sit. Subintellige concessum rationi, quæ non potest, omnia intelligere: & hic sequitur Epicurum, qui scribit mentem nostram non posse pcipere cælestia: iuxta id vulgare puerbiũ. Quæ supra nos nihil ad nos. Dicũt. n. q̃dã q̃ deũ esse nõ potest per rationẽ inueniri: sed p solam viam fidei & reuelationis est acceptum. Et q̃uis deus sensibilia omnia & sensum excedat: eius tamẽ effectus ex quibus demonstratio sumitur ad probandum deũ esse, sensibiles sunt: & sic nrę cognitiõis origo in sensu est: etiam de ijs quæ sensum excedunt. Ponamus agedum rationes quibus Aristoteles procedit ad probandum deum esse, qui hoc probare nititur ex parte motus duobus modis. Quorum primus talis est octauo physicorum. Omne qđ mouetur ab alio mouetur. Patet autem sensu aliquid moueri, vt puta solem: ergo alio mouente mouet. Aut ergo illud mouẽs mouetur aut non. Si non mouetur, ergo habemus ppositum: q̃ necesse est ponere aliquod mouens immobile, & hoc dicimus deum. Si autem mouet, ergo ab alio mouente mouetur. aut ergo est procedere in infinitum, aut est deuenire ad aliquod mouens immobile. sed nõ est pcedere in infinitum: ergo necesse est ponere aliquod primũ mouẽs immobile. q̃ oẽ motũ moueat ab alio pbat philosophus. vij. Physicorũ: q̃ in mouẽtib⁹ & motis nõ sit pcedere in infinitũ, lege philosophũ. vij. Physicorũ. Damascenus inducit aliã rationẽ sumptã ex rerũ gubernatione, quã etiã innuit Cõmẽtator in. ij. Physicorũ: & est talis. Impossibile est aliqua cõtraria & dissonãtia in vnũ ordinẽ cõcordare semp vel plures, nisi alicu⁹ gubernatione: ex qua oĩbus & singulis tribuit, vt ad certum finem tendant: sed in mũdo videmus res diuersarum naturarũ in vnum ordinem concordare: nõ vt raro a casu: sed vt semp, vel in maiori pte: oportet ergo esse aliquid cuius puidẽtia mundus gubernetur, & hoc dicimus deum. Sed cõsiderandum est Lucretium deum esse non ire inficias: verum humanæ mentis aciẽ caligare ad pceptionẽ dei: id qđ pij firmiter asserunt: & in primis Thomas: cuius verba subtexui. Diuina substantia omnem formam, quam intellectus noster attingit sua immensitate excedit: & sic ipsam apprehendere non possumus cognoscendo quid est. Sed aliquã eius habemus notitiam cognoscendo quid non est. Tanto. n. eius notitiæ magis appropinquamus, quãto plura per intellectũ nostrum ab eo poterimus remouere. Tanto. n. vnũquodq; perfectius cognoscim⁹, quãto differẽtias eius ad alia plenius intuemur. Habet enim res vnaquæq; in se ipsa pprũ esse ab oib⁹ alijs distinctum: vnde in reb⁹ quarum diffinitiones cognoscimus primo eas in genere collocamus per qđ scimus in communi quid est: & postmodum differentias addimus, quibus a rebus alijs distinguatur: & sic perficitur substantiæ rei completa notitia. Sed quia in consideratione substantiæ diuinæ non possumus accipere quid quasi gen⁹: nec distinctionem eius ab alijs rebus per affirmatiuas differẽtias accipere possum⁹: oportet eã accipere p differẽtias negatiuas. Vel quãtum sit ratione. Expone retulit hic nobis quãtũ facultatis sit in ratione positum. Alte termin⁹ hærẽs. Sensus hic est dependens a superiori sententia. Retulit animus hominis illius inuentoris nobis q̃ alte id est in cælo erroribus planetis ve trãsmissis sit terminus positus humano ingenio: qđ extra illum terminum vagari nequit nec deum cognoscere. expone hærens, fixus, situs ad regerẽdã curiositatẽ humanæ mẽtis. Naturalia igit ex sentẽtia Epicuri cognosci possunt non autem diuina. Nec multũ ijs quidã Theologi dissentiũt

An deus pbari possit.

Caligam⁹ ad dei cognitionẽ.

Theologia duplex qui auctore Ioanne Scoto illo acutissimo interprete dicunt duplicem esse Theologiam: per se videlicet & per accidens. Theologia per se est cognitio diuinorum non per opinionem: sed experientiam: qualis est in indigetib⁹ .i. sanctis & angelis. Per accidēs theologia quæ ex terra speculatur cælum: in quo falli potest & decipi. Probauit libro primo contra gentiles doctor Aquinas, hominem posse deum demonstratione consequi.

Quare religio pedibus subiecta vicissim
Obteritur: nos exæquat victoria cælo.
Illud in his rebus vereor ne forte rearis
Impia te rationis inire elementa viamq;
Indugredi sceleris. Quin contra sæpius illa
Religio peperit scelerosa atq; impia facta.
Aulide quo pacto Triuiai virginis aram

¶ Quare. Qua doctrina hominis solertissimi. Religio. Deorū metus. Vicissim. Per alternas supplosiones, & pedum ictus vicissitudinarios suppeditata. Victoria. Perceptio mundi per intelligentiā victi ab humana mēte atq; triūphati: vnde cum cælum percipim⁹ efficimur æquales mēti cælesti, quā animo cognoscimus: & ista perceptio nos efficit felices. Illud in his. ἀντιπροφορά, hoc est respondet tacitæ quæstioni. Potuisset sollers lector interrogare. Atqui o Lucreti scribis philosophiam penitus dissonā bonis institutis: cui subesse videtur impietas: cū deos curā mortaliū non habere scribis: cum religionem rem vocas sceleratam, & mētis hominū falso terrore perpetim angentē. Respōdet Lucretius huic petitioni dicēs: se religionem nō bonum, sed malum vocare: non cultum, sed impietatem esse vocandā. In his rebus. In explicatione harū rerū & quæstionū naturalium, quæ superstitionē tollunt, etiam cultum deorum: quoniam vt dici solet, nemo deos gratis colit. Asserit enī Lucretius nec gratia nec precibus deū moueri: qđ religionē tollit. De⁹ inquit Cicero si talis est vt nulla grā nulla hominū charitate teneat valeat. Qui propitius prodest nemini. Quid contemptius dici potuit in deum? Valeat inquit .i. abeat ac recedat: quando prodesse nulli potest. Quod si negociū de⁹ nec habet, nec exhibet: cur ergo non delinquamus: quoties hominum cōscientiam fallere licebit: ac leges publicas circūscribere? Vbicunq; nobis latendi occasio arriserit: auferamus aliena: vel sine cruore, vel etiam cum sanguine: si præter leges nihil est amplius qđ colendum sit. Hęc dum sentit Epicurus religionem funditus delet: qua sublata confusio ac perturbatio vitæ sequetur. hæc Lactātius.

Valeat.

Elemēta literæ cur. Elemētari⁹ Indugredi

Elementa. Primordia. principia oīa dicunt elementa a veris corporibus elementarijs per quæ omnia gignunt. vnde auctore Prisciano literæ vocantur elementa græce στοιχεῖα: quoniam simul iunctę orationē velut vnum corpus efficiunt. Elementari⁹ senex dicitur a Seneca, qui in principijs semp est occupatus. Indugredi. Ingredi: incedere. du syllaba inseritur gratia metri: vt induperatores pro imperatores in satyro. parenthesis est. hoc carmen citat Probus in artibus.

Scelerosa. Mulierosus. Literosus. Facundiosus. Infanticidis. Iphigenia.

Sceleris. Sceleratæ opinionis & explodendæ. Scelerosa. Sceleris & impietatis plena. Noia in osus significant rerum multitudinē, quæ per eam vocem denotant: vt vinosus nimius in potu vini: mulierosus nimis appetēs deliciarum muliebrium: propudiosus procul a pudore: & consequenter libidinosus, & mille huiusmodi. Literosus tamē in bonā partem pro literato capitur, & facundiosus pro facundo. Virtus enī non accipit nimia & excessum: sed potius intenditur q̄ multiplicetur. Impia facta. Nedum inquit negans religionem non sum impi⁹ sed ex ea nascitur impietas. Verbi gratia cum deorum monitus exequi properat Agamemnon mactat Iphigeniam: & Pœni infanticidia faciebāt Herculi, vel Saturno placandis. Aulide. Hoc narrat ab Homero fusius. Nos quodam verborum compendio narrabimus. Græci ira Helenæ raptæ incensi cōiurarunt in excidiū Troię: quā quū cētum nauibus peterent reflante vento detenti sunt in aulide: cūq; inde soluere non possent nisi filia regis & imperatoris exercitus Agamēnonis Dianæ mactaretur, decreuit eam rex immolare. Dū vittata duceretur ad aras Iphigenia, & iam sacerdos instaret cultro, sublata est a Diana in eius vicem supposita cerua: & hoc pacto secundis ventis nauigat classis aduersus Asiam. qđ Ouidi⁹ perscripsit lib. xij. metamorphoseos. At nō testorides: neq; enī nescit vt tacet vt Sanguine virgineo placandam virginis iram Esse deę: post q̄ pietatem publica causa Rexq; patrē vicit: castumq; datura cruorem Flētibus ante aras stetit Iphigenia ministris: Victa dea est: nubemq; oculis obiecit, & inter Officiū turbamq; sacri, vocēq; precantū Supposita fert mutasse mycenida cerua.

Aulis. Aulideus. Aulidus. Aulidēsis. In Moinū.

Aulis est Bœotię ciuitas auctore Suda. nomē hęc insula sortita q; illic tētoria sua explicuerūt græci: & ibi castrametati sunt. αὐλίζομαι verbū grecū castrametari significat. De Aulide sic Ouidi⁹ Nec dilata foret vidicta nisi inuia sęui Aequora fecissent vēti: bœotaq; tell⁹ Aulide piscosa puppes tenuisset ituras. Aulis inqt Stephan⁹ ciuitas bœotię iuxta Calchidē: in q̄ castrametati sunt greci. ab Aulide gētile Aulide⁹ & aulid⁹: latini aulidēses & aulidos dicūt exēplo grecorū: apđ quos auctore Stephano αὐλιδαῖος καὶ αὐλιδεύς. pinde scitissime a Plauto dictum in captiuis. Quia bellū ætolis dixi cum aulidis. qđ minuti grāmatici vno libello cōtēti frustra mirati sunt. De aulide sic Homerus vt Cicero diuinationū .ij. trāstulit. Argolicia primū vt vestita est classibus aulis: Quæ priamo cladē & Troiæ pestēq; ferebāt. De Aulide Papini⁹ sic in Achilleide. Prima rates danaas hecateia cōgregat aulis Rupibus expositis, lōgiq; crepidine dorsi Euboicum scandēs aulis mare. Quo pacto. Cui⁹ impiæ religionis obseruatione.

Triuia. Hecatesiō.

Triuiai. Triuiæ. Diana dicit triuia q; habet tres potestates auctore Seruio. In cælo dicit luna: in syluis Diana: in inferno proserpina. Siue q; triuijs & compitibus preest. Reperio in Plutarcho tropeū solitū in triuijs erigi in honorē Dianæ: qđ hecatesion appellarunt.

Ordo autem codicis est. Quo pacto delecti ductores danaum in Aulide fœde turparunt sanguine Iphianassæ aram virginis triuiæ. Varro libro tertio de lingua latina. Titania triuia Diana ab auo dicta. Triuia eo q; in triuio ponitur ferè in oppidis græcis: vel q; luna dicitur esse, quæ in cęlo tribus vijs mouetur in altitudinē latitudinem, & longitudinem. Virginis. Perpetuam virginitatē seruasse dianā produnt:

Iphianassai turparunt sanguine fœde
Ductores Danaum delecti prima uirorum.
Quæ simul infula virgineos circūdata cōptus

Ex vtraq; pari malarum parte profusast:
Et mœstum simul ante aras astare parentem

causam reor q̄ minime est ociosa. Quapro
pter Venus apud Lucianū sic cupidinem al-
loquitur. Cur Dianam nō feris nate? Cupido
respondet. illā assequi non valeo: erratica est:

Cur Dianā virgo.

vaga: fugax: & mōtiuaga. tum quia aliū quēdā sibi peculiarē amorē colere decreuit. Ven⁹. Quē o fili? Cup. fe
ram. Hæc em̄ ceruos ꝑsequi & capere cōcupiscit: simul ac in hinnulo iaculari. talib⁹ prorsus dedita est. post vbi
sui ipsius germanū q̄q; sagittariu, & funditorem iaculatorē ve iaucium vidit. Ven. Nō me latet fili. Atqui in
illum subinde telum coniicit. Iphianassai. Pro Iphianassę. dicimus Iphianassam & Iphigeniam indiscrimina-
tim. Propertius. Pro qua mactata est Iphigenia mora. Sunt qui Iphianassęo legūt. Tradit Euripides in Iphi-
genia: in aulide Calchantem ex oraculo monuisse Iphigeniā esse sacrificādā Dianæ: accersitāq; eē vt nupturā
Achilli, & cōscios sceleris tres fuisse scribit. Calchanta: Vlyxem: & Menelaum. Sed in primis Agamēnonem
ne immolaret operā dedisse: postea immutato consilio cupit vt moriat: q̄ ipsa hoc ꝓ opiat referens illā catholi
cam sententiā εἷς γε ἀνὴρ κρείσσων γυναικῶν μυρίων ὁρᾶν φάος. hoc est præstare virum vnū viuere q̄ mille mu
Melius vi-
rū viuere q̄
fœminas.
lierculas. Turparūt. Macularunt, & inquinauerūt sanguine humano cōspergētes, qui dijs ingratus est iuxta
Silianam sententiam. Optimæ scelerū causæ mortalibus ægris naturam nescire deum: iuxta ne precari Thu
re pio: cędumq; feros auertite cultus. Mite & cognatum est homini deus. Fœde. Inhoneste, inhumaniter. Du
ctores Danaum. Agamēnon & Menelaus, qui erāt imperatores grecorum: vel Vlyxes & Menelaus. Nam pa
ter primum recusabat. Et cum dixit ductores subditos imperatori duces innuit. Inter Ducem & Imperatorē
Dux
Imperator
differūt.
differre colligo ex Cæsaris cōmentarijs: vt inter primum & primo proximos. Ignauum hominem Agamem
nonē Plato tradit libro septimo de republica. sic inquiens. Ridiculum ducem Palamedes Agamēnonē fuis-
se passim in tragoedijs ostendit. An ignoras q̄ se profitetur passim numeri inuentorem: asserit q̄ apud Tro-
Agamēnō
dux.
Ridiculū.
iam belli acies ordinasse, nauesq; & reliqua omnia enumerasse: quasi eorum numerus ante fuisset incognitus,
& Agamēnon vt videtur neq; quot pedes haberet agnouerit: siquidem erat computationis ignarus. Dele-
cti. lunge cum ductores. Elegit em̄ Græcia geminos fratres capita, & rectores exercitus. Prima virorū. Ap
positiue qui ductores erant: prima subintellige columna, & sustentacula populi Greci. Quæ simul. Eo tum
primum tempore quo vidit Iphigenia se vitta, & infula sacrificali circūdari: muta & stupida terram tanq̄ nu-
men propitium rogabat a tam diro sacro se incolumē eriperet. apud Euripidē tamē matrē alloquitur lōga ver
borū periodo puella & iubēs volēsq; ruit in mortē. pete sexti carminis verbum. Est zeugma ab inferiori. In-
Infula.
fula. Vitta sacerdotalis, qua velabātur redimiebāturq; hostiæ. Pompeius. Infulæ sunt filamenta lanea, quib⁹
sacerdotes, & hostiæ templaq; teguntur. Circūdata. Actiuo verbo dat vim deponentis. circundata pro cir-
cundedit vsurpauit. Comptus. ornamēta: ꝓ decoramēta virginalib⁹, & cultu puellari: quo virgunculæ co
mi cōsueuerūt. Apponitur comptus sacrificio aptus circa tempora regiæ puellę. Profusast. Pro ꝓfusa est. i.
explicata & distēta. Profusum dicimus vt porro fusum. Pari. Pariter. nomē pro aduerbio. pari scilicet orna-
menti æquilibrio & mēsura simili. Par enim erat ambitus vittæ vtrinq; secus temporum Iphigenię. Sensus cū
igitur virgo se paratā esse cognouisset ad subeūdū cultrum: viditq; parētis lachrymas: his poti⁹, q̄ ꝓprio exi
tio mota terrā cōmunē parēte rogauit vt eriperet ab hac dira carnificina. Parētē. Agamēnonē: q accingeba
tur inuitus ad hoc sacrū auctore Euripide: immo vt simultas ob hoc inter Menelaum & ipsum suborire. Qui
Parēticida.
parētē necat ab omnibus dicit parricida. A Plauto elegantiarū auctore parenticida. & cum parens patrem si-
gnificet & matrem, qui matrem quoq; necat vocabitur parenticida. Sensit. Cognouit & percepit audito ge-
mitu non visis lachrymis: q̄ obligatæ fascijs visus oculorum sublatus erat.

Sēsit: & hūc ꝓpter ferrū celerare ministros:
Aspectuq; suo lachrymas effundere ciues:
Muta metu terrā genibus submissa petebat.
Nec miseræ prodesse in tali tempore quibat:
Qz patrio princeps donaret nomine regem:
Nā sublata viris manib⁹ tremebūdaq; ad aras
Deductast: non vt solenni more sacrorum
Perfecto posset claro comitari hymenęo:

¶ Hunc propter. Iussu & voluntate Agamē
nonis. Gemebat virgo patrem ita religione
dira captum & possessum esse: vt sæuiret ad
explendam satiandamq; deorum iram in ꝓ
pria vsq; viscera. Vel interpretare ꝓpter hunc
ꝓpe hunc Agamēnonē: quoniam pręposuit
& mœstum ante aras adstare parētem. Victi-
matores sacrificuli erāt apd̄ Agamēnonē: q
comitatus fuerat Pompæ funebris miseran
dum choragiū. Propter, vt notum est, ꝓpe
significat. Ouidius in libris metamorphose-
Propter.
os. Propter humum volitat: ponitq; in sepi-
bus oua: Antiquiq; memor metuit sublimia
casus. Idem significat præter. Vel ꝓpter Aga
mēnonem dicit Calchantem accelerasse fer-
rum ne spacio, ductu, tactuq;, cędis cresceret
dolor. vel ne pœnitētia ductus interim retra-
Secespita.
heret virginem, sacrificiumq; non absolueretur magno gręcorum incommodo. Ferrum. cultrum, quo ferie
Secespita-
tor.
bant victimas. hoc peculiari dictiōe secespita vocatur: vnde victimarij dicūtur secespitatores. Secespita scri
bit Pompeius cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo rotundo solido iuncto ad capulum auro argē
Popæ.
toq; fixo clauis ęneis ære cyprio: quo flamines, flaminicæ virgines, pontificesq; ad sacrificia vtebantur. dicta
Error Be-
roaldi.
autem est secespita a secando. Celerare. Celeritate maxima capessere. Ministros. victimatores, eos qui victi
mam feriunt, qui proprio vocabulo dicuntur Popæ. Fœde lapsus est interpres Tranquilli in caligula: q inex
Enucleat⁹
positiōe huiusce Clausulæ. Adstante Caligula vn⁹ pōparū, hoc est ex his q erāt in pōpa sacrificij: cū legēdū sit
Propertius
& eiusdem
lapsus.
nō pōparū: sed poparū. Dicūt. n. Popę latine secespitatores & victimarij, qd̄ ondit euidēter Helian⁹ Spartian⁹
ita scribēs. Percussit hostiā Popa noie Antoni⁹. Eiusdē nō iformi⁹ erratū dep̄hēdim⁹ in Propertiana cōmēta-
rijs ex li. iiij. Carmina poetę sunt hęc. Illa dies ornis cędē denūtiat agnis: Succinctiq; calēt ad noua lucra Popę.

Sic tradit interpres. Popam significare pinguitudinem indicat versu a ille. Persian⁹. Ast illi tremat omẽto popa venter. Hinc popinę & popinones deduci videntur. Popæ succinctæ accipiunt a poeta ꝓ victimis minutis paratisq; ad sacrificium, quarum adepa offertur super altari: vt Hieronymus inquit: vel potius ꝓ pinguionb⁹ extis qualia antiqui lustralia nuncupauerunt. Qꝫ sit friuola & sibi ipsi dissentiens omnes facile conijcere possunt si modo non fuerint Oedipodæ, aut paleacei scrutatores. Succinctas popas. ꝓ minutia extis interpretat͡ qđ omnino non placet. Sed ad faciliorem intelligentiam scito popas victimarias sacerdotissas intelligi a Propertio, cuius hic est sensus. Arethusa absente marito in militia cõqueritur se continua anxietate angi & sollicitudine ne maritus iruat in fatum violentum: & quotiescũq; sibi dirum omen nuntiatur, & triste augurium, ac sinistrum: vtpote cum videt noctuam gementẽ in tigno domus suæ: tunc factis sacrificijs procurare nititur amuletis, id est sacro ad mala omina auertenda, & ingruentia infortunia tollẽda. cædit agnos, & popæ hoc est sacerdotissę succinctę satagentes, operantes videlicet sedulo calent: ex igne sacrificij calefiunt facto holocaustomate: ad noua lucra, quæ dantur illis a me inquit Arethusa in mercedẽ ministerij sui. Scimus negociosum hominem succinctum dici: vnde Horatianum id fluxit. Succinctus cursitat hospes. Nec te moueat ꝙ popas succinctas dicit non succinctos: tanq̃ victimatores sacerdotes ve non antistitæ victimas ferirẽt. Hoc certe consulto dicit Arethusa se introducere sacerdotissas: vt absente marito rumores non ferat, & pudicitiæ cõsulat & existimationi: & vt possit procurare sacra sine rumore pudoris: tum ne maritus aliquid suspicet͡ impudicum. Posses scribere succincti si magis placeret de maribus intelligere. Nullo modo popas pro pinguitudine potes interpretari: quoniam calent ad lucra, nil cum pinguitudine facit. Cur enim & succinctę, & lucra noua posuit? Qꝫ si cum interprete sentias eæ voces sunt superfluę. Preterea nego prorsus popam significare in Persio pinguitudinem. Sed ventriosum hominem similem sacerdoti. Sũt enim multi sacrificuli pingues & phagones comedonesq;. Sic expone Persium. Ego macer sim, & ille popa hoc est pinguis, venter id est gurges & helluo, tremat omento, hoc est cum omento & aqualiculo sesquipede. Ventres dicuntur gulosi, qđ vel illo Luciliano exemplo liquet. Viuite phagones: comedones: viuite ventres. Nec illi in Persio: sed ille scribe. Vocalis enim correpta natura produci potest sequentibus duabus consonantibus, quæ etiam in diuersa syllaba tenent vim suam. Expone ergo ille popa, ille pinguis vt popæ, venter. i. gulosus tremat cũ omento fartili. Amplius non a popa popina: sed a potu deducitur: pariter & popinones. De Licinio popa fit a Cicerone mẽtio in oratione pro Milone. Pomponius Lætus ætatis nostræ alterum iubar libro secundo historiarum popas attingens opinionem nostram roborauit. Aspectu suo. Ob suum aspectum dirum, nefarium, sanguinarium lachrymabilem. Ad commouendam misericordiam sæpe miseri aspectus & squallor rei requiritur: qđ Cicero non semel, & Quintilianus docent. Ex quo loco natus est ille iocus: de quo Fabius libro sexto institutionum rhetoricarum. Nam & imperitia, & rusticitas, & vigor, & deformitas afferunt interim frigus: diligenterq; hæc sunt actori prouidenda. Equidem repugnantis reos paterno & nihil vultu commotos & intempestiue residentes, & facto aliquo, vel ipso vultu risum mouentes sæpe etiam vidi præcipue cum aliqua velut scenice fiunt. Non ignotum quid Glyconi acciderit. huic puer, quem ia produxerat quid fleret interrogabat: ex pędagogo se vellicari respondit. Qꝫ habitus squallidus & obsoletus lachrymas moueat, docet idem superius ita loquens. Non solum autem dicendo, sed etiam faciendo q̃dam lachrymas mouemus: vnde & ꝓducere ipsos qui periclitentur squallidos, atq; deformes, & liberos eorum, ac parẽtes institutum. Vehementissimus autem est affectus lachrymarum. Muta metu. Timor prępedit dicta linguæ: vt ait Plautus. Terram. Tanq̃ inuocaret misericordem deum: cõmunem omnium parentem: quæ nunq̃ maternum affectum exuere solet. Genibus submissa. substrata genib⁹, & vt dici solet ingeniculata. Genua sunt misericordiæ dicata. Genualia vocant͡ tegumenta puellaris ad genua. Ouidius. Poplitibus suberant picto genualia limbo. Ingeniculare prisci auctore Diomede dixerũt in genua se flectere. Ingeniculus signum in cælo, quẽ græci dicunt engonasin. Persæ colebãt ingeniculatione reges: quã proscynysin gręci dicititant. Cõgenudare apud priscos idem qđ ingeniculari. Petebat. Precabatur, orabat, poscebat. Vergilius octauo. Mittitur & magni Venul⁹ Diomedis ad vrbem qui petat auxilium. Significat & vocare, percutere, ferire, appetere, sequi, abducere, inquirere, cupere, eligere, obtinere, manere, expectare. Tali tempore. Sensus est. cum Iphigenia suppetias a dea tellure peteret in cassum fundebat preces: quoniam destinatam sacro & immolationi Mineruę puellam non poterat a fato subtrahere: ꝙ Ouidio teste deo rescindere non licet acta deum. Quibat. Poterat. Qꝫ. Pro quoniam. Sed sensus implicitus est, & subobscurus. Terra non poterat precibus puellæ satisfacere, nec commouere Agamemnonem: quoniam rex tanq̃ princeps exercitus non poterat donare se tanq̃ regem hac puella nomine totius Græcię. Nõ. n. decuisset Agamẽnonẽ re sacrificio vota ꝓ patria, donare se tanq̃ regẽ hac virgine, quę nomine patriæ sacrificaretur: ꝙ si donasset (erat enim in potestate Agamemnonis pro nutu cuncta facere) crederetur vtilitatem priuatam præposuisse publicæ saluti. Rex ergo tanq̃ persona publica non poterat rem publicam cuius ei bonus status est commendatus & felicitas, incolumitate priuare vt sibi priuato cõsuleret, absq; nota, & vituperatione. Preponenda enim est patriæ salus saluti liberorum. Hinc Maro. Vicit amor patriæ: laudumq; immensa cupido. Versus in hanc sententiam Lucilij sunt hi. Commoda præterea patriæ sibi prima putare Deinde parentum: dein altera & vltima nostra. Princeps. Agamemnon vt princeps & publica persona: cui res patriæ q̃ propria salus esse debet antiquior. Donaret regem. Publicam personam publicæ commoditati inseruire decẽtem. Alioqui si priuata persona fuisset, denegare potuisset hoc regi sine pudore & ignominia etiam sine ira deum. Si enim priuatus negat vnus negat: si rex, omnes negare videntur. Nomine patrio. Ex persona regia referẽte nomẽ, & titulũ totius populi gręci: qđ enim rex facit, nomine patriæ, & totius populi facere videtur. Est ẽm rex publica persona. Nam. Quãobrem. Virum. Virorum. Subleuatur Iphigenia quoniam prostrata terram precabatur. Solenni more sacrorũ. Non deducitur ad aras Iphigenia: vt illi auspex flammeum inuoluat, & nuptiæ bona verba dicat: sed vt victima iuguletur. Exaggeratio inuidiæ cõmemoratiõe felicitatis: ad quã erat a natura destinata: quã nunc religio dira & barbara per violẽtiã rescidit. Sacra vocat hic illa solennia, quæ celebrantur cum primum bona & sacra verba sponsæ canit auspex. Perfecto. Post expeditum illum morẽ sacrorum in manus sponsi veniret. Claro. Nobili, regio, amplo, honorifico. Com

Popa.
Loc⁹ Persij
Exta lustralia.
Locus Propertij.
Succinct⁹.
Ventres.
Popina vnde.
Popinones.
Exemplũ Glyconis.
Lachrymę
Genua.
Genualia.
Ingeniculare.
Ingenicul⁹
Engonasis
Proscynysis.
Cõgenudare.
Petere.

mitari. Cõiungi, copulari. Comitare dicimus: & indifferenter comitari, vel auctore post caeteros Ouidio. Hymenaeo. Matrimonio. Hymenaeus est nuptiarum deus: dictus, vt Terentianus interpres arbitrat. q hymē est pellicula tenuis in eugio, quae primo coitu disrumpitur. Folliculum vulgus appellat. Est enim Eugium, vt obiter hoc doceam, media pars inter naturalia muliebria. Laberius. Quare tam arduum ascendas: an concupiuisti eugium scandere? Huc traho Catullianum illud. Mentula conatur pimplaeum scandere montem: Musae furcillis praecipitem eijciunt. velut Catullo suffecturo ad scandendum eugium, nisi labor studiorum illum viribus priuaret: & a Venere retorridū redderet. vel simpliciter intellige, q mentula, id est obscenus poeta frustra nititur ad virginem musarum chorum. Dicitur hymen ancipiti prima: modo productam, modo correptam reperio. Catullus. Io hymen hymenaee io. hic deus Talassius dicitur: vel q cum raperentur virgines a Romanis erat forte inter eas virgo quaedam mira pulchritudine & forma, quę cum a coetu infimorū hominū deduceretur moti eius indole quidam ingenui adulescentes, vt raperent virginem insecuti sunt. Verum cum thalassio puellam adduci sensissent, qui tum & sanguinis dignitate, & aetatis ac probitatis gloria plurimū praestabat, sese illico a virgine abstinuisse ferunt, atq laudasse eius viri fortunam, nonnullos etiam vsq ad eius domicilium vna contendisse Talassium ipsum incredibili studio proclamantes: quem adhuc Romani cum ipse singularem quandam ex ea virgine felicitatem postea consecutus sit in nuptijs vt graeci hymenaea: & vt ipsi Talassionē proclamare consueuerunt. Sextius vero Syllas Carthaginensis vir haud quaq dicēdi ineruditus saepe numero dicere solebat: q id nominis a Romulo pro signo rapiendarum virginum omnibus fuit. Nam qui puellas deferebant talassij nomen proclamabant. Sed vt Iobas opinatur hāc scilicet vocem primo in nuptijs habitam fuisse non nisi vt prouocaret, ac lacesseret virgines ad opera, ac labores, & potissimum ad lanifficia. Nam graeci Talassian lanificium vocant: & tum latini sermones, nec dum satis plane a graecis desciuerant. Vel talassius inuocatur q reconciliatis Sabinis, & Romanis inter vtrosq conuenit: vt vxores maritis Romanis non alia q lanificij opera maritis tenerentur.

Comitare.
Hymenęus.
Hymen.
Eugium.
Locus Catulli.
Talassius.

Sed casta inceste nubendi tempore in ipso
Hostia concideret mactatu moesta parentis:
Exitus vt classi felix faustusq daretur.
Tantum relligio potuit suadere malorum.
Tutemet a nobis iam quouis tempore vatum
Terriloquis victus dictis desciscere quęres.
Quippe etem q multa tibi iā fingere possum
Somnia: quę vitę rationes vertere possint:
Fortunasq tuas omneis turbare timore.
Et merito: nam si certum finem esse viderent
Aerumnarū homines: aliqua ratione valerent
Relligionibus atq minis obsistere vatum.

¶ Casta. Virgo, impolluta, virginalis itegritatis. Inceste. Aduerbialiter: foede: non ex virginitatis merito. Feriebat enim & poenas subibat non vt virgo, sed incesta, adultera & impudica. Tēpore in ipso. In aetate nubēdi natura & nuptijs conueniente. Hostia. victima, quae ob deuictos hostes mactabatur. hinc cecinit Ouidius. Hostibus a domitis hostia nomē habet. Pompeius hostiam dictam putat q hostire sit ferire. Concideret. Vulnere illato sterneretur. Mactatu. Mactatione. nomen est verbale. Mactare significat hostiam sacrificare. Tractum est a victimarore, q tauro ad sacrum tracto effundebat molam inter cornua: & tunc dicebatur mactus, id est magis auctus. Vnde Maro. Macte noua virtute puer: sic itur ad astra. Plautus. Macto ego te infortunio. Mactatu parētis, interpretare immolatione iussa a parente & indicta ab Agamemnone. Moesta. Q a patre, a quo lucē susceperat, luce priuaretur. Exitus. Egressio & effugium ex Aulide. ab ex, id ē extra, & ex eūdo fingit exitū. Causam reddit poeta cur filiam iuberet Agamemnon interimi: vt scilicet classi daretur fausta & placata nauigatio. Faustus. Secundus & prosper. Tantum malorū. More graeco pro tanta mala. Religio. Timor deorum qd vitium habetur. Cultus & reuerētia virtus. Tutemet. Tu ipse. In eadē significatiōe dicit tute. iuxta id notissimum. O Tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. Sensus est. O Memmi cū perspicias a me religionem negare, deosq nullo pacto timendos asserere, statim fabulis vatum persuasus mecum dissenties: in sententia ingenita, & impressa pseuerās: vt manes timeas: infernū regem caeteris formidabilem. nesciaq humanis precibus mansuescere corda. A nobis. A sentētia nostra & opinione. Iā. Subito. Quouis tēpore victus. Persuasus semp & in quocūq tēpore a poetis manes esse & tormēta animarū: victus platonicis & poeticis illis opinionibus statim cōtra nos senties. Vatū. Poetarū. Vaticini furores dicunt ab Ouidio poetici calores futura canentes: vñ fit verbū vaticinari, hoc est futura p̄sagire. Vates vt auctor est Varro lib. j. de lingua latina dicunt a versibus viēdis. i. cōiūgēdis. alij a vi mētis. Sed hūc diuinū: illū poetā intelligit. Terriloqs. Terrorē falsa loquēdo incutiētibus. a terrēdo & loquor terriloqua dicta pauorē incutiētia nūcupamus. Desciscere. Rebellare, retrahere te a nostra secta. Scisco decerno. Desciscere cōtrariū significat. Cū igit decernimus aliqd cōtrariū cuipiam ab eo desciscere dicimur. quo loquēdi modo scātēt historici ciuitatē desciuisse a populo Romano dicētes, p eo qd est rebellasse, & contrariā ptem elegisse. Quęres. Tētabis, cogitabis, ordo codicis. Tu temet victus a terriloquis dictis vatum omni tempore a nobis desciscere, & resilire quaeres. Quippe etenim. Sed ego, ait Lucretius, O Mēmi possem idem faciens qd caeteri poetae confundere mentē tuam multa & ea terriloqua fingēs quae te a ratione possent auocare. Caeterum malo veram viam q miram insistere. Somnia. Terriculamenta: pauores: miracula: iuxta Persij sentētiam. Aegroti veteris meditātes somnia: gigni De nihilo nihil in nihilū nil posse reuerti. Et hoc est qd inquit ille. Quae tam absona somniauit vnq febriculosus senex, quae non aliquis philosophorum dixerit? Simile apud Marcum Tullium in oratione cōtra Rullum. Haec p deos immor-

Hostia.
Hostire.
Mactare.
Tutemet.
Vaticini.
Vates vñ.
Terriloqua
Desciscere
Scisco.

tales sunt vobis consilia siccorum an vinolentorum somnia? Vitæ rationes. Bonum recte viuendi institutum. Vertere. Prævertere, præcipitare, subuertere. Fortunas. Felicitates, curriculum vitæ fortunatæ. Et merito. Persuasi homines a poetis merito trepidant: q cernentes nulla ratione posse terrores illos poeticos euitare subiacēt obnoxij, & serui diræ religionis: q si philosophiæ epicureæ operā dedissent audirent illud Maronianū. Ineluctabile fatū subiecit pedibus strepitūq Acherōtis auari. Certū finē. Si hoies religione cæci viderēt aliquādo se posse emergere e tartareis tenebris, reluctarentur fabellis huiusmodi. Sed cum pœna ppetua, æthernaq tormēta sint irreligiosis adscripta, mussare nō audent. Minis. Admonitionibus poetarū, quæ minitantur illi perpetuum ignem, q nō credit deos plectere nocētes. Obsistere. Ire obuiam ratione philosophica: quæ deos & cælestis numina non putat ira moueri: nec ad nocentes puniendos induci.

Nunc ratio nulla est: restandi nulla facultas.
Aethernas quoniā pœnas in morte timēdū.
Ignoratur enim: quæ sit natura animai.
Nata sit: an contra nascentibus insinuetur.
Et simul intereat nobiscum morte dirempta.
An tenebras orci visat: vastasq lacunas.

¶ Nunc ratio. Nullus est modus & facultas resistendi superstitioni, nisi mēte religionem hanc expulerimus, quæ iram deorum asserit plectentem pœnis tartareis reos & nocentes.

Restitare. Restitātes equi.

Restandi. Resistēdi. Restitare Plautus ait. Vnde vulgo restitantes equi, qui procedere resistunt: quos formularij retrogrados appellant. Facultas. Ansa, occasio, cōmoditas.

Aparēphaton.

Aethernas. Quas Plato magno crucistu isfligi reis assentitur. Voluuntur enim & per pyriphlegethontem ignifluum flumen animæ delictis obnoxiæ. Timendum pœnas. Pro timendę pœnę. Sed verbum hoc est aparemphaton, hoc est indefinitum, qd per accusatiuum profertur. Cicero septima in Verrem actione. Hāc sibi rem sperant præsidio futurum. Ignoratur enim. causa huius fatui excordisq terroris est inscitia seculi, & varietas philosophātium, qui non congruunt in determinatione disputationeq de essentia animę. Nunquid sint inferi, & an deus puniat animas pro delictis patratisq piaculis dabitur inferius explicandi locus. Natura. essentia, proprietas: & vt barbare recentiores philosophi dicunt quidditas. Animai. Animæ. Nata sit. Multiplex est de anima omnium philosophantium opinio a nobis inferius euētilāda. Plato tradit animarum creatarum multitudinem a deo: ab ideis vero singulis momentis ortus humani in corpus infundi. Expone nata sit. Creata ne sit animarum multitudo a deo: vt sensit Plato. An contra. Diuersa est opinio stoicorum putantium animam creari a summo artifice eo primū tempore quo insinuetur, hoc est infundatur corpori. Et simul intereat nobiscū. Sed hęc opinio censet a deo per vim seminis animam in corpus includi: quæ cum sit de natura & proprietate corporis cum eo tabescere atq corrumpi. Morte dirempta. Vi mortis a corpore separata: per quā separationem cum natura sua priuetur, & excludatur, quā iunctā cum organo habebat, perire & tabescere necesse putant. An tenebras. Sunt nōnulli vt academici qui contendunt animam separatam non perire: sed pro merita noxia pręmia, sedes cęlestes, & campos elysios, aut inferi phlegethōtis pœnas, & Acherontica stagna circuire, subireq cēsuram, & iudicium Minois iudicis inferorum. Orci. Plutonis. Ab orco deflectitur orcius pro infero atq plutonio: qd patet eo Neuiano epitaphio. Immortales mortales si foret fas flere: Flerēt diuæ camœnę Neuium poetā. Itaq postq̄ est orcio traditus thesauro Obliti sunt Romę lingua latina loquier. Orcum Plutonem significare docet Plautus ita loquens. Apud orcum te videbo. Orcus auctore Pompeio ab vrgendo dictus. C. enim pro g. frequenter ponebant antiqui. Apuleius. In orci peculio, & proserpinæ familia numerabar. Horcus dicitur: vt quibusdā placet: q per eum cuncti iurare timent & fallere numen. ὅρκον enim græci iusiurandum dicunt. Fuit lex orcia, de qua sic Macrobius libro quarto saturnalium. Fannia lex sumptibus modum fecit assibus centum: vnde a Lucilio poeta festiuitatis suæ more centussis vocatur. Prima lex sumptuaria fuit orcia: dein fannia: dein Didia: mox Licinia. In Alcesti fabula Euripidis inducitur orcus alcestidi falce crinem abscindēs, quē imitatus est Vergilius in quarto. Desunt Euripidis versus in trito codice Macrobij libro saturnalium quinto: qui sunt hi.

Orcus.
Orcius.
Orci lex.
Centussis.
Macrobius emēdatus.

πόλλ᾽ ἂν σὺ λέξας οὐδὲν ἂν πλέον λάβοις
ἡ δ᾽ οὖν γυνὴ κάτεισιν εἰς Ἅιδου δόμους.
στείχω δ᾽ ἐπ᾽ αὐτήν, ὡς κατάρξωμαι ξίφει.
ἱερὸς γὰρ οὗτος τῶν κατὰ χθονὸς θεῶν
ὅτου τόδ᾽ ἔγχος κρατὸς ἁγνίσει τρίχα.

Latine sic Charonte loquente. Multa sane tu dicēs nihil plus accipere poteris. Hæc igitur mulier descendet ad inferni domos. Venio autem ad ipsam vt lustrem ense. Consecratus enim hic sub terra deorum, cuius hæc hasta capitis lustrabit capillum. ἁγνίσαι enim est dijs cōsecrare: vnde Euripidem imitatus poeta noster sit ex Iridis persona. Hunc ego diti sacrum iussa fero: teq isto corpore soluo. Charon & orcus pro eodem accipiuntur ab Aurelio. Melius Vergilius. Stygioq comas damnauerat orco. Feruntur enim ad orcum, hoc est Plutonem per charontem. Vastas lacunas. Ingentis stagna, quas euagata Cocyti & phlegethontis aqua facit.

Vergilius explicatus.

An pecudes alias diuinitus insinuet se:
Ennius vt noster cecinit: qui primus amœno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronā
Per genteis Italas: hominū quę clara clueret.

¶ An pecudes alias. Repete verbum ignoratur. disceptatur ait Lucretius an anima humana infundatur in pecuina, hoc est bruta iuxta Pythagoræ sententiā, qui dicit humanā aiam pro meritis suis post corporis diuortium trāsire per corpora ferarū: & si quis voluptuose vixit, & dedecorose, in sues asinos & cæteras ignobiles feras trāsire. Huic opinioni subscribit Empedocles in poematis suis se autem se meritricem fuisse pofessus. Pythagoras huius regene-

Palingenesia. Metempsychosis.

rationis primus auctor fuit: quã modo Palingenesia, modo Metẽpsycosin appellat. Credit se meretricẽ formoso corpore fuisse Leõtium: heroem apud Troiam: & pauonem. vnde Persianum id exit. Meonides quintus pauone ex Pythagoreo. Hanc igitur metempsycosin Ennius appellat dicẽs animã Homeri in se trãsisse: & hoc est qđ Lucretius inquit. Ennium in scriptis credidisse animas in pecudes transuolare: & hoc didici ex ijs Persij. Cor iubet hoc Enni postq̃ destertuit esse Meonides. apud Ouidiũ Pythagoras hæc loquitur. Pãthoides euphorbus eram. Hermotinum se fuisse voluit & Pyrrhum. Deridet Pythagoricos, qualis est quandoq; Lucretius noster, illos, qui tradũt animas supplicia tartarea subire: & eos, qui tãq̃ illa exhausturi pauidi sunt & meticulosi. Verba sunt apud Ouidium Pythagoræ. O genus attonitum gelidæ formidine mortis. Quid styga, quid tenebras inania verba timetis? Morte carent animę: Semperq; priore relicta sede, nouis domibus viuũt, habitantq; receptę. Apollonius Tyanẽsis, qui Pythagorissabat animã suam dicebat, animã Palamedis Herois illius apud Homerum cãtatissimi: qui in leone gemebũdo animam Cambisę regis Aegypti deprẽdit. Hanc metẽpsycosin Aristoteles irridet libro de anima: & Pythagoricorum fabulas appellat: qm̃ animantia cũcta propriã speciem habere formamq; videntur. μετεμ-ψύχωσιν scribe. Pecudes alias. More suo pro in alia pecua, hoc est in bruta animalia. subintellige in. Diuinitus. Cęlitus: aduerbium est. ita iubentibus fatis. hoc est Ioue volẽte. Insinuet. Imprimat, infundat. Noster. Pater poetarum: siue qui nobiscum Pythagoram sequitur. Horatius. Ennius ipse pater nunq̃ nisi potus ad arma psiluit dicẽda. Primus. Ennius poeticæ primus affectator laureã meritus est canẽs primum apud Romanos gesta fortium virorum. De quo tamen ab Ouidio dictum. Ennius ingenio maximus: arte rudis. & Anticlaudianus. Ille pannoso plebescit carmine noster Ennius. Rudinus vocatur a patria Rudijs ab Ausonio. Ex helicone. Ex musæo poetico. helicõ mons Bœotiæ sacer musis. Amœna. Grata, voluptifica. Quid enim musarũ diuersorio amœnius? illa gete dulcius? hoc animi pabulo lautius? Amœna auctore Seruio: quę solum amorẽ prestant: vel quasi amunia, hoc est sine fructu vt Varro & Carminius docent. Perenni fronde. Lauro perenniter & perpetuo virenti. Elegiographi poetę hedera, grandiloqui & heroici lauro coronabãtur. vnde exijt id Propertianum. Mi folia ex hedera porrige bacche tua. Coronam. Laureã: insigne & poetarum decus: qui bella canebãt & reges: e quorum numero censetur Ennius noster. Reperies pudibunde facundos viros quandoq; coronam a circuitu podicem vocare. vnde exijt amiculi nostri gnathonis iocus. Coronari cupit Verpus, de Iudæo pullum circa nates attrectante. Ab eodem etymo prima inuenta dictitant anum. Per gẽtes Italas. Detulit facundiam poeticam in Italiam. huc siste. Hominum quæ clara clueret. Iunctim ista legẽda hoc sensu. Ennius prim⁹ inter honoratiores vates est habitus: detulitq; in Italiam facundiam camœnarũ heroicarum: quę apparet cęterarum p̃ clarissima. Clara. pro clarissima: vsurpat positiuũ pro superlatiuo: vt patet illo exẽplo prisci poetæ: quod adducit Seruius. Saturnia magna dearum. pro maxima. Clara hominũ, pro clarissima, facundiæ poeticę deditorum. In q̃busdam exẽplaribus scriptum inuenio omnium: qđ si probamus expotamus pro omnium. In eadem dictione Lucretius extetit vocalem vocali præpositam. Exẽpla patebunt inferius. Clueret. Appareret, fulgeret. Cluere auctore Plinio togatorum eruditissimo libro vigesimo quinto antiqui pugnare dicebãt. vnde grammatici clypeum detorquebant. ex qua etymologia venerẽ quã colebãt armatã cluacinã dictitarũt. Hic splendere interpretare. In cõmentarijs plautinis affatim refutauimus Veneti Hermolai opinionem: qui cluere pro esse cupit. Cluere Marcellus pro nominari exponit. qđ si probam⁹ in Lucretio clara clueret pro nominaretur & haberetur expone. Hoc enim verbũ cluet vim in passiuam habet. Plautus sæpe vtitur in hoc significatu. & Terentianus. Ennius per gentes cluebat omniũ miserrimus, hoc est vocabatur. Hi vero qui cluere pro splendere & apparere nobilem & gloriosum volũt interpretari non repugno: a dictione κλεος q̃ gloriam significat: & si κλείω significat nomino & voco: vt prima significatione verbum clueo significet splẽdeo: sed cõsequẽter appareo. vnde cluebat miserrimus cum dixit Ennius interpretaré apparebat. Mendum est in epistolis Symmachi eo versiculo. Bis seno celsus Symmache fasce clius. scribe clues pro splendes.

Ennius Rudinus.

Musarum amœnitas.

Amœna q̃

Corona podex.

Clara p cla rissima.

Cluere.

Clype⁹ vñ.

Symmachus emendatus.

Et si præterea tamen esse Acherusia templa
Ennius ęternis exponit versibus edens:
Quo neq; perueniãt animę neq; corpora nr̃a:
Sed quędam simulacra modis pallentia miris
Vnde sibi extremũ semper florentis hymetti
Cõmemorat speciẽ: lachrymas cui fũdere sal
Cœpisset & rerũ naturã expãdere dictis. (fas

¶ Etsi præterea. q̃uis Ennius τῆσ παλιγγενεσίας. i. regenerationis assertor & propugnator affirmet esse regiones in ima terra cauas & tenebricosas in quibus ardenti vertice voluitur Acheron: nõ tamen illi tanq̃ vanidico, & mendaci poetæ eo fini fides est adhibenda quin malimus cum philosophica veritate sẽtire. Hic est ordo. Etsi Ennius exponit esse templa Acherusia: nobis tamẽ est ratio superis de rebus habenda. Præterea. Continget sequẽtia superioribus nihil vltra significãs. Tamẽ. Pro tandẽ. Hoc est vt vno verbo sũmatim te expediã nõ assentior Ennio sedes infernas opinante. Q꜄ tamen significet idem quod tandem docet ijs Marcellus in integris exemplaribus. Sallustius quarto historiarum. Nam qui enare conati sunt icti sæpe ferramentis nauium aut afflicti a suis vndarum vim mulctato fœde corpore tamẽ euaserunt. Acherusia. Inferna loca dicimus & Acherõtica. vnde Plauto senex Acheronticus pro capulari & perannoso: qui Acheronti, hoc est morti sit proximus. Fluuius inferorum Acherõ asper & difficilis. vnde nomẽ adeptus q꜄ sit sine gratia & gaudio. Esse nauem nomine Barida, de qua Propertius. Baridos & contis rostra liburna sequi: & paludem Acherusiam in Aegypto Diodorus libro secundo docet. vnde poetis fabulandi de inferis oblata facultas ne dicam licentia. Est & Acheron fluuius in Italia. Seruius Acheronta sentit quasi de imo nasci tartaro: cuius æstuaria stygem creare: de styge autem nasci cocytõ & hęc est etymologia. Nam physiologia hoc habet. Qui caret gaudio sine dubio tristis est: tristitia autem vicl

Tamen.

Acherõtic⁹ senex.

Baris.

na luctui est: qui procreat ex morte. vnde hec esse apud inferos dicit. Styx tristitiam: cocytos luctũ significat.

Templa. Antica. Postica. Fossor.

Templa. Regiones, tractus, loca. Vetus significatio & auguralis: qua figura loquẽdi dicebantur aruspices loca in cælo designare anticam scilicet & posticam, hoc est posteriorem & anteriorem. Consimiliter amatorẽ puerorum innuens Ausonius postico vulnere fossorem dixit subaperte simul & verecunde. Aeterna. Perpetuis. Enniana carmina semper florebunt. Edens. Poetice canens, poemata cudẽs. Quo. Ad quam Acherusiam paludem & tartarea barathra. Permanent. Perlabantur, defluant, descendãt. alibi legitur pueniãt, qđ idem significat. Animę. Non sentit Ennius Pythagoricus animas nostras cum ex vno corpore trãsilirent in aliud inferos petere: quoniam si id concederet trãsanimationem Pythagoricam negaret. Sed simulacrum hominis non anima petit inferos gurgites. cuius opinionis scius apprime Maro libro quarto Aeneidos cum Ennio sic cecinit. Et nunc magna mei sub terras ibit imago. Seruius hæc addidit. Deprẽderunt esse quoddam simulacrum: qđ ad nostri corporis effigiem fictum petat inferos: & est species corporea: quæ non potest tangi. Hoc innuere videtur Ouidius tertio fastorum. Ipsa virum rapui: simulacraq; nuda reliqui. Qui cecidit ferro Cæsaris vmbra fuit. Ille quidem cælo positus Iouis atria vidit. Simulacra. Hoc non tanq̃ imitator Maro detorsit: sed descripsit vt insertum pugnaret cum suis auctore Plinio. Crediderim potius Vergilium sententiam primo Lucretianam sequi voluisse: mox cum verba non reperiret ita signate affectum prodentia maluisse fateri a quo profecerit q̃ in furtu deprehendi. Vnde. A quibus cauernis infernis. Semper florentis. Sempiternos flores & fructus perennis eloquẽtiæ summittentis: a quo vt ait Manlius, posteritas latices in pocula duxit. Fingit Ennius in suum corpus per metẽpsycosin insinuatam Homeri animã. Tamẽ

Homer⁹ in Ennio.

cum homo corpus habeat terræ debitum: qđ spoliatum anima & cadauer effectum terræ reddit: animã cælo. Siue vt Pythagorici volunt formam sumit aliam post mortem: simulacrum vero tartaro: Fingit hic Ennius apparuisse sibi imaginem Homeri, quæ pallens & lurida lachrymas fundebat. Est enim corpus qđ tãgi nõ potest hæc imago: quã finxit Ennius. Marci Tullij codicem in academicis obiter sic emacula. Quomodo cũ experrectus esset Ennius nõ diceret se vidisse Homerum sed visum esse. Exortam sibi. Apparuisse. Hæc dicuntur ab Ennio vt testatius & planius regenerationem argumentis approbaret. Speciem. τὸ εἴδωλον simulachrum, imago. Salsas. Epitheton lachrymarum. Sunt enim salsæ nõ secus ac sudor humanus. Et hoc magis indicat illam imaginem quæ petat inferos corpoream vim retinere: quæ in lachrymis salsuginem viuentis corporis obseruat. Quidam falsa legunt & fictitia interpretãtur, apparentia, commentitia. Vt Maro. Par leuibus ventis, volucriq; simillima somno. Cœpisset. Corrige seiunctim cœpisse &. narrabat idolon Homeri lachrymis obortis nonnulla vati Ennio dicere. Prę gaudio forte lachrymas stillabat Ennio congrediẽs qui suam gestabat animam, mentem, & facundiam poeticam vt hæreditariam. Expandere. Fons & in ppatulo fundere siue valde pandere, hoc est aperire & manifestare: vt Plauto exiurare.

¶ Quapropter. Ideo, quamobrem. depẽdet periodus præsens a superioribus versibus: licet Ennius exponat esse Acherusia templa ideo non minus nos tandẽ cognoscam⁹ qđ sit anima. Bene cum. Cum significat partim Est enim partim de rebus superioribus & de luna & de sole: cuius effectus terra sentit. Superis de rebus. De rebus superioribus, hoc ẽ cælestibus. Ratio. Ratiocinatio: & cum ratione narratio philosophica. Meatus. Cursus. varietates, vicissitudines: a verbo meare, hoc est ire. Qua vi. Quo impulsu cęlestium. In terris tum. Sed hæc tũc videbimus cum primum sermonem habuerimus super anima.

Cum primum. Quando primum tractauerimus de superioribus rebus. Sagaci. Indagatrice. vnde sagax canis. Plautus. Canem esse oportuit: sagax nasum habet. Sagare significat acute sentire auctore Marco Tullio. vnde præsagire pręsentire & consequenter p̃ diuinare. Si plura nosse cupis vt de sagarijs: & quid sit sagariam facere apud Lucium Apuleium, remitto te ad nostros in Plautũ cõmentarios. Natura. Proprietas & essentia.

Sagax. Sagare.

Obuia. Videmur morbosi & valetudinarij obuiam habere monstra simillima mortuorũ imaginibus: qđ pręstigium & allucinatio ex debilitate sensuum accidit nõ valẽtium rem nosse vt est. Sepultis. Grauatis, oppressis. causa est mens & ingenium, qđ nullo sensus organo gubernatum vagatur vt quadriga sine auriga huc & illuc errans sine mentis vlla directione. bene dixit sepultis. Hydropotæ, hoc est potores aquæ, & qui cibo nõ sunt immersi futura recte synceręq; vident. Præparationem ad captandum verum somnium docet philosophiæ magnus antistes Synesius. Hinc Homerus. τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Eos. Defunctos. Morte obita. Morte peracta & per obitum vitam hominis amputãte. Hoc Verg. quoq; ita sublegit. Morte obita quales fama est volitare figuras. Amplectimur. Operit materno affectu æmulante humanæ & vi-

Obit.

Quapropter bene cũ superis de reb⁹ habẽda
Nobis est ratio. Solis Lunæq; meatus
Qua fiant ratione: & qua vi quæq; gerantur
In terris tum: cum primũ ratione sagaci:
Vnde anima atq; aĩmi cõstet natura: vidẽdũ:
Et quæ res nobis vigilantibus obuia menteis
Terrificet morbo affectis: somnoq; sepultis:
Cernere vti videamur eos: audireq; corã
Morte obita: quorum tell⁹ amplectitur ossa:
Nec me animi fallit graiorum obscura repta
Difficile illustrare latinis versibus esse:
Multa nouis verbis præsertim cum sit agẽdũ
Propter egestatem linguæ: & rerũ nouitatẽ.
Sed tua me virtus tamẽ: & sperata voluptas
Suauis amicitiæ: quemuis perferre laborem
Suadet: & inducit nocteis vigilare serenas:

uentis matris dulces amplexus in sobolem. Nec me animus fallit. Corrige ex vetustis exemplaribus: nec me animi fallit: qui mos eloquendi disertis & priscis familiaris est: significans: non fallor animo, id est nõ me pterit q̃ difficillimum sit græcorum philosophorum meditationes latinis versibus includere: cum linguæ penuria, tum repertorum obscuritate & abstrusa difficultate. Graiorum. Græcorum, philosophorũ. Obscura. Difficilia indagatione. Reperta. Commenta, principia doctrinæ, quorum illi repertores habiti sunt. Illustrare. Nobilitare, patefacere, declarare. Illustria lucida dicuntur: quandoq; prçlustria. Ouidius. Viue tibi q̃ tumq; potes prælustria vita. Sæuum prçlustri fulmen ab arce venit. Sublustris Maroni subobscura & parum habens splendoris illustris. Cum sit agendum multa. Per indefinitum verbum more suo: debuisset enim dicere cum sint agenda multa, hoc est cum de multis sit tractandum: quæ nouitatem verborum requirunt: difficillimum est noua cum nitore proferre. Est profecto arduum nouis auctoritatem, & obsoletis nitorẽ dare auctore Plinio. Non nulli multa pro multum interpretãtur vt apud Maronem. Terram crebra ferit pro crebro. hoc sensu: difficile est illustrare obscura reperta philosophorum cum multum sit agendum, id est elaborandum & disserendum nobis latinis versibus. Egestatem. Poenuriam linguç Romanç: verecunde se attenuat poeta. Nõ est egestuosa lingua Romana. Immo vt censet Theodorus Gaza verba latina græcis respondẽt: sententiæ sententijs: vt tolerandus quandoq; sit Marcus Tullius qui pauperem græciam vocat. Nouitatẽ. Omnia noua sunt obscuriora & difficiliora consui compingiq; carmine: quoniam auctoritatem illis præstare debemus: sine qua versus nullus: & si quis, repudiandus omnino. Sperata. Dulcis, grata, & tuæ amicitiæ voluptifica dulcedo: quæ spe quadam ducitur fruendi tui contubernij cum fuerta philosophicis quçstionib⁹ meditationibusq; suffarcinatus. Speratam. sponsam prisci dictitarunt. Quo sponsa & sperata distẽt interusllo docent grammatici: in primisq; Marcellus. Quemuis. Etiam omnium difficillimum: qualis est hic fruct⁹ oppido q̃ intolerabilis. Inducit. Allicit, trahit, inuitat, persuadet. vnde inductio oratoria. Hoc argumẽto fit a particularibus ad vniuersalia progressus. Interdum inducere est decipere. Lucilius. Miserum senem sirenũ cantu inductum. Serenas. hyemales cum sudificum cçlum est & sceleratiora frigora.

Animi fallit.

Prælustria.

Agendum multa.

An Romana ligua grça paupior

Sperata.

Inducere.

Inductio.

Quçrentẽ dictis quibus: & quo carmie demũ
Clara tuæ possim præpandere lumina mẽtis:
Res quibus occultas penitus cõuisere possis.
Hũc igit̃ terrorẽ animi: tenebrasq; necesse est
Non radii solis: neq; lucida tela diei
Discutiant: sed naturæ species: ratioq;
Quippe ita formido mortaleis cõtinet oẽis:
Q̃ multa in terris fieri: cæloq; tuentur:
Quorum operum causas nulla ratione videre
Possunt: hçc fieri diuino numine rentur:
Et quo queq; modo fiant opera sine diuum:
Cuius principium hinc nobis exordia sumet:
Nullam rem e nihilo gigni diuinitus vnq̃.

¶ Quçrentem. Inducit voluptas tuæ suauis amicitiæ peruigili studio philosophica sectari me dico quærentem, hoc est enitentem aperire lucem tibi. Quibus dictis. Puris & modulatis. Quo carmine. Pro virili, modulatricẽ suauitatem redolente. Clara lumina. dicitur quis ingenio faces & lumina pferre cũ affert in mediũ doctrinã isagogicã, hoc est introductoriã: qua tanq̃ sole vectus auditor virtutis fontibus appropinquat. Præpandere. Præcedẽs aperire & ostentare. Quibus. Luminibus, collustratiõibus, & facibus ingenij præ te latis. Penitus. Medullitus & profunde. Cõuisere. Perstat in luminis metaphora: hoc est ingenio cõsequi. Hũc igit̃ terrorem. Hæc subsequi debent id carmen. Morte obita quorum tellus complectitur ossa. Sensus hic est. Nostris mentibus imaginaria multa obambulant: id est versamur in tenebris: quas nullum lumẽ fugare potest prçterq̃ philosophiæ cognitio. ordo. hũc terrorem animi necesse est discutiant non radij solis: sed naturç species & ratio. Animi terrorem vocat poeta occursacula nocturna: timorem mortis & inferorum: quẽ solum potest auferre rerum philosophicarum perceptio. Qđ terrorem incutiebat Prisci terriculum dictitarunt. Tenebras. Tenebricosam & cçcutientem mentis inscitiam. Tela. coruscamina, radiationes solares: quas Phœb⁹ eubrat in telorum similitudinem. Telum iaculum longum vocarunt antiqui a voce græca τήλοτι ϖ eminus iacitur. Caius iureconsultus digestis de verborum significatione sic. Telum vulgo quidem sic appellatur qđ ab arcu mittitur. Sed nõ omne significatur qđ manu mittitur: itaq; sequitur vt & lapis & lignum & ferrum hoc nomine contineatur: dictumq; ab eo q̧ in longitudinẽ mittitur græca voce figuratum τήλε. Seruius libro secundo æneidos. Nam & hanc significationem inuenire possumus & in græco nomine. Nam qđ nos telum appellamus illi τήλον appellant. Tela diei Lucretius eleganter appellat iacula solaris coruscationis: quæ auctor est illustrationis diurnæ. Discutiãt. Aperiant & cõsequenter illuminẽt. Quç clara sunt & illustria vocant aperta: quç tenebrosa & obscura clausa. Propterea poetæ dicunt. Noctu cælum claudi: matutino tempore aperiri. Silius ijs similiter protulit illud carmen. Læta serenati facies aperitur olympi. Species. Essentia, specimen, habitus. Dicitur naturç habitus aperire mentem cum illa percepta cætera solertius indagamus. Ratio. Cognitio perscrutinium & philosophicum ratiocinium. Hunc versum sequi debent illa quatuor carmina. Quippe ita formido. Ostẽdit poeta esse perdifficile terrorem animi & cæcitatem dispellere quando omnes aguntur formidine cassa: nisi per animaduersionem naturæ rerum id terriculum amoliamur. Quippe in hoc loco significat profecto. Ita superiorib⁹ connecte. op⁹ est certe naturalium rerum cognitione: quoniam altius scelerata formido radices egit. Ita. In tantum chaos & tam profundas tenebras. Q̃ multa in terris. Causa terroris huius diri perniciosiq; est dubio procul ignorantia naturæ. Nam quorum causas ignoramus dicimus fato & ductu auspicioq; dei prouenire. Tuentur.

Telum.

Clausa.

Cernunt mortales ex causis cælestibus prouenire multos effectus in terras: quorum causas ignorantes miracula credunt. Operum. Effectuum, accidentium. hanc fuisse causam sensit Aristoteles vt homines philosophari inciperēt ex operum cælestiũ in terras admiratiõe. Possunt ac. Alibi legiť: possunt hæc. mortales quorũ operũ causas nulla ratione videre possunt illa diuino numine fieri rentur. Et quo quæq;. Nulla hic textus poetici seruata series ab editoribus. Subsequi debet illud carmen. Perspiciemus & vnde queat res quęq; creari. Sed post hunc versum, Possunt ac fieri diuino numine rentur: duo illa pone. Cuius principium hinc nobis exordia sumet ital: sensu. Cum nihil cognosci possit & amoueri stupor mentis & allucinatio sine philosophica ratione: huius ratiõis philosophicę principium hinc, hoc est ab ista nostra narratione sortieť. Nobis. Iuxta sententiã nostram. Diuinitus. Ita cęlestibus causis ordinantibus. Ordo. Principium sumet hinc exordia rem nullam gigni diuinitus ex nihilo. Vel expone diuinitus deo etiam volente, nec artifice deo aliquid ex nihilo creari potest: qđ sacrosanctæ Theologiæ dissentaneum prorsus est: quæ vere sentit deum creare posse aliquid ex nihilo. Cæterum Aristoteles affirmat nihil ex nihilo fieri posse: & hoc concedunt omnes philosophantes. vnde Persius. Aegroti veteris meditantes somnia, gigni De nihilo nihil: in nihilum nil posse reuerti. Aristotelis verba sunt hęc in prio physicorum. Secundum omnes philosophãtes ex nihilo nihil fit. Piæ tamen religionis affectæ credunt deum ex nihilo res produxisse: & hac vtuntur ratione. Vnumquodq; agēs sibi simile agit: agit autem secundum qđ est actu illius. igitur agētis erit producere effectum causando aliquo modo formam materię inhærentem, qđ est actu per formam sibi inhærentem: & non per totam substantiam suam. vnde philosophus in septimo metaphysicę probat q res materiales habentes formas in materijs generantur a materialibus agentibus habentibus formas in materia: non a formis per se existentibus. Deus autem non est ens actu per aliquid sibi inhęrens: sed per totam suam substantiam vt supra probatum est. Igitur proprius modus suæ actionis est vt producat rem subsistentem totam: non solum rem inhærentē scilicet formã in materia. Per hunc autem modum agit omne agens: q materiam in agendo non requirit. Deus igitur materiam præiacentem non requirit in sua actione. Hanc autem veritatem diuina scriptura confirmat dicēs geneseos primo. In principio creauit deus cœlum & terram. Nihil enim est aliud creare q̃ absq; materia præiacenti aliquid producere. Ex hoc autem confutatur error antiquorum philosophorum: qui ponebant materiæ omnino nullam causam esse: eo q actionibus particularium agentium semper videbant aliquid actionis p̄iacere: ex quo opinionem sumpserunt omnibus communem q ex nihilo nihil fit: qđ quidem in particularibus agentibus verum est. Ad vniuersalia autem agentia, qđ est totius esse actiuum, cognitionem nondum peruenerant. quoniam nihil in sua actione præsumere necesse est. Vnq̃. Legendũ vsq̃, aliquo pacto, aliqua ratione philosophiam redolente.

AnaIiqd ex nihilo.

Creare.

¶Vbi viderimus. Postq̃ nobis ostensum fuerit nihil posse creari ex nihilo statim formidinem abijciem9 nocturnos lemures & laruas non reformidantes. quoniam si mortuorum simulachra oberrarent: aliqd fieret ex nihilo.

Quod sequimur. Hoc est illationem siue conclusionem habebimus: quã sequimur: nihil ex nihilo fieri. Potest formari talis ratio. Omnes imagines mortuorum fiunt ex nihilo & illę, vt sentit Ennius, sunt aliquid: igitur aliquid fit ex nihilo. Rectius. Cognitius.

Vnde queat. Qua origine possit res omnis creari. huic carmini illud annecte. Et quo quęq; modo fiant opera sine diuum. Sensus hic. Vbi viderimus nihil ex nihilo creari posse statim perspiciemus, vnde queat res quæq; creari: & quo quæq; modo fiãt: hoc est ex materia & forma siue quatuor elementis. Fiant. generentur, originem habeant. Opera sine diuum. Sine operosa & artifici creatiõe deoꝝ. q deus auctore Lucretio semotus est: nihil agens: sed omnia fiunt per causas secundas. Hoc carmen sequi debet illud. Perspiciemus & vnde queat res queq; creari. Nam si de nihilo. Comprobat id qđ proposuit nihil ex nihilo gigni hac potissimum ratione. Si quodpiam fieret ex nihilo, consequens esset vt omnia nascerentur ex omnibus rebus: nec essent particulares & statæ vices generationis. Fierent. Quæq;. Omne genus. Omnium animantium species: etiam plantarum multitudo. E mare primum homines. Si ex nihilo aliquid creari posset homines nascerentur e mari: vnde discretis generibus nascuntur pisces. Ratio talis est. Si aliquid ex nihilo nascitur: igitur pisces nascuntur ex mari quoniam homines nasci ex mari nihil est. probatur

Quas ob res vbi viderimus nil posse creari
De nihilo: tum qđ sequimur: iam rectius inde
Perspiciemus: & vnde queat res quæq; creari.
Nam si de nihilo fierent: ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset: nil semine egeret.
E mare primum homines: e terra posset oriri
Squãmigerum genus: & volucres erũpe cęlo:
Arméta atq; alię pecudes: gen9 omne ferarũ
Incerto partu culta: ac deserta tenerent.
Nec fructus ijdé arboribus constare solerét:
Sed mutarétur: ferre omnes omnia possent.
Quippe vbi nó essent genitalia corpa cuiq;:
Qui posset mater rebus cõsistere certa?
At nunc seminibus qa certis quęq; creantur:
Inde enascitur: atq; oras in luminis exit.
Materies vbi inest cuiusq;: & corpora prima.
Atq; hac re nequeũt ex omnibus oĩa gigni:
Q2 certis in rebus inest secreta facultas.
Preterea cur vere rosam: frumenta calore:
Vites autumno fundi sudante videmus?
Si non certa suo quia tempore semina rerum

Cum confluxerunt: patefit qđcunq; creatur?
Dum tẽpestates adsunt: & inuida tellus
Tuto res teneras effert in luminis oras.
Qz si de nihilo fierent: subito exorerẽtur
Incerto spatio: atq; alienis partibus anni.

qm cõtradictionẽ faciat: q̃ autẽ cõtradicunt nihil sunt: igitur nihil fit ex nihilo. Sciẽdũ tñ concedere theologos nihil ex nihilo gigni in materialibus: qꝑ causa materialis non agit sine subiecto: sed causa vniuersalis hoc est de us potest agere sine subiecto. E terra. A contrario: quẽadmodũ hõ animal terrestre mari orıretur: pinde piscis animal aquaticum nasceret ex terra: qđ omne repugnat ipi naturę.

Squammigerum genus. Pisces squammas gerentes. Desquãmare verbum Plautinum: qđ significat pisces squamma priuare. quemadmodum exdorsuare dorsualibus pinulis mundare. Erumpere. Exilire, egredi. Coelo. Sine volucrum semie. potes legere coeno: vt sit magis dissimile peralienumq;: aues scilicet cęlum remigijs alaribus persulcantes, quæ vt aereę leuesq; ex coeno re sordida grauiq; & non simili naturæ alituum euolare. Scitum est qđ dicebat Drusus nihil sibi munificentissimo superfuisse post donationes profusissimas: præter cælum & coenum. Armenta. Animalia veterina, quæ armo, hoc est humero trahunt onus quemadmodum plostrarij boues & carrucariæ mulæ. Pecudes. Pro pecora more suo, hoc est animantia. Incerto partu. Incerta origine. esset certe ambiguum quoniam ortu animalia cuncta nascerentur nisi essent p̃scripta rerum semina. Culta. Nouales, agros domesticos & habitatos. Propertius vocat arata. Bononienses hodie lingua vernacula culturas appellant. Deserta. Tesqua, loca auia, inhabitata. cum igitur culta & deserta tenerent sequitur vt passim & vbiq; vitam degerent. Nec fructus ijdem. Cum ex nihilo nihil nascere tur non ijdem fructus essent in arboribus: omnia mutarent originem suam. Pyrus pyra non ferret: non mala populus: hoc vsu veniente qꝑ sua semina suas arbores non sequerentur. Constare. Conuenire. Solerent. Frequentes essent & domestici. Constare solerent expone constarent, hoc est acciderent. Ferre. Procreare, producere. Omnes. Fructus. Omnia. Semina. vel ita. omnes causæ possent omnia creare. Quippe. Quoniam. est ratiõis fultura & comprobatio. Concesso hoc qꝑ ex nihilo fit nihil: sequitur vt ferre omnes omnia possent. hoc pacto. Si quæq; non habent originem propriam: nõ est rebus sua causa certa & limitata: ergo confusa natura omnia promiscue gignuntur ex oibus. Genitalia corpora. Elemẽta, causę, semina, q̃ stata & propria origine generãt omnia. Quicq; operi. effectui. Qui. Quo pacto, quõ. Vox Plautina, Cicerõis & eruditorum. Mater. Origo, partus, semen fungens rebus vice matris. Consistere. Constare. At nunc seminibus. Sensus est. Si aliquid fieret ex nihilo passim gignerentur omnia nec certam prolem & originem cuncta adipiscerentur. Sed cum natura elementa certa & stata contribuerit reb⁹, hoc est in causa quapropter cuncta impromiscuam certam & determinatam naturam possideant. Certis. Non omnibus: nec promiscuis Quæq;. Res ois. Inde. Ex illis seminibus certis & proprijs. In oras luminis. In regiones vitæ: in has oras vitales. Vbi. in quibus certis seminibus ex quibus omnia nunc creantur. Cuiusq;. Rei & effectus. Quæq; res ex ordine naturæ habet suam materiam, hoc est principium & semen. Enarrauit affatim superius poeta materiam principia & elementa vocari. Hac re. Ex hac discretione elemẽtorum: causarum & originum: sine qua diuisione sequetur vniuersi confusio. Qz certis. Ratiocinatur nunc cur non ex naturæ discretione omnia gigni possunt ex omnibus. quoniam scilicet non est cõcessa facultas omnibus omnia parere. Certis in rebus. In seminib⁹ indiscretis. Secreta. Seiuncta, separata. Facultas. Gignendi potentia. Præterea. Quatuor anni tempestates esse poeta notificat: ver, autumnum, ęstatem, hyemẽ: quæ distinctæ sunt & q̃ maxime discretę: in quibus diuerso modo diuersa gignuntur. In æstate frumenta maturescunt: vere rosa pullulat: & ita in reliquis: hoc euenit qꝑ stato & determinato tempore creantur omnia: & cum rebus sua tempestiuitas appetit semina confluunt & ad rem gignendam concurrunt. Ver dicitur vt sentio a græca dictione ἔαρ. vel a viriditate. Sudante. Vel spumoso & sordido vua calcata: a qua mustulentus dicitur Apuleio. Ouidius. Stabat & autũnus calcatis sordidus vuis. Stabat nuda estas: & spicea serta gerebat. Inde senilis hyems tremulo venit horrida passu. Aut spoliata suos, aut quos habet alba capillos. Vel sudante expone calore suo vitibus sudantes & stillatitias guttas emittere cogente. Quidam intelligunt vites fundi autumno sudante: resolui in maturitatem vuarum sudante, hoc est hymbrico vel sordido autũno. Fundi. deliquescere, manare, resolui in aquaticum humorem. Ver & autumnum poetæ dubios menses appellant. quoniam incertum tũc est an calor sit an frig⁹. Autumnat semper aut vernat inquit Plini⁹ cum significauit nimium abesse rigorem: sed temperiem verni temporis aut autumnalis. Si nõ. quia. Nisi qđ. reddit rationẽ cur vere rosa præcipue nascitur: frumenta calore: vites autumno fundi sudante videmus. Semina rerum. Causæ quæ rebus esse suum afferunt. Cum confluxerunt. Cũ concurrerunt & conuenerunt. Patefit. Aperitur: in lucem exit: summittitur. Tempestates. Tempestiuitates, tempus accommodum ac tempestiuum, generationi q; consentiens. Adsunt. Fauent, præsto sunt. Viuida. Altrix, nutrix, quæ vitam, hoc est vegetatiuam animam affert herbis, plantis, & arboribus. qꝑ vitam suppetat ac subministret terra viuida nuncupatur. Et tellus viuida vocari potest epitheto suo quoniam omnibus vitam pręstat. Tuto. Sine vitę, hoc est originis aliquo discrimie: Teneras. Liquidas, non concretas, non densas. sed penetrabiles: quo pacto prisci tenerum cęlum dictitauerunt: auctor Plinius libro secundo & Felix Martianus. Effert. Producit, profert. Luminis. Vitæ vel huius cęli. Silius. O blandum cęli lumen: tanto ne cauetur Mors reditura metu: viuentiq; addita fata? Oras. Regiones, plagas, ortus, sedes. Qz si de nihilo. Aliam rationem affert in medium non fieri aliquid ex nihilo: quæ talis est. Si de nihilo nasceretur aliquid consequens esset vt subito cuncta nascerentur incerto spatio: & ita nõ essent certa rebus certis tempora nascendi: & rosa omni tempore non tantum vere nasceretur. Alicui⁹ partibus anni. Scribendum ex syncerıs exemplaribus. alienis partibus anni. hoc sensu. Si de nihilo fieret aliquid actutum exorirentur incerto spatio atq; partibus anni alienis: dissentaneis scilicet ac repugnantibus origini nec ortui talis rei conuenientibus. Alienæ partes rosę est hyems. quoniam aliena est a tempore rosæ dira hyemis reprimicatio & exasperatio.

Desquammare.
Exdorsuare.
Drusi dictũ
Culta.
Arata.
Ver vnde
Mustulẽt⁹ autumn⁹.
Autumno
Verno.
Tenerum cælum.

Quippe vbi nulla forét primordia:q̃ genitali
Concilio possent arceri tempore iniquo.
Nec porro augendis rebus spatio foret vsus:
Seminis ad coitum e nihilo si crescere possét.
Nã fierét iuuenes subito ex infantibus puis.
Bterraq; exorta repente arbusta salirent.
Quorum nil fieri manifestust. Omnia quãdo
Paulatim crescũt(vt par est)semine certo.
Crescendoq; genus seruant:vt noscere possis
Quæq; sua de materia grandescere:aliq;.
Huc accedit vti sine certis imbribus anni
Lætificos nequeat fœtus submittere tellus:
Nec porro secreta cibo natura animantum
Propagare genus posset vitamq; tueri.
Vt potius multis communia corpora rebus
Multa putes esse:vt verbis elemẽta videm⁹:
Q̃ sine principiis vllam rem existere posse.
Deniq; cur homines tantos natura parare
Non potuit pedibus q̃ pontũ pervada possét
Trãsire:& magnos manib⁹ diuellere mõteis:
Multaq; viuendo vitalia vincere secla:
Si non materies quia rebus reddita certast
Gignundis:e qua constat quid possit oriri:
Nil igitur fieri de nilo posse fatendust:
Semine quãdo opus est rebus quo q̃q; creata
Aeris in teneras possint proferrier auras.

¶Quippe. Profecto. alia ratio. Si ex nihilo fieret aliqd seq̃ret vt nõ paulatim, sed vnico Impetu cũcta nascerẽt:& incremẽtũ suũ statim susciperẽt. Primordia. Principia rerũ. Genitali cõcilio. Generatiõi apta cõciliatione, incremẽto, coadunatiõe. Sensus est. n. si rerũ q̃ ortũ suũ sunt adepturæ eẽnt principia certa: & diuisis tẽporib⁹ sepata:q̃ eadẽ arcerẽt & cohiberent in caulis suis & in vi seminis:seq̃ret vt oĩa sata statim mẽsurã & accremẽtũ suũ assumerent. Verbi gratia cũ grana segeti & aratis cultisq; credũt:erũperẽt subito: nisi frigora, niues, gelicidia intra vaginam suã illa cõtinerẽt. Possent arceri. Retardari qn erũperent.
Tẽpore iniquo. Intẽpestiuo, nõ accommodo gñationi. Foret vlus. Op⁹ foret interuallo & spatio:sine quo nulla augeri possũt. Seminia ad coitum. Repete superioris carmis verbũ. nec porro foret vsus seminis ad coitũ.
E nihilo. Nullo semie:nil opus esset semine nec coitu:si sine principijs & ex nihilo cuncta gignerentur. Infantibus. S, more suo p sibilo elidit. Salirẽt e terra. Efferrent, exilirent ex claustro terreno. Quorũ. Vt subito plantæ crescãt:& repente de paruis infantibus iuuenes gignãtur. Quando. Cum videam⁹ oĩa paulatim crescere & origmẽ incremẽti p vices sortiri. Vt par est. Vt decet. In eadem significantia dicebatur vt verum est. Horatius. Metiri se quẽq; suo modulo ac pede verum est.

Verum est.

Certo. Determiato, origini p suę destinato. Gen⁹. Sẽsus hic. Oĩa quæ gignũt reseruãt in se discretis diuinitus speciebus ordinem suũ: vt cognosci possit ex qua sit specie. Exempli gratia. Pyra arboris suę naturam seruant: mala pomi:vt ex fructibus facile genus suũ cognoscere valeas:q; si quid ex nihilo fieret p̃miscua essent genera & confusæ species.
Sua de materia. Ex semine & origine sibi peculiari:vel cibo quo crescunt animãtia. Grãdescere. Grandia fieri. Ali. Et cognosci possent ex quanam materia nutriantur. Huc accedit. Huic rei conuenit:ad hanc rem facit.
Vti. Vt q; ex aliquo fit aliquid: & omnia suum principium habeant: hinc patet q; ad rerum creationem concurrunt pluuię: venti: vt pote Zephyrus: qui rebus aura sua miti vitam præstat. Lętificos. Vberes, largos, copiosos. Submittere. Subministrare, suggerere. Porro. Prętera. necesse est omnia ex sua materia victuq; peculiari crescere:sine quo animantia propagari non possunt.
Secreta. Separata, vidua, remota. Propagare. Multiplicare. Possit. Conuenientius legitur posset.
Tueri. Defendere, producere in terris vitam diuturniorem. Vt potius. Sensus hic: verisimilius est esse vnius rei multas causas q̃ rem aliquam constare sine principijs. Communia. Communi vi generantia. Corpora. prima subintellige:& expone principia. alibi narrauimus ex Lucretii sententia corpora prima esse causas & elementa. Vt verbis elementa. Vt sunt in singulis verbis literæ quemadmodum elementa, hoc est apices & literæ multijugæ formant verbũ. perinde dici possent plura elementa, hoc est causas plures confluere ad singulæ rei creationem. Verbis. expone prout in verbis videmus. Deniq. Sed vt vno verbo concludã Lucretius ait:cur natura non parauit staturo soa homines, & præditos excedenn humanã conditionem corporatura:qui a radicibus vellerent arbores:& montes montibus imponerent. & obiter redarguit gigãtum fabulã & pugnã:qui mythice dicti sunt Pelion ossę superposuisse: Scilicet atq; ossę frõdosum immittere olympum. Gigantes tamen fuisse sacra historia declarat. Hanc Lucretianam opinionem Augustinus improbat libro de ciuitate dei decimoquinto. Infideles non credunt etiã magnitudines corporum longe ampliores tũc fuisse q̃ nunc sunt. vnde & nobilissimus eorum poeta Vergilius de ingenti lapide: quem in agrorum limite infixum vir fortis illorum temporum pugnans & rapuit & cucurrit & intorsit & immisit. Vix illum (inquit) lecti bis sex ceruice subirent Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Sed de corporum magnitudine plerunq; incredulos nudata siue per vetustatem, siue per vim fluminum variosq; casus sepulchra conuincunt: vbi apparuerunt vel vnde ceciderunt incredibilis magnitudinis ossa mortuorum. Vidi ipse non solus sed aliqui mecũ in Vticẽsi littore molarẽ homis dẽtẽ ingentem: vt si innforũ dentiũ modulos minutatim cõ

Gigantes an fuerint.

cideretur,centum nobis videret facere potuisse. Sed illũ gigantis alicuius fuisse crediderim. Nã pter q̃ erant
omniũ multo maiora q̃ nostra tunc corpora,gigantes longe cæteris antetbant. Sicut alijs deinde nostrisq̃ tẽ
poribus rari quidẽ,sed nunq̃ ferme defuerunt:q modũ aliorũ plurimũ excederẽt. Plinius secundus doctissi
mus hõ q̃to magis,magisq̃ preterit seculi excursus miora corpora naturam ferre testatur:q etiã cõmemorat
Homerũ sæpe carmine fuisse conquestũ.Cũ cecinit Satyrographus poeta.Nam genus hoc viuo iã decresce
bat Homero. Terra malos hoies nũc educat atq̃ pusillos. Causam Plinius censet ignei elementi superantis
aquam:qd vi sua ingenita corpora diminuit.Mundũ enim nũc vergit in ecpyrosin,hoc est exustionem: cum
antea essent scaturoia corpora:cuius rei hæc afferẽ ratio q̃ mundus in cataclysmon declinabat,hoc est aqua Catacly smos.
ticam supabundantiam:quæ magnitudinis erat excedentis in corporibus causa. Gigãtomachia bellũ gigã Giganto machia.
tum in deos. Theomachia deoꝝ in gigantas. Auctor Eusebius historiæ ecclesiasticę libro primo. Gigantes Theoma chia.
πηλογόνοι.i.pelogoni a Callimacho dicuntur in Iouis hymno quasi ex luto procreati. nos terrigenas dici Pelogoni.
mus. Scribit Augustinus libro de ciuitate dei tertio ex præuaricatoribus angelis cum filiabus hominum con
cumbentibus natos esse gigãtes.i.nimiũ grãdes ac fortes viros. Idẽ libro decimoquinto. Añ paucos annos
cum Romanę vrbis,qd a gothis factum est,propinquaret excidiũ:Romæ fuisse fœminam cum suo patre &
sua matre:quæ corpore quodammodo giganteo lõge cæteris pmineret:ad quã visendã mirabilis fiebat vsq̃
quaq̃ cõcursus. Et hoc erat maxime admirationi:q̃ ambo parentes eius nec saltem tam longi homines erãt
q̃ longissimos videre consueuimus. potuerunt igitur gigantes nasci. Gigãtomachiã interpres Apollonij li
bro tertio Argonauticon Titanographian appellat. Nõ potuit. Immo potuit si credimus Augustino & ex Titanogra phia.
perimentis. Audio superioribus annis caput humanum erutũ in Illyrijs ex sepulcro veteri dolians magnitu
dinis. Pontum trãsire. Qui essent in tantam altitudinem producti vti tangẽtes pedibus fundũ maris exta
rẽt ceruice capiteq̃,neq̃ summergi possent. Per vada. Per loca maritima:quæ vadari possunt & fundũ ha
bent. Vincere. Transire multorum ætates hominũ:qd nedum poetæ,sed & sacræ paginæ pfitẽtur antistites
asseuerantes extitisse inter hebræos quosdam:qui ętatis longeuæ & p̃q̃ annosę extiterint. Contẽdit p virib⁹
Augustinus ethnicorum & peculiariter Plinij nostri subneruare sentẽtiã:qui hoc accidisse scribit ex annorũ
diuersitate. Hi quippe apud quosdã obseruabãtur vnius mẽsis & ex circuitu lunæ:apud alios triũ mensium:
qd nullo modo fieri potuisse solertissimis indaginibus cõprobat Augustinus. Secla. Aetates & annos. In
ueniuntur quidã vt ex Plinio asserit Augustinus:q ducenos ætatis transmittant annos. Dicit q̃s multa secla
vincere viuendo:cuius vita supsit post multos annos. Græci sæculum vocant αἰῶνα:qd nos dicimus in secu
la seculorum. Illi dicũt εἰς τὸν αἰῶνα τῶν αἰώνων. Si non q̃a. Nisi q̃. Cur euenit vt gigantes staturosi non Si nõ p̃ nisi
reperiãtur:hæc est certe causa. qm̃.s. pscripta est mensura seminis & originis rebus oibus generatiuis. Q̃d si
secus accidisset corpora augerentur ad infinitã molẽ & granditatẽ. Idẽ reperies apud Themistiũ.ij. physicoꝝ
Reddita. Cõtributa,assignata. Idem sentit Aristoteles noibus.s. esse pręscriptam mensurã sui auct⁹:quã nõ
possunt excedere. E qua. Ex qua materia omnes res gignũdæ,hoc est generatiuæ fiũt. Quid. Omne qd.
Nil igit. Concludit nihil fieri ex nihilo,hoc pacto. Si hoies habẽt certã materiã suę originis: & semen ad cer
tum augmentũ tendit:igitur cũ ex eo semine cõstent homines,nihil fieri potest nihilo. De nilo. De nihilo.
Hilum rem paruã prisci vocãt: nilõ per ecthlypsim vocalium quasi ni hoc est ne hilũ.i.nihilum. Plaut⁹ in asina Nihilum.
ria. ni hili tua coaxatio.i.nihili,hoc est nulli⁹ momenti. Hilum auctore Marcello breue quiddã. Lucilius. Q̃
tua laudes aut culpes nõ pficis hilũ. Cicero Thusculanarũ libro primo. Tum illud q̃ Sisyphus versat saxũ
sudãs nitẽdo,neq̃ proficit hilum. Põpeius putat hilũ esse qd grano fabæ adhæret:vnde nihil & nihilũ. Hos
versus contra Lucretiũ κατὰ βίαιον vertit. Lactantius libro de ira dei Leucippum atomorum satorem oppu
gnãs sic. Deniq̃ Lucretius quasi oblitus atomorũ quas asserebat vt redargueret eos qui dicũt ex nihilo fieri
oia,his argumẽtis vsus est:quæ contra ipsum valerent. Sic enim dixit. Nã si de nihilo fieret:ex oibus reb⁹ Oẽ
genus nasci posset:nil semie egeret. Item postea. Nil igit fieri de nullo posse putãdũ est Semine:quãdo opus
est rebus quo quæq̃ creatæ Aeris in terras possint proferre p auras. Quis hũc putet habuisse cerebrum cum
hæc diceret:nec videret sibi esse cõtraria? Nil enim per atomos fieri, exinde apparet. hi versus ad hanc seriem
Cantharū placide pulta. potes nihil mutare in Plauti cōmētarijs. sed varietas gustū condit. Ianus Parrhasi⁹ no
stri tp̄is Aristarchus dextras ꝑ dextrę more prisco recognoscit vt familias ꝑ familiae. hoc ordine. ostendūt si-
gna ahenea ꝑpter portas sup. posita, saepe attenuari tactu man⁹ dextrae salutantū q; videlicet salutātes dū de-
xtra manu supplodunt illa signa paulatim deficiunt & minuuntur. Lucretiū secutus erit Maro lib. xi. Nil ipsa
nec auras. Serui⁹. Hęc est antiqua lectio. nā apud maiores trahebat interdū ab accusatiuo genitiu⁹. Hic etiā pa-
terfamilias & materfamilias q̄ tm̄ duo noīa remāserūt. Nā nec hui⁹ auras dicim⁹: nec hui⁹ custodias scdm Sal-
lustiū: q ait. Castella custodias thesaurorū ꝑ custodię. Sūt q referūt ad statuas formatas in similitudinē habit⁹ Pacifica-
pacificatoris: q porrecta manu dextra pacē largiri videbat: sup qua re Quintilia. & Papini⁹ lib. primo syluarū. toris habi
Iuuat ora tueri Mista notis belli placidāq; gerētia pacē. Tale etiā ahenū signū hodie pacificatorē agēs visit in tus.
foro Ticinēsi: quē regē cēsorē vulgo dicūt: q̄ appellatio Traiano vl' Antonino quadrat. Erit Lucreti sensus q;
signa ahena hoc est aerea simulacra ostendunt manus dextras: quas porrigunt ad pacem indicandam: salutan
tiū: q; osculantiū, & cōiunctione manus salutē reddentium cōtactu, ostēdunt tacite aeuo carpi & attenuari: quo
niam sentimus q; decreuerunt: sed quando & qua iniuria minime. Salutantum. Aduentantium salutatum
dominū & ipsius habitatorē: cuius feriūt fores & penetrāt ad herū. In hāc significantiam Maro in georgicis.
Mane salutantū totis vomit aedibus vndā. Preterq; meantū. q; interseritur gratia metri vt patet in septemq;
triones pro septentriones. Similiter. praeterq; meantum pro praetermeantum: hoc est vltro citroq; euntium.

Meare significat ire: qui pretergrediunt & pretermeant attenuant manus has ferreas. quoniam ingressuri se feriunt fores: excedentes illis apphensis & ad se tractis valuas occludunt.

Hæc igitur minui: cum sint detrita: videmus.
Sed quæ corpora decedāt in tempore quoq;
Inuida pręclusit speciem natura videndi.
Postremo quęcunq; dies: naturaq; rebus
Paulatim tribuit moderatim crescere cogēs:
Nulla potest oculorū acies contenta tueri.
Nec porro quęcunq; ęuo macieq; senescunt:
Nec mare q̄ impendēt vesco sale saxa peresa:
Quid quęq; amittāt ī tēpore cernere posset.
Corporibus cæcis igitur natura gerit res.
Nec tamen vndiq; corporea stipata tenētur
Omnia natura: nanq; est in rebus inane:
Quod tibi cognosse in multis erit vtile rebus:
Nec sinet errantē dubitare: & quęrere semp
De summa rerū: & nostris diffidere dictis.
Quapropter locus est intact9 inane: vacāsq;:
Quod si non esset nulla ratione moueri
Res posset. Nāq; officium: qđ corporis extat
Officere atq; obstare: id in omni tpe adesset
Omnib9. Haud igitur quicq̄ pcedere posset.
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
At nunc per maria: ac terras: sublimaq; cœli
Multa modis multis varia ratione moueri
Cernimus ante oculos: quę si nō esset inane
Non tam sollicito motu priuata carerent
Q̄ genita omnino nulla ratione fuissent.
Vndiq; materies quoniam stipata quiesset.
Præterea q̄uis solidę res esse putentur:
Hinc tamē esse licet: raro cū corpore cernas.
In saxis ac speluncis permanat aquarum
Liquidus humor: & vberibus flēt oīa guttis.
Dissipat in corpus sese cibus omne animātū.

¶ Hæc igitur. Sensus est. cū videmus annulū & æs æreaq; simulacra corrosa tunc cōfitemur esse attrita: nec tamē Videmus cū particulatim atterunt. Videmus. Cognoscimus ingenio, sensu, pceptiōe. Quæ corpora. Quæ minuties & tenuitates corporis. Decedāt. In tenuitatē abeāt & euanescāt. Quoq;. Quocunq;: prima longa. Propertius. At decimo admittor vix ego quoq; die. Pręclusit. Prohibuit, amputauit. Speciē. Imaginem, formā. Videndi. Partes ferri quæ singulis momētis a corpore recedunt. Postremo. Cū sit notū & in propatulo cūcta animata crescere: nec tamē videri possit & humana acie discerni mensura talis augmenti: consequens est vt sint quædā corpora quę videri non possunt.

Quæcūq;. Quamcūq; mensurā & supplemenū. Dies. Tēpus. quo sine nihil potest adolescere. Natura. Et proprietas rei animata: quę in seminib9 suis habet hanc vim vt oīa animata crescant. Paulatim. Gradatim, successiue. Moderatim. mensurate: crescūt enī res ipsę per quosdā veluti gradus: & obseruato tenore modificato & peręque interuallato. Modū, mensurā, Propertius dicit eo versiculo. Ver9 amor nullū nouit habere modū. Acies. acumē, perspicacitas. Cōtenta. Cōnixa, collata, connexa, collimata, cōiuncta, cōposita, vniris ocularibus radijs intenta: etiā si contēdat oculus quotidianā rerū adolescētiā cernere: id tamē efficere nō pōt. Tueri. Inspicere. Aeuo. Annis & carie longinquitate temporis. Senescunt. Hic decrescunt. Nec mare. Sensus esse quædā corpuscula: quæ tenuitate sua subterfugiant oculorū acumen ostendūt scopuli maritimi: qui circūlatrati & alluti fluctibus assiduis: & iccirco arrosi & imminuti sūt: tñ qd minuat & qñ, cernere nō dat. Ordo Nec acies oculorū posset. cernere saxa peresa vesco sale: q̄ ipēdēt mare: qd q̄q; amittant in tpe. Quę saxa. Qui scopuli circūsoni fluctib9 & vndiq; corrosi. Mare ipēdent. Pendēt in mare: pminēt in mare: altitudine sua editissima ita excellunt vt pēdere videant subt9 arrosa fluctibus. Peresa. Circūquaq; attrita, consumpta. Maro. Amor quos tabe peredit.

Sale. Ab vndis maritimis. Vergi. pro mari. Et spumsa salis ære ruebant. Vesco. Incitan
Vescus sal. te vescendi appetentiam: vel sine quo vesci nonpossumus laute & iucunde. Hinc illud a Plynio per tersissimam annominationem platum. Humanior vita degi nō potest sine sole & sale.
Seruius defensus Seruius exponens illud Maronianū in georgicis. Et vescas salicum frondes: cum debuisset interpretari nutrimēto accōmodas & cibarias, siccas & teneras exposuit: qđ non dissonat vt pperā Seruiomastyx accepit. Sed passas frōdes per ea verba significare voluit Seruius: q̄ de viriditate deq; ariditate pticiparent: hoc est mediā quanqua inter recentes & obsoletas saporis bonitatem retinerent. Cum per teneras viri-
Ve. des Seruius intelligere voluerit. per siccas & teneras simul: quæ neq; essent recentes & aridæ: sed in hyemis pabula reseruatæ: vt & hodie fieri solet. Geliana verba ex. xv. Ve particula sicut quædā alia tū intēsionē significat: tū minutionē. Nā vetus & vehemēs alterū ab ætatis magnitudine cōpositū elisūq; est: alterū a mētis vi atq; impetu dr. Vescū vero qđ ex ve particula & esca copulatū est: vtriusq; diuersę significatiōis vī capit. Aliter enī Lucili9 Vescū appellat cū edēdi fastidio: aliter Lucre. ab edēdi icitamēto. Vescū papauer, vt sentio, Maro vocat

tauit ab edendi fastidio potius q̃ ab intentione. q̃m si adhibeat̃ cibis illiberale esse consueuit. Pōpeius vescū
scribit vsurpari pro fastidioso & edace: & in hoc loco Pompeius vescum exponit pro edace hoc est erodēte
ac attenuante scopulos: quod cū Gelio nō cōuenit. Cū τὸ ve, dictioni alicui prisci iungebāt paruū q̄d signi-
ficabant: quod ijs docet Ouidius in fastis. Vegrandia farra coloni Quę male creuerunt: vescaq; parua vocāt.
vñ ædes Veiouis parui Iouis. Ouidius. Sic Veiouis ędē, Aedē non magni suspicor esse Iouis. Itidem vesculi
gracili corpore dicunt̃. Oues vegrandes Varro in re rustica pro gracilentis & imbecillibus vocauit. Vescū cor
pus in Plynio lib. vij. macilentū est. Corpore inquit vesco esse. sed eximijs viribus Tritanum in gladiatorio
ludo samnitiū armatura celebrē. Sunt qui in Plynio vescos scribant nec inscite prorsus. Corpus vescum est
pondere carens & adipe: sed neruosum & thorosum: quale Ouidianū fuisse didicimus: qui sic cecinit in amori
bus. Pōdere nō neruis corpora nostra carēt. Et alibi. Lōgus amor tales tenuauit corpus in vsus. Aptaq; sub-
ducto pōdere mēbra dedit. Neruosam & masculā orationē plus ponderis habentē & lacerto⁊ q̃ pinguedinis
i. supfluitatis oratoriæ vesculā Sidonius sic appellat. Non tñ dictio exossis: tenera: delumbis: quantū vescu
la: thorosa: & quasi mascula placet. In expositione cuius dictionis in commentariolo nostro in Apollinarem
mirum dictu q̃ mihi non satisfacio. Quæq;. Saxa & maritimi scopuli. Amittant. Quantū molis & pristi
næ magnitudinis depereat ex scopulis. In tempore. Per singulas horas, momēta, & interualla. Posset. Aci
es oculorū. Stipata. Compacta, densata. nolo tñ inquit Lucretius: ex hoc putes omnia q̃ sunt in natura, illa es
se corporea. q̃m motus fieri non posset. Inane. Hoc nō est de mente Platonis aut Aristotelis. qui cōtra om-
nes philosophantes esse putant inane ponere. Sed hæc, reueritus difficultatis respuentes aures, prælibabo &
carptim attingam. Sciendum epicuræos naturaliū rerū duo ponere principia plenū videlicet & vacuū: & cum
officiū pleni corporis sit obstare & reniti, inanis vero cedere: in omnib⁹ plenis est inane: q̃m penetrari possunt
etiā solidissima. Aristoteles libro. iiij. physicorū carpit pythagoricos: qui vacuū esse dixerunt vtentes hoc ar-
gumento: ꝙ cinis tantū suscipit aquæ quātū vas vacuū capit. Iidē pythagorici vacuū esse dixerūt & ip̄m ex
infinito spiritu cęlum ingredi quasi respirando aerem ip̄m & vacuū traheret: quod naturas ip̄as distinguit: ꝓ-
pterea ꝙ vacuū separatio quędā est eorū atq; distinctio: q̃ deinceps sunt collocata: atq; hoc inquiūt primū in
numeris esse. Vacuū em̄ naturā ip̄orū distinguere dicūt. Vacuū siue inane locus esse videt̃ in quo nullū est cor
pus: & cū illis omne corpus sit graue vel leue: fit igit̃ per rōcinīū vt id sit vacuū: in quo nō est graue quidq̃ vel
leue. Ibidē multis argumentis docet Aristoteles inane nō dari. q̃m sequeretur inani concesso nihil posse mo-
ueri. Nam vt quidā terrā ob similitudinē quiescere censuere: sic & in vacuo quoduis quiescere corpus neces-
se est. Non est em̄ quonā magis aut minus mouebit̃. Quod nāq; vacuū est hoc differētiarum est expars. Sic
respondet argumento cineris. Possunt etiā corpora nō ob ingressionem in vacuum: sed ob extrusionem eo-
rum, quæ in ip̄is insunt densari: veluti cum premitur aqua fit vt aer, qui in ip̄a est, extrudat̃. Fiunt pręterea in-
crementa non solum aliquo ingrediente: sed etiā alteratione: veluti si aer ex aqua fiat. Ibidem tradit Aristote
les esse perfacile soluere rationes eorū: q̃ dicunt esse vacuum: quod nos singulatim facturos pollicemur. Qui
dam dicunt vacuum esse ens: in quo non est corpus tangibile: & ij verum opinātur: sicut Democritus & Leu
cippus. Quidā dicūt inane id appellari: in quo nihil est omnino: & ij hallucināntur vt Lucretius. hoc inane græ
ci κενὸν appellāt. Cognosse. Cognouisse. Diffidere dictis. Fidē nō adhibere verbis meis philosophiā merā
redolentibus: quā capesset ardentius animus tuus si tenebras omnes absterserim puritate doctrinæ inducta:
lumineq; philosophico. Intactus. Qui nullo aere corporeq; tangi potest nec adiri: sed qui sine corpore est. In
tactum posuit pro intactili. i. intangibili. pariter Apuleius inuisas voces pro inuisibiles vsurpauit. Quod si
non esset. Probat necessario esse inane. quoniā si non esset: res de loco ad locū moueri non possent, ꝙ corpus
obstaret corpori. Negatur ratiocinatio ab Aristotele. immo si esset vacuum non esset motus: vt Aristoteles
& Auerrhoes asserunt quarto physici auditus. Verba Aristotelis sunt hæc. Existimatur enim quod impossi-
bile est vt sit motus nisi sit vacuum. plenum enim impossibile est recipere aliquid. q̃m si recipit: erit possibile
duo corpora esse in eodem loco: & plura quodlibet simul. Non em̄ potest aliquis dicere ꝙ inter hoc & illud ē
differentia ꝓpter quā nō potest esse sicut est dictū: & q̄n ita sit possibile est vt minima rerū recipiat maximā. ma
gnū em̄ diuiditur in multa parua. ergo si est possibile vt multa æqualia sint in eodem loco: necesse est vt multa
inæqualia sint in eodē loco. Sed paulo superius responsum est huic argumento Lucretiano per Aristotelē.
Officium id. Officiū corporis ē vt obstet corpori. quoniā authore Aristotele duo corporea simul in vno lo
co esse non possunt. Aduenienti igitur corpori cū corpus reluctetur & obstet: opus est ponere inane: in quod
corpus de loco in locum transeat. Ita argumentatur. In motu corpus non cedit corpori: inane cedit. Sed cū
corpora moueantur per inane: ergo datur inane. Respondet Aristoteles ꝙ mouentur per aerem: & omnia
sunt ab aere occupata. q̄d probabat Anaximāder vtres inflando. Quidā officium hoc in loco reluctationem
repugnātiam & nocumentum vocant ab officiendo. Officere. Obstare, nocere, reluctari. ludit eleganti anno
minatione in officium & officere. Id. Officium obstādi. Procedere. Porro tenus cedere & proferri. nullum
corpus sine inani posset produci proferriq;. Sublima. pro sublimia: & hoc ꝑtinet ad aues quæ pertranseunt
remigijs alarū cælū. Cæli. Aeris. Multa. plura corpora sursum & deorsum mouent̃ non alio q̃ per inane: re
liquū est vt detur vacuū. Varia ratione. multiplici motus intentione: qui nedum in varijs specieb⁹ animaliū
est multimodus: sed in auibus est mirus. Quod Plynius affatim docet ita scribens libro. x. naturalis historię.
Aues vario meatu ferunt̃ & in terra & in aere. Ambulant aliquę vt cornices. saliunt aliquæ vt passeres, meru-
læ. currunt vt perdices: rusticulæ. Ante se podes iaciunt vt ciconiæ & grues. Expandunt alas pendentesq; ra-
ro interuallo quatiūt. Aliæ crebrius. sed in primas dūtaxat pennas. Alię & tota latera pādūt. Quędā vero ma
iore ex parte compressis volant: ꝑcussoq; semel: aliquæ & gemino ictu aere ferunt̃ velut inclusum eū premen
tes. Iaculant̃ sese in sublime, in rectū, in pronū. Impingi putes aliquis. Aut rursus ab alto cadere has: illas sa-
lire. Cauda regunt̃ alæ. Vultur & fere grauiores nisi ex ꝓcursu aut altiore tumulo immissæ non euolant. Nō
tam sollicito. Hic sensus est. Si non esset inane non solum essent priuata hoc motu animalia. sed in luce edita
nō essent. Materies. Ostendit necessario poni inane. quoniam. s. seq̄ret̃ hoc quod est impossibile vt res care-
rēt motu: agitatione & creatione. quoniā cū corpus corpori non cedat: dēsatis omnibus in lucem nouo foetu

Veiouis.
Vesculi.
Vegrādes.
Ouidij cor pus vescū.
Oratio ve scula.
Sidonius enarratus.
An inane sit
Sublima.
De vario volatu aui um.

nihil genitū prodiret. quoniā inuicē corpora corporib⁹ minime cederent. Pręterea. Comprobat idem dari.s. inane: quoniā nisi dareē saxa fistulosa non essent: quæ cū corpore vacent, inane vt sit necesse est. Verū huic ob
Liqd⁹ prima longa. iectioni responderet Aristoteles esse plena aeris omnia: q̄ solido corpe carent. Liquidus. Contra regulā metricā prima longa ptulit vt scholis videē & criticis. Et Maro prima intēta ptulit verbū liquiē primo Georgicō Liquiē & Zephyro putris se gleba resoluit. Quidā hic tribrachū putāt. Regulā tñ nō læsit Lucretius. Nā vocale breuē: q̄. Q. &. V. & vocali qualibet exciperet prisci voluerūt esse cōem. Vt Lucreti⁹ quoq; in sexto. Quæ calidū faciūt aquæ tactū atq; vaporē. Auctor est Beda. Vberibus. Abūdantibus. hinc aduerbiū vbertim.
Flent. Manant, distillant. metaphora ab oculo humano. Omnia. Saxa vda a stillis fontanæ scaturiginis.
Dissipo. Dissipat. Diuidit. aliud argumentū adducit vt confirmet opinionē de inani. Cū cibus humanus facta digestione partim in sanguinem, semen & excrementū transiturus: meat per tenuissimos poros & meatus: illi sunt inanes: datur igiē inane. Inmo Lucreti si verū instituisses callē, hoc est Aristotelicū vidisses ex arce purissima poros esse omneis aere plenos: qđ docēt arteriæ, q̄ sunt spiritus cōceptacula: venę vero sanguinis. Propterea Psellus in libro de dæmonibus tradit quosdam dæmones nutriri inspiratione veluti in arterijs & neruis viget spiritus. Dissipare aliquādo excutere & diruere. Horatius. Dissipat Euius curas audaces.

Crescunt arbusta: & fœtus in tpe fundunt.
Qꝫ cibus in totas vsq; a radicibus imis
Per trūcos: ac per ramos diffunditur omneis.
Inter septa meant voces: & clausa domorum
Transuolitant: rigidū pmanat frigus ad ossa.
Qꝫ nisi inania sint: qua posset corpora quęq;
Transire: haud vlla fieri ratione videres.
Deniq; cur alias aliis præstare videmus
Pondere res rebus: nihilo maiore figura?
Nam si tantūdest in lanæ glomere: quantum
Corporis in plumbost: tantūdē pōdere par ē.
Corporū officiust qm̄ premere oīa deorsum.
Cōtra autē natura manet sine pōdere inanis.
Ergo quod magnust ęque leuiusq; videtur:
Nimirum plus esse sibi declarat inanis.
At contra grauius plus in se corporum inesse
Dedicat: & multo vacuū minus intus habere:
Est igitur nimirum id quod ratione sagaci
Quęrimus: admistū rebus qđ inane vocam⁹.
Illud in his rebus ne te deducere vero
Possit quod quidā fingunt: pręcurrere cogor.
Cedere squāmigeris latices nitentib⁹ aiunt:
Et liquidas aperire vias: quia post loca pisces
Linquāt: quo possint cedētes cōfluere vndæ.
Sic alias quoq; res inter se posse moueri.
Et mutare locum: quis sint omnia plena.
Scilicet id falsa totum ratione receptust.
Nam quo squāmigeri poterūt pcedere tādē
Ni spatium dederint latices? cōcedere porro

Ora arboris radices. Sepimen. Septum. Diaphragma.
¶ Crescūt arbusta. Arboris authore Aristotele ora sunt radices: per quas nutritiuum humorē haurit: q per tenuissimas suturas tenuissimaq; foramina pcedens, ostendit esse in rebus inane. Qꝫ. Quoniā. A radicibus. Elegantius cū codicib⁹ antiquis leges. ab radicibus. Diffunditur. Discribitur. Septa. Loca circūclusa. vnde nomē septis in cāpo martio. a verbo sepire: vnde sepes & sepimē vñ septū in hoīe transuersariū: qđ ab Aristotele ceterisq; grecis diaphragma dicit: & chartilaginosa neruosaq; pellicula naris similiter vocaē septū. Clausa. Subaudi loca. Permanat. Manat per ossa. probat dari inane. qm̄ per poros inanes aer corpora trāsit. Haud vlla. Ordo. Nisi inane esset, nulla ratiōe videres posse fieri vt possent corpora trāsire: dareē.s. liber corporibus transitus. Glomere. Globulo. vnde lanā glomerare est in glomerē reducere. Sensus est. nisi esset inane oīa corpora paris ponderis essent: quod minime verū est: igitur in quorundā corporū raritatib⁹ inest vacuū & inane: quāobrem euenit ponderis dispatilitas & varietas. Pendere. Pōdus referre. Par est. Conueniens est. Corporū. Deberent tantūdem pēdere cū oia corpora vtpote grauia deorsum vergāt. prisco more nihil abijcit in hac dictione: qm̄. m. breuis
M. non excludebaē. ponebaē ab antiquis: & nō excludebaē similitudine quadā vocalis vt hodie fit. Ennius citante Prisciano. Insignita fere tum milia militum octo. Magnust. Pro magnū est: hoc est inflatum. Sēsus. qđ magnitudine corporis aliud excedit & excediē ab eo: cōsequens est vt & plus inanitatis habeat. In plūbo igiē minus aut nihil inanitatis. In lana multū. Iō pondere superaē a plumbo. Ad hoc respōdetur in plumbo plus esse terrestris q̄ in lana: q̄ est ab aere inflata. Illud nāq; plus de elemēto terre participat: lana vero de aere: quēadmodum q̄uis essent alata vultur & capra, alter volaret: altera minime: quoniam sunt aues animantia aerea. Corporū inesse. Quidam codices habēt corporis esse. Dedicat. Legitur & indicat, hoc est indicium facit & si
Indicina. gnum affert. Indicina pro indicio Apuleio. Vel dedicat expone præsupponit (vt crassius loquar & intelligibilius) ne mergereē tan
Dedico. q̄ res consecrata & dedicata. vel dedicat honoris gr̄a deputat aut dicendo defert. Cęcilius. Legati qui missi sunt veniūt: dedicāt mādata. quare Martianus libro dialectico dedi
Dedicatiua catiuam propositionē vocat affirmatiuam:

Qui poterunt vndę:quo pisces ire nequibũt?
Aut igitur motu priuandust corpora queq̃:
Aut esse admistum dicendust rebus inane:
Vnde initũ primũ capiat res quæq̃ mouẽdi.
Postremo duo de concursu corpora lata
Si cita dissiliant:nempe aer omne necessest
Inter corpora quod fiat possidat inane.

abdicatiuam negatiuã.cuius hæc verba sũt. Nam vniuersalẽ dedicatiuam particulari abdicatiuæ obliquam licet ambas posse vertier asserebat. Quare hic dedicat interpretari potes affirmat. Multo. lõge cum minus. & dedicat id est declarat vacuũ multo minus corporum intus habere q̃ solidum. Est igitur. illatio ex supradictis ꝙ datur in reb⁹ inane. Sagaci. Indagatrice, solerti. Admistum rebus. Coniunctum solidis corporibus : vt patet de sufflata lana. Illud i his. Ordo. Cogor precurrere in ijs reb⁹ ne illud possit te deducere vero:quod quidã fingunt. Pręcurrere expone prelibare hoc est ante omnia tangere & prenarrare. Confutat hic nonnullorũ rationem qui dicunt cum corpus piscis mouetur de loco ad locum: aperire mare:quo aperto relinquere locum succedentibus vndis:& ita aduersus Lucretium licet non cõcedatur inane, motus corporum extat:quoniam medium cedit quo feruntur. Sed petimus ait Lucretius nõquid mare det spatium piscibus delatis:quo concesso dabitur inane:spatium videlicet inter vndam & vndam. Si negatur, a corpore corpus pertransitur:q̃d est alienũ a ratione. Responderet Aristoteles vndas cõcedere piscibus.ergo est inane inter vndam & vndam. Falsa est illatio.quoniam intercurrit aer. Deducere vero. Auerte re ab hac veritate q̃d detur inane. Quidam fingunt. Ergo si figmentum, est fictitium argumẽtum & dissentaneum. Præcurrere. Saltuatim & cursim attingere:hinc epistola pręcursoria: quæ libro prænectitur : & omnia pręcursoria quæ legitimæ materię pręponuntur. vnde Ioannes pręcursor domini dictus. Squãmigeris Piscibus squammosis. adiectiuum pro substantiuo. Affert rationem illorum:qui dicunt inane non dari. quoniam si pisces mouentur de loco ad locum hæc est causa ꝙ aquarum natura est cedere. Nitentibus. Nisu & corporis conatu mare perrumpentibus. Liquidas. Aquaticas. Quia. Locum vacuũ hinc esse proculdubio apparet:quia loca malis illisa, pisces relinquũt: vbi paulo post fluit vnda. sed anteq̃ flueret aqua maris is locus erat inanis. Post. Sensus. pisces cum mouentur relinquunt locum:& cum trãseũt in secundũ:aqua q̃ est in secundo adueniente pisce transit in primũ: vnde piscis mouebatur. Sic alias. Q̃m locus loco concedit. Om̃ia plena. Cuius non detur inane. Scilicet. Sane. Ouidius. Scilicet est aliquid cum sæuis viuere ventis. Aliquando ironice pronunciatur. Maro libro quarto æneidos. Scilicet is superis labor est. aliquando redditiua rationis est. Hieronymus. Inter equuleũ laminasq̃ victorem iussit melle perũgi:scilicet vt muscarum aculeis cederet:qui ignitas sartagines ante superasset. Cedentes. Vi piscis perlabentis. Receptum est. Q̃d manifestario falsum, ab omnibus creditũ est. Qui? Quo pacto? Quo pisces. Corrige cum pisces . quomodo vndæ poterunt se statim cogere ne dent locum inani:quod si fieret pisces sulcare mare nõ possent : quoniam per te vnda non cederet vndæ. quoniam latices spatium non darent : sed cito cogerentur. Si sequeris tritum codicem non repugno. Sic interpretare:quomodo poterunt vndæ concedere eo.i. in eum quo in quem locũ nequibunt non poterunt ire pisces. Aut igitur motu. Immo persuadet Aristoteles libro quarto physicorum concesso inani motum non stare. Admistum. Iunctum. Vnde. A quo inani. Initum. Exterit metri gratia vocalem. Postremo. Ratio idem sic astruens. Inane scilicet in rebus esse. Faciamus verbi gratia duo corpora leuigata inuicem collidi concurrentibus corporibus solidis : aer vtpote corpus liquidum cedit:cum ex concursu illa duo corpora dissiluerint: verisimile est aere illo primo qui cesserit:fugato circa illa duo corpora vacuum esse. Q̃ si dicere velles succedere statim aeri fugato & euerberato nouum aera, non poteris. quoniam subito non potuit succedere. quoniam pars parti succedit: vt est natura aeris. dum igitur pars parti succedit relinquitur particula vacua: quæ rebus inane dari põt ostẽdere. Neq̃ vero id accidere potest vt densetur aer: qui corporib⁹ dissilientibus insinuatur. Nam tunc temporis cum dissiliunt corpora vacuum efficitur : q̃d mox plenum fuerat. dein repletur occursante & immigrante aere. Itaq̃ nullatenus fieri põt vt per densationẽ hoc agaẽ. licet em̃ tenuissimus aer is primo foret: q dissilientib⁹ corporib⁹ admittiẽ: attñ prius spatij partẽ q̃ totũ occupat: atq̃ vbi repletio minime absoluta in totũq̃ effecta est: vacuũ interim necessario relinquiẽ. Q̃in etiam si condensatione id contingeret: nihilominus non sine vacuo fieri posset: q̃d em̃ condẽsaẽ partes in se cõducit ac retrahit: at nõ in solidum: in vacuũ igitur. Vicẽtinus philosophus Gaetanus sic respõdet. Non admittunt quidã duo corpora dura secundũ superficies planas immediate se tangere in aere vel in aqua : vt videtur velle Aristoteles. ij. de anima. Et si ponaẽ vnũ illorũ esse durũ & alterũ molle: dicunt ꝙ durũ nõ simul separaẽ a molli scd̃m oẽs partes: secundũ quas ip̄m tangit. q̃m molle insequiẽ durũ: & fit eorũ adinuicẽ separatio per partẽ post partẽ. Alij vero primum casum admittunt: & concedunt ꝙ aer exterior immediate post hoc punctum tangit. nullus tñ aer immediate post hoc secundũ quodlibet sui punctũ mediũ attinget. & ꝙ infinita velocitate mouebiẽ ille aer ad punctũ mediũ: nec dabiẽ primũ instans: in quo tanget: sed vltimum in quo nõ. eo ꝙ in quolibet tp̃e incipiente ab instanti presenti tanget. Nec ex ijs sequiẽ ꝙ deẽ motus momẽtarius: aut non mensuratus tp̃e. Immo ille aer & quęlibet eius pars quę mouebiẽ, successiue mouebitur. ideo in infinitũ intenditur motus illius aeris secundũ illud extremũ. De concurso. Ex ictu & regione concurrente. scribe de concursu vt nomẽ sit non participiũ. Lata. Quantitatem habentia & consequẽter solida. Cita. Amota, discussa. Marcellus. Citum diuisum vel separatum vnde & oscitare dictũ. Vergilius lib. viij. Haud procul inde citæ Metiũ in diuersa quadrigæ Distulerunt. Seruius tñ Donatum vellicat ꝙ apud Maronem citæ pro separatæ posuerit: quippe cum in hoc significatu citus prima lõga pferaẽ: q cũ testimoniũ non afferat forte sentiam cũ Donato hac Lucretiana authoritate ductus: quæ mihi solet esse pro anchora: etiam si alias senserim cũ Seruio. Quo me cunq̃ rapit tempestas deferor hospes. Citum et herctum in antiquis legib⁹ scriptum est pro diuisum. vnde apud iurisperitos titul⁹ de re hereiscunda: & via hereiscũda in Apuleij asino. Q̃ si cita pro cito

Scilicet.

Citum.
Oscitari.
Donat⁹ defensus.
Herctum.
Hereiscunda.

mauis hic interpretari non repugno. Si quis tamen velit a Seruio stare legat. Si cito dissiliant: vt in nonnullis exemplaribus reperitur. Dissiliant. In diuersas partes saliant & distrahantur. Nempe aer. Sensus est. necessario colligam per hoc exemplum esse in rebus inane. quoniam scilicet si duo corpora dissiliant ex collisione aer qui erat interpositus euolat elisus: & anteq̃ nouus loca extrema aere relicta compleat, opus est tempore: dabitur igitur instans, in quo erit locus vacuus & inanis. Et sic ordina. Nēpe necesse est inane possidat omne iter corpora: quod flabit aer. Omne inter corpora. Omnem locum, qui est interpositus duob⁹ illis corporibus interlisis. Quod. Corpus inter duo corpora complosa positum. Aer fiat. Scribunt aliqui ex priscis exemplarib⁹ flabit: hoc est afflabit: & aerei spiritus motu insinuabitur omnis pars illius corporis extrema: qđ corpus afflabit aer: necesse est vacare loco hoc est aere & consequenter esse vacua. quoniam non potest vnico momento omnes parte derelictas aer ipse superaduentitius implere: qui flās per id corpus vnam partē post aliam complet. Possidat. Pro possideat: occupet. scilicet vocalem exterit gratia metri.

Immo pessum sidat.

Is porro q̃uis circum densantibus auris
Confluat: haud poterit tū vno tempore totū
Cōpleri spatium. Nā primū quenq; necesse est
Occupet ille locū: deinde omnia possideanẗ.
Q̄ꝫ si forte aliquis cum corpora dissiluere:
Tum putat id fieri: quia se condenseat aer:
Errat. Nam vacuum tum fit: quod nō fuit añ.
Et repletur item: vacuum quod cōstitit ante.
Nec tali ratione potest densarier aer.
Nec si iam posset: sine inani posset opinor
Ipse in se trahere: & parteis conducere in vnū.
Quapropter q̃uis causando multa moreris:
Esse in rebus inane tamen fateare necesse est.
Multaq; preterea tibi possum cōmemorando
Argumenta quidem dictis cōtradere nostris.
Verum animo satis hęc vestigia parua sagaci
Sunt: per quę possis cognoscere cętera tute.
Nanq; canes vt montiuagę persępe ferai
Naribus inueniunt intectas fronde quietes:
Cum semel institerunt vestigia certa viai.
Sic alid ex alio per te tute ipe videre
Talibus in rebus poteris: cæcasq; latebras
Insinuare omnes: & verum protrahere inde.
Q̄ꝫ nisi pigraris: paulumve recesseris ab re:
Hoc tibi de plano possum ꝑmittere Mēmi.
Vsq; adeo largus haustus e fontibus magnis
Lingua meo suauis diti de pectore fundet.
Vt verear: ne tarda prius per mēbra senect⁹
Serpat: & in nobis vitai claustra resoluat.
Q̄ꝫ tibi de quauis vna re versibus omnis
Argumentorū sit copia missa per aureis.

Is porro. Is preterea aer q̃uis confluat, tamen non subito id spatium ictu suo priuatū aere poterit cōpleri. Circū. Vndiq; ex omni parte corporis dissilientis. Densantib⁹. Spissescente ventorum flatu. quidam emendant celerantibus. Vno tempore. Subito momento: & repentino. Primū quēq; vnū locum post alium necesse est teneat aer aduētitius. Omnia. Omnes loci & corporis partes, exempli gratia, cum aer subitrat necesse esse vt prius occupet. b. partem q̃. c. Possideātur. Occupentur ab aere inter corpora se insinuante. Q̄ꝫ si forte. Respondet tacitę obiectioni. posset quis dicere atqui o Lucreti cū corpora quę dissiluerunt componunẗ densatur & spissescit aer. Hanc opinionē poeta mēdacem & vanidicā retur. Vel hic aliquē philosophum carpit: qui dicebat aerem motū a corpore densari. quo ablato rarefieri: & ita locum stipatum densatus aer premit: locum vero corporibus vacantem rarefactus, & sic in omnia diffusus occupat. Corpa. Reuerberata. Dissiluere. Dirupta fuere. Tū putat id fieri. Tunc putat fieri repletionem per aeris condensationem. Condenseat. Densescat a denseo es. Maro a Lucretio stetit in Georgicis. Dēset erant quę rara modo: & q̃ densa relaxat. Errat. Ille qui putat hoc fieri ex aere condensato. Nam vacuū. Minime inquit poeta se in ictu condēsat aer: immo illato verbere omnis qui aderat aer abscedit: & fugato aere fit vacuum qđ inane ante ictum non fuit. Repletur. Locus vacuus repletur nouo inducto aere: qui locus cōstitit ante vacuus. Nec tali ratione. Diluit hoc idem alia allata ratione: quę hęc est. Si per te nō est inane quoniā superueniente ictu causa fractionis: aer ad locum fragmenti densaẗ: & ita paratus abscedenti primo aeri succidaneus accurrit. dico hoc esse falsum tali ratione qꝫ tā subito hic aer colligi cogiq; nequit. quoniā locus a quo nouus aer succurrens primo recedit vacuus itaq; relinqueretur: & pars parti succedens gigneret inane. Densarier. Densari, densus fieri. Si posset. Densari: qđ tamen non concedit. Posset. Densescere.
Ipse. Aer. In se trahere. Cogere partes in se. Conducere. Congregare. Causando Causas allegando: iuxta illud Maronianum Causando nostros in lōgum ducis amores. Causari est excusare: quo verbo vtitur Liuius libro. xxiiij. Causari est causas in contrarium prodendo di atare diem. Causatius aduerbium Plynio significat maiori causa tanq̃ dicas excusatius. Multa. Obiectiōes multas in contrarium. q̃uis multa causari possis

Causari.
Causatius.

Sed nũc iam repetã cœptũ pertexere dictis.
Omnis vt est igitur per se natura: duabus
Constitit in rebus. Nã corpora sunt: & inane
Hęc in quo sita sunt: & qua diuersa mouent̃.

tamẽ ita se res habet. Moreris. Moram altercando & tergiuersando trahas. Argumenta. Indicia, rationes indicantes esse in rebus inane. Contradere. Agminatim & copiose tradere. Dictis nostris. Subintelligendum consentanea. Vestigia. Rationes, lumina: metaphora deducta a venatorib⁹: qui pedas hoc est signa pedum cernentes animaliũ brutorum, per ea ferarum latibula dep̃hendunt. Sagaci. curioso, diligenti, sollerter inuestiganti. Ouidius. Nũc leporẽ pronũ catulo sectare sagaci. Per quæ. Quibus vestigijs. Tute. Secura & nunq̃ fallaci diligentia. vel tu ip̃e vt illud. O Tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti. Quidam legunt tupte pro tuopte hoc est ex te ipso.

Nãq;. Similitudine quadã ab ingenio ad vestigia ducta cẽset poeta philosophos collectim & deprensis ad amussim principijs posse maiora faciliter indipisci: nõ secus ac leporarij venatici ve canes cũ vestigia ferę deprenderint per ea vi odora tendentes latibulũ leporis aut alterius cuiussuis animalis inueniunt. Montiuagæ ferai. Feræ vagantes in mõtib⁹. Naribus. Vi odora. Intectas. Valde tectas, stratas, pauimentatas. Quietes. Latibula vbi fera quiescere solet. Instituerunt. Deprenderunt: vt illud. Matri longa decẽ tulerunt fastidia menses. Diomedes libro primo. Preterea id obseruandũ fuit q̃ fere in tertio ordine plerũq; veteres in tertia persona finitiua tp̃is perfecti numeri pluralis. e. mediam vocalem corripiũt quasi legerunt, emerunt, & similia vt apud Terentiũ in prologo Eunuchi. Postq̃ ædiles emerunt. Silius libro decimo sexto. Talibus accẽsi patres: fatoq; vocãte Consulis annuerunt dictis. Flaccus argonauticon secũdo. Iruerũt actæ pariter narẽq; nurusq;. Certa. Vera, non fallacia: certo limite ducentia ad lustra ferarũ. Viai. Vię. vnde viãtes q̃ viatores appellati. Alid. Aliud dogma philosophicũ. Ex alio. Deprenso & cognito instituto doctrinę. Tute. Tu ip̃e.

Tulerũt secũda breui

Viantes.

Talibus. Sequentibus naturam & morẽ pristini instituti: quẽ didiceris. Cæcas latebras. Similitudo ducta a fera ad doctrinã. expone obscura latibula & secreta naturæ miris sub velamentis implicita, delitescentia penitus vt veritas elici non possit. Insinuare. Ostentare, aggerere lumini mentis. Protrahere. Elicere. Inde. Ex illis cæcis latebris. Pigraris. Piger sis. verbũ priscum. Ab re. Eminus & longe a rei cognitiõe. Hoc. Hanc insinuationem & veritatis inuestigationẽ arduæ & in latibulis delitescẽtis. De plano. De facili, de procliui. Memmi. De quodam Memmio in Cæsarem dictatorẽ contumelioso fit a Tranquillo mentio. Vsq; adeo. In tantũ exubero fluuio fertilis eloquentię. quantũ ad hoc attinet imitat̃ Empedoclẽ: q̃ semet identidẽ mirificis laudibus extollebat vt esse se deũ dixerit in carmine. Haustus. Potus, gustatus, doctrinę lympidissimas gustationes. E fontibus magnis. S pro sibilo extenitur. Fontes magnos vocat doctrinas vberrimas Platonis, Aristotelis, Empedoclis: ex quorũ nectaris exundante fluuio posteritas latices in pocula duxit.

Pigraris.

Suauis. Dulci & amœno eloquẽtiæ lepore redundans. nõ theutonicis fœtoribus & asperitatib⁹ & salebris vlcerosa: nec barbariẽ gallicã tinniente: q̃ liberalẽ sapientiã sciarũ reginã reddit illiberalẽ & asp̃nabilem. Diti. Copioso. hi duo versus Empedocleã iactantiã sapiunt. Vt verear. Ita dulciter & musice quæq; tradere tentabo: vt dũ hęc, alioqui carminibus inseri difficilia, modis adstringo: verear ne de quacũq; re disserere nõ valeam: senio & ætate mala peruicaciter interpellante: vt significare poeta velit potius ætatẽ vitamq; defuturã q̃ pangẽdorũ versuum facultatẽ. Ita copioso, vberi, p̃fluenteq; scatet eloquio. Tarda. Quæ membra præpediẽs gressum tardũ reddit: vnde prisci Tardigemulũ seniũ vocitauerũt. Tardã esse scribit Aristoteles libro de generatione animaliũ quinto. qm̃ senectus scatet & sup̃fluit elemẽto terreno & ariditate: vnde in comœdijs male audiunt senes situs cariosi. Terrenam esse senectutẽ docet verbũ gręcũ. γηρας. n. dicit̃ seniũ q̃ sit γεμρόσ. i. terrestre. Morbũ Aristoteles inquit esse senectutẽ aduentitiũ: senectutẽ aũt morbũ naturalẽ. hinc a Priscis mala vocabat̃ ætas & sontica. Serpat. Sensim irrepat non exaudita: insono vestigio. Festinat. n. decurrere velox Flosculus, angustæ, miseræq; breuissima vitæ Portio. dum bibimus, dum serta, vngenta, puellas Poscimus: obrepit nõ intellecta senectus. ab alijs dicit̃ inopina qua se pressum Boetius dolẽter querit̃ cũ ait. Intẽpestiui fundunt̃ vertice cani. Et tremit effœto corpore laxa cutis. Vitai. Vitæ. Claustra. Mẽbra, art⁹, neruos vincientes corpus & alligantes atq; claudentes: vnde dicta claustra. De quauis vna re. De quacunq; re singillatim: q̃ per singula capita possim discurrere area philosophiæ tã lata. Missa. Infusa. Per aures. Per docilẽ intellectum auditoris Memmij vice fungẽtis. Cœptum. Institutam materiam. Pertexere. Ordinare.

Tardigemulũ seniũ

Cur senectus tarda.

Omnis. Narrationem, quam proxime pollicitus est, exorditur: naturam consistere ex duabus rebus: pleno videlicet & inani: seu quod idem est vacuo: quã opinionẽ secutũ Agrigẽtinum Empedoclem in operis principio narrauimus. Plenum dicitur illud, quod sensibus percipi potest: vacuum vero ratione dumtaxat est perceptibile: sine quo inani corpora non mouerentur. Nec quippiam est qđ nõ sit aut corpus aut inane. Quodq; enim aut tangi potest aut non tangi. Si tangi conuincitur esse corpus: sin vero nõ tangi erit inane. Vt est igitur per se natura. Quemadmodum recitauimus in superioribus natura per se viget semota a nostris rebus seiunctaq; longe: nec se operibus terrenis immiscet: verum omnem vim suam addit corpori & inani. Constitit in rebus. Simul stetit: & potentia liter non realiter vt pinguius loquar. sed intelligibilius: infixa est corpori & inani. Sunt. In rebus subintellige. Hæc in quo sita sint. Hæc corpora materiam & q̃titatem habentia sunt illa: quæ receperunt ea corpora socia inanis. Et qua. Inane autem est ea parte qua corpora mouentur. quoniam vt mox explicauimus agitato per nouum corpus aere cum secundarium se non possit ita repente miscere & prioris locum occupare: fit inane. Narrat hic quæ sunt loca corporis & inanis. Diuersa. In diuersas partes meantia. Mouentur. Corpora gradiuntur.

Corpus enim per se cõmuneis dedicat esse
Sensus: cui nisi prima fides fundata valebit

¶ Corpus enim. Sensus hic. pręsupponit siue dedicat corpus hoc est tractatio sup hoc primo corpore rerum omnium principio discipulum communem omnium hominum sententiam inire: & id sentire: illiq; adhæreret

Haud erit occultis de rebus quo referentes
Confirmare animos quicq̃ ratione queamus.
Tũ porro locus: ac spatium: qđ inane vocam⁹
Si nullum foret: haud quaq̃ corpora possent
Esse: nec omnino quoq̃ diuersa meare.
Id quod iam supera tibi paulũ ostẽdim⁹ arte.
Pręterea nihil est: quod possis dicere ab omni
Corpore seiunctum: secretumq; esse ab inani:
Quod quasi tertia sit rerum natura reperta.
Nam quodcũq; erit: esse aliud debebit id ipm
Augmine vel grandi vel paruo deniq; dũ sit.
Cui si tactus erit q̃uis leuis: exiguusq;:
Corporũ adaugebit nũerũ: summãq; seq̃tur.
Sin intactile erit nulla de parte: quod vllam
Rem prohibere queat per se transire meantẽ
Scilicet hoc id erit vacuum: qđ sane vocam⁹.
Pręterea per se quodcũq; erit: aut faciet quid:
Aut aliis fungi debebit agentibus ipsum:
Aut erit vt possint in eo res esse: geriq;.
At facere: & fungi sine corpe nulla potest res:
Nec prębere locum porro: nisi inane: vacãsq;.
Ergo pręter inane: & corpora tertia per se
Nulla potest rerũ in numero natura relinqui:
Nec q̃ sub sensus cadet vllo tempore nostros:
Nec ratione animi: quã quisq̃ possit apisci.
Nã quecunq; cluent: aut his coniuncta duab⁹
Rebus ea inuenies: aut horum euẽta videbis.

quod omnes credunt: & cui omnes adhęrẽt. Q̃, si quis pugnax & peruicax naturam huius principij tergiuersando neget: ille eradendus erit ex philosophicorum discipulorum albo: cui cõcinit Aristoteles ita prodẽs. Contra negantẽ prima principia non est amplius disputandum. Et alibi. Oportet discentem principijs credere. hoc idem nunc poeta tradit oportere vt discipulus credat, vt communiter creditur, pricipijs primis. Dedicat. Pręsupponit: pręfefert. Superi⁹ plura super hac voce. vel expone dedicat hoc tanq̃ dedicatũ & sacrũ nulla negatione polluendũ consecrat. Similitudo tracta a Ioue: qui dedicat⁹ & existimatus deus ab Ethnicis, nemo illum negat cum negare possit: quod patet in eo: q vocatus est atheos. i. impius: qui nullum esse deum scripserat. Nullos esse deos inane cęlum Affirmat Gelius ait epigrãmaticus poeta. Per se. Per inatã omni homini cognitionem nullo magisterio traditam. Doctrinam quandam, cuius contrarium defendere inuicem repugnat, innatã esse homini cẽset Plato: vt si interrogetur homo rudis & literarũ expers: dualitatem in manibus. i. duo dęc conclusam dicet esse parem: & bis duo quattuor esse. Ex his asserebat Plato humanã animam rerum omnium cognitione pręditam. sed quo minus sese exerat officere prohibereq; molem corpoream: cuius contagio velut in cœno margarita tenebrescit & obscurat. Aristoteles tamen libro posteriorum primo in hoc Platoni reclamat: omnia noua cognitione sciri prodens: intellectũq; humanum similem esse tabulę rasili: in qua nihil est pictũ sed omnia pingi possunt. Sicut intellectum materialem Aphrodiseus vocat agraphon i. non scriptum. Themistius libro de anima tertio petit cur Aristoteles intellectum nõ soli, sed lumini comparauit. Plato in homie posuit intellectũ mortalem & immortalem. Porro intellectũ cõmunẽ mortalẽ dicit: p quẽ homo est: q ex anima & corpore cõsistit: in quo iracundię & libidines sedent. Esse. in discipulo. Communes sensus. Cõmunẽ opinionem: rerum cõmuniũ sententiam: sentire id quod omnes sentiũt. Ille cõmunis sensus dicitur: qua figura loquendi vtitur Seneca. Satyrus. Raro sensus communis i illa fortuna. Aristoteles libro secũdo de anima scribit animalibus nullum pręter hos sensum esse. Visum, auditum, odoratum, gustatum, & tactum. Est & sensus cõmunis officio potius q̃ re distinctus a cęteris sensibus vnus & plures. Nam quemadmodũ in circulo a circũferentia in centrum productę atq; coniugatę lineę complures atq; multę sunt: verum si ad terminũ respexeris eędem habentur. quia multarum linearum terminos circuli centro aptari videmus: & eiusmodi terminus vnum quodam modo & multa est: qua vero lineę omnes inuicem cogunt atq; aptant in centro vnum dicit. Pari modo sensus cõmunis & vnus & plures esse censendus est. Namq; si membratim per singula sensoria effectarũ a rebus sensilibus motionum sensualem virtutem in postremo sensorio terminum esse consideres: catenus enim proficiscit & tendit facta a sensibus per sensoria dispensatio: sensus hic plura esse videbitur: cum plurium distinctorumq; motuum terminos pręseferat. At contra si eũdem hunc sensum vim incorpoream esse animaduertes: quę & vniuerso postremo sensorio: & cuiq; illius parti addita sit: indiuisibilis & vnus sensus esse putabitur. Hęc ex Alexandro Aphrodisęo. Cęterum apud Lucretium sensus cõmunis pro cõmuni opinione sententiaq; capitur: cui succinunt hęc Horatij carmina. Communi sensu plane caret inquimus.

Intellectus materialis. agraphos.

Sẽsus cõis.

Prima fides. Credulitas primorum pricipiorum: quibus sine extraria probatione fides est adhibenda. Fũdata. Fundamentum habens ex ingenita rerum cognitione quadam confusa. Valebit. Vires & radices egeret. Haud erit. Non erit aliquod obiectum quo id est ad quod primum referentes. i. reducentes omnia queamus confirmare animos auditorum. Philosophi siue dialectici cum nituntur aliquid adstruere proponunt argumentationem: q̃ nisi probetur & subiectum syllogismi sit verum: aliam post aliam probationem afferunt:

quæ si pertinaciter inficias eat consertor: deducunt illum ad negationem primi principij: q̄d qui negat voca-
tur insanus: & contra illum minime disputandum esse censet peripateticorum canon. Occultis. Obscuris, Insanus q
argumentosa egentibus indagatione. Confirmare animos. Roborare animos & stabilire: retinereq; in fide prima prin
philosophica ipsorum auditorum. Quiq̄. Aliquo modo. Ratione. Probatione per orismos id est demōstra- cipia negat
tiones & argumenta cætera. Tum porro. Cum adstruxerit corpus esse rerum principium nunc enarrat ina-
ne dari in rerum natura per rationes in superiorib⁹ allatas. quoniam scilicet corpora de loco ad locum se mo-
uere non possent neq; inuicem dissilire. Locus. Aer ambiens corpus: q̄d locatum nostrates philosophi di-
ctitant. Si nullum foret. Nullum pro non iuxta Plautum vsurpauit. Si venire negas nullus venias pro nō Nullū pro
venias. Haud quaq̄. Nequaq̄, minime. post hanc dictionem iunge cita: & interpretare diuisa: dissilientia. Si non.
non foret inane corpora dissilire non possent: & cita hoc est in diuersum mota de loco ad locum pergere. Sed
de hoc multa superius affatim. Quaq̄. Lego quoq̄, in aliquem locum. Diuersa in diuersas partes nitentia.
Sed hoc excussum superius satis est. Supera. Pro supra. Paulum supra id est paulū ante hoc explicauimus
nonnulli legunt. supra paulum ante ostendimus arte, pro superiori. liberum sit iudiciū. Præterea nihil. Ostē
dit nihil esse in rerum natura: q̄d non sit aut corpus aut inane. Seiunctum ab omni corpore. Quod corpus
non sit aut de corpore participet. Secretum. Diuisum: a secernendo. Ab inani. Quod vel inane dici non
possit aut saltem corporeum. Quod. Quæ res reperiatur inter corpora & inania non enumerata. Sensus est
non comperi tertium aliquod: q̄d aut sub inani aut sub corpore non cadat. Quasi sit reperta. Tanq̄ reperia
tur tertium aliquod: q̄d non sit corpus aut inane. Tertia natura. Tertia res naturalis: quæ nec inanis nec cor
poris participet. In nonnullis exemplaribus ita scriptum inuenio. ꝙ quasi tertia sit numero natura repta: tan
q̄ dicere velit duplicem esse naturam plenum & inane: nec tertia numero datur: quę seclusa sit a corpore & ina
ni. Democritus aiebat si daretur inane ꝙ formica in cælo videretur a terra: quod Aristoteles oppugnat in li-
bris de anima. Nam quodcunq; erit. τὸ ἀυτό. Idem astruit. quodcunq; erit illud de corpore vel de inani par
ticipaturum. Esse aliud. Corrigēdum esse illud: & subintellige quod erit. hoc modo. Illud q̄d erit: erit id ip̄m
videlicet corpus. Augmine. Augmēto, incremento. Omne q̄d erit vel si fuerit incremento paruo vel grā-
di: illud omne corpus erit: q̄d si nec paruum nec magnum habebit augmentum: id inane dici poterit. Dū
sit. Dum modo sit. Cui. Pleno aliqua parte corporei participāti. Erit tactus. Continget esse tactile. Si illud
tangi poterit corpus erit: quippe, Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res. Leuis. Paruus. contin
git tactus corpori paruus aut magnus ad mensuram corporis aut parui aut magni. Corporum. Vtitur cō-
suetudine priscorum. m. quandoq; non abijcientium: qua litera vocalem pręposita compiēte solebant vti:
sicuti nunc n. vtimur consonante. Sunt tamen qui hanc declinantes ambiguitatem hic corporeum scribunt
nonnulli corporis. Nobis non licet esse tam disertis. Augebit. Enumerabitur inter corpora. Summamq;
sequetur. Et agmen corporum assectabitur. Sin. Si. q̄d si tactum respuet inane vocabitur. Intactile. Ta-
ctum refugiens: quæ non tangunt aut ip̄a tangi non possunt corpus illa non sunt. Nulla de parte. Hæc seiū
genda a superioribus & inferiorib⁹ annectenda tali fere sensu. Si vero quid inuenietur: q̄d vi sua nequeat cor
porib⁹ vltro citroq; meantibus obstare: illud recte vocabitur inane. nulla de parte expone nullaten⁹: nullo pa
cto. Vllam rem. Vllum corpus. Prohiben. Obstare motui corporis obuij. Per se. Vi sua officere valente
atq; prohibere. & hoc ad maiorem superaddidit explicationem. Potest enim & inane obstare. Sed alio corpo-
re medio non autem per se. hic codicis ordo. hoc id erit vacuum q̄d inane vocamus si erit intactile: q̄d de par-
te nulla queat per se meantem rem prohibere. transire hoc est prohibere transitum meantis rei. Præterea. Af
fert aliam corporis descriptionem. Quodcunq; inquit Lucretius faciet aliquid aut agētem adiuuabit: id om
ne corpus erit. Per se erit. Inane nihil est. priuatio namq; teste Aristotele nihil est. Fūgi debebit. Aut adiuua-
bit agentem propter inanimata corpora: quæ ip̄a per se nihil agunt. sed adiuuabunt hominem agētē. Ip̄m.
Illud aliquid. Aut erit. Subintellige huius conditionis & naturæ vt corpore suo excipiat aliquod corporeū:
illud omne corpus erit. Exemplo sit aer qui cum capiat calorem, vocem & huiusmodi: q̄uis manifeste tan
gi non possit: tamen est corpus. Res esse. Corpora apparere. post hoc versus iste subsequi debet. Cor-
porum augebit numerum summamq; sequetur. erit sensus. quod per se poterit facere quid: aut corporis
actionem excipere in se: id corpus erit. repetit Homeri exemplo sępe carmina sua. Fungi. Officio corporeo.

Sine copore. Quæ non habeat corpus. Porro. Pręterea. Præbere locum. Concedere locum corpori. res
nulla potest corpori locum concedere nisi sit inanitatis particeps. Vacans. Subaudi corpore. Ergo colli-
git nihil esse pręter corpus & inane. Ordo. Ergo pręter iane & corpora nulla natura tertia per se relinqui potest
in numero rerum. Nec quæ. Tertia natura. Cadet. Lego cadat hoc est percipi possit a nostro sensu: & quę ab
ingenio cuiuspiam etiam perperam philosophantis possit intelligi. Quam. Tertiam naturam seclusam a
corpore & ab inani. Possit apisci. Possit assequi, adipisci, vestigare cognitione. hac voce vsus est sic Plaut⁹
in epidico. Tace modo. Sine me hominem apisci. q̄uis ante nos ibi perperam legeretur aspici. Cluent. Ap-
paret. idem ꝓbat. Aut ijs coniuncta. Sensus. quæcunq; videmus existere aut sunt coniuncta duabus ijs re-
bus hoc est inani & corpori aut accidentia sunt. Q̄d non cadat sub hac definitione nihil est. Coniuncta ijs re
bus. Videbis participare de his rebus: de corpore. i. & inani. Sed melius ē coniūcta exponere ꝓprietates rerū
quæ seiungi non possunt ab entibus: & sunt de rerum natura. verbi gratia risibilitas est cōiūctū hominis. quo
niam ab homine secerni nequit: pondus est proprium grauitatis. quoniam stante re graui ab ea non potest se
cerni vel diuidi. Quid sit coniunctum: quid euētum: & quatinus distent: docet exquisitissime Porphyrius. Coniunctū

Horum. Corporum. vel ab his. i. post hæc. Sed quoniam accidentia non sunt sine corpore: placet prima ex Euentum.
positio. Euenta. Accidentia. sic enim recentiores dialectici vocāt. quoniam corpori accidunt: de quib⁹ Pla
tonicus Porphyrius in isagogico hoc est ad instruendum opusculo composito satis multa. Albor, nigricies Isagogicū.
accidentia sunt & cæteri colores: virtutes itidem & mores homini hærentes sub accidentium comprehensio-
ne cadunt. verum dupliciter diuiduntur q̄uis Vallensi reclamante viro docto quidem: sed veritati refractario Vallēsis ma
& male feriato: in habitum scilicet & dispositionem. Habitus est robotata virtus de difficili mobilis. Disposi- le feriatus.

tio de facili.author Ariſtoteles in prædicamentis.Habitum & diſpoſitionem poeta ſignans latiniſſime dicit euenta.quoniam eueniunt ſubſtantiæ.Pari etymo recentiores nuncupant accidentia.quoniam corpori accidunt & deforis veniunt. Scribit Alcinous in epitome.Omne corpus ſubiectum eſt:qualitas autē nō eſt ſubiectum ſed accidens.non igitur corpus qualitas eſt.Obiter emacula titulum Alcinoi:in quo legitur epitoma pro epitome:quæ vox adulterina inoleuit & increuit adeo vt q̄ plurimos codices occupauerit:in mētibus q; triuialium magiſtellorum vt filix radicauerit:qui niſi putores & ſitum redolentes pagellas amant.

Epitome. Alcinous emēdatus.

Coniūctum eſt id quod nunq̄ ſine perniciali
Diſſidio potis eſt ſeiungi:ſeq; gregari:
Pondus vti ſaxi:calor ignis:liquor aquarum:
Tactus corporibus cunctis:intactus inani.
Seruitium contra:paupertas:diuitiæq;:
Libertas:bellum:concordia:cætera quorum
Aduentu manet incolumis natura:abituq;:
Hæc ſoliti ſumus:vt par eſt:euenta vocare.
Tempus item per ſe non eſt:ſed rebus ab ipſis
Conſequitur ſenſus:tranſactū quid ſit in æuo
Tū quæ res inſtet:quid porro deinde ſequat:
Nec per ſe quemq̄ tempus ſentire fatendū eſt
Semotum ab rerum motu:placidaq; quiete.
Deniq; Tyndaridem raptā:belloq; ſubactas
Troiugenas genteis(vt dicūt)eſſe vidēdū eſt:
Ne forte hęc per ſe cogant nos cuncta fateri:
Quādo ea ſecla hoīm:quorū hęc euēta fuere:
Inreuocabilis abſtulerit iam pręterita ætas.
Namq; aliud terris:aliud regionibus ipſis
Euentum dici poterit quodcūq; erit actum.
Deniq; materies ſi rerum nulla fuiſſet:
Nec loc9:ac ſpatiū:res in quo quęq; gerūtur:
Nunq̄ Tyndaridis formæ conflatus amore
Ignis Alexandri phrygio ſub pectore gliſcēs
Clara accendiſſet ſæui certamina belli.

Coniūctum. Proprium vocatur illud:qđ a rebus ſecerni non poteſt ſine rerum pernicie:vt riſibilitas ab homine non poteſt ſecerni homine ſtante & viuente:nec aſinis rudit9.

Proprium. Idion.

Proprium eſt eſſentiale mortalibus:nō poteſt igitur ab homine ſine priuatione ſui quod ſibi eſſentialiter inhæret reuocari. ἴδιον græci vocant quod nos proprium & coniunctum. συμβεβηκότα accidens vel euentum. Proprium Porphyrius inquit diuidit quattuor modis:quod ſoli cuipiam ſpeciei contingit & non omni:vt homini medicum eſſe vel decempedatorem:& omni contingit ſpeciei & nō ſoli:vt homini eſſe bipedem. Et ſoli & omni & vbiq;:vt omni mortali i ſenio caneſcere. Quartum contingit ſoli & ſemp:vt homini τὸ γελαστικόν hoc eſt riſibile. At non ridet ſemper ſed riſibilis dicitur:ſic ridet ſemper cum ſemper poſſit.hoc enim ſemper ipſi congēitum conſtat:vt equo τὸ χρεμετιστικόν hoc eſt hinnibile.hæc peculiariter ꝓpria dicūtur. conuertuntur enim equus & hinnibilis.

Chremetiſticon.

Euentum ſiue accidēs eſt duplex. Eſt qđ græce χώριστον hoc eſt inſeparabile vt dormire ſeparabile eſt accidentis:nigrum autem eſſe inſeparabiliter coruo & Aethiopi contingit.

Choriſton.

Perniciale.

Perniciali. Pernicioſa:perniciem, mortem priuationem inferentem ſubiecto. Eſt enim proprium illud:qđ ſine pernicie ſeparari nō poteſt a ſubiecto. Diſſidio. Separatione. tractat veri coniuncti definitionem quarto modo accipiendo proprium:quod euenit ſoli & ſemper. Id enim ſine ſubiecti corruptiōe ſeparari non poteſt. Potis ē. Poteſt. Priſcianus lib.xv.tradit hic & hæc potis dici & hoc pote. Vnde Perſius. Qui pote? vis dicam?id eſt quomodo poſſibile eſt. Hinc fit comparatiuum potior & ſuperlatiuum potiſſimus:& aduerbium potiſſimum. Seiungi. Diuidi.

Potis.

Seq; gregari. q; interpoſitum gratia metri pro ſegregari hoc eſt abinuicem ſecerni. Quale illud apud Virgiliū libro nono æneid. Inq; ſalutatam linquo pro inſalutatam:& eſt tmeſis vt. inutilis inq; ligatus cædebat. Pōdus ſaxi. Subintellige proprium exiſtens ſeparari non poteſt. Liquor. More ſuo ꝓducit primam. Intactus. Priuatio tactus. Inane quod eſt:tactu vacat. Seruitium. Seruitus.differt proprium ab accidente:quoniam quæ non omnibus contingunt nec inſeparabilia ſunt,illa vocamus accidentia:vt ſeruitus omnibus hominibus non contingit nec ſemper:perinde paupertas,diuitię & huiuſmodi. Quorum aduentu. Illa, quorum aduentu & diſceſſu natura ſubſtantiaq; non corrumpitur vocantur euenta e contra coniuncta abitu ſuo corruptionem ſubiecto inducunt. Manet incolumis. Priuationem non patitur. Contrarium accidit proprijs:quæ ſubſtantiæ corruptionem inducunt cum ſeparantur.

Abitu. Diſceſſu. Vt par eſt. Vt conueniens eſt effectibus rei nomen imponere. Tempus item. Cum docte ſatis & euidenter oſtenderit duo eſſe corpus & inane:poſt quæ duo alia,ſed corpus aſſequentia proprium & accidens:quæ corpus non ſunt,ſed accidunt corpori:nūc amouet dubitationem quandam quæ poſſet oriri. Poſſet enim quiſpiam dicere. Atqui tempus eſt quid corporeum:quod probatur.quoniam eſt in corpore hoc eſt aere:& tamen nec eſt coniunctum nec euentum. Igitur aliquod eſt tertium præter corpus & inane. Reſpondet tēpus non eſſe corpus:immo proprie loquendo nō eſſe. Sed numeratur tēpus a rebus vt priſci a menſibus numerabant annos:& nos a curſu ſolis annum:tanq̄ dicere velit ipſius temporis ſupeſſe ſolum nomē

& ex tẽporalibus rebus denominationem. Contrarium sensit Aristoteles opinatus esse temporis solum tẽ-
pusculum hoc est extans,& momentum breue,quo nihil velocius considerari potest:& hoc est continuari cõ-
iungereq; p̃teritum tempus cum futuro. Per se. Tanq̃ res ex se pendẽs.immo a rebus mẽsuratis tẽpors pen
det. Rebus ab ipsis. Quæ sub tempore geruñt. Sẽsus. Essentiã suã & p̃priam denominationẽ. Sensus sen
tentias & nũcupationes interp̃tari potes:vel ea vera sensus interp̃tare pro sensu corporeo:vt dicat ipsum tem
pus vacare sensu hoc est tactu,per qđ cognoscitur aliquod esse corporeum intactile. Sẽsus sunt quinq; aucto
re Aristotele libro animaliũ quinto. ὄψισ. ἀκοὴ. ὄσφρησισ. γεῦσισ. ἁφή. videlicet,visus, auditus,olfactus, gu
stus,tactus. Homo igitur & quæcũq; terrestrium animalium sunt, ζωοτόκα,hoc est animal generant: atq; etiã
quæ sanguinẽ habẽt & aial pariunt,oia hos habere sensus videmus:nisi qđ læsum lacessitumq; sit:quis le gen⁹
talparum,cui visus deest. Non.n.oculos in aperto id habet:cute tamen detracta,q̃ crassiuscula obtenta est se-
dem luminũ ostẽdit. Tẽpus igitur sensum aliquẽ non habet:sed id in quo est tempus. Mutatio omnis, vt in
quit Aristoteles libro Physicorum quarto, natura est dimotiua,atq; in tempore omia fiunt & corrumpuntur.
quapropter sunt qui sapientissimum ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Paro rudissimum esse dixit:quia
in ipso obliuiscuntur. Qui rectius dixit. Sed quidnam sit tempus,& quæ sit ipsius natura similiter est obscu-
rum,& ex his,quæ a maioribus nostris tradita sunt. Quidã.n. vniuersi motũ:quidam sphæram ipsam esse di
xerunt:quorũ neutrũ verum est. Colligit Aristoteles libro naturalium tertio sine motu mutatione vs non esse
tempus:nec tamen tempus motũ esse nec esse sine motu. Cũ igiť motus nõ sit: necesse est ipsum aliqđ motus
esse. Transactum quid sit. Quodcũq; sit p̃teritum illud fatendum est non sentire tempus: quoniã illud nihil
est.colligit per singula cum tempus p̃sens,p̃teritum,& futurum momentum non sentiat,& hæc sint temporis
omnia membra:nullæ igitur tẽporis partes sentiunt. In æuo. In ætate transacta. Quæ res instet. Zeugma
ab inferiori. Similiter tempus qđ instat,hoc est tẽpus p̃sens: instans temporis p̃sentia intelligere nõ possum⁹
hoc est p̃teritum,p̃sens,& futurum dignoscere non possumus:& cũ sint eæ temporis partes oẽs:nõ possumus
igitur cognoscere tẽpus. Instare tempus dicitur qđ p̃sens est. Martiano tamen placet extare & extans. Quid
sequamur. Futurũ tẽpus,qđ p̃senti per instãs cõtinuatur. Per se. Sed medio subiecto,in quo est tẽp⁹. Quã
q̃. Motũ,effectum,operationẽ. Sentire. Sensu aliquo cõprehendere videlicet tactu. Semotum. Seiunctũ.
cum tempus mouere non possit aut moueri:nõ potest in eo cadere sensus:quoniam mutationem & alteratio
nem, vt ita loquar,nõ capiat. Placida. Pacem agente.cum quies & motus non cõtingat tẽpori,quæ duo cõ-
tingunt cuiq; sensus habẽti. Tẽpus igitur sensum nõ habet. Deniq;. Cõcludit poeta tẽpus nullũ esse nisi in re
bus:& exemplum poeticum affert. Legimus in historia græca raptam fuisse Helenam,græcos mille naues in
Troianos armasse:hoc & illud egisse:& p̃teritum tempus enumerare volentes enumeramus gesta fortiũ vi-
rorum:vnde cognoscimus tempus a rebus denominationẽ habere. Tyndarida. Ouidius.ij.tristium Clytẽne
stram vocat sic. Qui legis electran,& egentẽ mẽtis horestẽ: Aegisthi crimen, Tyndaridosq; legis. Sunt qui
tradunt Aegyptum non Aegisthum dici debere: quorum opinionẽ sum secutus in meis annotamentis:nũc
etsi Lutatium Statij interp̃tem mihi concinentem habeam,palinodiam tamen recino, sentiens ægisthũ non
ægyptum pro adultero Clitemnestræ dicẽdũ:cũ ægyptos Danai frater fuerit,a quo denominatũ est id terræ,
quæ nunc vocatur ægyptus:cum antea ægyptij Melãpodes nuncuparenť:cuius rei Lucillus auctor est ita scri
bens. ἄιγυπτοσ καὶ Δαναὸσ ἀδελφοὶ ὄντεσ τῆσ τῶν μελαμπόδων ἐκράτουν γῆσ ἣνπερ νῦν ἄιγυπτοσ κα
λεῖται. per Tyndaridem Lucreti⁹ intelligit Helenam ex tyndaridarum familia: vnde Clytẽnestram innuens
Horatius inquit. Dissecuit medium fortissima Tyndaridarum. Troiugenas. Troianos:genus a Trois du-
centes. Vt dicunt. Si credere dignũ est.non obligat fidẽ suã. Vidẽdũ. Est iudicandũ. Sẽsus. p̃terita debem⁹
propria tẽpori iudicare ne cogamur dicere si tẽpus nec p̃sens,nec p̃teritũ,nec futurũ est,inane dari. Nec hæc.
Tẽpora scilicet,quæ nõ sunt cogerẽt nos dicere oia esse inane. Cuncta fateri. Cõfiteri oia esse cõtraria cũ He-
lena & p̃terita gesta trãsierint,& p tenihil fuerint. Secla. Tpa:genesis. Hæc.tpa. Euẽta. Accidẽtia. Tẽp⁹.n.
est accidẽs reb⁹,nõ de corpe reali p̃cipat. Irreuocabilis p̃terita. Quæ ãpli⁹ reuocari nõ põt. Cũ ergo acta abie
rint & tẽpora cũ rebus:ne sine rebus sit tempus,dicere debemus tempora sine rebus non esse. Verbum Flacc⁹
irreuocabile dicit qđ emissum reuocari non potest. Iam p̃terita. Olim præterita. Nãq; aliud. Concludit poe
ta philosophi personam induens q̃cunq; fuerint in terris externis acta,q̃cũq; in regionibus longe dissitis visa
sunt:illa rerum,quę in his fuere locis accidẽtia vocanda sunt,idem est ac si vno verbo diceret tempus a rebus
denominationem sortiri. Euẽtum. Accidens. Dici. Subintellige rerum. Nam quemadmodum accidens
nigricies, verbi gratia, nõ potest esse sine re & subiecto:pariter nec tempus sine rebus cõsistere potest. Quod
cũq;. Tempus. Erit actum. Erit transactum & præteritum. Deniq;. Probat nullum esse tempus posse, nisi
res sint,a quibus denominationem tempus assumat. verbi gratia nisi fuisset Helena, quæ materia fuit belli
Troiani,nunq̃ Troia igne corruisset. Materies rerum. Res temporeq; fungentes officio principij subiectis
q;:tempore autem rebus fungente vice accidentis. Spatium. Capacitas vbi res gererentur. Hic astruit ab
Helena,& ab Alexandri amore tempus suam nuncupationem habere. Tyndaridis. Helenæ, de qua plu-
ra in commentarijs Plautinis. Extat Gorgię libellus,in quo laudat Helenam:de qua & Stesichorus poeta pa
linodiam,hoc est recantationem composuit:quoniam cum illam carminibus maledicentissimis incessisset:
oculis priuatus est:quos palinodiam canens recuperauerit. Recantionis principium est. Non verax fama
illa fuit:nec Tænara linquens. Sponte Parim tenuisti & adisti pergama Troię. Auctor Plato. Isocrates quo
q;:vt palam est,composuit encomion in Helenam. Conflatus. Incensus. Conflare significat flatu follis flã-
mam ingentem excitare. Conflare quoq; in massam metalla per ignem redigere: vnde officina in qua me-
talla conflantur vocatur conflatorium:& opifices flatores monetales apud Pomponium iureconsultum.
Amore formæ. Incitamento formositatis,quæ cor humanum prima mouet:propterea cordis fenestræ
vocantur oculi:, & amor a græcis dicitur ἔρωσ ꝙ ἔσω ῥεῖ,id est extra fluit, ab oculis videlicet formaq; extra
ria. Ignis. Perstat in similitudine flammæ: quæ conflatur. Alexandri. Paridis, qui nomen παρὰ τὸ
ἀλέξειν,hoc est ab expellendo deflectit ꝙ ab acta armenta latronibus interemptia recuperauit: propterea
cecinit Ouidius in epistolis. Pene puer victis abducta armẽta recepi Hostibus: & causam nominis inde tu-

Sensus qui q.
Talpa ocu los non habet.
Tẽpus sen sum nõ habet.
Temp⁹ sapiẽtissimũ.
Tẽpus qđ.
Tyndaris.
Aegyptus an Aegysthus.
Aegyptus vnde.
Melampodes.
Tyndaris Helena.
Palinodia Helenæ.
Stesichor⁹ oculos amisit.
Cõflatoriũ Flatores monetales
Eros vñ.
Alexãder vnde.

Astyanax & Scamandrius idem & Nesus. Felix qui gestat Alexandrum. Gliscerae coenae. Adiciales. Equus troianus. Epeus.

li. Hic nepotem habuit ex Hectore, & Andromache Astyanactem a Troianis appellatum, a mulieribus Scamandriũ, nomine proprio Nesum si Homero Platoniq; credere libet. dictus Astyanax q; esset filius Hectoris, qui tutatus est mœnia. Astyanacta namq; regem dicimus vrbis. Adde qđ mirum legimus apud Trebellium in quieto: eos in omni actu suo iuuari, qui Alexandrum expressum, vel auro gestitãt, vel argẽto: sed Macedonem. Phrygio. Troiano, Paridis Troiani. Gliscens. Crescens, augescens. Gliscere significat crescere vnde Glires animalia somniculosa vocantur. Gliscerae lautae coenae: quoniã semper nouis superadditis esculentis gliscunt, hoc est crescunt. quae quoniam adijcitur quippiam nuncupantur adiciales. Clara. Famigerabilia, celeberrima. Accendisset. Conflasset, initiasset.

Nec clam durateus Troianis pergama partu
Inflãmasset equus nocturno graiugenarum:
Perspicere vt possis res gestas funditꝰ omneis
Non ita vti corpus per se constare: neq; esse:
Nec ratione cluere eadem: qua cõstat inane:
Sed magis vt merito possis euenta vocare
Corporis atq; loci: res in quo quęq; gerantur.
Corpora sunt porro ptim primordia rerum:
Partim concilio quae constant principiorum.
Sed quae sunt rerũ primordia: nulla potest vis
Stringere. Nã solido euincũt ea corpe dãnũ:
Et si difficile esse videtur fors ita quicq̃
In rebus solido reperiri corpore posse.
Transit enim fulmen cæli per septa domorũ:
Clamor vt: ac voces. Ferrum cãdescit in igne:
Dissiliuntq; fere feruentia saxa vapore.
Tum labefactatus rigor auri soluitur æstu.
Tum glacies acri flãma deuicta liquescit.
Permanat calor argentum: penetraleq; frigꝰ:
Quando vtrunq; manu retinẽtes pocula rite
Sensimus infuso lympharum rore superne.
Vsq; adeo in rebus solidi nihil esse videtur.
Sed quia rara tamen ratio naturaq; rerum
Cognita de paucis dum versibus expediamꝰ:
Esse & quae solido atq; ętherno corpe constẽt
Semina quę rerum: primordiaq; esse docemꝰ
Vnde omnis rerũ nunc cõstet summa creata.

Durateus equus.

Nec clam. Q; si nõ Paridis amor pellexisset Helenã Pergamũ & ad Troianas arces, equus ille celeber, q aluum armatis plenã gerebat, non Troianis irrepsisset fatalis machina muris. Hanc historiã exeqtur Maro libro æneidos secundo: de quo Plautus in Bacchidibus, & de Epeo eiꝰ artifice quędã: de quo Ouidius. Sit licet antiquo manibus collatꝰ Epeo. Vitruuius captam Troiã affirmat tormẽto ligneo, cui nomen equus: vnde Homero fabulandi datur occasio. Ter ob equũ pijt troia: cũ Herculi Laomedõ denegauit equos cũ est equo epeio capta dolo. Tertio cũ Cinnæ ter cõsuli portas claudere voluisset equꝰ valuis interceptꝰ claudẽdi facultatẽ ademit. Seruius. De hoc equo varia in historijs lecta sunt: vt Hyginus dicit machinamentũ belli cũ fuit: vt alij porta, quã eis Antenor apuit equũ pictum habuisse memoratur: vel certe domus Antenoris, quę equum pictũ habuit quo posset agnosci. Aut equestri p̃lio victa est Troia, aut mõte Hippio, post quem se abscondeıãt gręci. Durateus. Ligneus: dictio ex græcia sumpta. hic equus dictus est δούριος, hoc est ligneus: vnde nõnulli dureus hic legunt. sed durateus scribẽdum auctore Homero, qui in octauo Odysseæ δουράτεον vocat non semel. Aristophanes durion lingua cõmuniore dictitauit: vnde sunt qui in Flacci argonauticis legant. Manet immotis nox durica fatis. δουράτειος ἵππος καὶ δουράτεος ait Suidas, hoc est durateus & durateus indiscriminatim. Subdit. Durios ligneus equus græcorum: de quo Aristophanes. μέγεθος ὅσον ὁ δούριος. de quo sic inquit Lucilius poeta græcus. ὅρτως δούριον ἵππον. ὃν οἱ Φρύγες εἵλκον ἅπαντες σὺν Δαναοῖς κλωδὼς οὐκ ἂν ἐσῆλθε πύλας. Troianis. In damnum Troianorum. Partu. Effusione illorum, quos peperit nocte ligneus equꝰ in Troianorum cladem. Graiugenarum. Græcorum. iunge cum partu. Perspicere. Sensus est. vt valeamus tempora cognoscere, quibꝰ quodcũq; fuerit nos res in hoc, vel illo tempore transactas reminiscimur: qđ indicium est tempus a rebus: non autem res a tempore denominationem sumere, tanq̃ Lucretiꝰ dicere velit: Nos attulimus hoc exemplum vt per raptũ Helenæ cognosceres tempus quo rapta fuit. Funditus. principaliter fundamentaliter a rebus, quę sunt fundamenta tẽporis. Non ita. Sed ita nõ constabit tempus in rebus tanq̃ substantia & corpus: sed tanq̃ accidens in corpore. Nec ratione. Dicere non poteris tempus esse corpus, nec inane. Cluere. Cõstare, appareret. quę vere apparent sunt: vñ cluere ponit̃ simpliciter p esse. Qua. Ratione quomodo. Sed magis. Nec corpꝰ, nec inane vocare poteris tempus: sed corporum, ac locorum accidentia. Vocare. Subintellige tẽpora. In quo. Loco, in quo om̃ia gerunt̃: vñ cũ raptꝰ Helenæ fuerit in loco Sparthano, tẽpus illius rapinæ denominabit̃ a loco sparthano. Corpora. Defiratio corporũ est. vocant̃ inqt corpora quae sunt principia aliorum corporum, videlicet elemẽta quartuor, quae corpora dicunt̃ q; p̃bent cæteris corporibus principiũ. Dicuntur quoq; corpora quãtitatiua, q̃ constant ex primis corporibꝰ. Distinguit de corporibꝰ duo, videlicet eẽ corpora, elemẽta & elemẽtata. Primordia rerum. Principia, quatuor videlicet elementa.

Cõcilio. Copulatione, congregatione. Principiorum. Primorum corporũ, hoc est elemẽtorum. Sed quę. Sensus est. & si principia rerum sint corpora, tamen in ea pernicies, hoc est priuatio, corruptio ve nõ potest exercere vim suam. Vis. Violentia, corruptio. Stringere. Ferire, vulnerare, corrũpere. Solido corpore. Ex sola substantia cõstãte, nõ aũt quãtitate: sicuti cælũ corruptibile negat Aristoteles. quoniã. s. ex sola substãtia cõstat. Exẽplũ affert euidẽtissime cõprobãs elemẽtis corpora cõstãtia nõ esse solida: sed perua: quoniã. s. si solida corpora ex elementis cõstãtia essent, sequeretur vt penetrari non possint: cum vero penetret loca stipata, & densa: concedi debet igitur corpora secũda esse perura, nec solida. Verius tamen interpretaberis solido corpore dici prima corpora, quæ sunt elementa: corpora autẽ cõstãtia ex elementis solida non esse: sed prrra. Eum cunt. Superant dẽtem corruptionis. Fora Furtuito. Clamor vt. scribendũ clamor it, hoc est transilit, p̃terit.

Ferrũ candescit. Candens fit & ignitum, vt ita loquar. Calor igit̃ penetrat per meatus intrarios. Ioannes Andreas Scoti dogmatistes ferrum esse dicit corpus porosum: qđ cum nihil sit densius ferro pene, dicẽdum erit cum Lucretio, corpora om̃ia ex elemẽtis cõstantia poris & meatibus peruijs exuberare. Deuicta. Subacta, coacta. Permanat calor. Calor manat p argentum, hoc est meatus argenti: quoniam Neoteri philosophi elementa vocant corpora simplicia: elementata autem mista. Argentum. Argentum frigus permanat: quoniã flatuosum ẽ corp⁹, & poris. i. trãsiẽtis capax. Penetrale. qđ penetrat: vñ Maro frig⁹ penetrabile vocauit.

Ferrũ porosum.

Penetrale.

Infuso superne. Cum aqua per orificium superius infunditur in vas argẽteum, sentimus ex aqua infusa frigus in argentum penetrare. Rite. Annecte cũ infuso. Si rite superne funditur aqua, si interfundendum incuriose nõ effluat, aquæ frigiditas permanabit ad manus. In rebus. In corporibus cõpositis, elementorũq; mistura cõstantibus. Sed quia. Cũ narratio huius mẽbri philosophici sit ardua, rara, non omnibus obuia, nec p trita, inuocat poeta rerum naturam, cuius afflatu munitus & inspiratione possit enarrare, quę ad meditationẽ philosophiæ pertinent. Rara. Subintellige hæc narratio, & explicatio cũ a raris sit tacta. Alij scribunt vera.

Ratio. Vocandi casus. inuocat rationem & bonam mẽtem, quibus auctoribus adipiscatur cognitionem huius philosophicæ questionis. Natura. Similiter salutatiuus casus. De paucis. Lego ex antiquis exemplaribus ades paucis pro adsis & faueas cognita a me rerum natura, dum paucis versibus explico, qđ ex lectione tua percepi. Ades pro adsis vsurpari quis nescit, vel ex illo Maronis exẽplo. Ades & primi lege littoris oram. Ouidiana Sappho. Huc ades, inq; sinus formose relabere nostros. Ouidi⁹. v. tristiũ. Huc ades, & casus releua pulcherrime nostros. Expediamus. Expedite concinniterq; narremus. Esse. Sensus a superiori pendens. adsis & faue natura rerum dum expediamus semina esse illa, quæ cõstent solido & aetherno corpore. Esse &. Legendum, esse ea. Aetherno. Simplici, non mixto, nec corruptibili, qđ finem non capit. Aristoteles libro primo Physicorum de principijs affatim disputat, & prostratis opinionib⁹ antiquorũ sic scribit. Hæc etiã opinio vetus quædam esse videtur: vnum inquã, & excessum, atq; defectum principia rerum esse. Attamen non eodem modo. Sed prisci duo quidem agere, vnum autem pati dicebãt. At posteriorum quidam e cõtra vnũ quidem agere: duo vero pati potius asserunt. Tria igitur elementa rerum esse putare ex his & huiusmodi alijs animaduersis, videbitur aliquam rationẽ habere, sicut antea diximus. Sed trib⁹ ponere plura nullam. Ad patiendum em̃ sufficiẽs est vnũ ipsum. Et vt summatim loquar apud Peripateticos sunt tria principia: materia. s. forma, & priuatio. Operæptium faciam si congestim facta quadã racematione secutus interpretes peripateticos cogam priscorum super principijs opiniones. Quidã posuerunt tantũ vnũ principium dicẽtes om̃ia esse vnum vt non multa sint entia, nec aliud q̃ tale principiũ: vt Parmenides qui posuit tale principium finitũ & immobile: & Melissus qui posuit ipsum infinitum & immobile: & hi fuerunt non naturaliter loquentes: quia negauerunt motum. Ex numero naturaliter loquentiũ fuerũt quidam qui solum posuerunt vnum principiũ materiale, & hij diuersimode locuti sunt: quoniam quidam dixerunt ipsum esse aerem ex eo q̧ minime sensibilis est: alij aquã propter eius nimium fluorem, vt vbiq; eẽ possit ad generationem. Alij dixerũt illud eẽ ignẽ p̃pter eius durabilitatem a cõtrarijs maxime remotam. Nonnulli vero posuerũt illud esse mediũ inter ignem, & aerẽ, & aquã: vt a cõtrarietatib⁹, quæ in elemẽtis repertitur, sit maxime remotũ. Nullus aũt posuit tale principiũ esse terrã p̃pter eius stabilitatem, & sensibilitatẽ nisi Hesiod⁹, q nõ fuit philosophus, sed iurisconsult⁹ vt cõmentator dicit. ij. metaphysicæ. Diuersi errant etiã p̃dicti quo ad modũ generationis rerũ ex tali principio: quoniã quidã posuerũt res naturales ex illo principio secundũ rarum & dẽsum. Alij vero vt Platonici secundũ magnũ & paruũ. & primi dicebãt rarũ & dẽsum esse principia formalia & cõtraria. Alij vero magnũ & paruum eẽ principia materialia, & cõtraria: speciẽ vero siue idæã eẽ principiũ formale: & ij oẽs ponebãt aliqua cõtraria secũdũ excellẽtiã & defectũ. magnũ. n. dicit excellẽtiã: & puũ defectũ. Sil'r rarũ vt seq̃ caliditatẽ excellẽtiã dicit: & dẽsum vt seq̃ frigiditatẽ dicit defectũ. Alij naturaliter loquẽtes quodãmõ posuerunt vnũ principiũ rerũ naturaliũ & quodãmodo multa: vt Anaxagoras: Anaximãder: & Empedocles. oẽs nãq; ij in hoc cõueniũt q̧ erat vnũ principiũ materiale oĩm, videlicet vnũ chaos cõfusum, ex quo p segregatione fiũt aliqua principia: ex qb⁹ res naturales generant̃. Differebat tñ Anaximãder ab Anaxagora in hoc solũ, q a ponebat illud chaos cõfusum & infinitũ, & alia principia, ab eo separi per alterationẽ. Anaxagoras vero dicebat illud finitũ esse, & principia alia p segregationẽ ab ipso sequestrari. Anaxagoras vero & Empedocles in plurib⁹ varia sensere: quoniam Empedocles posuit mundum infinities generari & corrumpi secundum segregationem in qua aliquãdo erat status & cõmistio principiorũ, quæ vocabat elemẽta: & q̧ per tantum tempus manent segregata, & tunc est mundus, & p quantum postea manẽt cõfusa, & tunc est chaos & corruptus est mundus: & hoc dicit infinities generari vel fieri. Anaxagoras autem posuit ipsum chaos ab ęterno fuisse, & intellectum aliquando cœpisse segregare principia, ex qbus fiunt, & tunc mũdum incœpisse: & quia hæc segregatio nunq̃ cessabit: quia est infinitorum principiorum cõsimilium & cõtrariorũ puta infinitarũ partiũ carnis, ossis, sanguinis: ideo mundus nunq̃ corrumpet̃. & sic moltiplex fuit differentia inter Anaxagoram & Empedoclem. Prima quia Empedocles ponit mundum infinities generari & corrumpi. Anaxagoras vero semel fuisse genitũ & nunq̃ corrumpi. Secunda quia Empedocles ponit illud chaos eẽ quoddam diuinũ: & alia principia se ipsis segregari, & ab inuicẽ postmodũ p̃misceri. Anaxagoras vero nõ posuit illud chaos esse quoddã diuinũ sed intellectũ q segregabat alia principia ex qb⁹ res naturales fiũt. Tertia q a Empedocles ponebat statum in

Ades.

De principijs.

Hesiodus iuriscõsult⁹

Anaxagore opinio. Empedocles. Chaos.

segregatione illorum principiorum. Anaxagoras vero dicebat segregationem illam in infinitum procede-
re. Quarta quia Empedocles posuit finita principia. s. quatuor elementa. Anaxagoras autem posuit infinita
principia cõsimilia & cõtraria: vt infinitas partes carnis, ossis, & huiusmodi reliqua. Quita quia Empedocles
posuit elementa esse principia carnis, ossis, & cęterorum. Anaxagoras vero contrarium. Sexta quia Empe-
docles posuit generationem & cor uptionem fieri per litẽ & amicitiã. Anaxagoras vero per cõgregationem
Parmeni-des. & segregationem. Parmenides & Melissus posuerũt calidum & frigidum principia rerum naturalium. Demo
critus rarum & dẽsum. Empedocles litem & amicitiam. Pythagoras par & impar. Vltima est opinio Lucretij
Melissus. nostri corporum duplicem differentiam facientia. aut. n. simplicia, aut cõposita existunt. Simplicia dicuntur
Democrit⁹ quæ nullis corporibus stipantur: quæ prima corpora dicuntur vt Atomi, elementa principia rerum, materia
Pythago-ras. initialis. Composita vero sunt quæ seminibus primis componuntur & vacuo. Inter corpora sunt quędã so-
lida vt elementa, flatuosa, inania capacia, conflata ex elementis: propterea fulminis duricies immodica & ex-
cedens ferme captum humanum: quoniam ex elementis constat tantum. Corpora prima sunt fractura & la-
be carentia: vt latius patebit. Cicero in Academicis lepide recensens opiniones antiquorum de principijs sic.
Thales pri-mus. Est inter magnos homines summa dissensio. Princeps Thales vnus e septem, cui sex reliqui consensisse pri-
mas ferunt, ex aqua dixit omnia cõstare. At hoc Anaximãdro populari & sodali suo non persuasit. Is. n. in-
Anaxime-nes. firmitatẽ naturæ dixit esse e qua omnia gignerentur. Post eius auditor Anaximenes infinitũ aera. sed ea quæ
ex eo orirent definita. gigni aũt terram, aquã & ignẽ: tum ex ijs oĩa. Anaxagoras materiam infinitam: sed
Xenopha-nes. eas particulas similes inter se minutas: eas primum confusas: postea in ordinem adductas mente diuina. Xe-
nophanes paulo etiã antiquior vnũ esse oĩa: neq; id esse mutabile: & id esse verũ deum: neq; natum vnq̃ qd-
Leucippus q̃ & sempiternũ conglobata figura. Parmenides ignẽ, q moueat terrã, quæ ab eo formet. Leucippus plenum
Heraclitus & inane. Democritus huic in hoc similia vberior in cæteris. Empedocles hæc puulgata & nota quatuor: Hera
Plato. clitus ignem: Melissus hoc qđ esset infinitũ & immutabile & fuisse semper & fore. Plato ex materia in se oĩa
semp recipiẽte mundũ esse factũ cẽset ideo sempiternũ. Pythagorei ex numeris mathematicorũ initio profi-
cisci volunt oĩa. Stoicus mundum sapientem inquit habere mentem: quæ & se & ipsum fabricata sit, & oĩa
moderet, moueat, regat. Erit eñ persuasum etiã solem, lunam, stellas omnes, terram, mare deos esse: q; quæ-
dam animalia intelligẽtia p oĩa ei permanet & transeat: tamẽ fore aliquãdo: vt oĩa hic mundus ardore defla
gret. Semina. Elementa, quę sunt semina & principia rerum omnium: qđ alibi copiose retulimus: omnia igi
tur corpora post elementa cum sint porosa habent inane. Quæ. Corpora æterna. dicimus esse semina rerũ
& primordia. Vnde. A quibus seminibus & elementis. Summa. Vniuersitas & multitudo.

Principio quoniam duplex natura duarum
Dissimilis rerum longe constare repertast
Corporis atq; loci: res in quo queq; geruntur:
Esse vtranq; sibi per se puramq; necessest.
Nã quacũq; vacat spatiũ: qđ inane vocamus:
Corpus ea non est: qua porro cunq; tenet se
Corpus: ea vacuum nequaq̃ cõstat inane.
Sũt igitur solida: ac sine inani corpora prima.
Pręterea quoniam genitis in rebus inane
Materiem circum solidam cõstare necessest:
Nec res vlla potest vera ratione probari
Corpore inane suo cælare: atq; intus habere:
Si non qđ cohibet solidũ constare relinquas:
Id porro nihil esse potest: nisi materiai
Concilium qđ inane queat tectum cohibere.
Materies igitur: solido quę corpore constat:
Esse æterna potest cum cætera dissoluãtur.
Tum porro si nil esset qđ inane vacaret:
Omne foret solidum: nisi contra corpora cęca
Essent: quæ loca cõplerent quæcũq; tenerẽt:
Omne: qđ est spatium: vacuũ cõstaret inane.

¶ Principio. Sunt igitur duæ naturæ Lucretius inquit. Est natura corporis, & natura inanis. Corporis natura est in eo loco vbi motus est corporeus. Inanis autẽ natura est vbicunq; spatium aliquod est in corpore: qđ spatium vacuum sit. Illic natura inanis sedẽ habet suam. Hic ordo codicis. Sunt igitur solida ac sine inani corpora prima. quoniã duplex natura duarum dissimilis rerũ, & id genus reliqua quæ sequuntur. Dissimilis. Repugnãs vicissim. multo sane distãt interuallo corpus & inane. Lõge. Iunge cũ dissimilis. Constare. Consistere in rerum natura. Atq; loci. Inanis, qđ vicẽ loci exhibet corporibus illac tẽdẽtibus. In quo. Inani supplẽte vicẽ loci. Res quæ. Motus omnium rerum agitatarum, quæ in loco mouentur & inani. Sibi. Per se, separatim. Per se. Nõ alteri cõmista. Purã. Sepatã, nõ cõmistam. Qđ inane. Qđ spatium meatib⁹ plenum in corpore. vacans corpore dicimus inane. Ea. In ea parte non est corpus: in qua est inane. Quacũq;. Sed in quacũq; parte corp⁹ est: illic non est inane. Sunt igit̃ distinctæ species & separatę corpus & inane. Ea. In ea parte, in eo loco. Vacuũ inane. Qđ inane est, vacuum est. Cõuertunt̃. n. vacuũ & inane. Sunt igitur. Colligit corpora prima eẽ solida: inanitateq; carẽtia. qm̃ ex simplici cõposita sunt corpore: corpa vero ex primis cõtexta corpib⁹ cũ sint porosa, meatibusq; redundantia consequẽter inanitatẽ quãdã in se habent. Pręterea. Esse in rebus generatis & cõsistẽtib⁹ ex primis principijs inanitatẽ quãdã Lucreti⁹ autumat: circa quã materia constat. Ordo. pterea necesse ẽ cõstare i reb⁹ genit' materiẽ solidã circũ iane. Est. n. circũ inane materia solida. verbi grã circa meat⁹ hois ianes, ẽ corpis moles.

Alternis igitur nimirum corpus inani
Distinctũ: quoniam nec plenũ nauiter extat:
Nec porro vacuum. Sunt ergo corpora cęca:
Quæ spatiũ pleno possint distinguere inane.
Hęc neq; dissolui plagis extrinsecus icta
Possunt nec porro penitus penetrata retexi:
Nec ratione quẽunt alia tentata labare:
Id qđ iam supera tibi paulo ostendimus ante.
Nam neq; conlidi sine inani posse videtur
Quicq̃: nec frangi: nec scindi in bina secando:
Nec capere humorẽ: nec itẽ manabile frigꝰ:
Nec penetralem ignem: quibus oĩa cõficiũt.

Genitis in rebus. In rebus generatis & cõsistẽtibus ex primis principiis. quoniam vt superius enarrauimus corpora prima vacant inanitate: & sunt solida: corpora vero elementata habent inane. Materiẽ. Corpus solidum: nulla inanitate dotatum nec peruium. Nec res. Nullum corpus. Sensus hic est. probare non possumus & asserere corpus aliquod in se cęlare inane nisi dicamus corpus esse illi inanitati circumfusum. Per hoc percipere datur inane esse inter res corporeas: meatusq; corporis occupare: quos πόρους vocitãt Galen⁹ & Aristoteles. Ita ordina. nec vlla res potest probari vera ratione cęlare. id est q; cęlet inane in suo corpore: & intus habere: si non qđ cohibet & reliqua. Probari. Argui, demõstrari. verbum philosophicum dũtaxat. Cęlare inane. Occultare, stipare, claudere. Intus habere. In mole corporea concludere. Si non relinquas. Si non concedas. Constare solidum. Esse materiam corpoream inani vacantem. Qđ cohibet. Materies: corpus: qđ cohibet & circumcludit inane. Necesse est auctore Lucretio corpus esse solidum: quod cingit inane: sed in ipso corpore meatus sunt inanitatis pleni. Id. Illud corpus solidum quod ambit inane. Materiæ concilium. Materiæ constipatio & congregatio. Quod. Concilium materiæ. Tectum. Circumuallatum & ambitum ab ipso corpore solido. Cohibere. Constringere: per circumfusionẽ arcere: quasi per circumclusionem opprimere. Materies. Cum igitur ipsa materies, hoc est substantia cohibeat inane: sitq; solida in similitudinem primi principii, non patitur corruptionem: sed perpetua est. Solido corpore. Inani vacante: & consequenter simili primis principiis: quæ sunt corpora solida atq; simplicia. Dissoluantur. Tertia vocalis separatur a sequente metri gratia vt in illo patet Horatiano. Aurarum & syluæ metu: p syluæ Est enim trissyllabum in Horatio. In hoc licentiosus est q maxime Tibullus græcos poetas imitatus. Tum porro. Probat necessario poni in rebus inane. quoniã si omnia respuerent inane: omnia forent solida: qđ cum repugnet, concedendum est igitur in rebus inane. Vacaret. Vacuum esset & laxitatẽ haberet: in quã admitti poteit inanitas. Inane. Pro inani: qđ vacuum esset ab inani. Nisi contra. Sensus est. Si non daretur inane concedi oporteret omnia esse solida. Igitur aer & ventus non essent, & quacunq; spatium esset illic esset inanitas, quod absonum est & absurdum. Inanitas enim soli inest corpori, & inter meatus exiguissimo venarum.

Corpora cæca. Aer, ventus: quę patuit in superioribus appellari oportere corpora cæca: quoniam non vidẽtur. Sed tamen corpora sunt: quoniam iuxta sententiam Lucretii. Tangere enim & tangi nisi corpus nulla potest res. Loca. Spatia cæli, mundiq; corpore vacantia. Quæcunq;. Lego quacunq;. Tenerent. Extenderent vires suas occupantes spatium. Omne quod est spatium. Nisi sit aer omne illud, qđ est spatiosum & corpore vacans inani esset oppletum. Vacuum inane. Deest cum decore copulatiua. Illud omne foret vacuum & inane. Superius dictum est vbertim vacuum & inane pro eodem poni. Alternis. Distinguitur ergo de corporibus. Sunt enim duo corpora rarum videlicet & solidum: corpꝰ rarum est aer: solidum materia. Nõ igitur qđ corpus solidum non est: id protinus inane est: quoniam sunt corpora rara, quæ spatia complent. Alternis. inuicem. Inani. Ab inani. corpus & inane inuicem distinguntur. Nec plenum. Corpus & inane differunt cum tamen corpus intra se capiat aliquid inanis. Nauiter. Egregie, adamussim, penitus. Sunt ergo. Necesse est vt semel absoluam esse duo corpora plena & non plena. Plena quæ sunt nihil inanitatis habent.

Corpora cæca. Corrige tota. hoc est corpora solida: quæ vndecunq; penitus plena sunt meatus nullos habentia. Quę spatium. Quæ corpora spatium inane, hoc est qđ spatium est inane, possunt distinguere pleno id est soliditate suorum corporum: tali sensu. Sũt corpora solida plenitudine exuberantia, quæ soliditate sua distingunt spatium inane dictum: hoc est quæ nullum spatiũ, nullam habent porosam inanitatem. Sed plenitudine sua distingunt & fugant meatus inanes. Hęc. Corpora plena corruptionem non patiuntur, nec rumpi possunt. Penetrata. Perforata, si perforari possent: qđ minime concedẽdum est. Retexi. Refici, reconcinari, renouari. Tentata. Pulsa, temerata. In quibusdam codicibus scriptum est terebrata. Labare. Nutare, vacillare in corrumpendo, succumbere corruptelæ. Id quod. Quæ superius cuncta tractauimus, vbi corruptionem non tolerare corpora talia docuimus. Nam neq;. Nisi corpora mista, aut elementa, suam inanitatem haberent videres nihil posse collidi nec scindi. Neq; quidq̃. Nihil. Videtur. Creditur. Collidi posse. Frangi. lacerari. Sine inani. Nisi sit inanitas in corporibus mistis, sine inanitate, quam corpora participãt, nulla corpora frangi, & in minutiem secari. In bina secando. In duas partes diuidendo: ambifariã partiendo. Nec capere humorem. Videtur posse. Sẽsus est. videmus corpora mista contrahere humorem & frigus, quæ duo capere non possent nisi inanitatibus corpora plena forent, & meatibus inani repletis: per quæ vicissitudines alternæ transfunderentur in corpus. Item. similiter. Manabile frigus. Penetrabile: qđ manat per ipsas venas. Penetralem ignem. Calorem penetrabilem, qui corporeos transmeat poros. Quibus. Calore & frigore. Conficiuntur. Perficiuntur, consummantur, absoluuntur: iuxta illud Ouidianũ. Cũ q; sit ignis aquæ pugnax, vapor humidus omnes Res creat, & discors concordia foetibꝰ apta est. In alia significatione conficere idem est qđ enecare & occidere: vnde ferarum cõfectores appellati, qui conficiunt bestias: hos multi bestiarios appellant.

Penetrale. Conficere. Confectores. Bestiarii.

¶ Et quo. Quãto magis corpꝰ ẽ ianitate plenum tanto magis labaſcit, & fragilitati perniciei'q; eſt obnoxium. Quo magis. Quanto magis. Queq; res. Quæcunq; res. Cohibet inane. In ſe recipit inanitatem. Tam magis. Tanto magis. Tentata. Debilitata. Alij codices habent temerata. His rebꝰ. Ab his poris & meatibꝰ. quo magis poroſa ſunt & flatuoſa corpora: tanto magis vacillant, & corruptioni patent. Penitus. Profunde, in penitiſſimis partibus, meatibus oppletis. Inde penes: penitiſſime: penitior. peniſſime pducta prima deflectitur a pene aduerbio: qua dictione Plautꝰ vtitur. Labaſcit. Labat, mutat, corruptelæ ſuccumbit. Ergo ſi ſolida. Colligit poeta hoc pacto. Si corpora ſunt ſolida, ac ſine meatibus & aethernitate: nec magis aut minus ſuſcipientia, nullam capientia vicem nec mutationem, conſequenter corruptibilia nõ ſunt: & vti docuimꝰ æterna eẽ neceſſe: quoniam quæ corruptionem nõ admittunt ſunt ęterna: nũq̃ deficientia. Solida. Pura corpora raritatem quãpiã, aut poroſitatem habentia. Corpora prima. Elementa. Vti docui. Vt ſopradixi. Hæc. Prima corpora. Preterea. Oſtẽdit naturaliter loquẽdo eẽ neceſſariam materiã, & prima principia ſemper fuiſſe. quoniam niſi materia foret æterna: cum corpora ſortita ſunt eſſe propriũ priſtinũ: a nullis principijs conſtituta fuiſſent, & ex nihilo orta. Theologi noſtri id cauentes & ſupernaturalia ſequẽtes aſſerunt prima principia æterna non fuiſſe. ſed e nihilo primitꝰ multa fuiſſe creata: qđ Ariſtoteles negat. Nilum. Nihilũ. Rediſſent. Recidiſſent. Queſita. Extracta. in priſcis exẽplaribꝰ legiẽ. De nihilo quoq; nata forẽt. Reuocari. Reduci retrahi. quoniam inquit Lucretius nihil creatur ex nihilo: nec qđ genitum eſt ad nil reuocatur: principia corpus habẽt ſolidum & perpetuum corruptelę nõ ſuccumbẽs. Immortali. Perpetuo. Primordia. Pricipia prima. Diſſolui. Reuerti: redigi: & p ſolutionẽ retrahi. Sẽſus eſt. corpora prima nullã mutationem patiuntur: immo corpora ſecunda poſt diutinas corruptiones in ſemet reſoluuntur. Nõ enim poſt mortem tranſit ad nihilum. ſed in materiam ſuam quodcũq; reſoluitur. hoc & in ſuperioribus ſcripſimus affatim. Quo. In quæ prima corpora. Queq;. Corpora ſecũda. Supremo. Vltimo tempore cum corruptionem patiuntur. Materies. Materia, primũ principium. Corpora ſecunda in corpora prima reſoluuntur: vt ita ſubminiſtret pabulum materię ad noua corpora reparanda. Vt ſuppeditet. Vt ſufficiat, ſuperſit. Rebꝰ reparandis. Ad res reficiendas & quotidie p nouam generationem inſtaurandas. Sunt igitur. Colligit prima principia eſſe a ſynthe ta ſimpliciaq; & conſequenter æterna: q ſi contrarium aſſeras non potuiſſent per tempus infinitum retroactum tot res continua ſerie reparaſſe corruptas dentibus æui. Seruata. Sine corruptiõe reſeruata & exempta tẽpore. Reparare. Inſtaurare, reficere. Per æuum. Per longum tempus. Denicq;. Noua ratiõe fulcit & roborat qđ de materię per

Et quo queq; magis cohibet res intus inane:
Tam magis his rebus penitus tẽtata labaſcit.
Ergo ſi ſolida: ac ſine inani corpora prima
Sũt: ita vti docui: ſint hęc æterna neceſſeſt.
Præterea niſi materies æterna fuiſſet:
Anthac ad nilum penitus res queq; rediſſent:
De nihilo quæſita forent: quęcunq; videmus.
At quoniam ſupra docui nil poſſe creari.
De nihilo: neq; qđ genituſt ad nil reuocari
Eſſe immortali primordia corpore debent:
Diſſolui quo quæq; ſupremo tẽpore poſſint:
Materies vt ſuppeditet rebus reparandis.
Sunt igitur ſolida primordia ſimplicitate
Nec ratione queunt alia ſeruata per æuum
Ex infinito iam tempore res reparare.
Deniq; ſi nullum finem natura paraſſet
Frangendis rebus: iam corpora: materieſq;
Vſq; reducta forent æuo frangente priores:
Vt nihil ex illis a certo tempore poſſet
Conceptum ſummum ętatis peruadere finẽ
Nam quiduis citius diſſolui poſſe videmus
Q rurſus refici. Quapropter longa diei
Infinitæ ætas anteacti temporis omne:
Quod fregiſſet adhuc diſturbãs: diſſoluẽſq;
Id reliquo nũq̃ reparari tempore poſſet.
At nunc nimirum frangẽdi reddita finis
Certa manet: quoniã refici rẽ quãq; videmus:
Et finita ſimul generatim tẽpora rebus
Stare: quibus poſſint æui cõtingere florem.
Huc accedit vti ſolidiſſima materiai
Corpora cũ conſtant: poſſint tamen oĩa reddi
Mollia: quæ fiũt: aer: aqua: terra: vapores.
Quo pacto fiant? & qua vi quæq; gerantur?
Admixtum quoniam ſemel eſt in rebꝰ inane.
At contra ſi mollia ſint primordia rerum:
Vnde queant validi ſilices: ferrumq; creari:
Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis

Principio fundamenti natura carebit.
Sunt igitur solida pollentia simplicitate:
Quorum condense magis omnia conciliatu
Arctari possunt: validasq; ostendere vireis.
Porro si nulla st frangendis reddita finis
Corporibus: tamen ex ætherno tẽpore queq;
Nunc etiã superare necesse st corpora rebus:
Quæ nodum clueant vllo tentata periclo.

nitate relatum est paulo ante. Si res quæ corrumpunt nõ in materiam suã reciderẽt pristinam, exuta prima forma, cõtinuo haberẽ futurum ut materia deficeret exhausta p tot corporum reparationes: nec vnq̃ superadue̓titia materia instaurata. Nullum finem. Nullum limitẽ: terminũ: nullum obicem: ad quẽ sisterent res corruptę tanq̃ in primordium suum. Finem causam finalem intelligit: in quã concepta cuncta resoluuntur. Frangendis rebus. Rebus quæ franguntur. i. corrupunt. Iam corpora. Prima scilicet. Sensus est. nisi prima principia restaurentur per defectum & supplementum mistorum corporũ, quę in eo recidunt: ad hanc inertias deducta eẽt materia: vt supplere nõ posset corporibus debitum modum crescendi: redditaq; velut effœta deficeret: secũq; corpora composita: quæ ad perfectionem cessantibus principijs anniti non possent. Vsq;. In tantum. Reducta. Lego redacta, retracta. Aeuo frangente priore. Corrumpente illam materiam & paulatim ad nihilum redigente ætate pristina & superiori, quæ corpora secunda fregit, & semper in materiam suam redegit. Ex illis. Corporibus genitis mediante materia. A certo tempore. Per statas & decretas temporum mensuras. Conceptum. Nihil genitum a principijs. Summũ. Summæ & absolutæ perfectionis. Peruadere. Euadere, ascẽdere, emicare. Finem. Codices fideliores referunt florem: quam lectionem maxime probo. Florem expone absolutã crescẽdi pfectionẽ. Nam quiduis. Aliud argumentum comprobans omne qđ deficit in materiam primam redigi. omnia inquit facilius dissoluuntur, q̃ reficiantur: quapropter nisi in suam materiam quæq; reciderẽt longa tempora creationem sustulissent rebus peremptis non valentibus ad iteratam regenerationem reciprocare, cum deesset illis principium exhaustũ multa generatiõe, nec corruptione suffectũ. Videmus enim cinus quæq; dissolui q̃ refici. Diei. Temporis. Infinita ætas. Infinitum tempus pteritum. Si legis infinitæ iunge cum diei. Anteacti. Præteriti temporis. Fregisset. Corrupisset. Disturbans. Demoliẽs, destruens. Id. Demolitum, disturbatum agmen corporum. Reliquo. Futuro. At nunc. Sed cum nunc principia rerum certo fine corrũpi videantur adeo vt in materiam suam redeant res corruptæ, cũcta creata suum fastigium adipiscuntur. Frangendi. Corrũpendi. Reddita. Data, posita, pstita. Finis. Obex. Certa. Stata, decreta. Refici. Restaurari decidua materia. Et finita. Et cum videamus esse determinata tempora rebꝰ creandis. Finita iunge cum stare hoc textu. Cum videamus tempora finita stare generatim. i. generaliter omnibus rebus. Stare. Posita esse. positus est suus & status condictusq; rebus finis. Quibus. Rebus finitis in materiam primam recidẽtibus. Aeui. Adolescentiæ, perfectionis absolutæ. Florem. Cacumẽ, absolutionẽ, dignitatẽ perfectam. Huc accedit. Ad hanc rationem facit. probat poeta esse necessarium poni in rebus inanitatem: quoniã cũ principia sint solidissima, & ex principijs oĩa cõstẽt, cũcta q̃ gignerent sequẽtia naturã sui principij eẽnt solida, atq; simplicia: qđ euidẽtissime falsum est. Vt. Scribe vti pvt. Corpa prima. principia videlicet aliorũ corporum. Cum constant, solidissima. Cũ sint solidissima. Materiai. Materię. Omnia. Corpora mista, quæ gignuntur ex illis. Reddi. Fieri, gigni. Ordo. huc accedit vt cum constant corpora solidissima materiæ possunt tamẽ oĩa reddi mollia, q̃ fiunt aer & aqua, hoc est quæ creãtur & sumunt formam aeream, aquaticã, & terrenam. Quo pacto fiant? Scribe interrogatiue: quomodo fiunt mollia scilicet cum e solidissimis principiis oriuntur? Et qua vi. Qua potẽtia. Quæq; gerãtur. Lego geruntꝰ per interrogationẽ. Mirum est inquit poeta ex solido corpore genita, fieri corpora meatibꝰ plena. Interrogat quomodo hęc, quæ contradictionẽ inferre videntur, geruntur. Admistũ. Rñdet poeta huic rationi & obiectioni. Corpa mista genita ex primis corpibꝰ capiũt pticulã primorũ principiorũ, & illã circũfundũt tãq̃ molẽ poris ianitate repletis. Admista. n. est cũ rebꝰ cõpositis, q̃ nullę possunt eẽ nisi sit inane secũ cõplicitũ. Semel. Scribo simul. In rebꝰ. Cõpositis. At cõtra. Diceret qs fortasse liqda corpa ideo generari ex cõpositis: qm̃ sunt liqda & mollia rerũ principia: remouet hãc dubietatẽ poeta asserẽs nullo pacto posse mollia eẽ primordia rerũ qppe cũ creẽtur ex illis dura, ferrũ. s. & saxa, q̃ ex mollibus creari non possunt. Vñ. Qua origine. Validi. Duri. Silices, lapides duriores, ex qbꝰ fiũt igniaria. habẽt. n. venas a igne pscatẽtes: vñ Ouidiꝰ. Et tibi sunt silicũ circũ pcordia venę. Silicare silicibꝰ strare. silicerniũ senex qui silices cernit. Silicerniũ quoq; cœna feralis. Nõ poterit ratio reddi. Silicare. Silicerniũ.
Q₹ si pricipia mollia eẽnt ratio afferri nõ posset, quõ dura gignerent ex mollibꝰ. Fũditus. Penitꝰ, ex omĩ parte. Sẽsus est. Si mollia gignerent ex duris, & dura ex mollibꝰ oĩa naturę ppostera legibus irẽt. natura rerũ fundamẽtũ & finẽ pfectũ nõ haberet. Principio. Capite, principali causa. Prestãtia. valẽtia. Quorũ. Pricipiorũ. Sẽsus. principia prima simplicia sunt & solida: qua soliditate cõdẽsant mollia & cõcrescunt. Quæ aũt liquida sunt cõstãt qdẽ ex solidis pricipijs: sed plꝰ habẽt inanitatis q̃ dura. Cõciliatu. Cõciliatione, cõgregatione, dẽsitate. Cõdẽso. Spissescẽte. Arctari. Cogi inuicẽ, atq; dẽsari. Validas. duras, ad resistẽdũ prõptas. hęc. n. vires suas ostẽdũt. habẽt. n. multũ firmitudinis ad resistẽdũ, nec vt corpora rara & inania cedũt obuija corporibus. Porro. Pręterea vult nũc poeta declarare necesse fore: vt corpora fine quadã frangant, & corrũpãtur: qđ si verũ nõ eẽt: & si multa finita corrũpẽdis inesset: corpora secũda per formã cõpleta nũc etiam superessent. Sed cum finis aduenerit, q rebus est impositus, ceciderunt in corruptionem. Frangendis. Corrumpendis. Conciliatꝰ.
Reddita. Posita. Corporibus. Secundis & ex elementis conflatis. Tamen. In priscis exemplaribus scribitur tunc. Aetherno. Infinito. cũ finẽ non habeat, ppe ad æthernitatẽ accedẽte. Quæq; corpora. Omnia corpora composita ex corporibus primis. Superare. Superesse, superuiuere. De varia huius verbi significatione multa scripsimus in Plautinis cõmẽtarijs. Quæ. Corpora mista & cõposita. Clueant. Appareãt, sint. Tentata. Concussa, temerata. Periclo. Corruptione: vnde verbũ periculari pro pericitari. Periculari.

¶ At quoniam. Sed cum corpora ex elementis composita corruptelam recipiant non supersunt: sed statim
dentibus æui vitiantur. Natura. Proprietate. Fragili. Corruptiua. Discrepat. Cõtradictionem implicat:
aduersatur rationi. Sensus est. cum corrupti
bilia sint hæc corpora, contradicit illa æther-
nitatem habere. Plagis. Corruptionibus.
Vexata. turbata, agitata. Deniq;. Sed vt
tandem hoc finiam. Composita corpora cor
ruptionem recipiunt, incomposita minime.
Generatim. Generaliter, & omnibus com-
muniter: siue per singula genera. Genus est
animal. Homo, bos, leo, species. Differentia
rationale, mugile, rugile. Crescẽdi. Vt tãtũ
crescere possint & vigere quatenus ei conces
sum est. Rebus. Compositis. Elementa. n.
sunt ætherna. Vitamq; tenendi. Viuendi. ele
gantius tuendi leges. Est enim tueri vitã su-
peruiuere. Quid queant. Quid possint hęc
corpora secunda & quid non possint. Est eñ
illis iniũcta meta ac limes: quã eorũ opera trã
sire non possunt. Per fœdera. Per conueni-
entias, quas habent cum natura, quas transi-
re non possunt. Est metaphora deducta a fœ
deratis populis, qui certis conuentionibus si
mul arctantur, quas trãsire non possunt. Na
turai. Naturæ. Quid porro nequeãt. Quid
præterea nõ possint hæc corpora facere, quæ
hoc arctissimo fœdere cum natura tenentur
astricta, vt eius propositos fines transire nõ
possit. Extat. Est. Sancitum. Constitutũ:
determinatum: sicuti per Fœcialem sancit,
& consecratur ipsum fœdus. Commuta-
tur. Abit in nihilum quicq̃ creatum. Quin.
Affirmantis particula. Omnia. Creata. cor
pora elementata. Constant. Supersunt vt
auxilio extrario suppeditent gignendi vires
defessæ materiæ. Vsq; adeo. Ostendit corpo
ra prima mutationem non suscipere, & ponit
exemplum tale. Videmus aues diuersicolo-
res maculas plurimas distictas habẽtes: hæc
accidentia semper reseruata ostendunt cor-
pus materiæ qd inest huic subiecto esse im-
mutabile. Variæ. Varios colores habentes.
Propertius. Aut variam plumæ versicolo-
Variantia. ris auem. vnde variantia pro varietate dici-
tur. Vt. Sicuti. In ordinem. Eadem serua-
ta serie nunq̃ in eadem specie deficiente. Sub
intellige verbum videtur. hoc sensu: vt vide
tur, hoc est sicuti sensui apparet variæ volu-
cres oñdunt in corpore suo varias inesse ma
culas. Corpore inesse. Esse in corpore. Ge
nerales. Vniuersæ illi auium speciei contigen
tes. Debent. Ordo. nimirum esse aues sicu
ti habent maculas generales, & immutabiles
consentaneum est illas corpus habere immu
tabile. Argumentum a minori ad maius. Si
in corpore animalium sint accidẽtia alioqui
separabilia: ab illa specie non separantur:
quanto magis debent corpora secunda ha-
bere in se fixa, quæ cum sint de proprietate
subiecti verisimile est mutari non posse. Sed
melius interpretabens poetam velle assere-
re æthernum & immutabile principium hoc
exemplo: q; cum aues habent accidentia in-
separabilia signum est prouenire a principi-
is immutabilibus. Reuicta. Corrupta. Si
dicis, inquit poeta, pricipia rerũ posse cõmu
tari, nulla pars naturæ seriẽ & ordinem suum

At quoniam fragili natura prędita constãt:
Discrepat æthernũ tempus potuisse manere
Innumerabilibus plagis vexata per æuum.
Deniq; iam quoniam generatim reddita finis
Crescendi rebus constat: vitamq; tenendi:
Et quid quæq; queant per fœdera naturai:
Quid porro nequeãt: sancitũ q̃quidẽ extat:
Nec commutatur quicq̃: quin omnia constãt:
Vsq; adeo variæ volucres vt in ordine cunctæ
Ostendũt maculas generales corpore inesse:
Immutabile materiæ quoq; corpus habere
Debent nimirum. Nam si primordia rerum
Commutari aliqua possent ratione reuicta:
Incertum quoq; iam cõstet quid possit oriri:
Quid nequeat: finita potestas deniq; cuiq;
Quanam sit ratiõe: atq; alte terminus hęrẽs:
Nec toties posset generatim secla referre
Naturam: motus: victum: moresq; parẽtum.
Tũ porro quoniã est extremũ quodq; cacumen
Corporis illius: quod nostri cernere sensus
Iam nequeũt: id nimirum sine partibus extat:
Et minima constat natura: nec fuit vnq̃
Per se concretum: neq; posthac esse valebit.
Alternis quoniam sunt ipsum primaq; & ima.
Inde aliæ: atq; alię similes ex ordine partes:
Augmine condenso naturã corporis explent:
Quę quoniã per se nequeũt cõstare: necesse est
Hærere: vnde queant nulla ratione reuelli.
Sunt igitur solida primordia simplicitate:
Quę minimis stipata cohęrent partib9 arcte:
Non ex vllorum conuentu conciliata:
Sed magis ętherna pollentia simplicitate:
Vnde neq; auelli quicq̃: nec diminui iam
Concedit natura reseruans semina rebus.
Præterea nisi erit minimũ: paruissima quæq;

Corpora constabūt ex partibus infinitis.
Quippe vbi dimidię partis p̄s semp̄ habebit
Dimidiam partem:nec res pręfiniet vlla.

tenebit:& incertū erit quid posset oriri. Iā
cōstet incertū. Quid neq̄at.Oriri,subintel
lige. Finita potestas.Concludit esse q̄dam
fœdera seu limites:quos rer̄ natura transire
nōpotest aut corpora creata.Vtitur epilogo.
repetit quæ superius dixerat finē quendā eē
rebus impositum:quē prętergredi res genitę
nō possunt. Quanā sit ratione. Finita potestas quo pacto sit rebus,satis ex superioribus constat. Alte.
Penit⁹,imitus,radicitus,hoc est in proprietate rer̄ fixus est quidā terminus,quē genitę res transire nō possūt.
Nec toties posset.Subintellige quodq̄ creatū. Generatim.Per singula genera. Secla.Seq̄las p̄prietatis
q̄ sic inhæreat materiæ vt inde reuelli nō possit.A sequēdo deriuat̄ secla.Alibi poeta secla gregem vocat nu
merosamq̄ multitudinē. Referre.Rep̄sentare. Motus.Gesticulationes referūt filij quæ sunt in parētibus.
Causa est q̄ sicuti aues colorē in pēnis eundē referunt.similiter mores parentū filij rep̄sentant.q̄m natura pri- Filij parētū mores rep̄sentant.
mi principij est immobilis.cū idē sit ipsum in filio:qđ fuit in patre:neq̄ mutari q̄at:necessariū est igit̄ eadē ge-
nitiua signa inesse filio:quæ inerant patri. De similitudine Plinius hęc graphice cōscribit libro septimo natu- De similitu dine.
ralis historiæ. Similitudinū quidē in mente reputatio est:& in qua credant̄ multa fortuita pollere,visus,audi-
t⁹,memoriaq̄,haustæ imagines sub ipso conceptu.Cogitatio etiam vtriuslibet animo subito trāsuolans ef-
fingere similitudinē aut miscere existimatur.Ideoq̄ plures in homine q̄ in cæteris omnib⁹ animalibus diffe-
rentiæ.quoniam velocitas cogitationum animiq̄ celeritas,& ingenij varietas multiformes notas imprimit.
cum ceteris animantibus immobiles sint animi:& similes omnibus singulisq̄ in suo cuiq̄ genere. Hęc Secū
dus. Aristoteles vero libro de generatione animalium secūdo de similitudinibus & earum causis enixissime
disputat opiniones priscorum confutans:qui hoc ascribebāt semini ex toto corpore defluenti. Victū.Viuē
di morē amplificū vel sordidū. Tū porro.Principia ostendit esse ęthernа & simplicia.quoniam cum omnia
composita sint ex primis principijs:nec tamē hęc corpora mista:illa ipsa prima principia a sensib⁹ corporeis
discerni possunt:habeo hoc p̄dua esse maxima simplicitate:qua fit vt sensus nostros effugiant. Et notandū
est hic poetā arguere velle simplicitatē pricipiorum ex hoc argumēto q̄ videri neq̄unt. Supius affatim a no-
bis euētilatū fuit corporū duplicē eē differentiā.aut eīm simplicia sunt aut cōposita. Simplicia sunt q̄ nullis ele
mentatis corporibus spissescūt:vt elemēta:atomi:& initialis materia.Composita sunt:quæ primis corpibus
& inani cōflantur:quibus euidētissime patet principia rerum omni labe & corruptione carere:cū intra se nihil
habeant:qđ corrumpi alterari ve possit:nec a vi possunt exteriore collidi:quoniam fractura fieri non potest
absq̄ densatione:quæ vacuum admittit.Cum ergo vacuo careant originalia corpora:quo mediante fit sepa
ratio atq̄ corruptio:illa superest vt scindi non possint:quod argumentis euidentibus dubio procul appare-
bit. Quodq̄.Creatum corpus. Cacumen.Principij tenuis apex & particula. Extremum.Supre-
mum.recurre ad principale verbum:quod est positum in eo versu. Sunt igitur solida primordia simplicitate.
Corporis illius.Illius primi principij.hic est ordo. Sunt igitur solida primordia simplicitate.quoniam est
extremum quodq̄ cacumen & reliqua. Nostri sensus.Oculi scilicet & tactus. Quod.cacumen & tenui
tatem. Id.Cacumen:illud tenue principium. Nimirum.Manifeste. Sine partibus extat.Non potest
diuidi in partes.Scribit primū principium non habere quātitatē nec latitudinē vt diuisionem patiatur cū tñ
corpus sit. Minima natura.Indiuidua p̄prietate,tenui & subtilissima. Per se concretū.Hoc corp⁹ nunq̄ quā
titatiuum fuit:& substātiis cum forma & accidēte coactum. Neq̄ posthac.Neq̄ in futurum erit concretum.
Alternis.Inuicem. Sensus est:corpus hoc principij primi non est mistum aut cōpositum:sed in singulas
corporis partes distentum atq̄ porrectū:ei cohærent cæterę partes:quæ naturam explēt corporis,hoc est fun
gunt̄ officio corporeo. Sunt ipsum.Corpus primum.Dicuntur cæteræ partes esse corpus primum:quoni
am per id habent originem suam. Prima.Primæ corporis partes. Ima.Vltimę corporis partes. Inde.
Post primas & extremas cæteræ partes sunt idem corpus. Augmine condenso.Augmēto corporis concre
to & coacto concurrentibus simul partibus mediante principio essentiam corpori genito præstante.Exem-
pli gratia.coagulo massa lactis cogitur:quæ prius erat dissipata:cū coagulum coarctauerit & conuocauerit p
tes lactis simul fit vnū corpus:non tamen coagulum est caseus:etsi caseum coegerit:explicatūq̄ sit per totū
caseum.Similiter principiū cogit oēs p̄tes corporis:& est p totū corpus cōpositū:non tamē recte potes asse-
rere ipsum eē cōpositū corpus. Explent.Cōplēt eæ partes cōcurrētes corp⁹:sed tamē ipsę corpus primū vti
q̄ non sunt. Quæ quoniam.Sed quoniam eæ partes sine principio veluti lac sine coagulo dissiparentur:&
non hærerent:addita est prima materia:quæ tenaci vinculo discreta coerceret & arctaret. Constare.Con-
iuncta esse. Hærere.Copulari simul per primū principium. Vnde.A quo principio primo. Reuelli.Ex-
tirpari. Sunt igit̄.Epilogat vtens repetitione principia demōstrans esse simplicia:quę iuncta sunt minimis
partibus. Simplicitate.tenuitate. Solida.Inanitate vacante. Stipata.Copulata. Minimis.Tenuib⁹ p-
tibus.habent inquit principia tenuissimas particulas:quibus adhærescunt mistis corporibus. Conciliata.
Congregata.hęc prima principia partes habēt:sed illę nō sunt congregatæ materiæ:vt videmus corporibus
esse. Vllorum.Corporum. Conuentu.Concretione. Pollentia.Prædita. Aetherna.Nullā suscipiente Conuentus
corruptionem.quoniam de quantitate non participant:quæ corrumpi potest.Contrarium asserit Aristoteles
elementa scilicet esse corruptibilia & quantitatiua. Vnde.a quo principio. Sensus est.principium non corrū
pitur cum rebus corruptibilibus hæreat:quæ corruptæ non penitus materiā deserunt.sed in eam recidūt præ
bentia creandis rebus semina:& exhaustam materiam noua materia reficientia. Quidq̄.Creatum. Con-
cedit.Permittit. Semina.Secunda corpora genita:quæ adiuuant prima refusa materia sua,quam accepe-
runt. Rebus.Gignundis. Præterea.Corpora prima constare ex minutissimis partibus multa manifestāt:
in primis si contrarium sentires sequeretur hoc vt essent in corpore partes infinitæ.Cum enim partes innume
ræ corporum sint:nec corpus dissecetur in tam minutissimam particulam quin in minutiorem resolui possit:
iremus diuidendo in infinitum:nisi liceret deuenire ad primum principium:qđ tenuitate sua sectionem non

Paruissima patit. Nisi erit minimū. Nisi cōcedim⁹ primum principiū esse omnium rerū tenuissimum. Paruissima. Oia exiguissima corpora partes infinitas habebunt nisi sint infinita corpora. Infinitis. Quæ minutiem infinitā recipiāt. Sentit idē Aristoteles corpora cōcreta esse diuisibilia in infinitum. Quippe. Reddit hoc exēplum corpora secūda eē in infinitum sectilia. Ponamus inquit corp⁹ dimidiatim scindi: corp⁹ illud in duas partes scissum diuidi potest i alias duas partes & ita in infinitū. Pars. Altera dimidiatim secti corporis. Dicit pars habere partē dimidiæ partis cū corpus in duas partes secat: & ps vna ex illis duabus remanet: quæ iterū ptē habet vnā in duas & ipsa partes dissecari potest. Res. Nullus terminus finire poterit hāc sectionem corporum.

Ergo rerum inter summā: minimāq; qd esset
Nil erit vt distet. Nam q̄uis funditus omnis
Summa sit infinita: tamen paruissima q̄ sunt
Ex infinitis constabunt partibus æque.
Qd̄ quoniā ratio reclamat vera: negatq;
Credere posse aīm: victus fateare necessest
Esse ea: quæ nullis iam prædita partib⁹ extēt:
Et minima constent natura: quæ quoniā sunt:
Illa quoq; esse tibi solida: atq; ętherna fatēdū.
Deniq; si minimas in partes cuncta resolui
Cogere consuesset rerum natura creatrix:
Iam nihil ex illis eadem reparare valeret.
Propterea quia quæ nullis sūt partib⁹ aucta:
Non possunt ea: quæ debet genitalis habere
Materies: varios connexus: pondera: plagas:
Cōcursus: motus: per quas res quæq; gerūt.
Quapropter qui materiem rerū esse putarūt
Ignem: atq; ex igni summam consistere solo:
Magnopere a vera lapsi ratione videntur:
Heraclitus init quorum dux prælia primus
Clarius obscurās linguā magis inter inaneis:
Q̄z de graiis qui inter graios vera requirunt.
Omnia enim stolidi magis admirātur: amātq;
Inuersis quæ sub verbis latitantia cernūt:
Veraq; constituunt: q̄ belle tāgere possunt
Aures: & lepido quę sunt fucata sonore.

Ergo rerum. Sēsus est. necesse est poni minimum corpus, & id est primum pricipium: quoniam si secus sentis sequitur vt nulla corpora vel maxima maiora sint minimis: qd̄ probatur quando corpora paruissima possint ea infinitate partium diuidi in infinitum ac corpora prima: qd̄ cū rationi repugnet necesse est fatearis esse corpora simplicia: quæ nullas partes habeant. Ordo codicis. nil erit vt distet inter summam rerum & quod esset minimū. i. nulla esset differentia inter res summas & minimas. Nil erit. Nullum corpus erit. Vt distet. Quomodo distare possit. Rerū inter summam. Inter summam rem. Minimamq; quid esset. Scribo minimum q; qd̄ esset. hoc est inter rem minimam. Nā quis. Si corpora sunt infinita magna corpora diuidentur in particulas infinitas: & similiter parua corpora habebunt eandem infinitiem. Omnis summa. Omne maximum corpus. Paruissima quæ sunt. Corpora quæ erunt infinita habebunt eandem minutiem. Aeque. Perinde ac prima corpora. Quod. Cum infinitati cum ratio refragetur: asserere oportet esse corpora minutissima: quæ sunt prima principia. Reclamat Repugnat. Negat. Penitus impossibile ostendit. Animum. Humanam mētem. hæc enim mentem humanam excedunt: sed

Corporum infinita diuisio. Aristoteles corporum infinitam diuisionē ponit. Aliqua prisca exemplaria victum habent. animi victus pro victus animo consueto poetæ loquēdi more. victus superatus argumentis veræ philosophiæ. Esse ea. Principia esse illa quæ partes non habeant: & in partes diuidi nequeant. Nullis. Quæ nullas partes in quas secentur habeant. Minima natura. Proprietate insectili, hoc est sectionem non recipiente. Quę quoniam sunt. Hoc est cum hæc principia sint talia vt in nullas partes diuidi possint. Fatendum tibi. confitendum est a te. Illa esse solida. Illa corpora prima pricipia esse prædita solida simplicitate. Deniq;. Ostendit alio euidenti exemplo corpora nulla dari minimas diuisa p partes. quoniam natura ex illis nihil reficere posset: cum in minutias particulas essent dissoluta. Diximus nāq; corruptis mixtis adiuuari naturam ad noua reparanda: non posset igitur materia ab his particulosis corporibus adiutari. Cuncta Corpora composita. ordo. deniq; si natura creatrix consueuisset cogere cuncta resolui in minimas partes, eadē valeret nihil reparare ex illis. Consuesset. Cōsueuisset. Eadē. Natura creatrix. Ex illis. Corporibus particulosis. Propterea. Rationē affert cur si corpora secunda in multas partes essent diuisibilia, nō possent ex minutissimis illis corporibus naturā vnū solidū corpus aut cōcretū efficere. qm̄ necesse est vt id habeat pōdera, motus, varias alterationes: q̄ corpori ptculoso accidere nō possunt. hic deest carmē inserēdū post eū versū Concursus, motus & reliqua. Cogere, & ex illis eadem reparare valere. Series hæc. Illa quæ sunt aucta nullis partibus nō possūt ea cogere: quę debet genitalis habere materies: videlicet varios cōnexus, pōdera, plagas. Nullis partibus aucta. Quæ nullis quantitatiuis concreta sunt. Nō possunt cogere. Nō possunt congregare. Ea. Illas pprietates. Debet habere. Necesse est vt habeat. Materies genitalis. Materia generatiua.

Materies genitalis. appellat materiā genitiuā materiā originalē & primariam: vel corpora prima: ex quibus secundaria necesse est cōnexus habeāt, pōdera, plagas, cōcursus, motus, quæ particulosis corporibus nō contingerēt. Varios cō-

nexus. Varia ligamēta mēbrorū et artuū. Plagas. Alterationes recentiores philosophi vocant et dissidia. Concursus. Qualitates numeris suis cōcordes. Iuxta illud. Et discors concordia foetibus apta est. quidā pulsus corporis intelligunt. Motus. Calorē: frigus: qualitatum discordiam: animi mutationē: quæ corporibus animatis contingere solent. siue motus quo moueri possint: & omnes illas mutationes: quæ fiunt in motu.

Per quas. Res & proprietates. Quæque. Omnia corpora cōposita. Cogere. In vnum corpus congregare. Ex illis. Compositis corporibus particulis plenis. Eadem. Alia corpora similia. Valere. Posse. Reparare. Reficere. hæc enim corpora ex minutissimis cōstantia corporibus cū sint penitus dissoluta congregare partes aliquas nequeūt: quibus noua corpora restaurent. Quapropter. Cum tractatum sit copiosissime principia prima esse rethera: indiuisibilia: immobilia: quę tamen corpora cogunt habētia varios connexus: pondera: concursus: motus: per quas res quæque gerūtur: illi maxime falluntur: qui principiū rerū omnium ignem esse putarunt: cuius opinionis & princeps & auctor habetur Heraclitus: sed fallitur: quod euidentissimis rationibus demōstrabitur. Quod autem Heraclitus ignem crediderit esse principium rerum docet Macrobius & omnes eruditi. hic est ille Heraclitus: qui tenebris quibusdam sensus suos diligenter inuoluit: qui propter obscuritatē desertus est: ob quam caliginem σκότεινος, hoc est tenebricosus est dictus a græcia: de quo Hieronymus primo contra Iouinianum. Heraclitum quoque cognomento σκότεινον sudantes philosophi vix intelligunt. Extat elegantissimum poema græcū: quo lector admonetur volumina Heracliti ne temere attrectet. quoniam primo obtutu offundent sese ei caligo et tenebræ. verum deinceps cum sensū peperit inueniet lumen sole splendidius. Graecanicos subscripsi versus. Ignis principiū rerū. Heraclitus Scotinos.

μὴ ταχὺς ἡρακλείτου ἐπ' ὀμφαλὸν εἵλυε βίβλον τοῦ φεσίου. μάλα τοι δύσβατος ἀτραπιτός.
ὄρφνη καὶ σκότος ἐστὶν ἀλάμπετον. ἢν δέ σε μύστης εἰσαγάγῃ φανεροῦ λαμπρότερ' ἠελίου.

Hic est ille Heraclitus: quem Plato in Cratylo asserit censuisse cuncta fluere semper: nihilque consistere: vnde fortassis manauit illud eiusdē Platonis sexto de republica. Multo magis quam sol Heraclitius extingūtur. Adde quod ait Symmachus in epistolis: Heraclitū physicum summā laudis arbitratū esse vni placere. Innuit quoque Cicero libro tertio de natura deorū ignē esse principiū sic. Sed omnia vestri Balbe solent ad igneam vim referre, Heraclitū vt opinor sequētes: quē ipsum nō omnes interpretantur vno modo: qui quoniam id diceret intelligi noluit, omittamus. Lapsi sunt a vera ratione. Errauerūt a via militari: per calles & semitas Heracliti fallaces & laciniosas. Ignem materiā. Ignem esse principium rerū. Summam. Omnē vniuersi machinam. Solo igni. Non cōcurrētibus ad generationē cęteris elemētis. Quorū primus. Inter quos primus censetur Heraclitus: cū quo veluti cū valētiore cōgredior. quoniā vt dici solet nulla est gloria preterire asellos. Sol heraclitius. Loc' Platonis. Sūma laus vni placere

Init prelia. Ingreditur certamen hoc philosophicum. Heraclitus vero producta media docte scitoque Lucretius protulit. sic enī grece scribit ἡράκλειτος. Clarus obscurans linguam. Corrige ex emendatis exemplaribus. Clarus ob obscuram linguam. Taxat Heraclitum poeta: qui vsus sit obscuritate in traditionibus philosophiæ vt eum sudantes philosophi vix intelligant, cum in percipiēdo dulcedo quædā lympidissima lucidissimaque proponi debeat ne difficillimam materiam difficillimis verbis operiri potius quam aperire videamur. Sed quibusdam, inquit Lucretius, placet hic talis Heraclitus, qui pellecti lenociniis compte modulateque cadētis orationis vtilitatem sonis dulcibus anteponūt. Clarum expone nobilem, famigeratumque. Inter inanes. Inter illos qui verborum rhythmos inanes & fuco redūdātes thorosæ, & masculæ veritati preponūt: tanquam philosophi cultus & oratoris sit diuersus. in quā sentētiam prolatum id catholicon a Mālio astronomico. Ornari res ipsa negat contēta doceri. Quintilianus tamen libro primo non probat artes: quæ nuda præcepta tradunt cuius nō minus docta quam moralia verba subscripsi. Nam plerūque nudæ illæ artes nimia subtilitatis affectatione frāgūt atque cōcidūt quicquid est in oratione generosius, & oēm succū ingenii bibūt, & ossa detegūt: quæ vt esse & adstringi neruis suis debent, sic corpore operienda sunt. Quod de graiis qui inter graios. Hæc eradenda sunt & in eorū vicē ista substituenda. Quod grauior graios inter, qui vera requirunt. Sensus est. hic Heraclitus qui credidit se aliquid esse dum tenebris lucem inuolueret: hoc est philosophiam obscuritati: plus auctoritatis habet in coetu illorum, qui sunt inanes, & philosophicæ frugis ignari, quam retulerit gratiam nouitatis inter illos, quorum finis est veritatem inquirere. Quod grauior. Ordo Heraclitus est clarior inter inanes, quam sit grauior inter illos, qui nudam veritatem indigant. Graios inter. Inter græcos virtutis indagatores. Veritas thorosa.

Omnia enī stolidi magis admirantur: amātque:
Inuersis quę sub verbis latitantia cernunt:
Veraque cōstituūt: quæ belle tangere possunt
Aures: & lepido quæ sunt fucata sonore.
Nam cur tam variæ res possent eē: requiro:
Ex vero si sunt igni: puroque creatę:
Nil prodesset enim calidum dēserier ignem:
Nec rarefieri: si partes ignis: eandem
Naturā: quā totus habet sup ignis haberent.
Acrior ardor enim cōiunctis partibus esset:
Languidor porro disiectis: seque paratis.

¶ Omnia enim stolidi. Subiungit postmodo Lucretius moralem sententiam non esse mirum si inter inanes Heraclitus aliquod nomen reportauerit: quippe cum leues & stolidi plus ea mirentur, quam tectoriia eloquētię pigmētatis latitant, etsi nugatoria sint, quam quæ natiuo colore florescūt. Amantque. Subintellige magis. Inuersis verbis. Immutatis a proprio significatu ad metaphoricum & ascitū. Inuersa verba dicuntur, quæ tracta sunt a proprio naturalique significatu ad similitudinem aut obscuritatem. Latitātia. Sub fucis tenebrisque latētia: vt elici nō possit ex his sensus. Inuersa verba.

Vera cōstituūt. Proponūt illa esse vera futiles & inanes philosophastri, quæ ad cultū attinēt non ad veritatem. Belle. Eloquēter, gnaliter, amoene. Hic est ordo. Leues philosophi existimāt illa verba fucata esse vera, quæ possunt belle tangere aures, hoc est captare modulatione sua interiora animi, & mētē de

Amplius hoc fieri nihil est: quo posse rearis
Talibus in causis: nec dum variantia rerum
Tanta queat densis: rarisq; ex ignibus esse.
Id quoq; si faciant admistum rebus inane
Denseri poterunt ignes: rariq; relinqui.
Sed quia multa sibi cernant cõtraria inesse:
Et fugiant in rebus inane relinquere purum:
Ardua dum metuunt: amittunt vera viai:
Nec rursum cernunt exempto rebus inani
Omnia denseri: fieriq; ex omnibus vnum
Corpus: nil ab se quod possit mittere raptim:
Aestifer ignis vti lumen iacit: atq; vaporem:
Vt videas non e stipatis partibus esse.

mulcere: iuxta illud Persianũ. Tremulo scal-
Bellum. punt vbi intima versu. Bellũ festiuũ & elegãs
Belliores. dicim⁹. Varro. Greci belliores q̃ Romani no-
stri. Catull⁹. Nec qui cum bella puella cubet.
Tibullus. Nõ tibi sed iuueni cuidã vult bella
Bellatula. videri. Bellatula in eodẽ significatu dictum a
Fucus. Plauto. Fucata. Colorata. Fuc⁹ dicitur om-
nis adulterinus color nõ natiuus: vnde fuca-
re faciẽ interpollare, immutare & adulterare.
Seruij error. Fuc⁹ quoq; herba auctore Seruio: qua tingũ-
tur vestes: adducto ijs Maronis. Lana, nec as-
syrio mutabit vellera fuco. potius fucũ apud
Virgiliũ p succo aduentitioq; colore natiuũ
mutãte intelligerẽ. quare apud eundẽ poetã
libro georgicon secundo. Alba nec assyrio
fucatur lana veneno. ad multa transfertur fu-
cus, etiam ad muliebris faciei medicamina.
Plautus. Vitia corporis fuco occulũt. vñ na-
tũ verbum fucare p adulterare & interpolla-
Phalerare. re. Ambrosius in expositione Lucę. Plebem
Fucare. dominus simplicem requisiuit, quæ phalera-
Fucile. re audita & fucare nesciret. & est fucus species
maioris apis: sed degeneris. Fucile auctore
Põpeio dicit̃ adulterinũ. Nec te moueat ad-
Virgili⁹ dicẽdũ non Vergilius. miratio q̃ Virgilium scripsi nõ Vergilium.
Suadet immo persuadet mihi Tyberij Donati non triuialis eruditionis auctoritas quia virga deflectit. Prae-
terea Stephanus in libro de vrbibus & Christodorus poeta Thebanus, qui simulachro Virgilij hæc inscripta
Christodori laus in Virgilium. carmia fuisse docet. καὶ φίλος αὐσονίοις λιγύθροος ἔπρεπε κύκνος πνείων εὐεπίης βιργίλλιος. ὅν ποτε
ῥώμης θυμβρηὶς ἄλλον ὅμηρον ἀνέτρεφε πάτριος ἠχώ. pro tempore latina sic fecimus. Gratus & auso-
nijs cycnus spirabat ab ore Susurloquo lepidum nectar Virgilius: quem Roma nouum exultans sibi quem
nutriuit Homerum. Nec refert si in vetusto marmore vidit Angelus Vergilium per e literam. Id fortassis
Marmoribus nõ semp credẽdũ. ad alium refertur, q̃ ad hunc poetam. cætera argumenta sunt friuola: nec sanæ mentis est qui mauult morti-
cinis marmorariorum cælis q̃ viuentibus eruditorũ stilis credere. Non ibo inficias marmora p vetusta me
hyantem ducere: sed q̃ scriptorum emũctorum lucernã olent. Lapidei est hominis ne dicam homoncionis la-
Bap. Mãtuani laus. pidibus oĩbus credere. Nec me preterit ante hunc poetam fuisse qui Vergilius diceret: sed ille fortassis a Vergi-
lijs Vergilius: hic ab augurio Virgæ Virgilius. Mecum sentit Baptista Mantuanus Carmelitani dogmatis nõ
minus q̃ poeticæ theologieq; columen: qui tuba epica & heroica Maronẽ penitus excribit: cui nedum Man-
tua sed nec orbis speret simile aut secundũ. Sed vt ad ꝓpositum repedemus, Priscian⁹ quoq; libro quarto tra-
dit a Virgula Virgiliũ dici. Verũ quid plurib⁹ immoramur? In statua Claudiani in foro Traiani reperta sic scri-
ptum est. Εἰν ἑνὶ βιργιλίοιο νόον καὶ μοῦσαν Ὁμήρου κλαυδιανὸν ῥώμη καὶ βασιλῆς ἔθεσαν. i. in vno Virgi-
lij mentem, & musam Homeri Claudianum Roma & reges posuerũt. vbi Virgilij per .i. scribitur nõ Virgilij.
Addamus & hoc Alexandrũ imperatorẽ Romanũ Virgilium poetarũ Platonẽ dictitare solitum. Fuit & pre-
torius vir nomine Vergilius: de quo meminit Hircius in belli Africani cõmẽtarijs. vnde putamus hoc nõ ob-
stare quin alij Virgilij per .i. alij per .e. Vergilij dicerentur respectu diuerso: isti scilicet a vere: illi a viro vel a virga
nisi, qđ pro rato duco, in commentarijs mendum sit: quoniam ibidem paulopost Virgilius scribitur nõ Vergi-
lius. fuit & Virgilius consul: de quo Cicero libro epistolarum familiarium secundo meminit: & de amico suo
Caio Virgilio in oratione pro Plancio. Apud Varronem libro tertio de lingua latina citatur Virgilij cõmẽta-
rius: vbi Virgilium nomẽ scriptoris ante Maronẽ conijcimus. Tacitus libro diariorum decimo & septimo de
quodam Atilio Virgilione meminit. Sonore. Rhythmo, lepore, modulo, sonitu, phthõgo. Lepido. A-
moeno, lepiditate ac venustate prædito. Nam cur. Prima ratio Lucretij qua labefactare conatur causã He-
racliti est hæc. Si per te heraclite omnia creata sunt ex igne elemento: peto de te quo pacto ex elemento solo
ignis creari possint corpora: in quibus sit aqua, terra, & aer. quoniam tenuis & elementaris ignis nec calorem
nec humorem simul amittit vnde creantur oĩa: nec est frigidus aut humidus: nõ igitur cõdẽsatio rarefactio ve
est in causa vnde humida nascãtur ac frigida. Variæ res. Multiplicia & multigña creata. petit quo pacto pos-
sint esse tã diuersa corpora cum ex vna re fiant. Sequeretur enim vt vnius modi corpora creata essent si ex so-
lo igne crearentur. Vero. Elemento. Ignis enim quem videmus non est verus ignis: sed naturam elemẽti re-
fert vt auctor est Apuleius noster. Ille vero est purus ignis q̃ est in cõcauo orbis lunę: cui⁹ natura est vt igniat
non vt vrat vt Scoti dogmatistæ credũt. Puro. Simplici. hic noster ignis non defęcatus est: non depuratus
verũ quãdã cõmistionẽ habet cõpositã ex terrenis elemẽtis: ex q̃bus alimentũ trahit. Nil ꝓdesset eñ. Respõ-
det obiectiõi Heracliti dicẽtis oĩa ex igne creari: vt cũ dicit Lucretius nõ posse ex puro igni corpora hñtia põ-
dera, motus, neruos creari: respondet Hearclitus ignẽ puram habere vim eandẽ: quã habet cũ dẽsatur & cogi-
tur. Ob hoc mouebitur Lucretius dicẽs. Si purus ignis habet eandem vim: quã habet densatũ: frustatorium
est igit̃ cũ rarefit & cũ dẽsatur: si p te Heraclite pars ignis eandem vim possidet: quã totus ignis habet. Cęterũ
cum oculata fide cernamus contrarium accidere. quoniam videlicet totus ignis aut ingens plus valoris ha-
Denseo. bet q̃ singulę partes eius: est ergo explodenda Heracliti opinio. Denserier. Densari, cogi, conspissari. Anti-
qui dicebant denseo denses: nos denso densas. Propterea non desunt antiquitatis pensitatores grammati-
ci: qui sic legant apud Maronem libro primo georgicon. Denset erant quæ rara modo: & quæ densa relaxat.

Rarefieri. Rarus fieri:& minime densus & coactus. Super ignis. Corrige ex priscis exemplaribus. suus ignis,hoc est in se coactus & stipatus. Sunt qui legunt separ pro separatus. Syllabę mensus ne annuam facit Acrior. Vehementior. Sensus est.cum contrarium videas fide manifestaria ignem in se coactum plus intēsas vires habere:concedere debes qđ quæro. Esset. Scribendum esse:subintelligevidemus:par est credere cum videamus maiorem esse partibus ardorem ignis concretis:q̄ separatis:immo necesse est cōcedas qđ peto. Languidior. Debilior,minor. Disiectis. In diuersum iactis,hoc est disgregatis. Seqȝparatis. q; coniunctio interposita est gratia metri. In codicibus manu scriptis legiť. disq; sipatis, hoc est dissipatis & diuisis.

Ampli⁹. Præterea. nō oportet:inqt poeta:credas posse nasci tātā varietatē ex hac vnica & vnimoda causa: qm̄ ad gñationē rerȝ diuersarū cōcurrūt causę diuersę. Nihil est quo rearis posse. Nulla caosa ē qua fult⁹ credere possis hoc sic accidere posse. Sermo Plautin⁹. Nihil est qđ credas:hoc ē credere nō debes. Hoc fieri. Hāc rerū multimodā ex vno puro pricipio cōflari ꝑgenie. Talib⁹ in causis. Ex ītib⁹ talib⁹ causis, hoc ē igne: pluralis ꝑ singl'ari. Necdū. Nec etiā dū. parelcō est. i. supuacuō, dū. Variāna. Varietas: dictio Lucretio frequēs. Vox hæc priç inflexiōis est. Dēsis rarisq;. Qui mō dēsari possunt & rarefieri. Id quoq;. Si sectatores opiniōis Heracliti cōprobarēt eē i reb⁹ inane: possent qdē ignes dēsari & rarefieri: verȝ cū eāt inficias asseuerēntq; nullā eē i reb⁹ inanitatē: nō pōt, vt ex verbis eorū colligiť, ignis dēsari & rarefieri: nec sine inani pōt fieri delatio. Nāvt in superioribus affatim discussū est mot⁹ exerceri sine vacuo nō pōt: quo inani scilicet nō cōcesso rerū materies eēt quędā, vt ita dixerim, bruta, surda, & indigesta moles: & in semetipa duriter iplexa nullū emitteret simulacrū qđ sensus nostros ꝑcellere posset. Sentit eñ Lucretius vt libro quarto differeť: continēter a rebus simulacra fluitare. Si faciant. Concedant. Id. Hoc qđ sequiť. Denseri. Densari, cogi. Si inane erit ignes densari poterunt quoniam inanitas ignibus inclusa corpori cedet. Sed cū negēt esse inanitatem: corpus densari non potest: quoniam ꝑtes angustari in se non possunt: cum in eis nulla sit inanitas cedēs ꝑtibus: quæ se cogere volūt. Rari relinqui. Rarefieri. Sed quia. Sensus: verȝ cum Heracliti dogmatici videāt sibi, si modo cōcedāt inane, ingruere plurima concedēda: quæ sunt ꝑter fidem philosophicā: ꝑpterea dū fugiunt difficultatē respōdēdi ijs: quæ contra Empedoclem inanitatis auctorem sunt: amittūt veram viā. Cōtraria. Vidēt sibi aduersari multa: q̄ ipsi credūt eē dogmati suo cōtraria. Et fugiāt. Et cū Heracliti cōsectanei terga vertāt. Relinq̄re. Ponere. Purū. Nō mistū corpore vacās. epitheton inanis. Ardua. Edita, difficilia. Ouidius. Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt. Vera viai. Veram viā: q̄ reb⁹ cōcedit inesse vacuō. Nec rursum. Nec ij philosophi viderūt eximentes rebus inane oia densari & cogi: nullāq; ꝑrorsum esse raritatem in rebus. Exemptum inane. Scribe exempto inani. Si eximatur inane & de medio tollatur. Nil ab se. Ex corpore suo. Si nō esset inane corpora essent coacta: si cōstipata essent: torpentia essent: & consequēter moueri nō possent: & facere aliquid exterius: qđ manifeste falsum est. Raptim. Celeriter, celeri motu agitabile. Aestifer ignis. Calidus æstum afferens. Vt videas. Propter quā causam cognoscere possis. Stipatis. Coactis, concretis.

Qȝ si forte vlla credunt ratione potesse
Igneis in cœtus stringi: massarcq; corpus:
Scilicet ex vna facere id si parte pararēt:
Occidet ad nihilum nimirum funditus ardor
Omnis: & ex nihilo fient quæcunq; creantur.
Nam quodcunq; suis mutatum finibus exit:
Continuo hoc mors est illius: quod fuit ante.
Proinde aliqđ supare necesse ē incolume ollis
Ne tibi res redeāt ad nilum funditus omnes:
De nihiloq; renata virescat copia rerum.

¶ Qȝ si forte vlla. Alia ratio ꝓbās ignē nō eē principiū rerū: qm̄ si ita esset necessariū foret corpus ignis cogereť. Sed cū id naturę & proprietati ignis obstet: q rarus est: igitur nō potest ignis eē causa rerȝ oim. Nā q dicit ignē in cōdensatiōe ꝓpriā naturā remittere statim se qtur id manifeste falsum: principia videlicet ꝑniciei subesse: q;q̄ suos fines egrediunť subito corrūpunť. Potesse. Posse, vox plautina & priscorum. In cœtus stringi. Simul cōgregari cœtū, hoc est in mltiplicē cōgeriē & cōgressum. Massare. In massam redigere: cōglobare: cōdensare. Massare. Ex vna. Scribēdum ex vlla: ex aliqua scilicet pte. Facere id. Cogi corpus igneum. Pararent. In exēplarib⁹ legiť receptēt, hoc est cōcedāt. ponit inconuenientia q̄ sequerenť si corp⁹ ignis in massam conflareť. Sunt qui legūt pcere porcent. q dā pte reporcēt. Porceo significat prohibeo: i de quo Marcellū lege in dictiōe porcet. Pōpei⁹. Porceo. Porcet quoq; dictum ab antiquis quasi porro arcet: & ꝑeo qđ est continet poniť. a quo porcæ in agris puluini & areolæ: in quibus sulcatim grana cuiusq; generis seruntur: de quibus lege Plinium, Varronem, & Columellam quoq;. Porcæ. Occidet. Si corpus ignis redigeretur in congeriem: quæ proprieta euenit telluri: sequeretur hoc q; ardor ab igne tolleretur. Nimirum. Procul dubio. Funditus. Penitus. Ex nihilo. Et cum tolleretur ardor consequenter tolleretur ignis: & sic omnia gignerentur ex nihilo. Nam quodcunq;. Probat corpus in massam trahi non posse hac ratione vtens. Omnia quæ transeūt finem suum & proprietatem corrumpuntur: cum ignis sit proprietatis raræ: & cum densatur exit extra fines suos & naturam: necesse est igitur vt densari non possit ignis: quoniam cum densaretur egrederetur fines suos & consequenter corrumperetur.

Mutatum finibus suis. Ductum extra fines suos. Continuo. Statim. Hoc. Hæc mutatio: quę trahit extra fines naturæ suę. Mors est. Priuatio est. Illius. Qualitatis. Quod fuit ante. Quam qualitatem habuit ante illud corpus. Cum igitur amitteret ardorem calor in corpore corrupto: necesse est vt cum morte indiuidui, hoc est singuli corporis obiret elementum. Proinde. Itaq;. Superare. Superesse, restare, superuiuere. Ollis. Illis corporibus. Incolume. Non corruptum: sed viuax. Redeant. Recidant. Funditus. Penit⁹, ex omni parte. Ad nilum. Ad nihilum. De nihilo. Et necesse foret res omnes ex nihilo generari sicuti in nihilum redigerentur. Renata. Refecta, redintegrata, restituta. Copia. Multitudo.

Variantia.

¶Nunc igitur. Sunt certa corpora prima: quæ vocantur principia: quæ cum accedunt corpori condensant illud & viuificant: cum abeunt relaxant & intermunt. Hæc sunt alia ab ipso igne vt inferi⁹ indicabit. Certissima. Pura & vera: q̄ nullā raritatē habēt: nullā inanitatē: sed sunt pollentia solida simplicitate. Naturā eandē. Quæ semp vnū eundēq; tenorē seruāt: nunq̄ dēsantur aut rarefiūt. Abitu. Discessu. Quorum. principiorū. Aditu. Accessu. Mutatoq; ordine. Et cum hæc principia mutent ordinem suum corpora ex his constantia mutant̄. Mutant naturam res. Mutatis istis corporibus res omnes createq; mutantur. Conuertunt. Conuoluūt se in corruptionem. Corpora. Mista ex elementisq; composita. Sese. Naturam suā.

Scire licet. Faciliter cognoscere possumus corpora rerum non esse hæc ignea: quibus assentiebatur ipse Lucretius. Nil referret. Nihil differret. Si corpora essent ignea cum essent vnius naturæ nulla essent grauia: immo omnia vnam naturam haberēt: cum ex vnimodo elemento constarent. Descendere. Grauitate sua petere deorsum. Abire. Leuia esse: & in sublime niti. Atq; alio. Nec quædam corpora mutarentur vno modo, alia alio modo: cum habentia idem vnicum principium omnia vnicam proprietatem haberent. Attribui. Coalescere, coniungere se, & copulare cum re simili. Tantum. Si cūcta ex solo igne constarent. Foret. Esset corporibus.

Oimodus. Omnimodus. Scribo vnimod⁹. hoc ē ad omnes ignes se haberet vno modo: esset vnicum principium ad singula etiam si cuncta crearet. Vnimodus dicitur simplex: omnimodus, omnifarius: multimodus multiplex. Si legis omnimodus interpretare ignem non tantum calidum futurum: sed habiturum omnem proprietatem: cum diuersæ naturæ gignantur ab eo per Heraclitum: sed cum ignis omnimodus esse nequeat: sequitur vt principium rerum esse nequeat. Verum vt opinor. Veram sententiam affert esse scilicet quædam corpora prima scilicet principia: a quibus oriatur ignis. Itast. Pro ita est vt mox referam. Quædam corpora. Prima scilicet: quæ rerum omnium primordia nuncupantur. Quorum concursus. Quorum conciliatio & congregatio cum iūguntur hæc corpora nedum ab igne ipsa generantur: sed hæc ignem producūt: quem rerum principium putabat obscurus Heraclitus. Motus. Commistio: quem motum rebus inesse præstat. Ordo. Principiorum ordo est vt in aliquot gradibus conueniant: nō nullis dissideant.

Positura. Positura. Aptitudo principiorum. Figuræ. Similitudines quas efficiunt ipsa principia. Cum hæc principia mouentur similiter & conueniunt dant rei creatæ motum, ordinem, posituram, figuram. cum disparant̄ adimūt hæc oia & corruptelā afferūt. Naturā. Proprietatē rei genitę. Simila ta. Cōparata hęc oia rerū pricipia, qb⁹ omnia cōstant. nō habēt aliquam similitudinē cū re corporea. Corpora mittere sensib⁹. Quę tactu corporeo sēsus mouere possit. Adiectu

Nūc igitur quoniam certissima corpora q̄dā
Sunt: quę conseruant naturā semper eandē:
Quorum abitu aut aditu: mutatoq; ordīe: mutāt
Naturam res & conuertūt corpora sese:
Scire licet nō esse hæc ignea corpora rerum.
Nil referret enim quædam descēdere: abire:
Atq; alio attribui: mutariq; ordine quædam:
Si tantum ardoris naturam cuncta tenerent.
Ignis eñ foret omnimod⁹: quodcūq; crearet.
Verū: vt opinor: itast: sūt quędā corp̄a: quorū
Concursus: motus: ordo: positura: figurę:
Efficiunt igneis: mutatoq; ordine mutant
Naturā: neq; sunt igni similata: neq; vlli
Pręterea rei: quę corpora mittere possit
Sensibus: & nostros adiectu tangere tactus.
Dicere porro ignem res omneis eē: neq; vllā
Rē veram in numero rerum cōstare: nisi ignē
Quod facit: hoc idē perdelirum esse videtur.
Nam cōtra sensus ab sensibus ipse repugnat:
Et labefactat eos: vnde omnia credita pēdēt:
Vnde hic cognitus est ipsi: qui nominat ignē.
Credit enim sensus ignem cognoscere vere:
Cætera nō credit nihilo quæ clara minus sūt:
Qđ mihi cum vanum: tum delirum esse videt̄.
Quid referemus eñ: q̄ nobis certius ipsis
Sēsibus esse potest: qui vera ac falsa notem⁹?
Præterea quare quisq̄ magis omnia tollat:
Et velit ardoris naturam linquere solem?
Quā neget esse ignis: summā tñ eē reliquat?
Aequa videtur enim dementia dicere vtrunq;.
Quapropter qui materiem rerū esse putarūt
Ignem: atq; ex igni summam cōsistere posse:
Et qui principium gignendis aera rebus
Constituere: aut humorem quicunq; putarūt
Fingere res ipsas per se: terramve creare
Omnia: & in rerum naturas vertier omneis:
Magnopere a vero longeq; errasse videntur.

Adde etiam qui conduplicāt primordia rerū:
Aera iungētes igni:terramq; liquori:
Et qui quattuor ex rebus posse omnia rentur:
Ex igni:terra:atq; aima procrescere:& imbri.

Coniunctiōe.cum se adiungit sensibus,hoc est cū sensus tangit. Dicere porro. Preterea si dicere vel a nihil esse qd non habeat naturam ignis:hoc aperte falsum est. Res Rem. Scribendum ansarudantibus priscis exemplaribus,ignem. Si dicas res omnes ignem esse falleris. hic est ordo. perdelirum esse videtur dicere res omnes ignem esse:& est perdelirum sentire rem nullā constare veram in numero rerum nisi ignem. Omnis. Subintellige res. Veram. Quæ vere res composita dici possit. Nisi ignem. Corrige ignis. Qd. Quā rem sentias nullam esse nisi illam faciat ignis. Hoc idem. Astruere istud idem. Perdelirum. Valde delirum & fatuum. Delirare significat a recta ratione discedere. metaphora deducta est a liris,hoc est sulcis:qui sunt in agro. vnde errores & exorbitantiæ deliramenta dicuntur. Contra. Contrarium credens. Sensus. Oculi. Repugnat. Dissidet & discordat. Ab sensibus. Ab sensu imaginatiuo & intellectuali. Discordant(inquit)sensus corporis cum sensu,hoc est sententia animi. ludit in duplici significantia sensus. Et labefactat. Refutat, redarguit. Eos. Sensus animi. Sensus corporis reuincit sensus animi. Sensus proprie dicit q sentit:sensa q̄ sentiuntur. Sed istas differentias per sæpe doctorum auctoritas collabefactat. Vnde. A quo sensu corpis. Oia credita. Oia q̄ credūtur pendent & explorantur a sensu corporis. Hic. Ignis noster. Cognitus est ipsi. Sensui corporeo per experientiam. Qui. Corporis sensus. Nominat ignem. Nomen apposuit igni. cum hic sensus proprietatem cognoscat ignis:illi nomen imposuit tanq̄ rei notissimæ:oportet illi opinionis fidem præstare.

Perdelirū.

Deliramēta

Sensus.
Sensa.

Credit enim. Sēsus:inquit poeta:credit ignem esse quoniam videt:cætera vero non credit: quæ ponit Heraclitus:qui inquit ignem hunc materialem non esse purum ignem,hoc est elementum:a quo omnia creantur verum autem ignem & elementum esse illum:qui est collocatus in concauo orbe lunæ:qui tantum igneat nō comburat. Sed hoc sensus non credit:qui verisimilibus duntaxat capitur. Nihilo quæ clara minus sunt. Quæ sunt minime clara:minus nihilo clara dicuntur:quæ nulla parte clara sunt. Quod. Credere quæ sensui repugnant. Cum vanum. Partim vanum. Delirum. Stultum & ineptum. Quo referemus enim. Legendum ex priscis exemplaribus. Quid. Et hic est sensus:quid afferemus certius & verius esse q̄ sunt illa:quæ sensu corporeo percipimus. Referemus. In medium pro exemplo adducemus. Certius. Cognitius & exploratius. Ipsis sensibus. q̄ sint illa quæ sensibus nostris percipimus. Qui. Scribe quis pro quib⁹ hoc est sensibus. Præterea. Adducit aliam rationem demonstrantem nullo pacto posse dari purū ignem:qui non vrat & alimentum habeat iunctum cum ardore:& si concedam quædam esse vera:quæ sensibus ipsis repugnant. Nullo namq; pacto tolli potest reliqua proprietas ignis & seq̄la relicto ardore. Quare. Qua nam ratione. Nā id tollere est impossibile. Naturam. Proprietatem. Vult enim Heraclitus elementum ignis nil aliud habere præter ardorē. Desunt enī alimēta & lumē quale gignit ex terreno nutrimento & consequēter feculento. Quā. Naturam ardoris. Neget esse ignis. Non dicat esse naturam ignis qualis est hic terrenus.

Summā. Hunc ardorē,cacumen,& principium ignis esse dicet nōmī ignē. Sūma qnq; p apice & absolutiōe ponit. Quintilianus libro.i. Sed non ideo minus nobis ad sūmā tendēdū est:qd fecerūt pleriq; veterum:qui etsi nondū quemq̄ sapientem repertum putabant:pcepta tamē sapientiæ tradiderūt. Quidam intelligunt per summam,omnium rerum creatarum consistēntiam. Errat qui credit res esse creatas ex principijs:& credit ignem esse causam illarum rerum. Relinquat. Concedat. Aequa. Pars similis superiori dementiæ.

Vtrumq;. Et q ille non sit elementalis ignis:& q ardor sit quedā tenuitas elementaria. Quapropter. Colligit illos errasse ostendens qui putauerunt ignem esse principium rerum siue aquam. Materiem. principium. Ordo. magnopere a vero longeq; errasse videntur qui putauerunt ignē esse materiem rerum. Summā. Totā generationē:primordiumq; rerum omniū. Et qui. Subintellige. errasse videntur. Constituere. Constituerunt, ordinarunt. Aera. Hoc dixerunt Cleanthes & Anaximenes:sed de ęthere. Aut humorem. Hic fuit Thales Milesius de quo Lactantius libro primo. Thales milesius,qui vnus e numero septem sapientum fuit,qui primus omnium quęsisse de causis naturalib⁹ traditur:aquam dixit a qua nata sint omnia:deum autem esse mentem:qui ex aqua cuncta formauerit. Itaq; materiam omnium rerum posuit in humore:principium & causam nascendi posuit in deo. Fingere. Creare. Per se Non concurrentibus alijs elementis. Terrave creare omnia. Hoc dixit Hesiodus,super qua re superius:qui naturaliter minime est locutus. quoniam leguleius fuit. Parmenides vt auctor est Aristoteles libro primo physicorum calidū & frigidum principia facit:atq; hæc ignem terramq; appellat. Et vertier. Et verti ipsā terrā crediderūt multi ad naturas,hoc est pprietates oim creādas. Adde etiā. Illi similiter errare videnī:q posuit duo elemēta aera videlicet & ignē eē principiū rerum. Adde etiā:subintellige hoc verbū errare & hallucinari. Cōduplicāt. Gemināt,nec solum vnū elemētū faciunt rerū cūctarū principiū. Primordia. Pricipia. Terrāq; liquori. Et illi piter thaletici hallucinant:q iūgūt aquā terrę:hi nō minus errāt q̄ q igni iūgūt aera. Et Illi quoq; q principiū rerum volūt elementa quatuor eē magnopere a vero errasse videt. in primus hui⁹ opiniōis auctor habet Empedocles oriūd⁹ Agrigēto:cuius opinionē nō pbat in hoc loco poeta. Diximus enī i pricipio nostrę interptatiōis i nōnullis Lucretiū dissentire ab Empedocle. In hoc explodēdus est Empedocles:q motū cōcedēs,inane causā mot⁹ negauit:q corpa infinitā sectionē admittere opinat:nec metā magnitudini ponit:cū id sit vltimū i corporibus:qd vt minutissimū oculis nō vsurpat. Posse pcrescere. Posse vlterius gigni. Aia. Aere. vnde venti dicūt aię. Maro. Quātū ignes aięq; valēt. Horati⁹. Impellūt aię linthea thraciæ. Pro miraclo refert Apulei⁹ magā ventos inanimes reddere:q maxime sunt anima. ἄνεμος gręce vent⁹ appellatur:inde aiam deflectū mlti crediderūt:sicuti ψυχὴ græce dicit ἀπὸ ψύχειν.i. respirando refrigerans:quoniam quando hęc adest corpori causa est illi vidēdi,respirādi,& refrigerādi vim exhibens:& cū primū desierit qd refrigerat dissoluitur corpus & interit. Si vero credis Anaxagoræ dices rerū naturam omnium mēte q̄dā & aima exornari simul & cōtineri:par est igit eā potentiam nominare φυσέχειν,quæ φύσιν.i. naturam ochi & echi.i. vehit & continet. Politius demū ψυχὴ profert.

Thales.
Aqua principium.

Parmēides
Calidum & frigidū principia.

Aima vēt⁹

Psyche,vē.

Quorũ Acragãtin⁹ cũ primis Empedocles est:
Insula quẽ triquetris terrarum gessit in oris:
Quã fluitans circũ magnis anfractib⁹ æquor
Ionium glaucis aspergit littus ab vndis.
Angusto fretu rapidum mare diuidit vndis:
Italiæ terrarum oras a finibus eius.
Hic est vasta Charybdis: & hic ætnæa minãt
Murmura flammarũ rursum se colligere iras:
Faucib⁹ eruptos iterum vt vis euomat igneis:
Ad cælumq; ferant flammai fulgura rursum.
Quæ cũ magna modis multis miranda videãt:
Gentibus humanis regio visendaq; fertur
Rebus opima bonis: multa munita virum vi:
Nil tamen hoc habuisse viro præclarius in se:
Nec sanctum magis & mirũ carũq; videtur.
Carmina quinetiam diuini pectoris eius
Vociferantur: & exponunt præclara reperta:
Vt vix humana videatur stirpe creatus.
Hic tamen: & supra quos diximus inferiores
Partibus egregie multis multoq; minores.
Q̃z q̃ multa bene ac diuinitus inueniẽtes
Ex adyto tanq̃ cordis responsa dedere
Sanctius: & multo certa ratiõe magis: q̃
Pythia: quę tripode, Phœbi lauroq; profatur:
Principiis tamen in rerum fecere ruinas:
Et grauiter magni magno cecidere ibi casu.
Primum q; motus exempto rebus inani
Constituunt: & res molleis raraſq; relinquũt:
Aera: solem: ignem: terras: animalia: fruges:
Nec tamen admiscẽt in eorum corpus inane.

Acragantinus. — Acragas. — Ciuitates a fluuijs. — Equi Agrigentini. — Deus amẽtissimus. — Triquetra. — Pelorus. — Pachynũ. — Lilybœũ. — Fretu. — Rectos cupressos. — Aere fulua — Sicilia. — Rhegium.

Acragantinus. Agrigẽtinus. Acragas a græcis vocat Agrigẽtũ. Vsus est tñ greca voce Lucretius. Plin. lib. iij. naturalis historiæ. Oppidũ Acragas qd Agrigentũ nri dixere. de hoc meminit Virgilius libro. iij. æneidos. Arduus inde acragas ostentat maxima lõge Mœnia magnanimũ quondam generator equorum. Stephanus. Acragantes ciuitates quinq; a fluuio præterfluente. Tradit enĩ Duris q; multæ sicularũ ciuitatũ a fluuijs denominãt. Syracusas, Gelan, himeran, Selinunta, & phœnicunta, & Ericen & Camicon, Alicon & Thermon & Camarinan: vt etiam in Italia. Isti enim ab Acragante filio Iouis, & Asteropes oceanitidis. Est & Acragas in thracia & Eubœa & cypro & ætolia. Gentile ἀκραγαντῖνος vt Ichaninos: Tarantinos vt inquit Herodianus. Agrigentinus fuit tyrãnus ille notissim⁹ Dionysius. Pyndarus laudat equos agrigẽtinos: quos ad agones græciæ mittebant: qui inde victores reuertebantur. Legim⁹ etiam illud cum in Cappadocia greges equorum perissent, delphici Apollinia responso adduxerunt greges de agrigento & reparauerunt meliores. Quem. Empedoclem. hic Empedocles auctore Aristotele primo de cælo dixit cælum corrumpi. Quatinus iste dissentiat ab Anaxagora lege Aristotelem tertio de cælo. Solebat idem Empedocles dicere deum esse amentissimũ vt Stagirita philosophus asserit libro primo de anima. Gessit. Tulit: procreauit. In oris. Regionibus terrarum proximis litori. Triquetris. Triquetra sicilia vocatur a latinis quoniam habet tria promontoria. Dicitur enim triq̃tra vt placet Quintiliano quasi triquadra. Trinacria seu trinacris q; habeat tria ἄκρα, hoc ẽ pmõtoria, vocat a græcis: & vt inquit Plinius a triangula specie. Ouidi⁹. Trinacris a positu nomen adepta loci. Promontoria siciliæ sunt hæc. Pelor⁹ aduersus scyllam vergens; in Italiam: Pachynum in græciam. Lilybœum in aphricam. Pelorum, promõtorium siciliæ secũdum Sallustium dictum a gubernatore Annibalis illic sepulto constat: q fuerat occisus per ignorãtiam regis: cũ se ei⁹ dolo crederet esse deceptum veniens de Petilia. q̃q̃ legimus ante esse Pelorum dictum. Pachynum dictum est ab aeris crassitudine. Nã pachys ẽ piguis & crassus. Lilybœũ q; vergit in Libyã dixerũt. Fluitãs circũ. Circũfluẽs, circũdãs, ambiẽs. Anfractib⁹. Voluminib⁹ circuitib⁹. Ioniũ glaucis. Si pbamus hãc lectionẽ manifestari⁹ est sensus Ioniũ. s. mare circũlatrare siciliam: sed cum ambiatur mari Ionio & Libyco pbamus lectionem prisci codicis: in quo sic scriptũ est Ionio & Libycis: hoc sensu. Aequor, hoc est oceanus circumfluẽs siciliam aspgit litus sicanium Ionio & vndis libycis. i. cũ vndis libycis. Nã ex lilybœo pspectat africa: idq; mare dr libycum. Fretu. Freto. figura loquẽdi priscorũ. q lauru plauro dicebãt & multa huiusmodi. hũc locũ citat Priscianus in p°io sic. Multa p̃terea vetustissimi etiã in principalib⁹ mutabant syllabis: gũgrũ p chõgrũ, chũchim p cõchim: huminẽ p hominem pferentes, funtes p fontes, frundes pro frondes. vnde Lucretius in primo libro. Angustoq; fretu rapidũ mare diuidit vndis: pro freto. Gelius libro. xij. noctium atticarum. Marco Ciceroni mollius teretiusq; visum est in q̃rta i Verrẽ fretu scribere q̃ freto: pangusto inquit fretu diuisa. Erat enim crassius vastiusq; per angusto freto dicere. Itidẽ in secũda simili vsus modulamine. Manifesto inquit peccatu: sicuti Ennius rectos cupressos dixit cõtra receptũ vocabuli genus hoc versu. Capitibus nutantes pinos: rectosq; cupressos. Firmior ei credo & viridior sonus esse vocis visus est rectos, dicere cupssos q̃ rectas. Cõtra vero idem Ennius aere fulua dixit. & Homerus κεροβατέων. Sed, vt ad institutum reuertamur, res notissima est siciliam olim partem Italię fuisse: sed vi maris intermisso freto separatam fuisse ab Italia eo loco vbi Rhegium municipiũ est:

cu: ab illa scissura nomē hēsit. ῥήγνυμι frango: a quo verbo rhagades, & rhagadia scissuræ dicunt̄: q̄ anum occupant, ꝓputiū, & labra. Myrrhæ rhagades vocat Fulgentius pro ijs scissuris: quib⁹ myrrha dehiscit: stacteq̄ inde gignit odoramēta videlicet stillatitia. Rapidū. Velox. Expressit vim freti: cui nomē a feruore. Oras terrarū Italię. Regionē terrę Italicę. Eius. Sicilię. Italia alioqui Siciliæ collimitanea & finitima diuidit̄ a freto interrūpente. Minant̄ se colligere. Aetna mons Sicilię minitat̄ se ciectură flāmas: quas iterum recolliget & his acriores alias ad inuadendā Siciliā. Refert Augustin⁹ tanta incēdia hūc mōtē interdū euomere vt mare ꝓpinquū ciectis ab illo vaporib⁹ ferueat: nec nō incēdiū Catina sentiat. Physiologi incēdiū ætnæ cauis sulphureis ascribunt: q̄ accēsa a vēto turbulēto flāmas p cratera iaculant̄. Sed de mōte ætna causisq̄ ei⁹ incēdij dicem⁹ inferius. Faucib⁹. Typhoei gigātis: cuius humeris iniecta fuit ætna: quē poetæ referūt ꝓflantē, incēdia ætnea suscitare. Eruptos. In codicib⁹ antiqs eructos pro eructatos, & eiectos ipetu maximo. Vis. Flāmarū violētia. Iterū. Sorbet eñ eosdē ignes ætna: quos statim deuoratos emittit. Flāmai. Flāmę. Fulgura. Fluorem similē fulgurib⁹. Quę cū. Sēsus. cū Sicilia laudet̄ sb abūdantia reū oim: a freq̄ntia populorū: ab ingenio popularīū (Siculi nāq̄ sunt acuti vt tradit Maternus lib. j. Matheseos) tñ nihil genuit celebratius aut vno Empedocle ꝓclarius: a cuius doctrina recte viuēdi quędā velut oracula ꝓfusa sunt. Ordo. Quę magna Sicilia cū videt̄ miranda bonis multis: nihil tñ videt̄ habuisse vno Empedocle ꝓclarius. Videnť. Scribe videt̄: hoc ē Sicilia. Regio. Sensus. & cū litoralis ora Siciliæ cōspicienda sit plurib⁹ bonis rebus: tñ vno Empedocle nil habuit excelsius. Opima. Supuacuū est vt arbitror ab opimitate fertilitateq̄ laudare Siciliā: q̄ nutrix Romanorum vocabat̄ & horreū frumentarium: qua occupata quondā Sextus Pompeius cōmeatus intercludēs fame populū vexauit: quo iubente coactus est Augustus foedus ferire cum hoste. Vi. Virtute. Virū. Virorū.

Aetna.

Siculi acuti.

Hoc viro. Hoc Empedocle. Diuini pectoris. Quæ ab Empedoclis diuino pectore prouenīūt. Vociferātur. Exclamāt: tonāt: strepūt: tonitrua videnť esse non verba. Altiloquus eñ est Empedocles & arduus. Tollitur ingenio ꝓpemodū ætherio & minime deiecto. Præclara repta. Inuētiones philosophiæ nobilissimas: quas repperit Empedocles. Vt vix. Cōmentatio rerū cælestiū, quæ multa percipit̄ in libris Empedoclæis, illū diuinū magis esse testanť q̄ mortalē. Philosophica quippe familia in extimo mūdi dorso degit: cui id Papinianū æquissime conuenit. Celsa tu mētis ab arce Despicis errātes: humanaq̄ gaudia rides. Hic tñ. Cęterq̄uis Empedocli virt⁹ ꝓpe diuina effulserit: cæterisq̄ philosophię reptorib⁹: tñ nō mediocri lapsu ceciderūt in principijs rerū statuēdis. Recurre ad cardinale verbum: qđ inferius est in eo versu. Principijs eñ rerū fecere ruinas. Inferiores. Cęteri philosophi qui secuti sunt Empedoclē. Supra quos diximus. De quib⁹ superius habita mētio: quorū nōnulli terrā principiū dixerūt nōnulli aera. Partib⁹ egregie multis. Inferiores ij fuerunt Empedocle multis partib⁹ & his egregijs hoc ē ꝓclaris momētiq̄ plurimi. Qꝫ q̄ multa. Sēsus ē. Qꝫuis Empedocles & minores eius multa diuinit⁹ docuerint & inuenerint: tñ in rerū principijs errauerūt. Bone. Antiq̄ lectio pro bñ. Diuinit⁹. Diuino cōsilio. Ex adyto. Cōparat sapiētiam & horū philosophorū responsa oraculis Phoebi dicēs nō min⁹ certa respōsa fulta vijs rationis dedisse hos philosophos q̄ phoebus vaticinator deus soleat oracula certissima loqui p os Sibyllę. Adyta vocanť loca secreta: ex quib⁹ oraculū reddit̄: & i qb⁹ fiūt hiera aporrhita hoc ē optanea sacra. vñ Maroni ex adyto tēplisq̄ Sibyllę. Adytū dicit̄ ab. α. particula priuatiua & δύω ingredior q̄ videlicet illuc ingredi ꝓfanis nō licet. Adyta. i. macella erāt eleusina sacra: quo nemo nisi innocēs ingredit̄. Author Lāpridius in Alexādro māmeæ: ppterea sup his q̄ seorsum aliqđ agūt & in sinu gaudēt ꝓuerbialiter dicit̄. ἀπὸ τῶν ἀδύτων ἐλευσίνια. Cordis. Sapiētiæ penetralib⁹. Sāctius. Libratius: explorātius: a verbo sancire declinat̄ qđ significat decernere. Multo certa ratione magis. Hoc est multū certiori ratione dāt oracula sapiētes q̄ pythię. Qꝫ pythia. q̄ respōdeat sacerdotissa & antistita phoebi: cui nomē est Pythia ab Apolline: q̄ interfecta serpēte nūcupatim dicit̄ Pythius. Gręcia huic Apollineę victorię applaudēs ludos celebres istituit Pythia ꝓdomitę serpētis noie dictos. Tripode. A cortina & semirotūdo siue sirppedaneo diuinaculo: cui supersistens φοιβόληπτος hoc est phoebo plena vates futura ꝓsagibat: q̄ tribus fulciebat̄ pedib⁹ tripoda vocarūt. Quę de tripode vulgata sunt adeo cūctis sunt in vsu & freq̄nti memoria vt illa retractare nihil sit pensi. Accipe q̄ ex Diodori libro q̄ ꝓfanorū manib⁹ nō tenet̄, pro tpe excerpsim⁹. Reptiōis modū, inquit Diodorus, oraculi talē esse ꝓdicāt. Voragine quadā in immēsum dehiscente eo loci vbi nūc sacrarium est qđ adytū vocāt: & capris circa eā gramē depascētib⁹: cū Delphi nōdū incolerent̄: capram voragini appropinquantē cū in eā ꝓspexisset exultare ac deferri miro quodā modo: vocēq̄ priori dissimilē emittere. Hac re audita pastorē admiratū voragini ꝓpius visendi gratia accessisse: cūq̄ inspexisset pari modo exagitari cœpisse. Capras nempe velut lymphatico quodā furore concitari ac moueri: & illū pariter: q̄ futura essent ꝓdixisse. Fama inter finitimos vulgante: q̄ loco illi proximātib⁹ acciderēt: plures aduenisse: reiq̄ incredulitate ꝓpius delatos experiri voluisse: oēsq̄ id exptos simili furore esse concitos: ob hecq̄ sacrarium admiratos: & telluris oraculū esse dignoscētes per multū tpis vaticinandi causa ad illud accessisse: appropinquantes certatim edidisse oracula. Posterius vero multis ex furore concidentibus intra hyatū illum, nec vsq̄ apparentib⁹, visum ē his qui locum accolebant quo periculū suerteret̄ mulierem diuinis institutā pręesse loco: & ex eius ore oracula esse ꝓferēda: eā vero instituisse machinā: per quā tutus in specū esset aditus: & furore cōcita volētib⁹ futura posset edicere. Machinā aūt ex trib⁹ cōstare gradib⁹: & ob id tripodē appellatā esse. fere eteñ totius machinæ fabricā haud dissimilē esse his: quibus nunc vtimur æreis tripodibus. Diuinare vero antiquitus virgines & respōsa reddere ob naturæ incorruptionē, & Dianæ eiusdē generis coniunctionem vulgatū est. Cæterū Lucreti versus ita corrigendus est. Pythia q̄ tripode a phoebi. Lauro. Vaticinātes coronabāt̄ lauro: vt ex Aristophanis interprete colligo: qm̄ hæc arbor vim habeat vaticinijs idoneā. Addit Fulgentius Placiades supposita lauro dormientis capiti euenturū vt somnia vera cernant̄. Tñ. q̄q̄ hi magni fuerint tamē hoies fuerunt & ob hoc humanitus sunt lapsi. Fecere ruinas. Ruerunt & errauerunt nō mediocriter. Grauiter. Graui detrimentosoq̄ lapsu. Magni. q̄uis essent illi magni & sapientiæ summi sacerdotes. Ibi. In principijs rerū interpretandis. Casu. Ruina: lapsu. Primū. Docet quo pacto illi qui crediti sunt magni sapientes errauerunt. Exempto. Cum eximant. Mollis. Liquefactas. Relinquunt. Asserunt isti philosophi res esse raras: & tamen inanitate vacare.

Aporrhita

Soli inocētes Cereris eleusina intrabant.

Pythia.

Tripos.

Cur virgines diuinabant.

Laurus.

Deinde q; omnino finem nō esse secandis
Corporibus faciūt: neq; pausam stare fragori.
Nec prorsum in rebus minimū cōsistere qcq;
Cum videamus id extremū cuiusq; cacumen
Esse: qđ ad sensus nostros minimū esse videt:
Coniicere vt possis ex hoc: qđ cernere nō qs
Extremū: qđ habēt minimū cōsistere rebus.
Huc accedit item: quoniā primordia rerum
Mollia cōstituunt: quę nos natiua videmus
Esse: & mortali cum corpore funditus: vt qui
Debeat ad nihilū iam rerum summa reuerti.
De nihiloq; renata virescere copia rerum.
Quoꝝ vtrūq; quid a vero iā distet: habebis.
Deinde inimica modis multis sūt: atq; venena
Ipsa sibi inter se. Quare aut cōgressa peribūt:
Aut ita diffugient: vt tempestate coacta
Fulmina diffugere: atq; ibres vētosq; videm⁹.
Deniq; quatuor ex rebus si cuncta creātur:
Atq; in ea rursum res oēs dissoluuntur:
Qui magis illa queunt rerum primordia dici:
Q̄ꝫ contra res illorū: retroq; putari?
Alternis gignuntur enim: mutantq; colorem:
Et totam inter se naturam tēpore ab omni.
Sin ita forte putas: ignis: terræq; coire
Corpus: & aereas auras: roremq; liquorum:
Nil in concilio naturam vt mutet eorum:
Nulla tibi ex illis poterit res esse creata:
Nō animā: nō ex animo cū corpore vt arbos.
Quippe suā quidq; in cœtum variātis acerui
Naturam ostendet: mistusq; videbitur aer
Cum terra simul: & quodā cum rore manere.
At primordia gignundis in rebus oportet
Naturā clandestinam cęcamq; adhibere:
De numero ne qd qđ cōtra pugnet & obstet:
Quo minus esse queat, ꝓprie quodcūq; creat'.
Quinetiam repetunt a cęlo: atq; ignibus eius:
Et primum faciūt ignem se vertere in auras

¶ Secandis corporibus. Corpora scribunt esse in infinitum diuisibilia. ijs quoq; suffragatur Aristoteles. Pausam. Quietem. Fragori. Tumultu diuisionis & corruptionis. Minutatim. Arguit opinionem dicentium corpora in infinitas secari partes: nec exitus magnitudini patet: dicunt isti philosophi non esse minimum: qđ non sit in aliud minimum diuisibile: cum Lucreti⁹ atomos esse credat indiuisibiles. Cum videamus. Refutat opinionem istorum. Cacumen. Finis & pars vltima minima. Non quis. Non potes. Sensus. cum veneris ad incisionem corpusculi ad minimam partem, quæ oculo tuo videatur esse diuisibilis: nullo pacto conijcere potes id esse minimū corpus.

Huc accedit. Ad hanc rem facit. ad redarguendos illos hinc datur occasio qui principia rerum mollia faciunt. Natiua. Solida. sicuti sunt res genitiuæ. Mortali. Subintellige mista. Vt qui. Scribēdum atqui. Sed si principia i corporib⁹ sunt mollia mista in rebus: cum non habeant soliditatem refragantem corruptioni indiuidui, eo corrupto dissoluentur. Debeat, debuisset. Virescere. Adolescere. ponit duo impossibilia quæ sequerentur ex hac re: primum est q; ad nihilum res omnes creatæ reuerterentur: & ex nihilo gignerentur. Quid. Quantum. Habebis. Intelliges ex subsequentibus. Deinde. Alia ratio probans principia mista esse non posse nec liquida. quoniam inter se vicissitudinem paterentur & corrumperentur. Venena. Corruptelæ. Congressa. Simul iuncta. Diffugient. In diuersas partes fugient ob liquiditatem suam & mollitatem. Qui magis. Cur magis res istæ molles vocabuntur principia rerum q̄ res quædam ex principijs genitæ. Retroq; putari. Sensus. elementa & principia rerum faciunt quę nos quotidie gigni atq; interire videm⁹. Quomodo potius terra elementa ve reliqua animantium principia sunt q̄ rursus horum animantia? Si principium id est ex quo aliquid fit. Constat autem ex animantis cadauere quoduis elemētum progigni. Retro interpretare rursum retrocedēdo & vicissim succedēdo: ex cadauere fiet retro hoc est rursus elementū. Quidam corrigunt. retræq; putari: cui si arrides expone conuentiones aut decreta ex illis principijs. Scimus eñ pacta & conuentiones græcos retras appellare: vnde laconum leges illæ notissimæ dictæ. nūc idoneo verbo res ex successione elementorum per vices genitæ vocant retræ tanq̄ leges decretę ex primis legibus elemētarijs. prior expositio simplicior. Alternis. Per corruptibilem successionem. Sin ita forte. Cū principia rerum inuicem repugnent & sibi aduersent hostiliter, qñ poterūt conciliari ad aliqd generandū? quæ tantum abest vt ad generationem coeant reluctātibus inuicē qualitatib⁹ ꝑdita: vt mutua iter se pugna credēdū sit extingui mutuo & cęco bello: colligēdū erit oino nihil ex his ꝓcreari valere. Ignis corp⁹. Elemētū ignis. Terræ. Elemētū terrestre. Auras. Aeris elemētū. Rorē liquoꝝ. Ele-

Retræ.

Aeris:hinc imbrem gigni:terramq; creari
Ex imbri:retroq; a terra cuncta reuerti:
Humorem primū:post aera:deinde calorem:
Nec cessare hæc inter se mutare:meare
A cælo ad terram:de terra ad sidera mundi:
Qđ facere haud vllo debēt primordia pacto.

mētū aquæ liquidū.Quidā legunt .rorēq; liquentē. In concilio.Quādo elemēta commiscētur & coeūt ad geniturā. Naturam eorum.Qualitatem primorū principiorum.
Vt mutet.Vt extinguat. Si primordia inuicem coacta nō extinguētur:concludendū tñ erit necessario nihil illis ad geniturā virīū inesse. Tibi.Per te:animo tuo ad hoc affirmādum quadā necessitate tracto. Ex illis.corporibus primis. Esse creata.Creari. Non animā.Ab his confusis elementis nihil creari poterit:non anima:quoniā concurreret aer confusus terræ:quod est brutum elementum:nec creationi animæ idoneū:quæ est ventus vitalis in ipso corpore vt inferius differetur. Non ex animo.Neq; simplicia neq; composita ex anima & corpore mediantibus elementis crearentur:vt est arbor:quæ constat ex corpore & anima alente hoc est vegetatiua. Quippe.Sensus.Nam elementa simul iuncta erunt perinde vt in chao:nec poterunt vires ingenitas exercere. Quidq;.Legendum quodq; hoc est omne elementum. In coetum.Scribendum in coetu.i.in globo & mole illa:in qua essent confusa principia prima. Variantis acerui.Molis ex varijs insignitæ qualitatibus:in qua tanq̄ in aceruo erunt huiusmodi corpora compacta. Naturam.Propriam & innatam qualitatem. Ostendet.Potius q̄ exercebit. Videbitur.Noscetur & percipietur aer in ea mole esse confusus. Et quodam.Lego.Atq; ignem.i.elementum ignis. Cum rore.Cum elemento aquatico. At primordia.Colligamus igitur inquit Lucretius:decere ipsa elementa occultam naturam sortiri:tacitam:inuisibilem:ab omni labe immunem:qua corruptelæ dentes effugient:quod cum pateat esse verum nos principia facimus quędam tenuissima corpuscula multiplicibus figuris prędita:nec non varium motum sortita cum schemate dispari:& appellabimus atomos:quibus natura celum,terram,mare fabrefecit:quibusdam additis aut remotis. Gignundis.Quādo principia concurrunt ad rerum generationem. Clandestinam.Tacitam:occultam:& consequenter tenuissimis atomis ad omnem generationem penetrantem. Cæcam.Inuisam:& subtilissime penetrabilem. De numero.Subintelligatur sit.ne ex numero illorum principiorum sit aliquid qđ inuicem repugnet & generationem impediat.Nam elementa nisi essent tenuissima ignis aquæ repugnaret,& alterum succumberet. sed cum sint simplicia valde non possunt exercere vires ob tenuitatem aduersatrices.Quidam codices nō de numero habent:sed diminuat hoc sensu.Sint primordia tenuissima ne quid id est aliqua virtus intrinseca diminuat hoc est corrumpat qđ contra pugnet id est elementum contrarium tollat,& obstet aqua,verbi gratia,igni ne possit ad generationem coire altero naturali vi in alterum obruendum nitente. Obstet quo minus.Nisi principia essent tenuissima hoc obstaret quo minus id est vt non esse possint & generari quæq; creant.

Quin etiam.Prosequitur destruēs opinionem illorum:qui dicunt ex elementis omnia gigni.quoniam volunt illi q̄ elementum transeat in elementum:ex imbre videlicet terram creari:& ita de reliquis:quod competit nō principijs primis quæ debent esse incorruptibilia.sed mistis corporibus. Repetunt.Replicant illi philosophi & iterum argumentantur. A cælo.Vtuntur argumento mutuato ex cælestibus corporibus.

Ignibus eius.Sideribus cæli:quę cum humore terreno pascantur authore Platone humor pabuli transit in ignem. Primum ignem.Elementarem. Auras.Spiritale elementum aeris.infra.Ordine mutato:& motu facere aeris auram. Aeris.Tolluntur in cælum exhalationes terrestres & peruenientes ad tertiam regionem aeris mutantur in aquam:& hoc pacto ex fumida illa materia,quę igneę naturę videbatur,fit in pluuiam transmutatio.In hanc sententiam ita scribit Platonicus Madaurensis in cosmographia.Elementorum inter se mutui nexus arctis affinitatibus implicantur:& quinq; ijs coniuges copulæ his ordinatæ vicibus stringūtur vt adhæreant etiam grauioribus leuiora:quā in se habet tellus:& aqua vt alij putant vehit terram:aer ex aqua gignitur:ignis ex aeris condensitate conflatur:æther vicissim:ignesq; illi immortalis dei viuacitate flammātur.Huius diuini ignis origine incensi:per totius mundi conuexa illustribus facibus ignescunt superna. Quorū fit pluuia.

Hinc.Ex his incensis vaporibus. Terram.Propter materiam imbris crassam & caliginosam. Retro.Recalcatis ijsdem vestigijs,per mutuas vices eunt & redeunt elementa. A terra.Vnde venti,vnde ignes,vnde aquæ tanq̄ ex seminario prolifico manant.Nam Alberto magno teste libro primo meteororum aqua fit ex aere:& econuerso aer ex aqua secūdum dispositionem dei gloriosi & sublimis:qui dedit circularem generationem elementis.Non enim fit aer statim ex quacunq; aqua.sed fit ex vapore multo:qui remanet in aere propter suam caliditatem:& in sua naturali humilitate quando eleuatur a duobus elementis:quæ sunt aqua & terra:& similiter aqua non fit statim ex aere multi vaporis in media aeris regione vbi frigidus est:quādo per frigus vapor ille cogregatus constare incipit & multiplicare in multus puluis in seipsum reuolutus:tunc enim spissatur & fit aqua descendens per pluuiam vel alio modo.Qr ex imbre creetur terra docet Albertus sic.Quando vapor exhalatus a terra est in tertia zona aeris tunc spissatus frigore recedit ad naturam suam & conuertitur in aquam:& cum pluit attrahit ipsum iterum caliditas loci & solis:& regeneratur in nubes.veruntamen cum descendit pluens non fit totus aqua:quia permista est cum ipso aliqua pars terrestris accidentali calore calida:& illa euolat ad superiora & manet in aere.Sed ille vapor qui exprimitur frigido exprimente in aquam est aqua humida descendens ad terram per pluuias:& sunt etiam in illo aquæ partes calidæ ignitæ:quæ cum pluuia descendunt:& illæ post pluuiam liberæ effectæ iterum ascendunt cum paruis & subtilibus partibus terrenis ignitis:& remanent in alto cum eis:quæ sunt illic istis similibus. Mutare meare.Prisci codices.mutando meare.hoc est ire & redire per superiorum corporum transmutationem. A cælo.Quando ruit aqua:nix:grando & similia. De terra.Propter partes terrestres calidas ad tertiam zonam euolantes. Mundi.Cæli. Primordia.Principia:quæ debent esse corpora simplicia non iugi concilio & dissidio exercita.

Circularis generatio elementis.

Ex imbre terra.

¶ Immutabile. Colligit cũ sit a nobis affati ostẽsum corpora elementorũ esse corruptioni obnoxia: qđ primis corporib⁹ refragaт̃: superest cõminisci aliq̃ tenuissima corpa: q̃ sint ab oĩ immunia labe & immutabilia. Superare. Supesse: restare: reliquũ esse. Redigãtur. Resoluãtur: qđ accideret si primordia essent labi subiecta: qđ si vsuueniret nihil ex his pcreari posset vt a nobis in supiorib⁹ disputatũ est. Nã quodcũq;. Q̃m dixerat ponẽdũ esse aliquod principiũ diuersum ab elemẽtis reddit nũc rationẽ cur id ptulerit: cũ forte dicunt illi ignes in concilio ppriã naturã remittere, hoc illos sequereт̃ incõmodũ principia esse mortalia: nã quodcũq; suis finibus educiт̃, moriт̃: si ignis vel reliqua elementa dũ ad generationẽ coeũt transmutanт̃: necesse ẽ vt corrumpanт̃ aut in aliã naturã transeãt. Mutatũ. Trãsuectũ. Finibus. Meta & termino sine qualitate quã nõ põt egredi. Continuo. Subito. Hoc. Exire ex suis finib⁹. Mors. Corruptio: perditio: in nihilũ redactio. Illi⁹. Principij, aut alterius rei transmutatę: & limites pprios ptergressę. Q đ fuit añ. Q đ ante q̃ exueret ppriã naturã ruebat. In cõmutatũ veniũt. Illatio: q̃m vt superi⁹ dictũ est principia illoꝝ corrumpunт̃ ad atomos recurrendũ est. In cõmutatũ veniũt: expone recidunt in corruptionẽ, cõmutanт̃. Cõstare. Esse oportet meliora principia pnicie nõ obnoxia Ea. Vera pricipia. Cõuertier. Trãsmutari:
Properalle psis. pollui: in nihilũ cõuerti. cõuertier p cõuerti p pparallepsin figurã. Maro. Magicas inuitã accingier artes. Tibi. Assentienti philosophis perperã de principijs colligẽti. Ad nilũ. Ad nihilũ. Reddẽt simplici. d. scribat.
Q uin potius. Immo ponẽda sunt aliq̃ primordia q̃ tuis simplicia: q̃ paucis dẽptis & nõnullis cõiunctis coeãt ad generationẽ atq; corrũpanт̃. Cõstituas. Oportet cõstituere atq; dedicare. Ignẽ. Q uę si fecerint ignẽ eadẽ possint nõ corrupta facere spiritũ. Eadem. Corpora insectilia. Dẽptis. In igne sũt plures atomi q̃ in aere: q̃re si ps atomorum relinquat ignẽ: trãsiт̃ in aerẽ acutũ. Paucis. Atomis. Tributis. Additis cõcilio corpis dẽstoris: qđ plurib⁹ indiget atomis. Ordine mutato. Nõ eĩ oẽs atomi sũt ad quãlibet aptę generationẽ: nec eisdẽ atomis cõstat terra & mare. Motu. Multũ interest quos ict⁹ aut ppulsus exerceãt. Facere. Eadẽ corpa. Aurã. Spm̃ aeris corpis vegetabil'. Sic alias. Res. hic accidit mutatio & oĩm rerũ trãsfiguratio elemẽtis & corpoꝝ ib⁹ desiliẽtib⁹ i corpa p atomorũ mutationẽ. Alijs. Ex alijs corporib⁹ fit i noua corpa mutatio. At manifesta. Probat ab exẽplo fieri transitũ de corpe naturali ad corpus naturale: qđ sensui patet. videm⁹ eñ oia crescere e terra: qđ accidit ob hanc potissimũ cãm q; in terra sunt quędã corpa minutula trãsilietia in animam alẽtem frugum & satorum. aqua pluuia suggerit satis humorem per quosdã meatus & trasennas: sol quibusdam immissis in sata atomis, illa souet & ad surgẽdũ plectat. Inqs. Annuis arguẽtis vndiq; conclusiõib⁹ psuasus. In aurã. In corp⁹ aerius spũale. Ali. Ex terra p iteruenia.

Immutabile enim quiddã superare necesse'st:
Ne res ad nihilum redigant' funditus omnes.
Nam quodcũq; suis mutatum finibus exit:
Continuo hoc mors est illius: quod fuit ante.
Quapropter quoniã quę paulo dixim⁹ ante:
In commutatũ ueniunt: constare necesse'st
Ex aliis ea: quæ nequeãt conuertier vsq;:
Ne tibi res redeãt ad nilũ funditus omnes.
Quin potius tali natura prędita quędam
Corpora constituas: ignẽ si forte crearint:
Posse eadẽ demptis paucis: paucisq; tributis:
Ordine mutato: & motu: facere aeris auram.
Sic alias aliis rebus mutarier omneis.
At manifesta palã res indicat (inquis) in aurã
Aeris e terra res omneis crescere: aliq;
Et nisi tempestas indulget tempore fausto
Imbribus: & tabes nimborũ arbusta focillãt:
Solq; sua pro parte fouet: tribuitq; calorem:
Crescere ne possit fruges: arbusta: animãtes.
Scilicet & nisi nos cib⁹ aridus: & tener humor
Adiuuet: amisso iam tempore: vita quoq; oĩs
Omnibus e neruis atq; ossibus exoluãtur.
Adiutamur eñ dubio procul: atq; alimur nos
Certis ab rebus: certis alię atq; aliæ res.
Nimirũ: quia multimodis communia multis
Multarum rerum in rebus primordia mista
Sunt: ideo variis varię res rebus aluntur.
Atq; eadem magni refert primordia sæpe
Cum quibus: & quali positura contineantur.
Et quos inter se dent motus: accipiantq;.
Nanq; eadẽ cælũ: mare: terras: flumia: solem
Constituũt: eadẽ fruges: arbusta: animãteis:
Verum aliis: alioq; modo cõmista mouentur.
Quinetiam passim nostris in versibus ipsis
Multa elemẽta vides multis cõmunia verbis:
Cum tamẽ inter se vorsus: ac verba necesse'st
Confiteare: & re & sonitu distare sonanti.

Tātū elemēta queūt permutato ordine solo.
At rerum q̄ sunt primordia plura adhibere
Possunt: vnde queāt varię res quęq; creari.

Tēpestas. Hic tps pluuiū. aliq̄n tps: vn̄ tēpe
stiuū opportunū. Indulget. Tanq̄ mater i-
dulgēs recreat: arida cū pluuio suppłicat her
ba Ioui: suppetias afferēs. Tpe fausto. Tpe
opportuno: vel q̄ pluuia freq̄ns sit in tpe tēl
di: quo cūcta vigēt. Tpa apriās fausta vocat & maij: quib⁹ frequētes pluuię satis et arboribus faustissimę sunt Focillo.
& ppinę. Tabes. Foedę tēpestates: quas excutiūt vēti. Focillāt. Recreāt, fouēt, muniūt cōtra sitūdinē. Dici Foculare.
mus focillo: vn̄ refocillare passim: & focillor: qua forma deponētis vsus ē Varro lib. ij. de vita patrū. reperit & Focula.
foculare vn̄ focula pro nutrimētis fouētib⁹ & instaurātib⁹ vires: qua dictiōe Plaut⁹ vsus est in psa. Legēdū tn̄
est hoc pacto. Imbrib⁹ & tabe mēbrorū arbusta vacillāt: vt sit hic sensus. nisi tēpestas sit fausto tpe exotiens ar
busta vacillāt: nutāt: & diruunt tabe mēbrorū: ruētibus videlicet eorū flagellis. Sic Priscianus legit lib. vij. lo
quēs. Vetustissimi tn̄ etiā in quibusdā latinis: q̄ nn̄ in es, pductā terminantia pares cū gtō habēt syllabas: in
hac declinatione solebāt pducere ablatiuū more quintę declinatiōis vel supradictorū grecorum: vt a mole, fa
me, tabe: quod adhuc etiā pfert. Virgilius in vj. Offam obijcit: ille fame. Lucan⁹ in. x. Nō mādāte fame mul-
tas volucresq; ferasq; Aegypti posuere deos. Iuuē. in. vj. Mēbra aliena fame lacerabāt esse parati & sua. Lucre Tabe secū-
tius. Imbrib⁹ & tabe membrorū arbusta vacillāt. Sua pro pte. Pro virib⁹ suis. caloris em̄ seminariū sol ē. q̄re da longa.
ab Aristotele dicit. Sol & hō generāt hoiem. Ne possint. Nō possent: si deficerēt hęc adiumenta sata crescere
nō possent. Scilicet. Et sane nos nisi aleremur a nutrimētis idoneis actū esset de vita nr̄a: q̄ tn̄ alimēta nō om
nib⁹ vna esse debēt. qm̄ alter ē cib⁹ hois: alter bouis: perinde nō oēs atomi cōueniūt passim oi generationi: sed
alię hoi: alię leoni: exēplo nutrimēti: qd̄ nō ē vnū ac simplex. Aridus. Nutrimēta solida siue stiptica vt panis
siluletā: copta rhodiaca: & huiusmodi ad siccitatē vergētia: vt sunt oia salsa: acria: & acida: q̄ extenuāt. Te- Stiptica q̄.
ner. Cibus liquid⁹ & humectus: q maxime alit: quib⁹ pituita credit augeri: vt sunt quędā pulpamenta: oua sor Humida q̄.
bilia, alica, oriza, amilum, ptisana, lac, bulbi, omnia fere glutinosa. Author Celsus in secūdo. Per humorem
tenerū intelligit mea quidē sn̄ia oia q̄ sunt stomacho aptissima: vt oia austera etiā q̄ acida sunt: q̄q; cōtacta sa- Stomacho
le modico sunt. Itē panis sine fermēto: & elota alica vel oriza vel ptisana, ois auis, ois venatio atq; vtraq; vel apta quę.
assa vel elixa. Ex domesticis aialibus bubula. Si qd ex cęteris sumit macrū potius q̄ pingue. Ex sue vngulę:
rostra, aures, vuluę. ex olerib⁹ intub⁹, lactuca, pastinaca, cucurbita elixa, siser. Ex pomis cerasiū, mora, sorbū,
pyrū fragile: qd̄ vulgo glaciale vocam⁹. Malū orbiculatū: qd̄ roseū: aut scādianū: cotoneū: punicum. Vuę ex Pyrū fragi
olla: molle ouū: palmulę: nuclei pinei: oleę albę ex dura muria: eędē aceto intinctę vel nigrę: q̄ in arbore pma le.
turuerūt: vel q̄ in passo defruto ve seruatę sunt. Vinū austerū licet sit asperū sit: itē resinatum. Durī ex materia Orbicula-
media pisces: ostrea, pectines, murices, purpurę, cochleę: cibi, potionesq; vel frigidę vel feruētes: absinthiū. tū malum.
Libuit hic paulisp expatiari psidia bonę valetudinis allaturus: simulq; opē politicis hoib⁹, nec nō studiosis: Optimum
q vt plurimū stomacho laborāt. Nihil magis bona valetudine expetendū: qd̄ prisci agnoscentes Delphis, au esse sanū.
thore Aristotele, inscripserūt. καλλιστὸν ὑγιαίνειν: hoc est fideliter & ex ai sn̄ia valere optimū. Tpe. Amissa vi
ta mortali: q̄ p tpis successionē vegetat: vel amisso tpe depditis annis & auulsis: q fataliter nobis erāt indulti.
Quidā nō tpe, sed robore scribūt. E neruis. Qui sunt roboris psidia. Exoluat. Futurū est vt dissoluat & dis
sipet. Adiutamur. Freq̄nter & multipliciter adiuuamur. Sēsus est: cū nō vno alamur cibo & alimēto hoc est Monopha-
monophagia: sed vario & diuerso hoc ē polyphagia: hoc indicat corpora nō ab vno principio, sed multiplici gia.
esse cōpacta. Adiuto ē adiuuo. Marc⁹ Tullius ex poeta prisco. O Tite si qd ego adiuto curāq; leuasso. Geli⁹ Polypha-
hoc verbo vtit. Dubio pcul. Absq; dubio. Certis. Statis, determiatis. Certis alię. Et res alię aliaq; animā- gia.
tia ex pprijs & peculiarib⁹ nutrimētis alunt: vt hois cib⁹ diuersus est ab aselli: qm̄ ex varijs sum⁹ orti primordi Adiuto.
is. Nimirū. Procul dubio hęc ē rō diuersitatis nutrimentorū. Quia. Ordo. iō varijs varię res reb⁹ alunt: quia
primordia multimodis multis cōia sunt mista in reb⁹ multarū rerū. hic ē sensus. qm̄ res plurimę ex diuersis pri
cipijs cōstāt: qd̄ est in cā vt nō sit oib⁹ vnū nutrimētū. Multimodis. Iūge cū multis vt plurimis plurib⁹. Hoc
addit ad vim enucleatius exprimēdā. Satis fuisset dixisse multimodis. Cōia. Cōiter cōcurrētia ad multorū
generationē. qdā dictionē multis iūgūt cū cōia: & exponūt primordia mista multimodis p multis modis: nā
ad generationē diuerso modo cōcurrūt, cōia multis sunt mixta in reb⁹ multarū rerū: hoc est inter generādū mi
scent in multis reb⁹ diuersę naturę. Multarū rerū. Diuersarū specierū, & multiplicē naturā habentiū. Eadē
primordia. Eędē atomi nō vno & simplici mō cōfluūt ad geniturā: sed varia positura & motu: quare q̄ generā
tur diuersa sunt. Magni refert. Magni interest. In hoc significatu pfert prima intenta. Iuuenalis. Quid refert
dictis ignoscat Mutius an nō. Cū quib⁹. Positionib⁹. Positura. Situ, loco, ordine vt aperiet. Inter se. Ato
mi dū ad geniturā cōcurrēt. Accipiāt. Tolerāt ictus & ppulsus aliarū. Nāq; eadē. Qz magni intersit quo or-
dine cōcurrāt atomi patet hinc q; diuersa ab his creata sunt vt terrę, mare, flumina: & id gen⁹ reliq̄: q̄ vna essēt
vtpote ab vno principio creata: nisi a varijs habitib⁹ & figuris atomorū discreparēt. Eadē. Corpa prima in-
tellige. Cōstituūt. Efficiūt, creāt. Eadē fruges. Repete cōstituūt. Alijs. Cū Atomi sint vnimodę diuersifi-
cant iuxta corpa: quib⁹ hęrēt in generādo. Mouent. Diuersum motū exercēt: a quo resultat diuersitas in re
bus. Quinetiā. Sēsus: cū lrę sint eędē: quib⁹ cōstāt mea carmina: tn̄ versus nō sūt vnimodi: pinde necesse ē
cōfiteari principia esse eadē & si res createe ab illis sint diuersę. Elemēta. Literas vn̄ senex elemētarius. Cōia Elementa-
Cōiter cōcurrētia ad cogēdas multas dictiōes: in quib⁹ lrę nō sunt eędē & sunt: sunt re ipa & essentia: nō sunt i rius senex.
ordine & loco: quoniā varia positura iacēt in ijs, amor & Roma. vt patet eo versu. Roma tibi subito motibus
ibit amor. qui relectus & retroactus idē efficit: sed diuersimode. Vorsus. Versus: quare vorsa facundia ab A-
puleio dicit: a quo & prorsa: quā semidoctum vulgus prosam vocat. Ac verba. Quę eisdem literis com-
pacta, sed ordine & serie diuersa nō idē sonabūt. Mirantur hāc dictionē rodor: in qua etiā relecta nihil imutat. Rodor,
Idē accidit in tenet. Re. Res significatu & substātia. Sonitu. Sono: aliud sonāt in vna voce: aliud in alia. Tenet.
Distare. Differentes esse. Sonāti. Alium modo, modo alium sonum accipiente: modo grauē: mō leuem.
Tantum queūt. Tantū possunt: tāta est elementorū efficacia: quę ordine mutato mutant effectus nō secus
ac mutatę literę sonū mutant & positurā. Elementa. Nedum literę: sed & cętera principia. Possunt adhi-

bere. Sensus: possumus ostendere q; plurima sunt primordia in plurimis rebus. Possunt. Nostri dogmatistę. Adhibere. Differendo prestare. Que sunt rerū. Que sunt in pluribus rebus. Vnde. A quibus primordijs. At rerum. Si mutatę literę mutant verba & id genus reliqua, eo magis principia rerum ordinē rerum mutare possunt.

Nunc & Anaxagorę scrutemur ὁμοιομερίαν
Quā gręci memorāt: nec nostra dicere lingua
Concedit nobis patrii sermonis egestas.
Sed tamē ipsam rem facilest exponere verbis.
Principio rerum quā dicit ὁμοιομερίαν
Ossa videlicet e pauxillis atq; minutis
Ossibus: & sic de pauxillis atq; minutis
Visceribus viscus gigni: sanguenq; creari
Sanguinis inter se multis coeuntib9 guttis:
Ex auriq; putat micis cōsistere posse
Aurū: & de terris terram cōcrescere paruis:
Ignem ex ignibus: humorē ex humorib9 esse:
Cętera consimili fingit ratione: putatq;.
Nec tamē esse vlla parte idem in rebus inane
Concedit: neq; corporib9 finē esse secandis.
Quare in vtraq; mihi pariter ratione videtur
Errare: atq; illi supra quos diximus ante.
Adde q; imbecilla nimis primordia fingit:
Si primordia sunt: simili q; prędita constant
Natura: atq; ipsę res sunt: ęqueq; laborant:
Et pereunt: neq; ab exitio res vlla refrenat.
Nam quid i oppressu valido durabit eorum:
Vt mortem effugiat leti sub cœtibus ipsis?
Ignis: an hūor: an aura: qd horū sāguis ad nos
Nil vt opinor: vbi ex ęquo res fundit9 omnis
Tam mortalis erit: q̄ q̄ manifesta videmus
Ex oculis nostris aliqua vi victa perire.
At neq; recidere ad nihilū res posse: neq; autē
Crescere de nihilo: testor res ante probatas.

Homiomeria.

ὁμοιομερίαν. Similitudinem partiū: partes similares appellant. Refutatis opinionibus Heracliti nūc aggreditur Anaxagorę sniam qui dicebat homiomeriā esse principiū rerū. Est eñ vox ista ex duabus dictionibus compacta. homion nāq; simile gręci dicūt: & meros partē. Est eñ homiomeria Anaxagorę hæc. Credebat ille esse quedā ossa minutissima: ex quibus gignerētur ossa magna: q̄ sūt in animātib9: & ex pauxillulis visceribus nasci viscus: ex paruulo sanguine paruulū sanguinem: & sic de reliquis cōuenientibus inter se minutulis istis partib9: adhęrentibusq; magnis.

Homogenea. Heterogenea generatio.

Duplex ē generatio altera homogenea i. similaris: altera heterogenea dicitur .i. dissimilaris. Homogenea primo & ex se cōstat ex homiomeria: vt os fit ex ossicul': sanguis ex sāguicul'. Ex similarib9 pticul' natura ppagatur animātis: q̄ ex ābab9 cōstat. Nō eñ caput animātis caput similare ē cū diuidi valeat in diuersæ appellatiōis particulas: cū vero in ossa os soluat vt Caro in carnes. similare vocat siue homogeneum. Nec solū animantia, sed & ianima cēsebat iste cōstare ex homogeneis vt æs ex æris tenuissimis portionib9 conflari iudicabat. Albertus magnus lib. iiij. meteororū in hac significatione corpora vocat homiomera. Idē Albertus eiusdē libri tractatu quarto sic ait. Dico autē illa esse homiomera quęcunq; quidē in cōponentibus essentialibus partes dissimiles habent: sed in quantitatiuis partibus diuidunt per similia sibi eo q; quęlibet para quātitatiua ipsorū noiatur noie totius: & habet ipsius rationē. quęlibet eñ ps plūbi, plūbū est: & caro carnis est. Talia autē sunt in genere triū differentiarū. s. mineralia: vegetabilia: & sensibilia. Serui9 lib. iiij. ęneid. Exoriare aliqa nr̄is ex ossibus vltor. secūdū Anaxagorā q homiomeriā dicit. i. oīm mēbrorū similitudinē esse in rebus creandis. Ergo sicut ex ossib9: sic ex sanguine & medullis. Nā oia pro parte sui transeunt in pcreationem. De homiomeria Anaxagorę lege Aristotelē lib. j. de generatione animaliū. Scrutemur. Excutiamus, euentilemus. Nostra. Romana. Non cōcedit. Non pmittit. Patrij sermonis. Nostrę linguę. Egestas. Hoc refer ad copulādas diuersę naturę dictiones: in qua quidē re belliores sunt gręci q̄ Romani nostri. Liuius cū de Androgyno loquitur tradit gręcā copulādis dictionib9 aptissimā.

An latina lingua græca paupior.

Nec tñ cōcedo linguā latinam esse gręca pauperiorē in necessarijs: quod nō æquis aurib9 admitteret Cicero, modestiores fuerūt latini: gręci licentiores: vt q entelechian dixerūt esse aiam: nostri nō minus perfectihabiā dixissent: sed peregrinis fauemus: & in nos legē sancimus iniquā. hemicyclon quod illi dicūt, idē munditer Apuleius semirotundum. Quod illi διδυμοτόκον Ouidi9 concinnius gemelliparā: nec min9 exculte noctilucā Horatius: & eū magn9 Albertus imitatus libro de animalib9. xxiij. Audi q̄ ingrati in nosmet simus: & alienis faueamus: idq; homine græco Theodoro Gaza latinissimo a nobis stante. Sed eñ sufficit, inquit Theodorus, lingua latina singulis græcę orationis siue vocabulis siue sentētijs: q̄ q̄ nonnulli que latine exprimere nequeūt: hæc inopię linguę tribuūt latinę: suāq; pauperiē vitio dare linguę locupletissimę audēt: quos satis cōuici a Marco Tullio puto cū ille linguā Romanā ne copia quidē verborū a gręca superari autumet. Exclamat ille aliquātulū quidē importune. O inopem interdum linguam gręcam: sed non sine causa: quoniam nonnulli ita contendunt: vt grecis

Enthelechia. Semirotūdum. Gemellipara. Noctiluca.

nihil deesse latinis penulta desiderari pronuciet. Hęc ille grecorū oīm doctissim⁹: q, vt maxima veritatis vis ē: la tinissimus latinitatē tuetur aduersus hos græculos ne dicam graculos ꝓpugnans: qui incedūt suffarcinati cū libris cum sportulis: & operto capitulo in thermopolio calidum bibunt: merę alaudæ: ne dicā meropes: quando paucissimi sunt illa vetere græcia digni. Hieronym⁹ quoq; magnoꝝ maximus ad Sunniā & Fretelā: Nec quis, ait, latinā linguā angustissimā putet ꝙ non possit verbum de verbo transferre: cum etiam græci pleraq; nostra circuitu transferant: & verba hebraica non interpretationis fide, sed linguę suæ ꝓprietatibus nitanť exprimere. Rufinus tamē lib. j. cōtra Hieronymū. Vn̄ & nos ꝓpter paupertatē linguę & rerū nouitatē: & sicut quidam ait: ꝙ grecorū & sermo latior & lingua felicior sit. Sed cuidā hoc Rufinus ascribit vt apud se suspectū. Seneca controuersiarū libro sexto. Græcas sentētias in hoc refero: vt possitis ęstimare primū q̄ facilis græcæ eloquentiæ in latinū transitus sit: & quantū omne qđ bene pōt dici cōe omnib⁹ gentib⁹ sit: deinde vt ingenia ingenijs conferatis: & cogitetis latinā linguā facultatis non minus habere, licentiæ minus. Frōto tn̄ apud Gelium. ij. noctiū atticarū ait. Non inficias imus quin lingua græca prolixior fusiorq; sit q̄ nostra. Frōtoni Cicero reclamat his Thusculanarū quęstionū secūdo. Hęc duo greci illi, quorū copiosior est lingua q̄ nostra, vno nomine appellant. Itaq; industrios hoīes illi studiosos vel potius amātes doloris appellāt: nos cōmodius laboriosos. aliud est enī laborare, aliud dolere. O verborū inops interdū quibus abūdare te putas grecia. aliud inquā est dolere, aliud laborare. Terentianus tn̄ alienis magis fauet sic. Quo probarē planius & simul q̄ multa græcis nostra non respondeāt: queq; respōdent ab ipis esse nobis tradita. Verbis. Circūlocutionib⁹ verborū. q̄ dictionis græcæ cōtextū possunt explicare. Ipsam rē. Significationē homiomeriæ. Pauxillis. Paruulis. declarat quid sit homiomeria Anaxagoræ. dicimus paulū, paululū, pauxillū, & pauxillulū. Ossibus. Ait ꝙ e minutissimis segmentis ossium ossa gignunť. Viscus. Visceris facit in patrio casu. hoc carmen citat Seruius. Marcellus. Viscus positū pro viscere. Lucretius. Viscerib⁹ viscus & reliqua. Virgilius Georgicon libro primo. Tum laqueis captare feras & fallere visco Inuentū. i. tractus visceribus. Lucil. Anꝙ pane & viscere priuo. oēm carnem inter coriū & ossa viscus appellabant. Viscerari prisci dicebant viscus populo diuidere: quare visceratio carnis distributio. Romani ꝓpe solenniter latinis in albano viscerationē dabāt: de qua Gelius, Liuius, Seruius meminerunt. Seneca. Visceratio sine amico leonis ac lupi vita est. Visceratim p viscera.

Industrij. Pauxillū. Viscus. Viscerari. Visceratio. Visceratim. Sanguen.

Sanguen. Sanguis. antiqui pro sanguine voce notissima hoc sanguen dicebant. Author Priscianus libro vj. aduocās sup hac re testimonia priscorū. lege cōmentaria nostra in Plautū. Est & sanguen arbor: quæ virga sanguinea vulgo. A Columella sanguinaria herba dicitur a sanguine sistendo: quā polygonon greci dicunt. Gelius lib. iij. Eumq; inter mortuos defatigatū vulneribus atq; spirantemq; sanguen defluxerat cognouere. Sūt tn̄ non Gelij verba sed Catonis. Coeuntibus. Concurrentibus ad genitura. Guttis. Paruulis stillis.

Mica.

Ex auri. Docet præterea Anaxagoras ꝙ ex auri frustello fit aurum. Micis. Minutijs. ꝓprie loquiť. Nam mica arenula est: q̄ fulget auro similis. De terris. De particulis terrę. Ignē ex ignibus. subintellige consistere posse. Humorē. Aquā ex aquula fieri. Fingit. Bn̄. sunt em̄ figmēta & mera ꝑdeliria. Putat. Opinať cūcta ex suis partibus vel similaribus vel dissimilaribus conflari. Nec vlla parte. Nullatenus cōcedit Anaxagoras inane dari: sed corpora in sectiones infinitas tradit esse diuisibilia. Secandis. Diuidendis in quācunq; paruissimam minutiem: vt nullum tam exiguum frustellum sit corporis: quod nō in minutiorem micam secari possit: quod & sensit Aristoteles: qui dixit ꝙ infinitum secundum quantitatem vel formā est sic ignotum ꝙ non scitur ex qualibet aut quod sit constitutum. Et ad hunc sensum capit Aristoteles propositionem illam. Infinitum secundū ꝙ infinitum est ignotum: contra Anaxagoram, qui ponebat infinita principia rerum naturalium tam secundum qualitatem q̄ secundum quantitatem: ostendendo ꝙ tunc nullum compositum naturale esset notum: quia sua principia ex quo essent infinita non essent cognita quæ & quot essent. Nā infinitum secundum ꝙ infinitum primo modo non est ignotum id est quantum ad rationem formalem secundum quā dicitur infinitum. Nam finitas & terminatio est cognita: ergo infinitas & priuatio terminorum potest esse cognita. Item infinitum sub ratione infinitatis definitur saltē definitione quid nominis: ergo vt sic potest esse notum. In vtraq;. Et quod inane tollit & qđ ait corpora esse in infinitū sectilia. Illi. Qui negabant inane: vt Heracliti sectatores. Imbecilla. Pauxilla. In hoc allucinatur Anaxagoras ꝙ nimis minuta facit illa principia rerum. Si primordia sunt. Tacita negatio. Sunt hæc primordia nimis pauxilla si sunt principia: quod prorsus a veritate alienum censeo. Simili natura. Eiusdem formę & qualitatis cum genitis rebus: tanq principia debeant esse diuersa a natura substantiæ creatæ. Atq;. Vt sunt res ipæ ex principijs illis conflatæ. Aequeq; laborant. Cum ex illis principijs genita sint caduca & mortalia: sequereť vt & principia quæ sunt idem essentialiter cum creato essent corruptioni obnoxia. Laborant, expone morti sunt obnoxia.

Infinitum.

Ab exitio. A corruptione. Res vlla. Nihil poterit illa principia eximere ab interitu. Refrenat. Retrahit a corruptela. Oppressu valido. Corruptione vehementi. Quid eorum. Corpusculorum. Leti. Corruptelæ. Cætibus. In congressu perniciei. tale apud Plautum. Primo cætu vicimus. priscum tamen exemplar dentibus habet: per dentes corruptionis assiduas mutationes intellige: quę res genitas prementes cogūt esse obnoxias perniciei: vnde vetustas ab Ouidio dicitur edax. Sanguinis ad nos. Corrigendum, sanguinis an ne os: sensu tali: quid eorum durabit cum venerit hora dissolutionis & exitij ignis: an aqua: an anima hoc est aer: an ossa quæ membrorum ligamenta sunt in homine: quæ terræ repræsentant elementum: nihil ex his certe corruptioni poterit obstare. per ignem intelligit elementum: qđ in homine est: per humorem aquam per auram aerem, per os terram. Reperio in codice viri docti Codri Bononiensis grammatici: cuius mihi legendi copiam fecit Bartholomeus Blanchinus facundus & eruditus municeps meus musarum sacerdos intimus: sanguis ὁμοίως: qua dictiōe significatur similis. posset quoq; legi ὁμοίως pro similiter. Opinor. Durabit. Vbi ex æquo. Ibi, in illo composito ex æquo id est æqualiter & indiscriminatim. omnia peribunt quē admodum videmus aliquid intercidere & sub oculo dissolui. Funditus. Penitus. Mortalis. Corruptibilis.

Bartholomeus Blāchinus.

Manifesta. Pro manifeste: nomen pro aduerbio. Victa. Dissoluta. Perire. In nihilum redigi. Recidere. Dilabi: cadere rursus: quidam decidere legunt offensi mensura syllabica. ego nihil immuto: quoniā scilicet exemplo Homeri & Maronis potuit addere alterā cōsonantē vt ꝓmutæ syllabæ vtereť ambigus quātitate:

quod oẽs in reliquijs obseruant & in religione: scribendum est igiť recidere. Crescere. Creari. Testor. Profiteor. Res ante ꝓbatas. Quaa res non paucis cõgestis argumentis probaui.

¶ Pręterea. Aliud argumentũ homœomeriã diruens. Os & mẽbra reliqua similaribus partibus conflari non posse hoc docemur: ꝙ cibus nostrũ pro alimento corpus auget: & tamen nec ossa nec nerui deꝑhendunť in tritico. Summatim sic. Si ex paruis corporibus cõsistunt nostra, corpora accidet ꝙ nascẽtur ex partib⁹ alienis, non suis, nõ proprijs: qm̃ cum haec crescãt per cibum: ipe cibus erit ex osse & neruis: cũ constet ex principijs: & ipsa principia sint corpora pauxilla. Scire licet nobis. Nos intelligere debemus & noscere. Sensus. Scire nobis oportet Anaxagorã & eius dogmatistas dicturos cibum: qui nobis vitam suppeditat, sanguinẽ, venas, ossa: habere & ipm quoq; venas, ossa, sanguinem.

Auget. Nutrit. Sanguen. Sanguinem.

Siue cibos omnes. Scire licet cibũ vel plures cibos, quibus nõ vnimodis alimur, habere in se omnia membra quęcunq; suo nutriuntur alimento. Commisto. Scribe cõmistos: qui cibi nostro corpori insinuabũtur & ingerentur. Corpore. Pro corpori. casus ꝑ casu. Maro. & magno se corpe miscet. Dicẽt. Philosophi opinionẽ Anaxagorę sectãtes. Esse. Et sanguine & venis & ossibus ꝑditos. In se. In natura sua & essentia ossa & sanguinem. Corpora. Minutias illas & frustella: quibus aluntur omnia. Omnino. Essentialiter nõ virtualiter, vt ita loquar, & potẽtialiter. Fiet. Et concludemus si huic acquiescimus rationi, ex alienis rebus esse alimenta compacta: vtpote ꝙ in vino sit caro.

Liquor. Cibus humidus. Alienigenis. Diuersæ naturæ: vtpote cum sit necesse dicere frumento quo alimur inesse neruos & sanguinem. Ossibus. Quae ossa sunt res alienę a tritico. Misto. Hærente cũ alimẽto. Praeterea. Sensus. in nutrimento q̃uis eo nutriať quispiã nõ sunt nutrita membra: quod ꝓbať ab exemplo. non eñ inferes sata quis nutriãtur a terra, illa esse terrena. E terra. Terra nutrimentum illi suppeditante. Si sunt in terris. Quis alantur in terris. Terras constare. Minime necessarium ẽ illa terras esse q̃uis terris innutriank. Alienigenis terris. Ex alimento terrestri diuersę naturæ. Trãsfer itẽ. Similiter a contrario declamando. Si in nutriente est natura nutriti, sequeť ꝙ in arboribus & syluis esset ignis: & pars rei nutritae in alente latitabit: & hoc ponendo, lignum a natura ꝓpria recedet. & qđ solet ignem nutrire: ab igne nutrieť: recidemusq; in quãdã elemẽtorum cõfusionem. Totidem verbis. Verte in contrarium totidem verbis procedet argumentum. Vtare licebit. Poteris vti. In lignis. Similiter si ignis ex lignis exiliet: ardor erit in lignis. Ex alienigenis. Ex elemento naturæ diuersæ. Quae lignis. Ligna igitur quae nascuntur ex flamma & ipsa erunt flammata: & contrariæ naturæ humori. Praeterea. Sensus. Anaxagoras ꝗs

Pręterea quoniã cibus auget corpus: alitq;
Scire licet nobis venas: & sanguen: & ossa:
Siue cibos omneis commisto corpore dicent
Esse: & habere in se neruorũ corpora parua:
Ossaq;: & omnino venas: parteisq; cruoris.
Fiet vti cibus omnis & aridus: & liquor ipse
Ex alienigenis rebus constare putetur:
Ossibus: & neruis: veneisq;: & sanguine misto.
Pręterea quęcunq; e terra corpora crescunt:
Si sunt in terris terras cõstare necessest:
Ex alienigenis quae terris exoriuntur.
Transfer item: totidem verbis vtare licebit.
In lignis si flamma latet: fumusq; cinisq;:
Ex alienigenis consistant ligna necessest:
Ex alienigenis quę lignis exoriuntur.
Praeterea tellus: q̃ corpora cunq; alit: auget:
Linquitur hic tenuis latitandi copia quędam:
Id qđ Anaxagoras sibi sumit: vt oĩb⁹ omneis
Res putet immistas rebus latitare: sed illud
Apparere vnum: cuius sint plurima mista:
Et magis in prõptu: prima q̃ in frõte locata.
Quod tamẽ a vera longe ratione repulsust.
Cõueniebat eñ fruges quoq; sæpe minutas:
Robore cum saxi franguntur: mittere signũ
Sanguinis: aut aliquid: nostro q̃ corpe alũtur:
Cũ lapidem in lapidẽ terim⁹ manare cruorẽ.
Cõsimili ratione hęrbas quoq; sepe decebat:
Et latices dulceis guttas: similiq; sapore
Mittere lanigeræ quales sunt vbere lactis.
Sic licet & glebis terrarũ sæpe friatis
Hęrbarum genera: & fruges: frõdeisq; videri
Dispertita: & in terram latitare minute:
Postremo in lignis cinerem: fumumq; videri:
Cũ pręfracta forent: igneisq; latere minutos:
Quorum nil fieri quoniã manifesta docet res:
Scire licet non esse in rebus res ita mistas.
Verum semina multimodis immista latere

Multarum rerum in rebus cōmunia debēt.
At sæpe i magnis fit mōtib⁹ (iquis) vt altis
Arborib⁹ vicina cacumina summa terantur
Inter se: validis facere id cogentibus austris:
Donec fluxerunt flammę fulgore coorto:

argumentis respondere potest terram nō esse ex natura satorum: sed quoniam in terra latent quædam parua corpora quibus sata nutriantur. Quæ corpora cunq;. Tmesia pro quæcunq; corpora. Copia. Facultas quędā corporum minutissimorum. Dicebat Anaxagoras corpora cūcta ex his minutissimis constare corporibus: sed illa latere in corporibus magnis nec aspici posse. Linquitur. Desinit latere corpusculum in terra & promicat ad alendum. Hic. Tunc quando terra sata nutrit. Latitandi copia. Quædā multifaria corpuscula: quæ pri⁹ latebant in substantia. Sumit. Assumit pro fundamento, & opinionis suę munimine. Omnes. In igne exēpli gratia tradit esse ignes infinitos. Apparere vnū. Dicebat Anaxagoras ex pluribus minutis corpusculis cogi vnū corpus genitū: quod appareret: cū tamē illa pauxilla corpora tanq̄ elemēta delitescerent. Cui⁹. In quo vno corpore apparenti & ex multis coacto. Plurima. Corpora paruula, insectilia, & elemētaria. Et magis in promptu. Sensus. ait Anaxagoras. cum lignū anteq̄ ab igne corripiatur non flammam accendit aut igneū: cū si est ex igne concretum? quoniā, respondere potest Anaxagoras, semina ignis latebant: nec erant in procinctu in mundo: & expedito: occupabantur enim a ligneis sectionibus adeo vt nō possent naturam suam exercere.

In prima fronte. In actu. Locata. Illa semina immista corpori. Repulsust. Repulsum est: quā opinionem Anaxagoræ veri philosophi repulerunt ex philosophiæ centuria. Cōueniebat. Anaxagoræ opinionem de principijs esse nullam hæc ratio demonstrat: quæ subsequitur. Si auctoritati sententiæq; Anaxagoræ plaudere velimus: erit asserendum triticum cum molæ farinariæ subditum erit, nō farinam extrudere: sed sanguinem: si res omnes sunt contubernea colluuie mistæ. Minutas. In minutiem redactas a saxo molendario. Robore saxi. Pistrino: pōdere vtriusq; rotæ superioris scilicet & inferioris: quarū altera dicitur ὄνος. hoc est asinaria: altera catillus. Mittere. Emittere: foris ostendere. Aut aliquid. Cōsimile signo corporis. Nostro. Supplēdum simile. Quæ corpore aluntur. Et decebat ipsas fruges dum truduntur mola vel emittere sanguinem vel aliquid simile visceribus & interaneis: quæ aluntur in nostro corpore. Cum lapidem in lapidem. Sensus. cum terimus fruges & in ictibus lapidis inferioris in superiorem comminuimus: tunc sanguis emicaret. Melius. Nedum cum terimus triticum sanguinem oportuit emanare. Sed cum lapidē lapis terit ex collisione sanguis emicaret. Cum inquit Plautus in Asinaria; ducam te illuc vbi lapis lapidē terit: ad fustidinas & ferricrepidinas: illis verbis pistrinum intelligit. Quidam codices habent cum lapidi lapidē. Cōsimili ratione. Itidem si confusa sunt omnia debebant herbæ non cremorem varium: sed lac candidum exudare. Latices. Aquas. obiter aperiamus locum apud Papinium libro quinto syluarum nondum satis obuium: vbi Domitius culpa tamen mendosi codicis, fœdissime est lapsus. Ecce, inquit, me natum propiore terra Nōn tamen portu retinent amœno Desides baiæ laticen ve notus Hectoris amnis. Scribendum ex priscis exemplaribus. liticen ve notus Hectoris armis: & intelligit se nulla nec Baiarum nec Miseni teneri voluptifica amœnitate. Scimus enī Misenū in Campania vocatum a Miseno illo Maroniano illic sepulto: qui fuit Hectoris liticen, hoc est lituum retortam videlicet tubam inflabat: de quo Maro sexto æneidos: vnde hæc Statiū descripsisse aut colorasse contenderim. Et lituo pugnas insignis obibat & hasta. Dulcis. Lactentes. Lanigeræ. Corrige lanigero & iunge cum vbere sensu ferme tali. Si in corporibus omnia sunt confusa simul decebat herbas mittere guttas lacteas non dissimiles illis, quæ ex vbere sunt lanigero. Quales. Guttę sunt in vbere pecuino. Scilicet. Respondet obiectioni tacitæ. responderi posset. atqui videntur omnia mista: nonne in terra sunt herbarū radiculæ adeo capreolatim implicitæ vt videantur terræ esse congenitæ: tamen ait Lucretius si terra radicibus herbarum comminuatur: videbimus actutum diuersimode sitam esse terram & radices illas. ordo. Sic licet sæpe videri genera herbarum & fruges & frondes dispartita. Glebis terrarum. Per grumos & globos terræ prominentioris: in qua gramina, & id genus herbulæ subinde altrinsecus inhærent. Friatis. Tritis, comminutis. Friare significat digitis terere & dispuluerare. verbum est Plynio togatorum eruditissimo peculiare. Composita, affrio, & infrio, & friabile: qua dictione Plynius quoq; vtitur libro. xxviij. Dispartita. Separata. terendo videmus non habere corpora mista: sed secreta. Interram. Intra terram. Latitare. Occultari, abdi. Minute. Minutatim. cum minimis licet radicibus. Postremo. Si concedi posset ista rerum colluuies & confusanea miscella, discuneatis, hoc est cuneo lignis apertis egrederetur & promicaret ignis: qd̄ oculata fide p̄postere rum esse cognoscimus. In lignis. Repete verbum. sic licet videri. Præfracta. Vi ignis aperta & disclusa vel cuneis fissa. Minutoa. Frustula & quisquiliolas ignis. Res. Effectus & experimentum. Ita mistas. vt docet Anaxagoras. Verum semina. Atomi, q̄ sunt omniū rerum semina, latent quidem tanq̄ prima principia in compositis corporibus & inania supradicti capacibus. Multimodis. Pro multis modis: hoc est multifarie & multipliciter. Communia. Iunge cum semina: quæ pro primordijs accipiuntur: quæ omnibus æqualiter accidunt. In magnis montibus. Vtitur antipophora. potuisset qs dicere atqui Lucreti indocte admodū negas corpora ex multis corporibus mista, cum hanc tuam opinionem redarguat exemplum manifestariū. Videmus enim arbores inuicē atteri: ex quarum attritu elicitur ignis: videbatur ergo semen ignis in arbore delitescere. Sed hoc aliunde prouenire Lucretius autumat ex atomis videlicet ignibus aptis agitatu circumflui aeris conuenientibus ad incendium suscitandū. & talē ardorē Pyreneus mons sępe per attritū arborū suscitatur vnde nomē adeptus est. Inquis. Dicere potes o Anaxagora. Altis. In summis arborum cacuminibus.

Cacumina summa. Superficies & summitas editæ procentatis arborum. Terātur. Mutuo attritu confricētur: quod psithirisma a Theocrito vocatur: quod sine grato murmure fieri non solet. Facere id. Generantibus ventis eum attritum. Fluxerunt. Manauerunt. codices antiqui habent fulserunt hoc est apparuerunt.

Coorto. Simul vndiq; arborum excitata flamma.

Asinaria. Catillus.

Loc⁹ Papinij in syluis. Liticen.

Friare. Affrio. Infrio. Friabile. Discuneatum.

Pyrene⁹ vnde. Psithirisma.

Scilicet & non est lignis tamen insitus ignis:
Verum semina sunt ardoris multa terendo:
Quæ tum cum fluxere: creant incēdia syluis.
Q; si facta foret syluis abscondita flamma:
Non possent vllum tempus celarier ignes:
Conficerent volgo syluas: arbusta cremarēt.
Iam ne vides igit (paulo quod dixim9 ante:)
permagni referre eadem primordia sæpe:
Cum quibus & quali positura continganturꝫ
Et quos inter se dent motus accipiantq;:
Atq; eadem paulo inter se mutata creare
Igneis e lignis: Quo pacto verba quoq; ipsa
Inter se paulo mutatis sunt elementis:
Cū ligna atq; igneis distincta voce notemus:
Deniq; iam quæcūq; in rebus cernis apertis:
Si fieri nō posse putas: quin materiai
Corpora consimili natura prędita fingas:
Hac ratione tibi pereunt primordia rerum:
Fiet vti risu tremulo concussa cachinnent:
Et lachrymis salsis humectent ora: genasq;.
Nūc age qđ superest: cognosce: & clarius audi
Nec me animi fallit: q̄ sint obscura: sed acri
Percussit thyrso laudis spes magna meū cor:
Et simul incussit suauem mi in pectus amorē
Musarum: quo nunc instinctus mēte vigenti
Auia pieridum peragro loca: nullius ante
Trita solo: iuuat integros accedere fonteis:
Atq; haurire: iuuatq; nouos decerpere flores:
Insignemq; meo capiti petere inde coronam:
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ.
Primū q; magnis doceo de rebus: & arctis
Religionum animum nodis exoluere pergo.
Deniq; q; obscura de re tam lucida pango
Carmina: musęo contingēs cuncta lepore.
Id quoq; enim nō ab nulla ratione videtur:
Sed veluti pueris absynthia tetra medentes
Cum dare conātur: prius oras pocula circum

¶ Scilicet. Nō igne grauidę sunt arbores: et si attritu coorto flagrent: verum terendo excitātur illę atomi: quę sunt ignis alimenta. Semina. Fomenta & nutrimenta ignis non sunt in arbore: sed in atomis aeris arbori circūfluis. Sunt. Extrinsecus. Terēdo. Iunge cum inferioribus: & expone per mutuum ramorū attritum: & dum teruntur: vt est illud Maroni anum in buccolico ludicro vulgatissimum. Frigidus in pratis cantando rumpit anguis. Quæ. Semina ignis. Fluxere. Cum proruerunt & per aerem affluxerunt circūfluum. Creant incēdia syluis. Sunt incē vt syluę ardeāt & cōflagrent. Q; si. Sensus est. si comparatū esset vt ignis inolesceret lignis: nō celarentur ignes: sed arborum medullę, vt ita loquar, ignescerent: neq; magis hoc tempore q̄ alio syluæ cremarentur. quoniā ignis interior vim suam semper & vbiq; bacchabundus exerceret. Facta. Inde acta, naturalis, vt pote immista. Syluis. In arboribus syluestrib9. Abscondita. Inclusa. Vllum. Nec per tantillum spatium: sed emergerent ad propriam naturam enitentes. Celarier. Celari. proparalepsis figura. Conficerent. Depopularentur. prosternerent. Similiter Lactantius libro secundo diuinarū institutionū. Ignis quidē permisceri cum aqua nō pōt: quia sunt vtraq; inimica: & si cōminus venerit alterutrū quod superauerit cōficiat alterū necesse est. vnde cōfectores ferarū vocati: quos bestiarios appellāt. Volgo. vulgo: passim: indiscriminati. Idē alibi. Volgiuago vitam ducebant more ferarum. Arbusta. Arbores in hoc loco. ꝓprie loquendo arbusta dicuntur arbores vitibus cōnexę: quę suo plantantur ordine. Columella & Plynius quoq; de ratione ponēdi arbusti meminerūt. p̄terea arbustū ꝓ arboreto sumit, hoc est virecto arboribus fructiferis consito. hinc arbustiuę Palladio vites: quę repūt arbusto. reperitur & apud Plyniū arbustare: quod est & vites & arbores depangere. Iam ne vides. Hinc colligere licet principia sub diuerso motu, ictu, & positura habere alios & alios effectus. Nā atomi aeri circūfuso iunctę & lignis se affricātibus, habēt aliū affectū: iunctę eędē cū ferro vires amittunt actu quidē non potentia. Permagni referre. Multū interesse. Contingantur. Adhęreāt, & vna incūbāt. Mot9. Differentia perinde est in motu. Nā aliud celeriter se mouētes, aliud tarde perficiūt. Eadē. Primordia. Mutata. Diuerso statu, positura, loco agitatę atomi varia efficiunt & patrant. Quo pacto. Principia sub alia & alia positura aliud & aliud creant: cum tamen sint vna & eadem: perinde ac scribētes ligna & ignes literas easdē fere vsurpamus: sed quoniā diuersa serie collocātur, diuersum verborū significatum faciūt. Paulo mutatis elemētis. Literis paululum diuerse digestis. Nam ordine literarū dictiōes variant: cū tamē elemēta sint eadē: differunt ordine & serie. Ligna. Cū scribis hāc dictionē ligna in ea plures literas inseris: quarū partē capit dictio ignes: iā vides quale sit discrimē inter hoc & illud. Distincta. Seiugi, separe. Notemus. Scribamus. Deniq;. Cæterum si dices nō posse fieri quin corpora

Cōfecto-res. Bestiarij.

Arbustū Arbore-tum. Arbusti-uę vites. Arbusta-re.

fingas ex eadem materia consistere cum principijs: hoc quod pene ridiculum est nedum falsum, eueniet: vt
cum quis rideat lachrymet. In rebus apertis. Ad oculorum sensum occurrentibus. Apertis expone euidēti
bus & manifestarijs. Materiai. Si putas nullum creatum existere quin sit eiusdem speciei cum creato: impos
sibilia tibi accident. Materiai corpora. Expone prima corpora: quæ dāt rebus omnibus materiam, id est ori
ginem. vel ita ordina. Si non putas posse fieri vt fingas corpora supple prima esse perdita natura consimili
materiai: hoc est principia esse similia corporibus quæ habent materiam hoc est sunt conflata: nō pura nec pri
ma, sed mista cum materia: quoniam prima corpora sunt tantum forma. Hac ratione. Si adhæres huic ra
tioni cadis in errorem: de quo affatim superius: q̄ scilicet corpora prima corrumpentur ad corruptionē sub
iecti seu conflati. Tibi. Huic errori allubescenti. Pereunt. Corrumpuntur. Fiet. Sensus. si verum est ori
ginalia & primordialia corpora esse eiusdem naturæ cum suo subiecto: Socrates nō cachinnabit: sed in Socra
te elementa seu prima corpora. Nam cū eiusdē rei sint eadē accidentia: Socratesq; sit idem cū principijs: riden
te Socrate, rideant primordia necesse est. Vti. Vt. Tremulo. Totum concutiente corpus. In reuerendę ve
tustatis exemplari scriptū est temulo hoc est vinulēto. Temetū vinum dicitur: a quo temulū quidā deflectunt Temulū.
& temulentū: vnde temulentia auctore Plynio pro ebrietate. Temetū dicitur q̄ mētem tentet. quoniam, vt ele Temetū.
ganter Plautus inquit, Vinum malus est luctator: pedes captat primum. Androcides sapientia clarus subin Temulen
de monebat Alexandrū vt vino tēperaret dicēs. O rex cū vinū bibis, memento te bibere sanguinem terræ. tia.
Nam cicuta homini venenum: cicutæ vinum. Quæ si rex merobibus audiuisset mensam charo sanguine nō In vinū.
polluisset: neq; resipiscens frustra ingemuisset. Qui scripserunt Alexandriada tutantur hunc: & ei multa vitio Alexan
vertia Pseudohistoricis aiunt: quæ rex minime patrauit: vt sunt greci in historijs suis non historici, sed mythi der sobri⁹
storici. Auctor Lampridius in Alexandro Mammeæ. lege Arrianum Alexandrum de vinulentia tuentem. Græci
non igitur inscito nec ineleganti epitheto risus vocabitur temulus: quoniam ebrij in risum sunt procliues. mythisto
Nec refert Temetum auctore Donato, Terentio, & Horatio duas primas habere lōgas: vnde Iuuen. in since rici.
ris exemplaribus. De cercyrea temetum duxerat vrna: non quod vitio adulterantium scripturas factum fuit Vinolētia
deduxerat: sed primitiuorum deriuatiua syllabicam mensurā non sequuntur. Chrysostomus temulentiā mul mlticepa
ticipitem bestiam vocat. Nam quemadmodum Scylla & Hydra apud poetas: sic & ebrietas multis capitibus bestia.
armatur. hinc enim fornicatio, hinc ira, hinc mollicies, hinc turpes amores oriuntur: mox subdit. Vbi enim te
mulentia: vbi verba turpia: vbi venter saturi: ibi dæmones exultant. Concussa. Agitata corpora prima: ita
fiet vt Socrates ridens non solum concutietur, sed elementa secum. Falsis. non manātibus ab indiuiduo vt
peculiariter a Socrate: sed a primordijs: quę ipsa ridebunt & flebunt: non autem speciatim hic homo. Quidam
salsis legūt vt sit epitheton lachrymarū. nā omnis humani corporis liquor est salsus. Quærit Aristoteles libro
quæstionum orbicularium secundo cur sudor sit salsus: an quia motu consistit. Salsus vero propter id q̄ Cur su
pars quidem dulcissima leuissimaq; tota ad corpus vescendum assumpta est. Pars autem alienissima crudissi dor salſ⁹.
maq; tantum absoluitur: quæ partim deorsum collapsa & subsidēs vrina vocatur: partim in corporis summa
emergens sudor est: ambo tamen salsa ob eandem causam prodeunt. Humectent. Humida faciāt. Quod
superest. De veris principijs hoc est atomis differendū. Nec me animi fallit. Non animo meo fallor quantū
sit materia difficilis de principijs velle tractare: sed gloria mentem vrget & incendit. Obscura. Premātur tene
bris illa principia. Thyrso. Furore bacchico. Thyrsus hasta, quæ libero dicatur pāpino vitis intorta: a quo
poetæ Thyrsigeræ vocantur: & Bacchus Thyrsiger ab altero Seneca. De hac hasta meminerunt Diodorus Thyrsus
& Macrobius. Caules herbarum Plynius thyrsos appellat: nec non thyrsiculum lactucę Tranquillus in Augu Thyrsige
sto. Bononienses perinde linguę vernacula thursum more Romano. v. in. u. vertentes vocāt. Hos versus mi ræ poetæ.
ra felicitate Maro imitatus est in tertio georgicon sic. Nec sum animi dubius verbis ea vincere magnum Q̄ Thyrsi
sit: & angustis hunc addere rebus honorem. Sed me parnasi deserta per ardua dulcis Raptat amor. iuuat ire iu ger.
gia: qua nulla priorū Castaliā molli diuertitur orbita cliuo. Spes magna. Posse cōsequi quæ mēte concipio. Thyrsicu
Spes etiam tarda solatur compede vinctum. Crura crepant ferro: sed canit inter opus. Atq; etiam pendens lus.
in cruce vota facit. Mi. Mihi. a græco μοὶ. Propertius. Mi neq; amare aliam: neq; ab hac discedere fas est. Mi pro
Incussit. Violenter iniecit. Phœbades enim quēadmodum omnes a phœbo correpti inuiti deum accipiūt. mihi.
Instinctus. Stimulatus: a verbo instigo. Vigenti. Vegeta, acri, alacri. Auia. Inaccessa: a via populari re Auia.
mota. hinc extat lepida illa apud Ciceronem sententia. auium cantus ducit ad auium. Solo. Soleæ vestigio.
pro vola pedis hic ponitur. Plautus de fure. Rapere potest cursori solum. Martialis. Et mordere luto putre ve
tusq; solum. Plautus alibi. Omnes subdam sub solum. Integros. Non ab aliquo poeta ante me delibatos.
Inde. Ex his integris fontibus. Consimile illud Horatianum. Qui sibi fidit. Dux reget examē. Optat Lucre
tius principatum in hoc genere differendi. Vnde. Ex qua materia philosophica. Nulli. Poetæ. Velarint.
Ornauerint. Velare auctore Seruio est redimire & exornare. Maro. Iamq; oratores aderant ex vrbe latina Ve
lati ramis oleæ. Primum. In primis lauream mereor. Magnis. Ardua palmam merentur & coronam. Velare.
Religionum. Superstitionum. Diximus nomen religionis a vinculo pietatis esse deductum: q̄ homi
nem deus sibi religauerit & pietate constrinxerit: quia nos seruire ei vt domino & obsequi vt patri necesse est. Religio.
Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus est qui ait: religionū se nodos soluere. Hæc diuinarum insti
tutionū libro quarto Lactantius. Animum. Modulatius animos leges. Arctis nodis. Qui animi arcta sup
stitionis catena erant innodati. Exoluere. Dissoluere & reuinculare. Deinde. Secunda ratio quare coronam
mereatur est q̄ obscura rerum naturalium dogmata lucide tradit & perspicue. Pango. In hoc loco perscribo.
Cicero in epistolis. An pangis aliquid Sophoclęum? Gelius. Si versum pangis aut orationem solutam stru Pango.
is. Plynio & Columellæ pangere est plantare. Facit in pręterito pegi & panxi. Musæo. Musico: referente can Musæū.
tilenam musicam. Musæ auctore Platone dicuntur a mosthæ. i. ab indagando. Cassiodoro in epistolis quasi ho Musæ.
miusæ q̄ cū sint simul voces, concentus resultet. Id. Q̄ ego dulciter cano. Non ab nulla. Ab omni. quę lo
quor ita reprę sento vt a qualibet ratione etiam debili cognosci possint & percipi. Sed veluti. Perelaganti exē
plo tradit pueros, qui ad dulcia & illicia grata sunt pcliues, cū potione amara curari volunt a medicis decipi il
linentibus orificiū poculi melle: vt pueri dulcedine illa pellecti sorbeant saluberrimā absinthij potionem licet

amaram: nõ secus ego subaustere philosophię poculum propinaturus dulci poeticeq; lepore amaritudinem circũlino: qđ sit salubris quidem, sed subtristis potionis mutamentum. Cõsimiliter Hieronymus in Rufinum
Calicẽ ab Iccirco, inquit, te veneni calicẽ circũlinire melle voluisse vt simulata dulcedo virus pessimũ tegeret. Huic Lu-
sinthij crettanę sententiæ sic in epistolis Symmachus allusit. Vbi vero chartulã pono: & memetipsum interrogo: cũ
melle cir- absinthium meũ respicio: & circũlita melle tuo pocula dep̃hendo. Quintiliani libro tertio institutionũ verba
cũlinire. sunt hæc. Sed vt hoc ipso alliceremus magis iuuentutẽ ad cognitionẽ eorũ quæ necessaria studijs arbitrabamur: si ducti iucũditate aliqua lectionis libentius discerent ea: quorũ ne ieiuna atq; arida traditio auerteret animos & aures pręsertim tam delicatas raderet verebamur. Qua ratione se Lucretius dicit p̃cepta philosophiæ carmine esse complexum. Nanq; hac vt est notum similitudine vtitur. ac veluti: & reliqua. Sic nunc nos veremur ne parũ hic liber mellis, & absinthij multũ habere videatur: sitq; salubrior studijs q̃ dulcior. Medentes.
Tetrum. Medicinã professi. Tetra. Amara Nonius interp̃tatur. Tetrũ in alia significatiõe indicat illuuiosum & foeti-
Ora. dum, impium, crudele, vitabile. Oras. Orificia, extremũ curuamẽ. Ora significat quamcũq; extremitatem,
Aegialos peculiariter vero litoralẽ regionẽ: quã græci vocant ægialon. Ordo. Sed veluti cũ medentes dare pueris conã tur absinthia tetra, prius contingunt hoc est circumliniũt pocula circum oras dulci & flauo liquore mellis. Quidam non oras sed horrida pro horrorem inter bibendum incutientia legunt.

Contingunt mellis dulci flauoq; liquore:
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absinthi laticem: deceptaq; non capiatur:
Sed potius tali facto recreata valescat.
Sic ego nunc: quoniã hęc ratio plerũq; videt
Tristior esse: quibus nõ est tractata: ideoq;
Volg⁹ abhorret ab hac: volui tibi suauiloq̃nti
Carmine pierio rationẽ exponere nostram:
Et quasi musæo dulci contingere melle:
Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem: dũ p̃spicis omnẽ
Naturam rerum: qua cõstet compta figura.
Sed quoniam docui solidissima materiai
Corpora perpetuo volitare inuicta per æuum:
Nunc age: summa audi quęnã sit finis eorũ.
Nec sic euoluam⁹ itẽ: quod inane repertust:
Seu locus: ac spatium res in quo q̃q; geratur:
Peruideamus vtrum finitum funditus omne
Constet: an imẽsum pateat adusq; p̃fundũ.
Omne quod est igitur: nulla regione viarum
Finitust: namq; extremum debebat habere.
Extremum porro nullius posse videtur
Esse: nisi vltra sit quod finiat: vt videatur
Qđ non longius hęc sensus natura sequatur.
Nunc extra summũ: qm̃ nihil esse fatendum:
Nõ habet extremũ: caret ergo fine: modoq;
Nec refert quibus adsistas regionibus eius.
Vsq; adeo quẽ quisq; locũ possedit: in omneis

Improuida. Incauta: quæ ab mellis dulcedine præuẽta credit totã potionẽ esse mellitã. Ludificetur. Salubriter decipiatur. Labrorum tenus. vt illudant dũtaxat puerorum labris: sed eorũ sanitati in ceteris consulentes. Interea. Dũ mellis dulcedinẽ pueri gustãt.
Absin- Absinthi. Græci cum iota scribunt: qua-
thium. re cum i, latino scribi debet. nam illi dicunt apsinthiõ. Aegyptij auctore Dioscoride lib. tertio vocant σόμι. Romani absinthium rusticũ. Laudati⁹ nascitur in Põto: quare ab Ouidio consulte dictũ. Turpia deformes gignũt absinthia campi. Terraq; de fructu q̃ sit amara docet. Nascitur & laudatũ in Cappadocia: & in monte Tauro. habet vim calidam: stypticam. Potum stomacho prodest: muniitq; aduersus ἀλγήματα hoc est dolores: cũ melle & cum vino sumptũ quantũ conferat docet idem Pedacius. Est & aliud absinthiũ qđ tha-
Santoni- lassiũ dicitur: qđ alij sandonicen: alij seriphõ:
cum. Romani sandonicũ. Vide ne mendum sit in
Dioscori Dioscoride & p̃ sandonico santonicũ sit scri-
des emen bendũ: propter hęc Plynij libro vigesimo se-
datus. ptimo. Absinthij plura sunt genera. Santoni
Martialis cũ appellatur a Galliæ ciuitate. de quo Marti
enuclea- alis ni fallor intellexit: Sãtonica medicata de-
tus. dit mihi pocula virga. Laticem. Potionẽ. Decepta. Delusa circũlitu mellis. Non capiatur. Nõ per decipulã & captionem sanitate fraudetur, tanq̃ sit aliqua vis differentiæ inter
Decipere decipere & capere. Decipere est aliquãdo quẽ
Capere. piã tacite deludere: sed cum vtilitate sua. Capere cum quis decipitur & in casses fraudium prolabitur cõtra cõmodũ suum. Plautinũ id nõ absimile in Amphitryone. Tu si me impudicitiæ captes nõ potes capere. Nã capere euẽtum insidiarũ notat. Tali facto. Ea deceptio-
Valesco. ne. Valescat. Recolligat vires & ex potu absinthij pristinã sanitatẽ. His cõgruũt hęc Plyniana verba libro vigesimo septimo. Alij pueris dabant absinthij folia in fico sic vt amaritudinem fallerent. Sic ego nunc. Sẽsus est. quoniam explicaturus sum naturam principiorum ignotorum: neq; publica moneta signatorum: quibus admittẽdis bona pars hominum hærebit: proinde rhetorica facundia & persuasione flexanima necessum erit insinuare veritatem auribus veritati non assuetis. Hæc ratio. Principiorum tractatio. Tristior. Horridior, asperior, amarior. Quibus. Illis disciplinę sectatoribus: qui nunq̃ illam tractauerunt. Tractata. Aures abhorrent

Tantundem parteis infinitũ omne relinquit.
Præterea si iam finitum constituatur
Omne quod est spaciũ: si quis ꝑcurrat ad oras
Vltimus extremas: iaciatq; volatile telum:
Inualidis vtrum contortum viribus ire
Quo fuerit missum maius: longeq; volare:
An ꝓhibere aliquid censes: obstareq; posse?

ab hac ratione tanq̃ noua & insolita tractari.

Abhorret. Reformidat hãc rationẽ. Suaui loq̃ns. Dulci, iocunda. perstat in metaphora poculi melliti deforis & intus habentis absinthiũ. Carmine. Docet cur ratiões sapiẽtię refertas pierio carmĩe retractet. qm̃ inquit amaritiẽ philosophici cãdidati fugiẽtes dulcedie verboꝝ mellitoꝝ allecti cõcurrũt ad exosculandã philosophiã. Cõtingere. Illinere. Musęo melle. Dulcedine musica. In alia significatiõe musiuũ est opus testulis variegatũ diuersi colorib⁹: qđ musaicũ hodie vocat. Accipio sic appellatũ ꝙ figuræ musarũ primũ illo pictę fuerĩt. Augustinus libro de ciuitate dei decimo sexto musibũ appellat. Musæũ quoq;, hoc est μουσεῖον est locus Palladi cõsecratus: scholas vulgo & gymnasia vocant. Spartianus de hoc meminit. Musa auctore Suda dicitur a verbo græco μῶ τὸ ζητῶ quod est inquiro. quoniã ois disciplinę causas indagat. Sunt enĩ nouẽ. κλειώ. ἐρατώ. εὐτέρπη. θάλεια. μελπομένη. τερψιχόρη. πολύμνια. οὐρανία. καλλιόπη. Musurgi a græcis psaltriæ. Sũt barbarę mulieres. nomẽ ipsis regionale Zarba. harũ quędã tibicinãt, quędã psallũt pentachordo & heptachordo psalterio. Si tibi. Subintellige periculũ faciẽs ꝑ hęc mea carmia si possem studiosos dulcedine dictorũ ad philosophicã austeritatẽ inuitare. Tenere. Ducere, illicere. Versibus in nostris. Persuasione q̃ in nostris versibus delitescit. Perspicis. Ex oi parte cõtẽplaris. Cõpta. Lego ex priscis exẽplaribus cuncta. Sensus. Carmina scribo vt illis allectus perspicias omnẽ naturã rerũ: qua cõstet. i. a qua natura cõposita sit ois figura creata in terris. Sed qm̃ docui. Quę sunt principia prima satis explicatũ est, nũc supest enodãdũ q̃ sit principioꝝ finis. Sed in primæ editionis codicibus titulus huius capitis ita scriptus est. τὸ πᾶν ἀπείρατον. τὸ γὰρ πεπερασμένον ἄκρον. significant hęc verba omne infinitũ & extremũ habere finitum: conueniuntq; hæc verba græca cũ subsequẽtib⁹. Solidissima corpora. Elemẽtaria: q̃ vacãt inani. Inuicta. Insupabilia a temporeq; corruptelę dẽtes nõ sentiũt. Per æuũ. Ad diuturnitatẽ lõginquã. Sũma finis. Vltima finis. Eorũ. primorũ principioꝝ. Nec sic euoluamus. Nõ ita dicam⁹ de primis illis corporib⁹ sicuti de inani. Sẽsus est. inuestigemus de atomis: an illæ aliquo fine claudãtur: an sint infinitæ: iunctimq; de vacuo differendũ erit an sit immẽsũ & infinitũ. Sed lege. hęc sic. hoc est vt dicamus ista fieri vt infer⁹ narrabimus. Euoluam⁹. Disputemus expone. Qđ inane. Oẽ inane siue sit locus aut spatiũ vel vniuersum atomorũ summa cõsistẽs nullo mõ finẽ recipit. Repertũ est. Qđ iudicabim⁹ esse inane. vel qđ ratiõe sup⁹ adducta cõprobabim⁹ esse inane. Peruideamus. Solerter ac subtiliter indagemus. Fũdit⁹. Penitus, vniuersũ, ex oi pte. Oĩne. Spatiũ. hoc est ois rerũ sũma. Adusq;. Vsq; ad. Immẽsum ꝓfundũ. Infinitatẽ interminã. Oẽ qđ est. Id qđ est τὸ πᾶν: quod M. Tullius vniuersitatẽ vocat. primũ argumẽtũ quo probat vniuersum esse infinitũ. Vniuersum atomorum multitudine refertũ nihil existit: propterea nullis terminis cõcludit: si secus sentis peto vbi sistat & finiat hic termin⁹. Nã qđ cingit & ipm̃ cingat oportet, vt in oibus elementis cernere licet. Aer nãq; cingit aquã: ipsa vero terrã: & similiter de reliquis. Regione viarũ. In nulla parte, nec aliquo loco aut determinatiõe. Finitust. Finitũ est. Nãq;. Sẽsus: si vniuersum esset finitũ qđ finiret finẽ desyderaret: qđ Aristoteles i physicis cõptissime ex lineis approbat. Extremũ. Terminũ cõcludentẽ. Debebat habere. Necesse erat vt haberet. Extremũ. Cõprobatio ratiõis. oportet vt oia terminãtia finiant & ipsa. Nullius. Rei extremum esse. Vltra sit. Probat τὸ πᾶν infinitum esse. qm̃ semꝑ finis habet vlteriorem finẽ & ille aliũ: & ita procedit in infinitũ. Vt videatur. Quod argumẽtũ meũ adeo est euidẽs vt natura & sensus hũanus ei nõ ausit dissentire. Quod non. Qm̃. hoc est. sensus humanus meis dictis assentitur: cui reclamare nõ licet. Longius sequat. Valde sequat & assentiat.

Nũc extra summũ. Hoc est vltimũ finẽs. Sẽsus. infinitũ dicas necesse est. qm̃ nullũ est extremũ: qđ nõ habeat aliud extremũ. quare ꝓcedit in infinitũ si modo excipias vacuũ & qđ est extra vniuersum: qđ necesse est fatearis esse nihil. Extra summũ. Sũmũ, hoc est qđ est vltra vniuersum, extra. i. exteri⁹ nõ habet extremũ hoc est finẽ exteriorẽ: & addit rationẽ: qm̃ nihil esse fatendũ est id qđ nõ est τὸ πᾶν & extra vniuersũ. Fine. Vacuum & vniuersi summa atomoꝝ sũma cõsistens. Modo. Termino, numero. Nec refert. Nihil interest in qua parte vacui cõsistas. qm̃ fine id caret & modo. Ad sistas. Steteris. Regionibus. Locis. Eius. Rei quę sit extra vniuersũ. Vsq; adeo. Siquis esset in infinito nullis partib⁹ aut metis concluderet ꝓpterea ꝙ infinitum partes nõ habet. Locũ. In infinito. Possedit. Occupauit. Tantũdẽ. Locũ. Sensus. si quispiã in infinito locũ occupauerit: infinitum non illi determinabit locum certum: sed per omnes infiniti partes discurrendo occupabit in omnes partes locum: qm̃ nõ põt esse determinatio in infinito. Præterea. Qđ vacuum non finiatur probat ab hoc exemplo. Si quis iaculator partes petat extremas & telum vibret: peto ab eo nunquid volat longe. si transmeat: omnino finiebatur igitur vacuũ: si fateris aliquid obsistere: quo iaculum prohibebatur ne perueniret quo vergebat: colligimus vacuum patere in infinitum. quoniam solum corpus iaculo permeanti potest obstare. Nam si corpus illic est: in spatio necessario est: quo concluditur nusquam finem reperiri. Finitum. Si dicas ꝙ summum vniuersi est finitum. Constituatur. Supponatur vel proponatur. Omne quod est. Summa vniuersi. Siquis. Imaginemur aliquem posse cedere ad regionem extremam aeris & illic sagittam emittere. Percurrat. Pertinaciter currat. Oras. Regiones vel extremitates. Volatile. Epitheton quo est vsus Maro. Inualidis. Vtrum dicis in iaculum ab oris extremis non ad oras extremas peruenire. quoniã vires inualidę iaculatoris obfuerunt. Quidam interpretantur inualidis summopere validis. sensu tali. vel sagitta lacertosis brachijs excussa longe volabit: quo colligemus vacuum non finiri. In aliquando auget: qđ patet in inclyto, incano, & id genus multis: quo pacto locutum Maronem quidam volunt in georgicis. Nunq̃ imprudentibus imber obfuit: & ignobilis oci. Contortum. Eiaculatum: cuibratum telum. Ire. Permeare telum. Quo fuerit missum. quo a sagittario mitti destinabat. Maius. Scribendũ mauis, potius vis.

Suauiloquens. Musiuũ. Musa vñ. Musurgi. Zarba. In auget.

Longe. Vlterius. Volare. Contendere, permeare. Aliquid. An aliqua est obex qua prohibetur telum ad extremas oras peruenire.

Alterutrum. Alterum ex duobus aut sagittam obice retineri: aut longũ spatium peruolare. Summas. Eligas: vox Plautina.

Quorum vtrũq. Aut si dicas obstari sagitte, habeo propositum: aut si mauis ad scopõ peruenire, vici. Effugium. Iter vt effugere non possis. Praecludit. Ante claudit & obstipat. Omne. τὸ πᾶν. cogunt te ere rationes vt fatearis omne infinitũ esse. Patere. In spatium infinitum hyare. metaphora a chasmate deducta siue voragine: q̃ extremo pfundo caligat vt finẽ pfunditatis habere non credatur.

Prohibeo, pria longa. Cõcedas. Concedere cogaris. Exẽpto fine. Sublato fine. hoc est sine fine. Nam siue. seu dixerit obstari iaculo. Prohibeat. Iaculum tendere ad scopon. Notandum prohibeo prima intenta a Lucretio proferri naturam p dictionis obseruante: quae modo producitur modo corripitur: vt patet exemplo Iuuenalis. Profectura domo sicula non mitior ara.

H. vi con sonãtis habet. H. vero aspirationis in hoc loco nedum vim habet, sed consonantis: vt apud Horatium. Nube candenti humeros amictus Augur Apollo: licet nonnulli candẽtis malint. Quã tam vim habeat afflat' docet is Martiani versiculus in geometria. Tellus quae rapidum cõsistẽs suscipit orbem Puncti instar medio hęserat vna loco. Hic tamen apud Lucretiũ põt multarum vocaliũ fieri collisio & pribeat seruari vt extritis caeteris in scansione remaneat i, longa quae breuis erat. Tutius est tamen in hac dictione excludere vocalem antepenultimam & scandendo dicere prohibat: vt deinde, in duas metiendo carmen deducimus syllabas. Sed quoniam ad Horatium deflexim' erit operaepretium quorundam improbulo audaciam retundere: qui τῶν ὠδῶν libro primo sic legunt.

Castigat' Horatius de merione. Quis martem tunica tectũ adamantina Digne scripserit? aut puluere troico Nigrũ Memnonen aut ope Palladis Tydidẽ superis parem? Quis non videt syllaba repugnante carmen tertium esse conuulsum? Est enim versus Asclepiadęus: qualis ille. Moecenas atauis edite regibus. quare sic legendum. Nigrum merionem aut ope palladis. Merionen vnũ ex ducibus fuisse qui suppetias graecis attulit, & in troianos cõspirauit, testat Homerus libris iliados saepe. Et nigrum iuuat exponere, sudore, puluere, sole, & liuore armorum pressura contracto maculatum & infectum: quemadmodum paulo infra idem Horatius liuida armis brachia Sybaris appellat. Ad hoc in certamine q̃ maxime feruescit ira sanguine estuãte & liuore maculat ora: quare ab Ouidio dictum. Ora tumẽt ira: nigrescũt sanguine venae. Lumina gorgoneo saeui' angue micant. Huic allusit Flaccus Valerius libro argonauticon primo. Proles tua cantat idumẽ. Nanq; potest: solymo nigrantem puluere fratrem: Spargentemq; facca: & in omni turre furentem. Sed iam ad Lucretium. Sunt qui putant prohibeat esse proceleusmaticum quatuor breuibus constantem: vt Maroni genua labant: reijce capellas. Quo minus. Vt non. s, enim pro sibilo excluditur. Missust. Pro

Alterutrũ fatearis enim: summasq; necesse est:
Quorũ vtrunq; tibi effugiũ praecludit: & oẽs
Cogit: vt exempto concedas fine patere.
Nam siue est aliquid: quod phibeat: efficiatq;
Quo minus missust: veniat: finiq; locet se:
Siue foras fertur: non est in fine profectum.
Hoc pacto sequar: atq; oras vbicunq; locaris
Extremas quęram: quid telo deniq; fiat.
Fiet vti nusq̃ possit consistere finis:
Effugiumq; fugae prolatet copia semper.
Pręterea spatium summai totius omne
Vndiq; si inclusum certis consisteret oris:
Finitumq; foret: iam copia materiai
Vndiq; põderib' solidis confluxet ad imum:
Nec res vlla geri sub coeli tegmine posset:
Nec foret omnino coelum nec lumina solis.
Quippe ibi materies omnis cumulata iaceret
Ex infinito iam tempore subsidendo.
At nunc nimirũ requies data principiorum
Corporibus nullast: quia nil est fundit' vnũ:
Quo q̃si cõfluere & sedes vbi ponere possint.
Semper in assiduo motu res quęq; gerunt
Partibus in cunctis: ęthernaq; suppeditantur
Ex infinito cita corpora materiai.
Postremo ante oculos res rem finire videtur.
Aer dissepit colleis: atq; aera montes:
Terra mare: & contra mare terras terminat omneis:
Omne quidẽ vero nihil est: quod finiat extra.
Est igitur natura loci spatiumq; profundi:
Quod neq; clara suo percurrere flumia cursu
Perpetuo possunt ęui labentia tractu:
Nec prsũ facere vt restet min' in remanẽdo
Vsqadeo passim patet ingens copia rebus
Finibus exemptis in cunctas vndiq; parteis.
Ipsa modum porro sibi rerum summa parare

Ne possit natura tenet. Quia corpus inani:
Et quod inane autest finiri corpore cogit:
Vt sic alternis infinita omnia reddat.
Aut etiã alterutrũ nisi terminat alterũ eorũ:
Simplice natura pateat tamen immoderatũ,

missum est telum volatile. Fini. Ad finem & destinatam metam. Locet. Perueniat. Foras. Vltra finem. In fine profectum. Non perueniat ad finem: q̃ si telum non habet obicem indicium tibi facit ad finem non venisse. Hoc pacto sequar. Hoc pacto argumentari pergam. Oras. Terminum extremum. Quid. Obicis & repaguli. Fiat telo. Occurrat ad sistendum telum: cum posueris telum in illa parte contortum, in qua resedit: tunc argumentaberis illum finem non esse: cum post illam partem sit alia pars & ita procedatur in infinitum. Effugium. Libertatem telo vt possit effugere. Fugae copia. Licentiam fugiendi & transmeandi. Fugere aliquando celeriter meare & transuolare vt fuga auium dicitur. Prolatet. Producat, spatium concedat. Praeterea. Ostendit omne. i. vniuersum esse hac potissimum ratione: quoniam si omne foret finitum iam olim materia confluxisset in imum: quoniã ponderosa est, & certum finem appetit: quo concesso vt videlicet corpora deorsum feruntur, nihil gigni aut interire posset: & ad segne & indigestum chaos veniretur. Quinimmo iugi & assiduo motu principia feruntur. quoniam dato infinito nullum obicitur centrum quo quiescant. Et licet corpora motu voluantur tamen nullo medio vtuntur quo pausam faciant. qua propter colligim⁹ infinitum esse vniuersi spatium: & in eo corpora innumera. Corpora cum infinito versantur alternisq̃ miscẽtur ac alternatim se claudunt: qđ si secus esset materia ad genituram non competeret. sed per inane passim volitaret: & cum in chao tali esset plurifariam iactata, in cassum orba viribus gignendi fluctuaret: quoniam sede peculiari careret: ordine: vi: motu: concilio. Sed natura desuper aurigante iugiter ista mouentur vsq̃ dum dispositissime quiescant in mundorum compagibus: quas ab atomis produci volumus: quae ad hoc non concurrerent nisi spatium esset cum innumeris corporibus immensum & infinitum. Summai. Summae hoc est totius vniuersi. Inclusum. Ab omni parte metis & terminis ambitum. Certis. Finitis. Copia. Copiosa moles. Vndiq̃. Vniuersum: penit⁹. Solidis. Grauibus quippe cum elementa sint & superiora queq̃ corpora solidissima sine inani. Confluxet. Cõfluxisset: collapsa esset. Ad imum. Ad meditullium & vniuersi centrum finitum. Gen. Quoniam ad superos omnia necessaria delatione ferrentur. Tegmine. Conuexitate: a tegendo q̃ omnia coelum tegit. Coelum. Omnia resoluerentur in chaos materia delabente & illic foedissime ociante. Quippe. Quoniam: confirmatio propositionis. Ibi. In imo materia esset congestitia. Ex infinito. Cum diu materia delatione decidisset & centrum petijsset: coelum nobis desuper non effulgeret, sed esset in ima detrusum. Subsidendo. Dũ materia subsedisset & ad imum se inclinasset. At nunc. Cũ nulla sit obex aut basis quo principia ruant, in infinito conuoluuntur: aethernumq̃ suppeditatur rebus cunctis incremẽtum: decenterq̃ cuncta ordinate disponuntur. Nil est vnũ. Nullum est vnũ & statum centrum: quo funditus ruant. quidam legunt imum. Funditus. In fundo & in imo positũ. Corporibus principiorũ. Elementis: nunc elementa cõfluere nõ queunt: quoniam cum omne sit infinitum certum locum non habet quo se ferant. quidam corporibus principiorum de oibus intelligũt corpib⁹ cõflatis ex elemẽtis. Sedes. Metas quiescẽdi. Aetherna suppeditanẽ. Generationi subministrantur: cũ materia sit infinita aethernũ corporibus sufficit. Cita. Mota: in partes diuersas cadentia. Postremũ. Secũda ratio vniuersi summã infinitã esse declarãs. Nã cũ nihil finiaẽ a seipso: sed ab extrario ambiẽte: cũ nihil extra vniuersum esse manifestũ appareat: corpora igitur vacuo, & corporibus vacuum cõcludetur: & alternatim infinita corpora in omni reddenẽ infinito. Ante oculos. Vt apparet oculata fide. Res. Corp⁹ creatũ ab extremo cõcludiẽ. Dissepit. Diuersis ptib⁹ claudit, stipat, & coartat: a dis & sepio: vñ sepẽ & sepimen: qua dictiõe Lucius Apuleius vtiẽ: qua voce significaẽ qcqd cõcludit. Aera. Alter alteri septis & termini vicẽ p̃stat intuitu diuersarũ partiũ. Oẽ quidẽ. Ordo est. nihil vero est qđ finiat extra oẽ. Sẽsus. nihil est qđ habeat terminũ extra vniuersũ: hoc ẽ in vniuerso cũcta sepiunẽ & coarctanẽ. Extra oẽ. Extra sũmã vniuersi: cũcta in sũma rerũ cogunẽ. Profũdi. Per hoc p̃bat oẽ infinitũ esse: qm̃ inquit p̃fundũ hoc est mare irrũpẽtib⁹ in alueũ sui tot fluminib⁹ nõ fit maius: nec cũ recedũt fit min⁹. Quod. Qm̃ si secus accideret oia interirẽt: & exẽpli gratia materia q̃ nũc oib⁹ generãdis sufficit: tũc ad cẽtrũ labẽs desidet ocio fluctuãdo torpesceret. Clara. Vl nobilitata famigerataq̃ copiosis aquis: vel clara vitrea, lucida, p̃spicua. Percurrere. Perpetim labi & indesinẽter. Possunt. Scribe possent. Aeui tractu. Tpe & seculi spatio. Tractũ aliqñ clima & cardinẽ coeli nuncupamus: saepe interuallũ tpis. Restet min⁹. Materiae. Sẽsus: q̃uis aqua fluuiatilis fluat iugiter nec recurrat aut repedet: tñ etherno vndarũ lapsu cõtinuo sufficit ip̃a vbertim suggerẽs alimẽta materię. In remanẽdo. In fide lib⁹ exẽplarib⁹ scriptũ est irremeãdo. i. nõ remeãdo, hoc est nõ retrocedẽdo. Vsq̃ adeo. Sẽsus. Quare si cõcedatur infinitũ: suppetet copiosa cunctis rebus materia. Passim. Copiose & vndiq̃. Patet. Obijciẽ & offerẽ. Ingẽs. Innumera. Copia. Moles & multitudo. Reb⁹. Corporib⁹ sufficiẽdis. Finitis exẽptis. Remota finitate sũmę si vniuersũ dixeris infinitũ. In cũcta a ptes. Ad quęlibet corpora sufficiẽda. Ipsa. Natura rerũ & genitur ę modus p̃hibẽt ne vniuersũ sit finitũ: qm̃ finis corpis nõ est corp⁹ sed inane: qđ inane est infinitũ. Ordo: natura tenet ne sũma rerũ possit sibi parare modũ hoc ẽ modificatã mẽsuratãq̃ materiã. Porro. Pręterea. Sũma rerũ. Vniuersum res oẽs generãs. Tenet. Vetat. Parare modũ. Acq̃rere finẽ. Corp⁹ inani. Finiri cogit. Inane nãq̃ circũstipatũ corpori illud finit & arctat. Inane autest. Pro inane aũt est: pręterea vacuũ corpore finit & corpus idẽ finit. Vt sic alternis. Vt ita inuicẽ natura rerũ infinitatẽ amãs inane corpori immiscuit: vt ita finitũ hoc est corpus mistũ cũ inani infinito faceret ifinitũ. Reddat. Natura cõstituat: dũ corpora vacuo inserũtur & ecõtra reddunẽ infinita cuncta. Alterutrũ. Alterũ de duobus aut inane aut corpus. Terminat. Illud finit. Alterũ. Aut hoc aut illud. Eorũ. Corporis aut inanis. Immoderatum. Infinitum: nisi infinitum alterũ eorũ: hoc est inane terminat se vicissim: natura tamen oia erũt infinita. Simplice natura. q̃uis natura simplicibus corporibus dotata sit: nulla vero inani: tamen infinitum concedere necessum foret.

Dissepio.

Tractus.

Nec mare: nec tellus: neq; cœli lucida templa:
Nec mortale genus: nec diuũ corpora sancta
Exiguum possent horai sistere tempus.
Nam dispulsa suo de coitu materiai
Copia ferretur magnum per inane soluta:
Siue adeo potius nunq̃ concreta creasset
Vllam remquoniam cogi disiecta nequisset.
Nam certe neq; consilio primordia rerum:
Nec quos q̃q; darẽt mot⁹ pepigere profecto
Ordine se: nec quęq; sagaci mente locarunt.
Sed quia multa modis multis mutata per oẽ
Ex infinito vexantur percita plagis:
Omne genus motus & cœtus experiundo
Tandem deueniunt in taleis disposituras:
Qualibus hæc rebus consistit summa creata:
Et multos etiam magnos seruata per annos
Vt semel in mot⁹ cõiectast conuenienteis:
Efficit vt largis auidum mare fluminis vndis
Integerent amnes: & solis terra vapore
Fota mouet fœtus: sũma qua gens animantũ
Florent: & viuunt labentes ætheris ignes:
Quod nullo facerent pacto: nisi materiai
Ex infinito suboriri copia posset:
Vnde amissa solent reparari in tẽpore quęq;.
Nam veluti priuata cibo natura animantum
Diffluit amittens corpus: sic omnia debent
Dissolui simulac defecit suppeditare
Materies aliqua ratione aduersa viai.
Nec plagę possunt extrinsecus vndiq; sũmã
Conseruare omnem quæcunq; est conciliata,
Cudere eñ crebro possunt partẽq; morari:
Dum veniãt alię: ac suppleri summa queatur:
Interdum resilire tamen coguntur: & vna
Principiũ rerũ spatium: tempusq; fugai

Nec mare. Nisi cõcedia vt corpora inter se cõcludãt alternis, oia ruerẽt momẽto & in chaos p̄cipitarent. q̃m materia generãdi fines egressa per inane fluitaret. Templa. Regiões siderales rutilãtissimę. Loc⁹ in cœlo ab augure signatus templũ nuncupat: ab intuitu dictũ & tuẽdo q̃ vndiq; dispici põt. Idẽtidẽ p cœlo: cui suffragatur Ennius. Cõtremuit tẽplũ magnũ Iouis altitonãtis. Templa loca nõ sacra q̃nq; sunt dicta vt curia hostilia. Põpeiua tignũ trãsuersariũ p canterios tẽplũ dictitat: qua voce Pollio Vectruuius vtit. Diuũ. Cęlites cũ cœlo ruerẽt in pręcepa. Sancta. Decreta relataq; i albũ deorũ. Horai. Horæ: breuis momenti tẽpusculũ. Sistere. Stare quin ruerent. Nã dispulsa. disiecta: seq̃strata: remota. reddit ratione ppositi quare cuncta ruerent nisi cogerẽtur & es tremo fine clauderentur: quoniã materia sine obice vaga nõ coiret cũ forma: sed sine custode metuq; passim laberetur. Dispulsa significat in diuersum pulsa & reflata. Suo. Ordinario: stato: fixo: decreto. De coitu. Præposterus ordo: scribendum est: coitu de. Coitũ coalitũ vocat, cõciliũ, & conuenientiam cũ forma: quã appetit materia sicut fœmina virũ: & imperfecta perfici. Materiai copia. Corpus materiæ multiplicis. Ferret. In cassum vagaretur & fluctuaret. Soluta. Diuulsa: dissecta: & disiecta. i. dissipata. Cogi. Vniri, cõiũgi: qđ pręcipue in gignẽdis rebus q̄r̄t.
Concreta. Cõiuncta. Disiecta. Separata & particulatim imminuta. Nã certe. Materia inquit Lucretius nõ cõsilio: arte: positu aut ordine disposita est verũ vagatur patiẽs motus assiduoa: nõ proprios nec institutos: sed delatione feruntur ista donec hęreant. Consilio.
Mot⁹ alteratiões. Seriatim: examussim: ad libellam. Quæq; principia reg. Motus. Reciprocas vices: quas semibarbari vocant alterationes. Pepigere. Nõ pacti sunt primi elemẽtarij ordines quẽ loci obtineant verũ huc versantur & illuc. Metaphora deducta a rebua quæ pacto inito spõdemus qualia debẽt esse rata nec vllatenus temerari. Quin libet hic respirare paulisper & intercesa vt aiunt & porrecta sortem meam mirari ne dicam miserari: quem oẽs cuiusq; modi implanant: decipiunt: supplantant: imponunt.
Achilles Phileros Bochiua. Achilles Phileros Bochius municeps & discipulus meus: cui di deq; omnes, vt Pãdoræ, munus & dotem tum animi tum corporis afflauerunt: in quo tanta mentis omnium capacissimæ vis & acumen elucescit vt ab eo nedum patriam vrbem, sed orbem latinum illustrari posse presagiam: particepa curarum fuit: dum in Insubriam publicis votis inauguratua iuuentutem quotidie declamãs erudio: impositorũ omnium teterrimum quasi diuinitus imposito nomine q̃ a bonitate sit longus mihi os sursum versus obleuisse: fronte hilaro: tristi corde: quem lernam malorum: Africam monstrorum: adulatricem lamiam: ellecebram argentariam: vitiorum omnium fornaculam patria nouit: & genitor vt mathe seos gnarus nuncupatim cacodæmonem appellabat: cui recte applicetur id Claudiani. Solus habet scelerum quicquid possedimus oẽs cui quoties occurro tanq̃ calcauerim bidental exclamo. Cuperem lustrari: si qua darentur sulphura cum tędis: & si foret humida laurus. Luciani apophrada est: fugite bellusm orobij. Fænũ habet in cornu. nemo tãtum habet vini quantum pauperculorum fudit sanguinis: hũc vxor: hunc bonæ neptes: morio licet nepos: cognati: familiares Maximinum, Ma

Largiri:vt possint a cœtu libera ferri.
Quare etiã atq; etiã suboriri multa necessest.
Et tñ vt plagæ quoq; possint suppetere ipsę:
Infinita opus est vis vndiq; materiai.

crinum, Mezentiũ dictitãt:in quem pueri cãtillant. Salua patria est si perit mezẽtius. Sed iam male ominatis parcamus verbis, & scorpionis dirutatem silentio inuoluamus. Ignotus pereat miser necesse est. Ordine se. Locarũt se prima pricipia nõ serie sua vt Othonis lege sedendi in theatris addicta. Quæcũq;. Reliqua cuncta corpora, quę vna feruntur:
vel quæcunq; prima principia. Sagaci. Disposita, prouida, composita: sed cuncta tumultuarie sunt acta. Locarunt. Seriatim disposuerunt. Sed quia. Cum corpora prima per infiniti molem fluctuantia huc vagantur & illuc, motum omnem pertentant donec in conuenientia loca, dispositaq; concilia migrent vbi commode sistant. Multa. Pro multum: nomen pro aduerbio: vel infinita hæc primordia. Modis multis. Varia & varia iactatiõe. Mutata. Quidam motata legunt pro valde mota. Plautus. Nec se iugula quoq̃ in cęlo motat. Poeta in priapeia. Extis altius aptiusq; motat. Ex infinito. Ex infinita sui essentia. Vexantur. Subinde mouentur. a veho deriuatum. Maro in buccolico ludicro. Dulichias vexasse rates: pro agitasse inter elidẽdum & trahendum. lege Gelium. Percita. Commota, agitata, impetita. Plagis. Ictibus, percussionibus. Omne genus motus. Omnium generum agitationes. Cœtus. Coitus, generationes, compositiones. Experiendo. Tentando. Tandem. Cum se valde & continenter ista mouerunt, deueniunt in dispositas mansiones, qualibus vniuersi machina struitur. Qualibus. disposituris. Hæc summa. Hoc vniuersum, & hæc machina mundi. Creata. Structa ad res omnes continendas. Et multos. Motus materiam impellit: quæ cum multum torpuisset vexata ad genituram conflandam transit. Multos etiam magnos. Per multa retro sæcula & innumera. Seruata. Non agitata materia. In motus coniecta. Motibus agitata. Conuenientes. Generationi & illi moli proprios: nec enim motus omnis rebus omnibus æqualiter inseruit. Nam varia varijs indigent motibus. Vt largis. Abundantibus: cum elementum aquaticum æquo cietur motu tunc tantũ humoris fluminibus suppetit vt mare influentia renouent & recreent. Ordo. efficit vt amnes integrent mare auidũ largis vndis fluminis. Auidum. Cupidum, qđ expleri nõ potest. Fluminis. influentis humoris vel fluoris. Integrent. Reficiant, renouent, restaurent. Solis vapore. Atomi diuersæ a superioribus cum vario motu cientur terram solis coruscamine calefactam plectant ad fouenda semina. Fota. Calefacta, nutrita: a foueo. Fota.
Mouet. Cogitur prolicere. Sũma. Quidã vniuerso intelligũt: ego superioribus annecto. fota mouet fœt⁹ summa. i. in summũ & supficiem terræ: in superas auras terra iuuãtibus sole & atomis fœtus educit. nonnulli summa qua p ex quo vniuersi fœtu e terra pcreato degunt omnes animantes: & coniungunt inferioribus. In quibusdam exemplaribus scriptum est, qua genus animantum: vt more suo elementum, s. explodatur. Alibi lego. Summissaq; gens animantum. Summissa interp̄tantur genita, & in superas auras educta. Potes exponere summissa p interiori gente. i. hominum multitudine, quæ ex materiæ motu omnia alẽte viuit & nutritur & gignitur. Summa qua exponunt nõnulli ex quo ordine vniuersi nascuntur animantia cuncta. Nam auctore Aristotele sol & homo generant hominem. Florent. Synthesis numerorũ: vt illud. pars in frusta secant. Viuũt. Vt viuãt fruuntur & hauriunt. Labẽtes ætheris ignes. Sidera cæliuaga & erratica, hoc est aerem qui syderum splendores imaginat: vel dicuntur animantia viuere igne cæli quãdo viuũt ex fœtibus terræ pcreatis ex ignita vi & vapore solis. Quidam non labentes, sed lambentes scribunt pro vescentes. Ex infinito suboriri. Tacite oriri, vel successiue. Vnde. A quo motu copia cõcitatæ materiæ. Amissa. quæ euanuerunt. Quæq;. Iunge cum amissa. Nam veluti. Probat ab exemplo materiam cunctis dare vitam: sine qua perirẽt oĩa, non secus ac sine pabulo & nutrimẽto cũcto moritur. Diffluit. Dissoluitur, euanescit. Debẽt. Par est & verisimile vt dissoluantur. Simulac. Vbi, cum primum. Defecit suppeditare. Postq̃ desitit substituere & subministrare. Aliqua ratione. Quopiã latẽte & intrinseco incõmodo. Aduersa viai. Contraria viæ, qua cuncta viuunt & generantur animalia. Viæ cõtraria materia dicitur qñ aditũ nõ ãplius habet ad vim hois sospitatricẽ. Nec plagę. Offensiones lęsionesq;, qbus materia dissilit, atq; corrũpit, non tam parui eẽnt momẽti vt illã nõ attenuarẽt atq; corrũperent. Et pereũte materia atq; disiecta piret vniuersum. p plagas qdã motus intelligunt agitãtes materiam & ad generationem prritãtes: ego aerẽ circũfluũ atomos mouentem. supra quare multa superius. Possunt. In nõnullis exemplaribus legitur possent. Extrinsecus. A vi & motu extrario venientes. Vndiq;. Penitus. Summam omnem. Totius vniuersi molem. Conseruare. Aptare disponereq; vt conseruetur. Quæcũq;. Sũma vel materia. Conciliata. Coacta & ad coitum genituramq; concurrens: vel atomis applicata. Cudere. Percutere: illæ plagæ: vnde vocatur incus: sensus. motus atomorum agitat illa principia: quare dum materię pars p motũ disijcitur, alia mouetur vsq; dum nouę plagæ & atomorum impetus illam vexãt. Cudere: percutere, pcudere. Virgilius in georgicis. Durum procudit arator Vomeris obtusi dentẽ. Possunt. Et ex illa iugi percussiõe mouetur. Morari. Cogere, torpescere, & stare, donec succedunt noui atomorum impellentium motus. Dum veniant aliæ. Dum nouæ atomi succedant. Suppleri. Substitui & resarciri. Intendit Lucretius auulsa vnica parte vniuersi statim nouam substitui, vt videm⁹ in mari exeunte aqua aliam subinfluere & continuo subsequi. quare nunq̃ moles illa deficit. Resilire. Retrahere pedem, cedere nouis corporibus aduenientibus. Cogunt. Plagæ, & agitatæ atomi. Principium. Scribe principio hoc sensu. oportet vt ista sibi inuicem cedãt vt principia liberrime ferantur ad noua corpora creanda. Principio. Ordo: coguntur largiri principio rerum spatium & tempus fugai. principium rerum vocat atomos, a quibus omnia ducunt originẽ. Tempus fugai. Libertatem cedendi. Libera ferri. Licenter vagari plagæ. A cœtu. A tota mole vniuersi, vel corporis materialis. Quare. Colligit necessarium esse vt cuncta oriantur ab hoc impulsu materiæ & atomorũ coalitu. Et tamen. Sensus est. materia sæpe excitatur & pcellitur ab atomis: quæ vt satis sit & resistat necessarium est vt sit infinita. Suppetere. Sufficere, pareẽ. Ipse. Corrige ipsi & iunge cum plagę. Opus est vis. Pro vi: vt auctor est pro auctoribus. qua loquendi figura M. Tullius vtitur in familiarib⁹ epistolis. Significant hæc verba poetę. oportet vt materia habeat vim infinitã.

Cudere?
Procudere

Illud in his rebus longe fuge credere Memmi
In mediũ summę (quod dicunt) omnia niti:
Atq; adeo Mundi naturam stare sine vllis
Ictibus alternis: neq; quoq; posse resolui
Sũma atq; ima: q; in medium sint omnia nixa.
Ipsum si quicq̃ posse in se sistere credis:
Et quę pondera sunt sub terris: omnia sursum
Nitier: in terraq; retro requiesse reposta:
Vt p aquas quę nunc rerũ simulacra videm⁹:
Et simili ratione animalia cuncta vagari
Contendũt: neq; posse e terris in loca cæli
Reccidere inferiora magis: q̃ corpora nostra
Sponte sua possint in cæli templa volare.
Illi cum videant solem: nos sydera noctis
Cernere: & alternis nobiscum tempora cæli
Diuidere: & nocteis parileis agitare diebus.
Sed vanus stolidis hæc oĩa parturit error:
Amplexis q; hebent peruerse prima viai.
Iam mediũ nihil esse potest: vbi inane locusq;
Infinita: & deniq; in omni si medium sit:
Possit ibi quicq̃ hac potius consistere causa:
Q̃ quauis alia longe regione manere.
Oĩs enim loc⁹: ac spatiũ: qd̃ inane vocam⁹:
Per mediũ: per non mediũ cõcedere oportet
Aequis ponderibus: motus quacũq; ferũtur.
Nec quisq̃ locus est: quo corpora cum venere
Ponderis amissa vi possint stare in inani.
Nec qd̃ inane autest vllis subsistere debet:
Quin sua quod natura petit concedere pgat.
Haud igitur possunt tali ratione teneri
Res in concilium medii cupedine victę.
Præterea quoniã non omnia corpora fingunt
In medium niti: sed terrarum: atq; liquorum:
Et quasi terreno quę corpore cõtineantur
Humorẽ ponti: magnasq; e mõtibus vndas.

Motus triplex.

¶ Illud in his rebus. Opinionem peripateticorum refutat dicentium omnia in medium ferri suapte natura & spõte, quæ sunt grauia. Peripatetici triplicem motum asserũt: aut in orbem, vt cælum: aut in cẽtrũ vt terra, aqua: aut a centro super⁹: vt ignis & aer. Animalia motu circulari feruntur, qualem animæ Platonici Peripateticiq; cõspiranter adscribũt: quæ eadem animalia si corpus spectes recto motu feruntur ob molis corporeæ grauedinem. Quare cum spaciũ & vniuersum sit infinitum, excluditur ex eo centrum vel meditullium, qd̃ nullatenus in infinitate cadere potest. Aristoteles tamen illęsus ab Lucretianis est argumentia: vtpote qui vacuum & infinitum ex summa rerum exploserit. Lõge. Valde, nimium. Fuge credere. Caue credas.

Niti in medium. Conari & vergere in centrũ. Summæ. vniuersi. Atq; ideo. Cũ oia ferantur in medium non est necesse (aiunt) vt sit mot⁹ atomorum materiæ: de quo affatim supra. Ictibus. Verbere aerio materiam diuellente quantẽteve. Quoq̃. Aliquo pacto. Nixa. Deuergẽtia, inclinata. Ipsum. Text⁹ & series codicis hæc. Si credis quidq̃ posse sistere in seipsum. Dicit qd sistere in seipsum, quoniam non habet basim & fulturam qua sustineatur: quemadmodum terra videtur sistere in se ipsa quando ipsa sit omnium sedes sed nullo cardine sustinetur: cum a natura aeria hoc accidat: qui dum suapte sponte enititur & premit insita grauitate terra ex discordi elemẽtorum natura alterum stat. quare ab Ouidio libro primo metamorphoseos dictũ Ponderibus librata suis. Recentiores tamen astronomi sup hac re sic disseruerunt. Q̃ aũt terra in medio omnium immobiliter teneat cum sit summe grauis, sic psuaderi videtur esse eius grauitatis. Omne nãq; graue tendit naturaliter ad centrum. Centrum quidem pũctus est in medio firmamẽti. Terra igitur cũ sit summe grauis ad pũctũ illũ naturaliter tẽdit. Itẽ. qcqd a medio mouet versus circũferẽtiã cęli ascendit: terra a medio mouet, ergo ascẽdit: qd̃ p ipossibili relinqt. Credis. Subintellige toto errare cęlo. Quę põdera sũt sub terris. Erras si credis q; põderosa corpora, q̃ sunt sub terra, nitant in sublime. Rursũ. Ad terrã respectu nr̃i inferiorẽ. Nitier. Conari. Reqescere reposta. Si verũ ẽ qd̃ di oia reqescere in cẽtro posita tanq̃ in gremio suę quietis. Reposta p reposita interptare. in qbusdã codicibus scriptũ est reqescere posta: qd̃ idẽ est. Posta enim sumptũ p posita. Vt p aquas. Queadmodũ imagines in aqa cõceptę sistũt se ad aquã velut ad obicẽ: pisi oia animantia in qd̃dã meditulliũ recidũt: ad qd̃ cũ venerint nõ possunt descẽdere inferi⁹. Ordo. vt cõtendũt simulachra: q̃ nũc vagari videm⁹ p aqã.

Ouidius explicat⁹.

Siili ratione. Argumẽtant a simili: quemadmodum simulachra petunt aquam vt centrũ & ad illud sistunt: nõ secus animalia cũcta cẽtrũ petunt, nec vlterius labi, ac penetrare queunt. Animalia cuncta. Habẽt prisci codices animalia suapte. significabit hoc animalia sponte sua se mouentia, quæ aurigante natura vergunt in centrũ. Contendunt. Conantur, experiuntur duce natura. E terris. Cũ puenerũt in centrũ, qd̃ est terra. Cæli. Aeris, vel loci ambiti a cęlo. Q̃ corpora. Nõ magis vltra centrũ penetrare possunt corpora, q̃ volare in cælum:

ꝙ si hoc non possunt nec illud. Templa. Regiones, loca. super qua dictione multa in superioribus. Il-
li. Sensus. Q2 sint quidam populi terrę inferiora habitantes, qui alternis solem & noctem videant quales nun
cupentur antipodes: vanus stolidis hæc omnia parturit error. Sunt qui dicant homines esse, qui vocantur an Antipodes.
tipodes e pedum nostrorum regione collocati, qui tum solem vident cū noa noctem: de quibus Maro in geor
gicis. Illic, vt perhibent, aut intempesta silet nox Semper & obtenta densantur nocte tenebræ. Nosq; vbi pri
mus equis oriens afflauit anhelis: Illis sera rubens accendit lumina vesper. Nam vtiq; terra duas sibi ptes he- Supernas,
micycliorum quadam diuersitate despicit. i. vnam supernatātē, quā nos habitamus & ambit oceanus, & aliā & infernas
infernatem. Sed hæc superior initium habet a solari ortu, illa recipit a solis occasu: quem circulum græci ὁρί- terra.
ζοντα perhibent. Verum quia illæ zonę volubilitatem vtriusq; partis includunt, decem vtrinq; circulo suo fa
ciunt regiones: e quibus hæc quæ a nobis habitatur est vna: atq; ad aquilonem versus & septentriones ascen- Antęci.
dit. Altera quæ contrario ad meridiem, atq; austrum fert. quā habitare illi existimantur, qui vocantur ἀντοί- Antichthones.
κοι. Similiter ex infernatibus duæ. sed hi qui nobis obuersi memorantur, antipodes: qui contra illos quos ἀν-
τοίκους diximus, antichthones appellantur. Sed nos cum illis temporum diuersitas velut quadam cōtrarie
tate discriminat. Nam cum æstate torremur, illi frigore contrahuntur. Nam cum hic ver pubescit florentibus
pratis: illic edomita æstas temporibus autumnescit. hic bruma, solstitium illic apparet. Nobis arctoa lumina
spectare permissum: illis penitus denegatum. Antipodes autem nostri vnum nobiscum tractum perferunt
hyemis, & flagrantiam communis æstatis: sed, noctem diuersam diesq; contrarios: licet æstate grandes dies:
plixasq; hyeme noctes: nobisq; septētrio cōspicabilis illos lateat sine fine. hæc ex libro Capellæ geometrico
excerpsimus. Hos sydera. Hoc antichthonibus Martianus ascribit. Cernere. tradūt, autumant, sentiūt.
Alternis. Per vices alternas. vnde exit verbum alterno: diciturq; fructus alternare. Diuidere. Partiuntur no- Alternare fructus.
biscum antipodes sydera: quoniam vicissim sole vtimur & nocte. partiario nobiscum tempus diuidunt. Pa
tiles diebus. Scriptum aduerto in priscis codicibus non diebus: sed diesq;: quo sensus redditur apertior. an-
tipodas videlicet vti die pari nostro & nocte similiter: vnum discrimen est in tempore. Hæc omnia. Nuga-
menta veritati contraria. Parturit. Pro parit in hoc loco. alibi significat desyderium vel exemplo Liuiano. Parturio.
Et qđ animus vester iampridem parturit, tandem pariat. Hebent. Infirma sunt. Hęc inquit Lucretius mera
delira sunt originem inde trahētia, ꝙ illi, qui talia scripserunt, non veram sapientiæ viam instituerunt. Lectio
verior est. Amplexi ꝙ hebent. errarunt hi sapientes quoniam sunt amplexi præposteram viam: quare hebēt
& eorum nutat ingenium, caligat & torpescit. Hebet est absolutum verbum sæpe, hebetat absolutius quoni- Hebet.
am suppositū habet & appositū. Peruerse. Improprie, ꝓpostere. Pria viai. Principia viæ integerrimæ sapi
entiæ errarunt in primis principijs. Iam medium. Probat medium nullum esse: qđ si daretur illud esset in ina
ni, in quo essent infinita media, cum in spatio infinito vbicunq; steteris, vndiq; est tantūdem interualli. Vbi
inane. Subintellige versatur. nullum potest eē medium vbi est locus & inane. qđ medium si alicubi esset in in-
ani esset. Locuiq;. Infinitus est. vbi sunt infinita hæc duo locus & inane: illic nullū est meditullium. In om
ni. In toto ordine vniuersi, qđ τὸ πᾶν appellatur, in quo cuncta congesta sunt auctore in somnium Scipio-
nis Aurelio. Ibi. In inani. Quicq̄. Aliquod corpus ponderis particeps. Potius. Hęc cum interrogatione
pronunciantur hoc sensu. Cum locus & medium essent in inani cur potius hic q̄ ibi medium esset cum inane
dedicet infinitatem? Consistere. Firmare se in hoc centro. Alia longe. Magis. Regione. Loco inanis.
Manere. Stare hoc inane. Omnis enim locus. Si centrum cōcedamus in inani, res in tali centro pausam nō
facient. Nam inani naturale est vt cedat: quare finem cedendi non faciente inani, res illæ, vel corpora ponde-
rosa sine fine descendēt: necessarium est enim inani vt semper cedat, corpori vt semper per inane transmeet.
Per medium per non medium. Per illa loca vbi tu medium ponis, & ea vbi tu medium non sistis. Concede-
re. Vndiq; cedere, & locum dando penetranti corpori terga vertere. Aequis ponderibus. Per eas partes ce-
det locus, per quas ponderosum corpus ferretur, & æqualiter cedet pro cadentis corporis portione. Mo-
tus. Res motu vectæ. Nec quisq̄ locus. Nec aliquis est locus, in quem cum lapsa sint pondera stare possint:
cum medium illud & locus sint in inani. Quo. Ad quem locum. Venere. Descenderunt. Ponderis amis
sa vi. Nulla sunt ponderis corpora capacia, quæ pondus queant exuere, & vim hoc est naturam & qualitatem
sibi fœdere naturali congenitam. Vllis. Corporibus. Subsistere. Obijci vt futurū sustinens onus. Quin
pergat. Vt non festinet & satagat. Qđ natura petit. Qđ est sibi naturale. Concedere. Vndiq; cedere, & corpo
ri occurrenti locum dare. Res. Corpora grauia. In concilium. In agmen, ordinem, & congregationē illam,
quam facit medium res ad se labentes congregans. Cupedine. Naturali instinctu, stimulo & cupiditate pro- Cupedo.
pria. vocalis mutata tanq̄ iota græcum in ita literam. Cupedo cupiditatem significat. quidam nomen detor- Cupedia.
tum esse a cupedijs lautis obsonijs putāt: vnde Lucio forum cupedinarium, in quo exquisita scitamēta & ga Cupedinarū forum.
neata cibaria veneunt. Cupedia tamē a cupiditate sunt dicta: vel sicut Varro vult ꝙ ibi fuerit Cupidinis equi
tis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Cupedo ꝓ cupiditate vt sentio ponitur. Scribitur a nōnullis
duplici p, gratia versus. ego græcorum exemplo factum putauerim iota in η, vertentium. sed raro. Pompei
verba sunt hæc. Cupes & cupedia lautiores cibos antiqui nominabant: inde & macellum, & forum cu- Cupes.
pedinis appellabant. Aristotelis interpres libro nono de animalibus teredinem cupediosam vocat, quæ culi- Cupediosa teredo.
nam & delitias aduolet. Quidam cappedine scribunt coniungētes cum voce medij. hi cappedinem interp̄tā-
tur capacitatem: qđ plane non probo. In alia significantia capedo nomen est vasis. Victę. Illectæ genitiua & Capedo.
insolita procliuitate descendendi. Præterea. Illi qui dicunt corpora in medium ferri non omnia corpora di-
cunt: sed tantummodo grauia, hoc est terram & aquam: cætera vero in sublime niti vel orbiculari motu. Et
quasi terreno. Et si reperiuntur aliqua corpora, quæ participent aliquid de his duobus elementis. in priscis co
dicibus hic versus subsequitur carmē inferius hoc ordine: nō omnia corpora fingunt in medium niti: sed ter
rarum atq; liquorum, Humorem ponti, magnasq; e mōtibus vndas: & quę cōtineātur humore quasi terreno.
Humore ponti. Aquam maritimā. E mōtibus vndas. Riuos & scatungines e mōtibus erumpentes: qua-
lis est ille Virgilianus fluuiolus. Ecce supcilio cliuosi tramitis vndam Elicit: alia cadens raucum p leuia mur-
mur Saxa ciet, scatebrisq; arentia temperat arua.

At contra tenueis exponunt aeris auras:
Et calidos simul a medio differrier igneis:
Atq; ideo totum circũtremere æthera signis
Et solis flammam per cæli cerula pasci:
Qz calor a medio fugiens sibi cõligat omnis:
Nec prorsum arboribus sũmos frõdescere ra(mos
Posse:nisi a terris paulatim q̃dq; cibaẽ:
Ne volucri ritu flammarum mœnia mundi
Diffugiant subito magnum per inane soluta:
Et ne cętera consimili ratione sequantur:
Neue ruant cæli penetralia templa superne:
Terraq; se pedib⁹ raptim subducat: & om̃eis
Inter permistas rerum cæliq; ruinas
Corpora soluentes abeant per inane ꝓfundũ:
Temporis vt puncto nihil extet relliquiarum:
Desertum pręter spatium & primordia cęca.
Nã quacunq; prius de parti corpore deesse
Constitues:hęc rebus erit pars ianua leti:
Hac se turba foras dabit omnis materiai.
Hæc si pernosces parua perductus opella:
Aeque alid ex alio clarescet:nec tibi cęca
Nox iter eripiet:quin vltima naturai
Peruideas:ita res accedent lumina rebus.

¶ Exponũt. Differunt, enarrant, eloquunẽ. quidam hoc referunt ad opinionem eorum qui ponebant atomos. A medio. Tradunt peripatetici ignem & aerem a centro eleuari in sublime. Differrier. Differri, in diuersas p̃tes ferri, tendere & dissipari: quale illud Maro nianũ. Atq; arida differt nubila. Atq; ideo. Cum om̃ia petant superiora quę modo sunt leuia: hinc accidit vt in cælo appareant tẽpestates, procellę, hymbres & sidera: hoc ꝓpter leuitatem exhalationum terræ: vnde nõnulli putarũt sydera humore terreno pasci. Circũtremere. Vndiq; intremiscere propter tonitrua, procellas, nymbos, & id genus reliqua. Aethera. Hic pro aere. nam omnia in ęthere puræ lucis plena sunt. vnde Lucanus. Pacẽ summa tenẽt. quare Papinius cum significare vellet animũ sapiẽtia nõ perflari ꝑturbationibus inq̃t. Celsa tu mentis ab arce Despicis errãtes. Signis. Quidã ad sideralem referũt ardorẽ: qui interflagrandũ videtur intermiscere: nõnulli ad cometas ꝓdigiosa signa: de quibus illud. Regnorum euersor rubuit letale cometes. alij ad deliquia solis & lunæ: alij ad tonitrua et pręsagia pluuiæ deflectunt. tuum sit arbitrium. Cęrula. Profunda vel cæsia a colore cęli. Cærula signate loquẽdo maria dicuntur a colore cęruleo: quod cũ cęlũ sit itidẽ cęrulei coloris merito cęrula cæli Lucretius appellat. Color cęruleus a cælo dicitur. Thalassicus: Cęsius: Glaucus: Cyane⁹ idem. Cyanos est gemma apud Theophrastum: quæ a gemmariis recentioribus turchina vocatur. Pasci. Propter aporrhias et exhalationes terrę in sublime meantes: quibus sol & reliquæ stellæ pascuntur. Qz. Quare id accidit vt tales halatus ascẽdant in sublime. quoniã spiritus adeo attenuãtur vt põderosam naturã exuti scandant in sublime effecti naturæ igneæ aut aereæ. Calor. Exhalatio calida. A medio fugiẽs. Centrum relinquẽs. Sibi colligat. Globatos & iũctos superius facit ascẽdere. vel causa est vt sibi coniũgat. Quidam hoc ad atomos referũt: ex quibus rarioribus perfecta est sphęra solis: tanq̃ causa ne ruat mũdus sit atomi. Nec prorsum. Aliter & aliter atomi iũctæ sunt causa variæ generationis. etiam iuxta qualitatem atomorum hoc accidit. exempli gratia. terra plena paruis atomis p eas instillat alimentum satis & arborib⁹, qd̃ p traduces, & arborũ interuenia penetrãs, illas alit ac sensim fouet. & hoc est qd̃ Maro sectæ nullius ignarus cecinit in buccolico ludicro. Namq; canebat vti magnũ p inane coacta Semina terrarumq; animæq; marisq; fuissent: Et liquidi simul ignis: vt his exordia primis Om̃ia, & ipse tener mundi concreuerit orbis. Tum durare solum & discludere nerea ponto Cœperit, & rerum paulatim sumere formas. Perperã sentit Serui⁹ inane dici vbi sunt atomi nec atomi videnẽ in sole: qd̃ cũ dicẽ seruitur comparationi non veritati. Hæc opinio de atomis & inani est epicureorum, qui duo principia faciunt asyntheta. In alia significatione Aristoteles ac cęteri sapientes ἀτόμους vocant indiuiduos: vt Socrates & Plato. Leucippus, Democritus, Epicurus & eos Lucretius imitatus atomos posuerunt: opinionem quorum sic Lactantius libro tertio redarguit. Atomi si sunt corpuscula & quidem solida vt dicunt, sub oculos certe venire possunt. Si eadẽ est natura oim: quõ res varias efficiũt? Vario inq̃t ordine, ac positione cõueniũt sicut literæ q̃ cũ sint paucę, variæ tñ collocatæ innumerabilia verba cõficiũt. At literę varias formas habẽt. Ita inq̃t & hęc ipsa primordia. Nã sunt aspa: sunt hamata, sunt lęuia. Secari ergo & diuidi pñt, si aliq̃d inest illis qd̃ emineat. Sin aũt lęuia sũt & hãoris indigẽt cohęrere nõ pñt. Hamata igiẽ eẽ oportet: vt possint inuicẽ cõcatenari. Cum vero tã minuta eẽ dicanẽ: vt nulla ferri acie dissici valeãt: quõ hamos aut angulos habẽt? Idẽ Lactãtius lib. de ira dei Leucippũ excordẽ vocat & cęcũ, q aspa, ãgulata, hamata, rotũda corpuscula diceret. i. atomos: vbi de atomis nõ inferia leges. Eusebi⁹ lib. vj. de p̃paratione euãgelica. Nobis fati necessitatẽ nescio quã incutitis: quũ al[i]⁹ vestrũ a deo eẽ asserit: al[i]⁹ ab atomis deorsum latis, ac tñ sursũ repcussis, q̃ mõ cõtiguntẽ, mõ resoluunẽ fieri cõtẽdit. Quidã emũctę vir disertitudinis atomos appellat scobes & ramẽta. q̃ huc illucq; irreq̃eto ęstu reciprocãt. Frõdescere. Frõdes emittere. qd̃ alias foliascere dĩ. Repiẽ & apud Apitiũ exfoliare p foliis denudare. Nisi a terris. Arbores hũore terreno pascunẽ, quarũ os radix est. Q̃dq;. Q̃dcõq; arbustiũ. Cibaẽ. Cibũ capit. Ne volucri ritu. Subita fuga q̃li volucres vtunẽ. repete verbũ supi⁹. oia alunẽ hũore terreno ne abeãt i dissipationẽ: vel oportet cõcedere oia i materiã recidere nõ aũt i mediũ: vt res oẽs reseruẽẽ altã p⁹ aliã repẽte materia.

Cometes euersor regnorum.
Cærula.
Thalassi⁹.
Cæsius.
Glaucus.
Cyaneus.
Cyanos.
Turchina.
Traduces.
Interuenia.
Error Seruij de atomis.
Atomi nõ sunt q videnẽ in sole.
Hamatæ atomi.
Disertitudo.
Frõdescere
Foliascere.
Exfoliare.


Ritu flammarum. Ne mundus more flammarum dissipetur & compagum nescius differatur, oportet addere quibus fulciatur atomos. Mœnia. Ambitus, & compages: metaphora est. Diffugiant. In diuersas partes fugiant & discludantur. Soluta. Resoluta & euanescentia. Per magnum inane. Per vniuersi capacitatem. Et ne cætera. Opus est atomos concedere tanquam omnium rerum bases & firmamenta: ne desuper sine cardine cælum rueret, & terra extremo carens ambienti, pedibus nostris se sensim subduceret. Penetralia. Quidam pro penetrabilia capiunt: quidam ἁπλῶς interpretantur, id est simpliciter. Templa. Loca. Superne. Desuper in terram inferiorem. Causa apud Auerrhoem cur cælum non cadat est quoniam pondere caret: & ne assurgat, leuitate. Superne. Cur cælum non cadit. Raptim. Celeriter subterfugiat. Subducat. Sensim & furtim auferatur falsis sensibus. Permistas. Elementa confunderent. Cæli. Quod & ipsum rueret si ab atomis non sustineretur. Ruinas corpora soluentes. Ex ruinæ essent huiusmodi vt corpora dissiparentur. Puncto. Vt subito momento. Nihil extet reliquarum. Omnia perissent etiam cum puluisculo vniuersali quadam ruina omnia rapiente. Desertum. Viduum corporibus, plenum mera solitudine. Sensus. perirent cuncta præter chaos & vniuersi quandam colluuiem. Cæca. Informia. subintelligitur post hoc carmen. acciderent hæc ipsa nisi atomi pro fultura & firmamento, genitura rebus cunctis subuenirent. Nam quacunque. Si grauia ferri dicas in medium, nec in suam recidere materiam: deerit aliquid materiæ partibus, & ob id corrumpentur omnia. Ordo. de quacunque parti pro parte, priua constitues deesse corpore. i. in corpore, hæc rebus erit para ianua leti. Corpore pro corpori potest vsurpatum esse: vt apud Vergilium, & magno se corpore miscet. Hæc pars. Quæ deerit corpi materia fraudato. Hac. Per hanc ianuam ex defectu materiæ patentem. Leti. Corruptionis & interitus. Turba materiai. Corpus materiæ copiosum & multiplex aptum generationi multifariæ. Dabit foras. Procedet in interitum & in corruptionem. perstat in metaphora ianuæ. Hæc. Quod si hæc nostra principia inuigilaturus indulturusque philosophiæ retractabis, parua ope poteris ad summum cacumen eniti. Perductus. Veluti manu ductus in penetralia philosophica. Opella. Opera parua & exiguo labore. diminutiuum est ab opere: vt ab opera operula: quidam ab ope deflectunt. Opella. Aliud. Aliud: per apocopen vt volup, & facul. Clarescet. Manifestum fiet & clarum. Cæca nox. Operula. Obscura inscitia. Vltima naturai. Vltimas profundissimasque meditationes physicas & naturales. naturai pro naturæ posuit. Aliud. Peruideas. Ex omni parte perscruteris contemplerisque. Ita res. Ita hæc principia degustata lumen menti tuæ ferent. vel ex ista vera rerum naturalium disertatione omnia luce clarius corruscabunt, atque splendescent. Accedent lumina. Venient & accurrent vice luminis mentem irradiantis. Quidam scribunt. accendent lumina: clarum scilicet notitiæ splendorem præstabunt.

SECVNDVS in Lucretium Commentarius Ioanne Baptista Pio Bononiensi interprete.



Narraturus in hoc secundo libro poeta multa ad principia naturæ rerum pertinentia, peculiariterque de motu corporum, cum disseruerit libro primo de principijs, refutaueritque opiniones illorum, qui diuersa sentiunt, quod exemplo Aristotelis fecisse crediderim, inquit esse illi suauissimum e litore pacato spectare nautas & vectores labore sollicito trahi: trudi: percelli a maritima violentia: cum ipse periculum euaserit: nec discrimini sit obnoxius: etiam si nulla voluptate capiatur doloris, aut laboris alterius: sentit tamen nescio quam profusionem voluptificam quod absit a periculo: nec minus gratum putat certantes exercitus intueri armis instructos, & omni apparatu castrensi florentes: cum inde sciat sibi non imminere periculum. Quas voluptates omni nectare refertissimas superat hæc ipsa delectatio, cum videas alios errare in via philosophiæ, & tanquam in sublimi specula collocatus temploque doctrinæ munitissimo alios stupentes hallucinantesque conspicere possis, palabundos, veræque virtutis iter ignorantes. Similis est illa de prudenti viro Papiniana sententia. Celsa tu mentis ab arce Despicis errantes, humanaque gaudia rides.

T.L.C.LIBER SECVNDVS.



Vaue mari magno turbantibus æquora vétis
E terra magnú alterius spectare laborem:
Non quia vexari quemquam est iocúda voluptas:
Sed quibus ipse malis careas quia cernere suaue est.
Suaue etiam belli certamina magna tueri
Per campos instructa tua sine parte pericli.
Sed nil dulcius est: bone quam munita tenere
Edita doctrina sapientum templa serena:
Despicere vnde queas alios: passimque videre

Quid in hoc libro contineatur.



N hoc secúdo libro agitur de principiorum natura, & quod peregrinas impressiones ea nó suscipiút, nec sensus habent. Præterea de motu illorum agitur. quod minime sunt colorata. Fit quoque mentio de deo quieté agente. De Atomis. quod mundus sit infinitus. quomodo creatus.

E terra. E litore in quod te cótuleris ab ingruentibus tempestatibus elapsus. Vexari. In partes diuersas fœdissimæ tépestatis impulsu rapi. Maro. Dulichias vexasse rates. De vi & etymo huius verbi multa Gellius congeste tradit. Quemquam. Corrige ex priscis exemplaribus quemquam pro quemquam est. Nó gaudio profunderis quod te dolores & aliena dána delectént: verum quoniam natura comparatum est: vt cum videas aliqué implicitum periculo quod euaseris, gaudeas etiam inuitus.

Certamina. Acies ad certandum paratas: iunge cum sequenti carmine. Instructa. In procinctu pugnandi. Tua sine. Cuius tu bellici periculi particeps non sis. Bone. Pro bene. creber est in hac locutione Lucretius. Doctrina sapientum. Disciplinis

quam te viri sapientissimi docuerit. Edita. sublimia: e sordibus inscitiae eleuata. Serena. Laeti semp sapientes sunt & serenati: in eodem statu semper perseuerantes. Templa. Arces. Vnde. Ex quibus arcibus sapiētiae fastigatissimis. Palātis. Vagae, errantis semper assiduis inscitię motibus agitatę: vel palātis ꝓpalantes expone: hoc sensu: vñ videas alios errare, & eos palantes quaerere viā vitae. iuxta id Aristotelis ad Theodectem. Quae igitur meminim⁹ iocūda sunt, nec solū quę cū aderant voluptatē afferebant, verū etiā nōnulla eorū quę dolorem, si post illa bonum, ac laudabile quid habeamus. hinc illđ dictum est. Iocūdum est seruato meminisse pericli. & illud. laetatur. n. vir post labores cū multa tulisse, multa gessisse recordetur: cuius causa est ꝙ malū etiam non habere iocundū est. Palare significat errare. Liuio palātes milites pro vagis dicuntur: palati: dispalati: & palabūdi. Certare ingenio. Cōtēdere in foro de laudibus eloquētię. enumerat singulos erraticae mortalitatis errores. Praestāte. Pro p̄stāti, summo, maximo, laborioso. Emergere. Eniti. Rerum potiri. Occupare tyrannidē, inuadere imperium. O miseras. Exclamatio ad retūdendos miseros hominum lapsus & errores, qb⁹ exoculati finē verae vitae dignoscere nequeūt. Degitur hoc aeui. Viuitur haec breuis aetatis portiuncula. Nōne videtis. Emaculati codices habent. nonne videre est. nōne oportet videre, in expedito est animaduertere. Latrare. Sonoro strepitu petere, vel mordaciter expostulare obiurgatione censoria: qua vtētes cynici canes appellātur: & adlatrare, quos carpebant, dicebātur. quare salse prolatum est illud ab epigrāmatico poeta. Non est hic cynicus Tucca. quid ergo? canis. Alludit vt patet ex subsequētib⁹ ad naturā cynicorum. Vt cui. Vt a quo. Sensus. nōne videm⁹ naturā nos admonere quotidie vt felices simus, qđ acquirere possemus si in voluptate viuerem⁹. Est. n. voluptas cū status corporis est saluber, mensq; sana est in corpore sano, fruimurq; illa ἀναλγησία, hoc est indoloria, siue indoletia: quā cum possidemus relinquam⁹ sua regna regib⁹ cū musis & Apolline viuētes illud Horatianū cātitātes.

Musis amicus tristitiam & metus
Tradam proteruis in mare creticum
Portare ventis, quis sub arcto
Rex gelidae metuatur orae.
Quid Tyridates terreat vnice
Securus. O quae fontibus integris
Gaudes apricos necte flores
Necte meo lamię coronam Pymplea dulcis.

Ordo. nōne videtis nil aliud sibi naturam latrare, nisi vt mente fruatur ille, cui dolor seiū ct⁹ est a corpore: hoc est ille qui dolorem corpore non percipit, nec mente percipiat: vt sit quaedam corporis & animi concinentia. quidam codices habent: vtq;. Mente. Lego, mensq;. non tantum corpus fruatur delectatione & iucunditate: sed etiam animus. Semota. Seiuncta a cura, vacans sollicitudine.
Ergo. Pauca satis sunt ad explēdā naturā cōditionēq; corpis. Simile illđ Seuerini Boe

Sapientes semp laeti.
Iocundum seruato meminisse pericli.
Palare.
Palantes.
Latrare.
Cynici canes.
Analgesia Indoletia.
Paucis natura contēta.

Errare: atq; viam palantis quaerere vitę:
Certare ingenio: contendere nobilitate:
Noctes atq; dies niti: praestante labore
Ad summas emergere opes: rerumq; potiri.
O miseras hominum mēteis: o pectora caeca:
Qualibus in tenebris vitae: quantisq; periclis
Degitur hoc aeui quodcunq; est: nōne videtis
Nil aliud sibi naturam latrare: nisi vt cui
Corpore seiūctus dolor absit: mente fruatur
Iucundo sensu: cura semota: metuq;?
Ergo corpoream ad naturam pauca videmus
Esse opus: omnino quae demant cūq; dolorē:
Delitias quoq; vti m[l]tas substernere possint:
Gratius interdum: neq; natura ipsa requiret.
Si non aurea sunt iuuenum simulacra p aedes
Lāpadas igniferas manibus retinētia dextris
Lumina nocturnis epulis vt suppeditentur:
Nec domus argēto fulgens: auroq; renidens:
Nec citharis reboāt laqueata: aurataq; tēpla:
Cum tamen inter se ꝓstrati in gramine molli
Propter aquae riuum: sub ramis arboris altae
Non magnis opibus iucunde corpora curāt:
Praesertim cū tempestas arridet: & anni
Tēpora cōspergūt viridāteis florib⁹ herbas.
Nec calidae citius decedunt corpore febres
Textilibus si in picturis ostroq; rubenti
Iacteris: q̄ si in plebeia veste cubandust.
Quapropter qm̄ nil nostro in corpore gazę
Proficiunt: neq; nobilitas: nec gloria regni:
Quod supest animo quoq; nil ꝓdesse putādū:
Si non forte tuas legiones per loca campi
Feruere cum videas belli simulacra cienteis
Subsidiis magnis Epicuri constabilitas:
Ornatas armis statuas: stanteisq; animatas.
His tibi cum rebus tumefacto relligiones
Effugiant animo pauidę: mortisq; timores:
Tum vacuū tēpus linquūt: curaq; solutum,

tũ paucis & minimis natura cõtẽta est. Dolorẽ. Quo afficitur corpus si priuetur his rebus. Vt etiã si luxus in terũ sibi substernat, hoc est suppeditet delitias multas, q̃ naturali adiumẽto sunt gratiores: tamẽ natura desyderium illas nõ tanq̃ necessarias, sed tanq̃ supuacaneis bonis obuijs & vltro oblatis potietur. Si nõ aurea. Ponit exẽplum naturam minime delicias appetere, qm̃ inquit etsi lychnuchi & lychni pensiles, quos latini lucerniferos vocãt, formentur in iuuenes subseruire mensis assuetos, q̃ videtur manibus æneis pro lucernis tenere lampades, hoc quidem artis naturam imitantis opificium gratũ est, non tamen necessarium. Indigemus enĩ qualicũq; lychnucho, nõ tamẽ in faciẽ humanã excuso, qui si oblatus est illo grato vtimur magis, q̃ necessario. Suppeditent. Præstentur: adducuntur lucerniferi ad illustrãda triclinia cum cœnam capimus. Renidens. Resplendens, rutilãs. Horatius. Nec mea renidet in domo lacunar. Nec citharæ. Sensus est, naturã aliud sibi petere, aliud luxum. hinc liquet q̃ luminates viri ad exhilarandum conuiuium citharas inducunt & psalteria, cum natura pparauerit gratius modulamen viuum scilicet & natiuum riui murmur p deuexa dulci susurro labentis. Laqueata. Pauimenta domus superiora lacusculorum effigie decorata, quæ dicuntur laquearia. Maro. Pẽdent lychni laq̃aribus aureis. Lacus hi tetragona trabium positura fiunt, & lacunaria vocãtur, lacus, & laquearia: vnde laqueatum tectum dicitur istis lacubus distinctum: q̃d ostẽdit Horatius ita canẽs libro secundo carminum. Non enim gazæ neq; consularis submouet lictor miseros tumultus Mẽtis, & curas laqueata circũ tecta volantes. Aurata. Bracteis ex auro intecta. In Macrobij libro saturnalium sexto sic legitur hic versus. Nec citharam reboant laqueata aurataq; tempe. per tempe loca domus amœna sentimus: propter tempe, quæ facit fluuius Peneus omni amœnitate prædita. Maro in Georgicis hoc Lucretiano pigmẽto suam venerem fucauit. Si non ingentem foribus domus alta superbis Mane salutantum totis vomit ędibus vndam. Nec varios inhiant pulchra testudine postes. Et mox. At secura quies, & nescia fallere vita Diues opum variarum, ac latis ocia fundis, Speluncæ viuiq; lacus, & frigida tempe, Mugitusq; boum, mollesq; sub arbore somni. Non absunt illinc saltus, ac lustra ferarum: Et patiens operum, paruoq; assueta iuuẽtus. Vide vt tempe mutuatus est Maro dictionem festiuam festiuiter. Est ergo legendum, vt pdiximus, tẽpe non tecta. Propter. Prope. Corpora curant. Vescuntur illi qui natura duce vitam trahũt. Curare corpora est vesci cibumq; sumere. Reperies apud Liuium subinde. Tũc mãdatum est militibus corpora curarent. Curatiores boues pro pinguioribus a Columella dicũtur. Tẽpestas. Tẽpus anni vernum omnibus delitijs abundans.

Arridet. Blanditur & inuitat ad genium. Tẽpora. Per tempora, circum tẽpora. para capita tempus. Crotaphon græci vocant: vnde homines Poliocrotaphi ab Homero dictiq; a temporib⁹ canescere incipiunt. Auctor Alexander in quæstionibus. Cõspergunt floribus. Spargũt cum floribus herbas viridantes. Textilibus picturis. Tapetia designat, in quibus imagines belluarum & hominum contexũtur: quæ ob hãc causam belluata Plautus appellat. Ostro. Purpura, quæ ex ostracodermatis .i. testaceis cõchilibus elicitur. vnde Propertio ostrina tunica. Iacteris. Corpus frequẽter iactes & verses, qualia inquietudo febricitanti cõtingit. Veste plebeia. Stragulis vilioribus. Gazæ. Preciosæ supellectiles. Vocabulũ persicum est gaza. Si non forte. Sensus hic est nobilitas, gloria, regnum, resq; cæteræ quæ aliquid apparent esse cum non sint spernẽdæ sunt a philosopho perinde ac populus spernit imaginarium bellum, q̃d editur in circo quando Troiæ certamẽ cõmittitur. Tunc enim armati concurrunt armatis, bellorumq; cient imagines cum tamen bella hæc vocari nõ possint, nec debeant. Similiter opes, gloria, obsonia, regiusq; luxus & instrumẽtum videntur non modicam præseferre dignitatem, apicẽ, culmẽq; honoris, cũ omnia risus meri sint, pergula pictorũ, veri nihil, omnia ficta vt Lucilius inquit. Ordo. Si non forte religiones pauidæ effugiũt cũ animo tumefacto his rebus, & mortis timores, cũ videas legiones feruere p loca campi cientes simulachra belli. Tuas. Alloqtur Mẽmium tũc forte, aut cõsulem, aut ædilem, aut aliquo Romano magistratu functũ, quo peracto mun⁹ ederet imaginem bellicam pseferens. existimo tamen hunc Memmium imperatorem, aut exercitus fuisse ductorem. Per loca cãpi. Per planitiẽ cãpestrẽ. Feruere. Feruide discurrere, vagari, satagere. Belli simulachra. Spectaculum præseferens imaginẽ bellicosam qualis erat Pyrrhica saltatio aut armata, quę viros fortes imitabatur in prælium mouentes. Auctor Plato in republica. vel intelligit Troiam ludum Maroniano carmine notissimũ. Bellicrepam saltationem habebant Romani qua cum armis saltabant: q̃d a Romulo institutum est ne simile pateretur q̃d fecerat ipse cum a ludis Sabinorum virgines rapuit. Subsidijs. Auxilijs siue copijs auxiliarib⁹. Subsidia milites dicuntur, qui collocabantur in acie, vt opem ferrent circũuentis, fessis aut obsessis. Epicuri. Luxu & voluptifico armorum decore potius ad gratiã, q̃ ad robur, & ad munimen inclinante. Scim⁹ enĩ Epicurum in voluptate finem bonorum statuisse. Sed quæ voluptas illa fuerit nũc non suppetit ociũ discutere. Constabilitas. Fultas quantum satis est ad lusorium decus. Statuas. Collocabantur in spectaculis statuæ armatę, q̃ videbãt ducũ & bellatorũ imaginẽ pseferre: quarum Ouidij in metamorphoseos historia extat nõ inelegans cõparatio. Stãtis. Pro stãtes, erectas, & aiatas ad pliũ capessendũ. Sic .n. videbant statuæ minari facie armata nescio quid martium, bellicum, truculentum. Alij legunt Charites, hoc est gratiarũ statuas, quæ cũ molles sint natura & imbelles, tñ armis opertæ pferebant: aliud nimirum pseferẽtes in fronte, q̃ haberẽt in recessu. Fuisse Romę statuas gratiarũ adhuc est videre, quibus insunt nõnulla carmina, quorum principium est tale. Sunt niueæ charites niueo de marmore: at illas Diua columna suis ædibus intus habet. Partib⁹ est facies qualem decet esse sororũ, & quę sequunt in hãc sentẽtiã. His tibi. Per interrogationẽ hoc proferendum. Atqui cum eæ bellicæ imagines a te perspiciuntur docẽt te, dũ illas spectas, terrorẽ, supstitionem, curã anxiam deponere: quoniã conscius illa ludibria esse & vanas nugas, nihili facies illorum aspectum ferocem: quãto magis debes cognoscere gloriã mortaliũ, superbiam, ambitionẽ, honores, esse supparata fucataq; bona & felicitatẽ ptextatã, q̃ cũ aliqd esse videãt, nihil tamẽ sunt: dareq; operã te decet, vt nõ oculi tui ab ex⁹ extrario fuco pstringant, sicuti te decipi non sinis a statuis armatis scęnalibusq; ludibrijs. Ordo. Pauidę religiones & timores mortis linquũt ne animum tuum vacuum, & cura solutũ: cum effugiãt animo his rebus tumefacto hoc est his ludicris scęnicis. Cum effugiant. Prisci codices: cũ officiant: hoc est religiones ne elabunt ex aio tuo cũ expediret illas elabi, qm̃ illi officiãt, hoc est noceãt. deflectũt officio verbũ huius significationis ab ob, q̃d est aduersus, & facio: qua voce vtit Cicero libro officiorũ. Demoliri ea quorũ altitudo officeret auspicijs.

Lychnuchi.
Lucerniferi.
Renidens.
Laqueata.
Laquearia
Lacunaria
Tempe.
Curare.
Curatior.
Crotaphõ.
Poliocrotaphi.
Belluata tapetia.
Ostracodermata.
Pyrrhica.
Bellicrepa saltatio.
Subsidia.
Charites.
Officere.

Tumefacto. Ad bellicū furorē aliquatenus inclinato cum hæc simulachra belli cōspicit. Pauidæ. Quæ pauore scelerarū pariunt: vt per exempla lib. ij. demōstratū est. Vacuum. Gignūt ne tibi tunc talia ludicra tantum incitamēu bellici vt ad arma corripiaris, & deponas vitia genitiua? minime Mēmius respōdebit. Cura. Tumultu, perturbatione.

Q; si ridicula hæc: ludibriaq; esse videmus:
Re veraq; met⁹ hominum: curasq; sequaces:
Nec metuūt sonitus armorum: nec fera tela:
Audacterq; inter reges rerumq; potentes
Versantur: neq; fulgorem reuerētur ab auro:
Nec clarum vestis splendorem purpureai:
Quid dubitas: qn oīne sit hoc ratiōis egestas?
Omnis cum in tenebris ꝑsertim vita laboret?
Nam veluti pueri trepidant: atq; omnia cęcis
In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus
Interdum nihilo quę sunt metuenda magis: q̄
Quę pueri i tenebris pauitāt: fingūtq; futura.
Hūc igit̄ terrorē animi: tenebrasq; necesse est
Non radii solis: neq; lucida tela diei
Discutiant: sed naturæ species: ratioq;.
Nunc age quo motu genitalia materiai
Corpora res varias gignāt: genitasq; resoluāt:
Et qua vi facere id cogantur: quęue sit illis
Reddita mobilitas magnū per inane meandis
Expediam: tu te dictis præbere memento.
Nam certe non inter se stipata cohæret
Materies: quoniam minui rem quāq; videm⁹:
Et quasi longinquo fluere oīa cernimus æuo:
Ex oculisq; vetustatem subducere nostris:
Cum tamē incolumis videat̄ summa manere:
Propterea quia quę decedūt corpora cuiq;:
Vnde abeunt minuunt: quo venere augmīna donant:
Illa senescere: at hęc contra florescere cogūt:
Nec remorantur ibi. sic rerū summa nouatur
Semper: & inter se mortales mutua viuunt.
Augescunt alię gentes: aliæ minuuntur:
Inq; breui spatio mutantur secla animantum:
Et quasi cursores vitai lampada tradunt.
Si cessare putas rerum primordia posse:
Cessandoq; nouos rerum progignere mot⁹:

Q; si. Sēsus. atqui quoniam cognoscim⁹ has imagines belli veras nō esse, sed ludicras non timemus. Similiter cum nihilifacimus purpurā, supellectilem regiā ex superiori exēplo: hoc puenit ex ingenij humani debilitate impotis finem rerum cognoscere. Si ponitur pro quia hac serie: quia ridicula sunt, ideo non metuūt homines sonitus armorum illorum nec tela, quæ fera videntur cum ludicra sint. Rerū potētes. Qui potiti sunt rerū: in quibusdā codicibus legitur regūq; potentes hoc est inter illos qui potentes sunt apud reges. Versantur. Illi gladiatores imaginarij, qui contra aduersarios depugnant habitu regio decoratos: cū tamē duce & ꝑ ministrātē ratione spectatores nouerint illos non eē reges sed mortales ludibundos habitū regiū indutos. Neq; fulgorē reuerentur. Cum quis vestem regalem indutus discurrat per medium certamen non mouet aurata chlamyde mortales vt illum colant, reuereantur, honorent: nec illi prodest regius apparatus cum rex nō sit. Purpureai. Purpureæ. Quid dubitas. Cum videas nos non moueri bracteato ludicro & simulachro belli, quoniam scim⁹ exteriora tantum esse miranda cum nihil subsit, nec admiratione dignum nec pauore: dubitare non debes eadem despicientia mortales nobilitatem, thesauros & gloriam, quæ sunt tantūmodo bona apparentia, si mō possent oculis mentis illorum vanitatem introspicere.

Omne hoc. Quo luxū vanāq; gloriā suspicimus. Egestas rationis. Nos ratione carētes quandoq; timemus quædam, quæ nullū timorē gignere possunt. Magis. Scribo minus: hoc sensu: quandoq; timemus quędam ridicula, quę minus q̄ nihil formidāda sunt.

In tenebris. Manes scilicet, orcum, inferorum pestes, quæ sunt hominum commenta. Seneca libro epistolarū vndeuigesimo. Talis est animorum nostrorum confusio, qualis Lucretio visa est. Nam veluti pueri trepidant, atq; omnia cæcis In tenebris metuunt ita nos in luce timemus. Sed falsum est Lucreti. non timemus in luce: oīa nobis fecim⁹ tenebras: nihil videmus, nec quid noceat nec quid expediat: tota vita incursitam⁹, nec ob hoc resistimus, aut circūspectius pedē ponimus. Hunc igitur. Hic terror inquit Lucretius excludetur a solus coruscationib⁹ rationis. Terrorem. Religionē. Tela. Iaculationes, & radij quos sol euibrat. respicit etymon teli. Dicitur. n. telum q; θηλοτι, hoc est lōge mittitur. Per tela hic intelligit radios. Diei. Luminis diurni. τὸ αὐτό. Discutiant. Aperiant. illustrent. Persius. Sulphure discutitur sacro. Species. Contemplatio naturæ.

Omnia fecimus tenebras.

Genitalia. Generabilia. Resoluāt. In putredinē & corruptionē redigāt. Mobilitas. Motus & alteratio. Tute. Animū & mentē tuā.

Quæ ve sit illis. In priscis codicibus legit̄. ollis pro illis prisco loquendi more. Nam certe. Tractat de motu principiorū & inquit.

Auius a vera longe ratione vagaris.

Corpora prima nõ in vnũ globũ eẽ redacta ſi ue iacere immobilia: qđ ex genitura, morte, augmẽto, decremento ve patet. Quin natura principiorum eſt reddere diminutionẽ vnde exeunt: augmentũ vero quo tendũt & penetrãt: & quod alteri acquiritur, alteri demitur. Hæc eadem corpora aut mouentur motu per ſe, aut extrinſeco impulſu. Sæpe contingit ſuperne corpora ad imum labi naturaliter: in quo tranſcurſu alijs incurrunt atomis vnde repente reſiliunt. Occurrit quęſtio. Si corpora naturaliter inferiora petũt: quonãmodo poſſibile dicã vt inhæreant inuicem & obambulent? reſpondet fieri poſſe dupliciter: q̃m inter coalitum deturbantur ab itinere inſtituto: vel q̊ non mutant naturam delationis q̃uis paulum a naturali interrumpant itinere. Mobilitas. Naturalis motus. De motu operæpretium videtur quædam attingere: quæ lucernam peripateticam redoleant. Pro explicatione rationis pręmittitur. primo q̊ de motus natura duæ magis famigerabiles inuentæ ſunt opiniones. Nam quidam dixerunt motum eſſe realiter idem cum mobili aut forma quę ei acquiritur. vnde motum ad ſubſtantiam vel qualitatem dixerunt eſſe idem realiter cum forma ſubſtantiali aut qualitate quæ mobili aduenit: nec ab ea differre niſi ratione. Motum vero localem augmenti vel decrementi, dixerunt eſſe ipſum mobile aliter ſe habens q̃ prius reſpectu loci aut ſecundum extenſionem. Alij autem iuxta rẽ magis loquẽtes poſuerũt motũ tã a mobili q̃ a termino motus ſecũdum rem fore diſtinctũ. De motu.

Adde q̊ de motu duæ ponuntur diſtinctiones: quarum prima eſt q̊ motus capitur dupliciter cõmuniter & ꝓprie. Cõmuniter capiendo motum ſic ſe extendit tam ad mutationem ſubitam q̃ ad motum ſucceſſiuum: & ſic ad cuiuſcũq; prędicamenti rem poteſt eſſe motus per ſe vel ꝑ accidens: q̃a in vno quoq; ꝓ̄dicamẽto põt fieri trãſmutatio ad actũ. ꝓprie ſumit̃ mot⁹ ꝑ tranſmutation. ſucceſſiue tempore menſurata. Et ſic ſolum ad tria prędicamenta eſt per ſe motus, videlicet ad qualitatem & quantitatem & vbi: licet ad ſubſtantiam ſit mutatio ꝑ ſe: & ad alia ſex prędicamenta ſit mutatio aut mot⁹ ſolum per accidẽs: vt quinto & ſeptimo phyſicoꝝ eſt animaduertere. Secunda diſtinctio eſt q̊ motus dupliciter ſumitur: vno modo materialiter: & ſic eſt forma fluens ſub quo mobile non quieſcit: ſicut eſſet albor remiſſus: ſub quo eſt mobile dum actu tranſmutatur ad colorem album intenſiorem: & motus ſic ſumptus definitur a commentatore cõmento quarto tertij phyſicorum q̊ eſt generatio partia poſt aliam illius perfectionis, ad quã tendit motus: donec perficiatur & ſit in actu. Alio modo ſumitur motus formaliter pro fluxu quodam ſeu via in terminum acquirẽdum: ſicut eſt fluxus illius qđ tranſfertur de loco ad locum: & tunc deſcribitur a Linconienſe q̊ eſt exitus de potẽtia ad actum. Motus primo modo ſumptus eſt de genere termini ad quem. ſed motus ſecundo modo ſumptus eſt de genere paſſionis. Patent hæc omnia ex Auerrhoe locis allegatis. Tertio præmittitur q̊ motus formaliter ſumptus duplices habet partes. ſ. materiales vt ſunt illę in quas diuiditur ad diuiſionem mobilis. Secũdæ autem non: quia ſibi inuicem ſuccedũt ſicut partes temporis. Et ex hoc ſequitur primo q̊ aliqua eſt pars motus formalis tantum vt illa qua totum mobile mouetur in parte temporis totum motum menſurantis: & aliqua eſt pars motus tantum materialis vt illa qua præciſe medietas mobilis per totum tempus menſurans motum moueretur. Aliqua vero eſt pars formalis & materialis: vt illa qua præciſe medietas mobilis mouetur ſolum per partem temporis motum totum menſurantis. Sequitur ſecundo q̊ quælibet pars motus formalis eſt diuiſibilis in partes materiales: & quælibet materialis in partes formales. Te præbere. Animum propendentem monitis meis adijcere. Nam certe. Senſus eſt. corpora prima: quæ per materiem ſignificantur nõ vno globo & ignaua mole iacent aut torpent. Stipata. Concretia & conglobata. Materies. principiũ primũ. Minui. Cum magis & minus materia ſuſcipiat mouetur igitur. Quaſi cernimus. Oculata fere fide cõſpicimus. Longinquo æuo. Longo ſæculo. Vetuſtatem. Videmus æuum ex oculis noſtris cuncta ſubducere. Incolumis. Corruptione vacans. Summa. Omne principiorum ſummarium, & cõnoda plenitudo.

Propterea. Ratio improbans principia non ſegniter aut languide iacere: verũ ſubinde moueri. q̃m inquit augẽt rẽ, cui immigrãt, defraudãt cui abſcedunt. Minuũt. Detrahũt corporibus qb⁹ abſcedũt. Quo venere. Ad quæ corpora acceſſere. Augmina. Augmenta. per hæc motũ principiorũ ꝓbat q̊ cũ adhærent rei augẽt illã: cũ diſcedũt illã imminuũt. Illa. A quibus diſcedunt hæc qbus adhęrẽt. Floreſcere. Iuueneſcere & augeri. Nec remorantur ibi. Non diu corporibus hærent compoſitis ſimplicia corpora. verum ijs relictis patiuntur motum iugẽ & cõtinuũ. Sic. Hac motus aſſidua vertigine viciſſitudineq;. Rerum ſumma. Vniuerſalis ordo. Nouatur. Quotidie floreſcit & repullulat alijs adoleſcentibus, alijs exoleſcẽtibus. Mutua. Nomen pro aduerbio pro mutuo: viciſſim. alter impellit alterum vt vnda impellitur vnda. Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem. Secla. Tempora multitudines: pro ſecula. Et quaſi curſores. Aſſiduæ ſunt hominum vices: & primus impellitur a ſecundo: non aliter q̃ in ludo Promethei & Cereris vt quidam volunt: primus decurrens dat lampada ſecundo: ſecundus tertio: tertius quarto: & ita in reliquis. hæc decurſio ſignificabat humanæ vitæ mutationem & vicem perpetuam eſſe. Perſius imitatus eſt hoc Lucretianum carmen ita canens. Qui priores cur me in decurſu lampada poſcis? Varro in re ruſtica. Lampada tibe trado. vbi tibe pro tibi priſco loquendi more dixit. De hac decurſione Fulgentius meminit: de qua plura leges in noſtris annotamentis & retractationibus. Athenis, vt inquit Ariſtophanis interpres, in loco ceramico nuncupato anniuerſaria tria certamina fiebant: vnum in mineruæ: alterum in vulcani: tertium in promethei honorem. cum quis a curſu ceſſabat facem altero excipiente deponebat. poſtremo curſores adoleſcentuli depalmabant: quę plagæ a loco ceramicæ dicebantur. Vitai lampada. Quæ lampas humanæ vitæ celeritatem ſignificabat. vitai pro vitæ. Antiqui hanc ſchemam, hanc lampadam, & diademã pronuntiabant: qđ quatenus liceat Fabium Quintilianum audi libro inſtitutionum primo. Mihi autem placet latinam rationem ſequi quouſq; patitur decor. Neq; enim iam calypſonem dixerim vt Iunonem q̃q̃ ſequutus antiquos Claudius Cæſar vtitur hac ratione declinandi: Sed auctoritatem conſuetudo ſuperauit. In cæteris quæ poterunt vtroq; modo non indecenter efferri: qui græcam figurã ſequi mallet nõ latine quidem, ſed citra reprenſionem loquetur.

Lãpadarũ ſolẽne.

Tibe.

Vltimos depalmabat.

Si ceſſare. Si putas rerum naturam & pricipia prima ad generationem ꝓcedere ceſſando & ſine motu: erras & allucinaris. Ceſſando. Sine motu. Progignere. Cum motum generatio pręſupponat. Rerum motus. Qui motus ſuſcitantur in noua rerum generatione. Auius. A via militari prætoriaq; vagus & palabundus.

¶Nam quoniam. Senſus. elementa aut per ſe mouẽtur aut aliena vi & impulſu. Nam ſuperne aliquando cadendo collidunt atomis & reſiliunt: retroq; conuertuntur. Aut grauitate. Aut omnia mouentur quæ naturali grauitate deſcendunt: aut impingunt in atomos: quæ detorquent illa a ſuo naturali motu & cogunt retrocedere. Ferri. Delationẽ habere aut quemcunq; motum. Forte alterius. Corporis alterius obiectu forte occurrentis: codices antiqui, auferri alterius, hoc eſt ab inſtituto itinere auerti & declinari. Ictu. Impulſu alterius pricipij: quæ ſe inuicem trudunt. Cita. Impulſa: a cio cis. quidam codices habent percita ſæpe. Superne. Ab elemento veniente deſuper. Superne a parte ſuperiori ſignificat. Fluxere. Inter mouendum obuiarunt. Diuerſa. In diuerſas partes. Neq; mirum. Comprobatio rationis. non eſt credẽdũ hæc atomorũ corpora diſſilire primis corporibus impacta. quoniam hęc duriſſima ſunt: illæ vero molliſſimæ. Quæ ſint. Cum ſint corpora prima ſolidiſſimę duritudinis. Ponderibus ſolidis. Et cum prima corpora ſint ponderoſiore mole prædita & ſolidiore, rariores atomos diſcutiunt & diſſilire faciunt. Neq; quidq̃. Sẽſus: nõ eſt mirum ſi nihil obſtat & tergum obijcit & tantæ

Tergibus. moli occurrit. A tergibus. Metaphora baiulatoris oneri tergum opponentis. a tergibus per catacreſin pro tergo. Et quo iactari. Senſus eſt: vt tibi pateat & innoteſcat aſſiduo motu corpora fluere: ſcito non dari terminum, metam, aut centrum lapſibus principiorum: qđ cum non inueniant non ſiſtunt motum: immo iugiter aguntur. Iactari. Quati, vacillare, mutare. Quo. Iunge cum magis. quo magis puideas. i. ꝑnoſcas. Reminiſcere. Qđ in ſuperiori libro tetigimus recole: totum eſſe ἄπειρατον. Toti⁹ imum nil eſſe. Nullum eſſe vniuerſi centrum. Modo. Sine menſura: quippe cum ſumma toti⁹ & vniuerſi ſit infinita. Immenſum. In immẽſum & latum. Pluribus. Rationibus. Oſtendi. Explicaui. Certa. Nõ fallaci, veridica. Qđ quoniam conſtat. Quoniam docui omne infinitum eſſe. Nulla quies. Nulla pauſa: ceſſatione: ſed omnia in perpetuo ſunt motu.

Per inane profundum. Per immenſam inanis capacitatem: in quo finem nullũ eſſe probauimus. Sed magis aſſiduo. Enarratum eſt in ſuperioribus quemadmodum corpora iugi motu vagantur temere & paſſim nõ habentia obicem vbi ſiſtant: nũc ait poeta: eorũ corporum quædam ſunt rarioris cõpoſitionis: quędam globoſioris atq; dẽſioris. Quæ ſunt rariora magis ac magis mouẽtur ex ſolidioris materię repercuſſu. minus mouentur quæ ſunt cõpactiora: & ex his ſolidiora corpora coaleſcũt: vt cautes, metalla, & generis huius cætera. Quæ vero ſunt rariora: aera cę lum & huiuſmodi reliqua genuerunt. Ex

Exercita. ercita. Inquietata. Terẽtius in adelphis. Ego te exercebo hodie vt dignus es ſilicernium. Aſclepiadem Marcus Tullius appellat non ignobilem nec inexercitum. Maro. Onate illi acta exercite fatis. Conſulta. Colliſa & ſul

Nã quoniã per inane vagant̃ cũcta neceſſeſt
Aut grauitate ſua ferri primordia rerum:
Aut ictu forte alterius: Nam cita ſuperne
Obuia cum fluxere: fit vt diuerſa repẽte
Diſſiliant: neq; enim mirũ duriſſima quæ ſint
Põderib⁹ ſolidis: neq; quicq̃ a tergib⁹ obſtet.
Et quo iactari magis omnia materiai
Corpora peruideas: reminiſcere totius imum
Nil eſſe in ſũma: neq; habere vbi corpora prĩa
Conſiſtãt: quoniam ſpatiũ ſine fine modoq; ſit:
Immenſumq; patere in cũctas vndiq; parteis
Pluribus oſtendi: certa & ratione probatuſt.
Qđ quoniam conſtat: nimirum nulla q̃es eſt
Reddita corporib⁹ primis per inane ꝓfundũ.
Sed magis aſſiduo: varioq; exercita motu:
Partim interuallis magnis cõfulta reſultant:
Pars etiam breuibus ſpatiis nexantur ab ictu.
Et quæcunq; magis condenſo conciliatu
Exiguis interuallis connexa reſultant:
Indupedita ſuis perplexis ipſa figuris:
Hæc validas ſaxi radices: & fera ferri
Corpora cõſtituũt: & cætera de genere horũ
Paucula: quę porro magnũ per īane vagant̃.
Cætera diſſiliunt longe: longeq; recurſant
In magnis interuallis: Hæc aera rarum
Sufficiunt nobis: & ſplendida lumina ſolis.
Multaq; prætere a magnũ per inane vagantur
Conciliis rerum: quę ſunt reiecta: nec vſq̃
Conſociare etiam motus potuere receptas:
Cuius vti memoro rei ſimulacrum: & imago
Ante oculos ſemper nobis verſatur & inſtat.
Contemplator enim: cum ſolis lumina: cumq;
Inſertim fundat radios per opaca domorum:
Multa minuta modis multis ꝑ inane videbis
Corpora miſceri radiorũ lumine in ipſo:
Et velut æterno certamine prælia pugnaſq;
Edere turmatim certantia: nec dare pauſam

Conciliis:& dissidiis exercita crebris:
Coniicere vt possis ex hoc primordia rerum:
Quale sit in magno iactari semper inani.
Dūtaxat rerum magnarum parua potest res
Exemplare dare:& vestigia notitiai.
Hoc etiā mage ad hęc aīm te aduertere p est
Corpora:quę in solis radiis turbare videntur:
Qꝫ tales turbę motus quoq; materiai
Significant clādestinos:cæcosq; subesse:
Multa videbis enim plagis ibi percita cæcis
Commutare viam:retroq; repulsa reuerti
Nunc huc:nūc illuc:in cūctas vndiq; parteis,
Scilicet hic a principiis est omnibus error.
Prima mouēt enim per se primordia rerum:
Inde ea quæ paruo sunt corpora conciliatu:
Et quasi pxima sunt ad vireis principiorum:
Ictibus illorum cęcis impulsa cientur:
Ipsaq;:quæ porro paulo maiora lacessunt.
Sic a principiis ascendit motus:& exit
Paulatim nostros ad sensus vt moueantur.

tura.i.soliditate pprioꝝ corporū cōplodētia. prisci codicea habēt cōflicta:qd pplacet: & significabit collisa:a cō & fligo:vnde flict⁹. Sili⁹. flictuq; tremendo Aduersæ horrescit galeæ. corpa q̄ magia in cōflictu resiliūt sūt corpa rariora. Resultāt. Ab ictu valde resiliūt. Flictus.

Nexant. Vinciunt & coalescūt generatiōiq; post ictū cōueniūt. Maro. Nexantē nodis:seq; in sua mēbra plicantē. Placet legere vexāt hoc est disijciunt rariora corpa & minori spatio disploduntq̄ solida corpora. Quęcūq;. Oia corpa solidiora. Cōciliatu. Mistiōe: cōpositiōe. Cōnexa. Post ictū gñationi se accingētia. legit cōmisa:hoc est nisu diuerberata. Indupedita. Impedita corpa pria:q̄ dēsa cōgregatiōe stipant:illa saxa constituūt & ferrū,& id gen⁹ reliqua rariora soppeditāt. Validas. Duriores:solidiores. Fera. Aspera, dura:intractabilia. Cætera de gñe horū. Id gen⁹ reliqua. Dissiliūt lōge. Quæ rariori corpe se collidūt:& lōgiorib⁹ resiliūt spatijs,& recurrūt. & subintellige. q̄. Sufficiūt. Subministrāt. Mlta. Sūt q̄dā corpuscula:q̄ nūq̄ cōcibāt:q̄ copulari non possunt:sicuti sunt atomi q̄ similes sunt illis corpusculis:q̄ p solē vagant. Sed sup his atomis plura libro primo. Nexare.

Cōcilijs reꝝ q̄ sunt reiecta. Quę a gñatiōe rerū reijciūt, hoc est q̄ nō cogunt aut miscētur. Nec vsq̄. Nūq̄ alijs primordijs aut pricipijs primis cōiūgi potuerūt. Cōsociare motus. Moueri & ad gñationē tendere socio gradu. Recepta. Neq; recepta:cū nō recipiāt nō cōsociāt mot⁹. Memoro. In fidei reuerēdæ codicibus legit memorabo:& certe repio rei ab hac voce, res, prima correpta pnūtiari. posteri tñ parbitrio iudicēt. Instat. Quotidie adstat & imminet cū per solē videmus insectilia discursare corpuscula. Contēplator. Contēplare. Maro. Contēplator itē cum se nux plurima sylua Induet in florem. Plautus circundator me brachijs in asinaria dixit. Maro nutritor oliuā p nutrias. Solia lumina. Radij solares. Insertim. Aduerbiū ab inserēdo & infundēdo:cū solis lumia se infundūt p opaca loca domorum:tunc in his radijs apparēt atomi, Fūdat radios. Lego ex priscis exemplarib⁹:fundunt radij. & cōueniet propter repetitam dictionē cū. hic erit sensus. respice cum lumina solis,& cū radij eiusdem se fundūt per opacitatē domus. Per opaca domorū. Per partes domus opacas et inumbratas. Vñ fit verbū opacare:qd est inumbrare. Maro lib. ij. gęorgicon. Nūc altæ frondes:& rami matris opacant. Versus est Prisci poetæ. Iam primū opacat lanugo genas. Lumie corruscatiōe radiosa. Pugnasq;. Collidit q; propter vocalē seqoētis carminis. Turmatim. Agminatim, confuse, implicite:more militū, q turmatim certāt quorū ordo null⁹. Certātia. inter se pugnātia atq; luctātia. Pausam. Quietē, cessationē. Cōcilijs. Cōgregatiōib⁹:inter se qñq; hæc corpuscula cōgregari viaent. Dissidijs. Dissensiōib⁹.& vti philosophi recētiores aiūt disgregatiōibus. Exercita. Agitata. Coniicere. Vt possis ex his simulachris atomorū incessabiliter exercitis pria corpa semp agitari. Exeplare. Exēplar & indiciū. Vestigia. Indicia, signa, notā vel modicā. Notitiai. Notitię, cognitiōis. Quidā codices hñt materiai:& hic erit sensus. hæ pticulæ per solē discursantes dāt tibi indicia materię, hoc est corpa pria eē simplicia ac semp in motu. Hoc etiā. Insup etiam. Par est. Vtile est & iustū. Aduertere. Animaduertere:& hæc ipsa trutinari. Turbare. Turbationes & tumultus agitare. locutio Plautina. Tales turbæ. Tales turbidi,& tumultuosi motus. Clādestinos. Tacitos, occultos, furtiuos. Mālius. Et clādestinis sut gētia fraudib⁹ arma. Cęcos. Nō apparētes. Multa videbis. Sēsus ē. q; vno motu nō agunt elemēta id est in causa qm dū ab obiecto corpe resilant mō in hāc, mō in illā desiliūt ptē. & est cōpatio ab atomis ad corpa:quēadmodū atomi se inuicē pcutiūt, idē corpib⁹ accidit. Ibi. In illis atomorū simulachris. Percita. Agitata, exercita. Cęcis. quoniā mouēt causa motus nō apparēte. Cōmutare viā. Ab istituto itinere deflectere. Nūc huc. In hāc mō, mō in illā ptē. Scilicet. Ostēdit oibus naturales q̄stiones tractātib⁹ errorē de motu impressum esse. Credūt enī res oes p se moueri:cū per se moueant prima principia:& illa impulsa mouēt secūda corpora. Per se. Nullo impellente, immo hæc impellūt reliqua. Inde. Deinde. Paruo cōciliatu. Modica mistura. Sēsus. corpora pria p se & primū ppellūtur:postea cient corpa genitalū corporū pxima:dein solidiora & globosiora ppelluot:quare motus a principijs primis incipit. Corpa intelligit rariora. Ad vires. Ad naturā & qualitate. Illorū. Principiorū. Cæcis. Latentibus: qui nec sentiuntur nec cognoscunt. Ipsaq;. sed illa corpora solidiora prouocant motum suorum corporum. In reuerendæ tamen fidei codice sic legitur. Ictaq; quæ porro paulo maiora lacessunt. hoc sensu. corpora genitalia iciunt,& impellunt corpora rara: quæ icta & impulsa lacessunt hoc est prouocant ad motum corpora, paulo maiora, id est globosiora,& solidiora.

Cōtēplator
Nutritor.
Insertim.
Opacare.
Turmatim
Clādestini.

Ascendit. Multiplicando continuatur transgrediens a primis ad secunda corpora: mox ad tertia. Exit: Transit. Paulatim. Transitorie, successiue. Nostros ad sensus. Quoniam corpora solidiora tangens ad sensus nostros venit. Vt moueantur. Vt necesse sit affirmare illa moueri: quæ per solem discurrūt. vel necesse est dicere q̄ moueantur corpora prima vt videmus in sole moueri corpuscula.

¶ Cernere quimus. Oculata fide videmus p solē discurrere. Quim⁹ est possum⁹. Nunc q̄ mobilitas. Hic tractat de motu primorum corporū: & quēadmodū celeritate maxia pricipia ferunt̃. Materiai corpibus. Primis pricipijs: q̄ materiem subinde vocat hic poeta. Primū aurora. Probat prima pricipia eē celerrima exēplo auroræ & solis: quorum radij momēto cuncta lustrant & coruscāt: nec tñ æqua ferunt̃ cū primis corporibus celeritate. Nā radijs solis vagantib⁹ obstant atomorū impeditæ formę: ex qb⁹ conflant̃: & radij solis ex atomis cōflati p aerē & nebulas feculento vapore pigras transeunt: a quo aere officitur corporibus vagantib⁹ & oblidītur: prima vero corpora p inane meantia nulla impediēte obice discurrūt raptim & ptranseunt. Spgit. Spargendo & fundendo radios oīa facit aurescere. vnde vocatur aurora. Auia. Inaccessa. Pertenerū. Vnica dictio. id est valde tenerum, hoc est agitabile & liquidū. & hęc est ratio cur cælū a Plinio Martianoq; teneq; dicatur. An tenerum dicet̃ quasi lubricū & lęue vt putaminū in ouis est teneritudo lęuis & inoffensa: vel tenerum non graue. quoniam in eo auctore Maximo Aristotelis interprete in libello de substantia orbis, & octauo physicorum: est forma quidē: sed non materia formæ subiacens. Idem videtur sentire Aristoteles duodecimo metaphysicę. Auerrhoes sentit corpus cęleste seclusa intelligentia esse substantiā corpoream simplicem cōpositiōe carentem ex materia & forma: adeo vt nolit ibidem reperiri materiā q̄ formę subijciatur: licet ipsum sit subiectum mot⁹ localis. Inqt enim sic. qa declaratum est actionē istius corporis esse æthernā declarabit̃ formā eius nō existere per suum subiectū: & subiectum suū esse simplex nō compositū ex materia & forma. quoniā si ita esset: generabile & corruptibile esset. Roman⁹ Aegidius credit cęlum seclusa intelligentia esse cōpositum ex forma substantiali & materia eiusdem rationis cum horū inferiorum materia: nec propter hoc est corruptibile: cum illi materiæ nō sit annexa priuatio: ex quo eius forma est nobilissima oēs alias virtute continens. quare completur eius appetitus & satiatur forma quā habet: ideo nō remanet potentia ad aliā formā: cuius contrariū in horū inferiorū materia cōtingit. Diuus Aquinas ponit in cęlo materiam sed alterius rationis ab istorum inferiorū materia. q̄ sententia stare non potest. Nam cum materiæ quæ est subiectū formæ sit pura potentia respectu formæ siue sit in cælestib⁹ siue in his inferioribus: sequitur omnem materiā eius ratiōis cū alia esse. Liquidis. Puris, claris. Opplent. Implent. Q̄z subito. Aurorā qdā exponūt. pōt eē vna dictio vt hoc sit alterū exēplū. a sole fidē faciēs celeritudinis primorū principiorū. Quidā codices hñt Quin subito. Cōuestire. Radijs exornare. in hoc significatu Pli. vtit̃ verbo inuestire.

Aurora vñ Aurescere.

Tenerum cælum cur.

In cælo forma nō materia.

Opinio Aegidij de cęlo



E... ho

Conuestire Inuestire.

Illa quoq; in solis quę lumine cernere quimus:
Nec quibus id faciāt plagis apparet aperte.
Nunc quę mobilitas sit reddita materiai
Corpib9: paucis licet hic cognoscere Mēmi.
Primum aurora nouo cū spargit lumie terras:
Et variæ volucres nemora auia peruolitantes
Aera per tenerum liqdis loca vocibus opplēt.
Q̄z subito soleat sol ortus tempore tali
Conuestire sua profundens omnia luce:
Oibus in promptu: manifestūq; esse videm9.
At vapor is: quem sol mittit: lumenq; serenū:
Nō per inane meat vacuum: quo tardius ire
Cogitur: aereas q; sol diuerberat vndas:
Nec singillatim corpuscula quæq; vapores:
Sed complexa meant inter se cunq; globata,
Quapropter simul inter se retrahūt̃: & extra
Officiuntur: vti cogantur tardius ire.
At quæ sunt solida primordia simplicitate:
Cum per inane meant vacuū: nec res remorat̃
Vlla foris: atq; ipsa suis e partibus vnum
Vnū in quē cœpere locum cōnexa feruntur:
Debent nimirum præcellere mobilitate:
Et multo citius ferri: q̄ lumina solis:
Multiplexq; loci spatium transcurrere eodem
Tempore: quo solis peruolgant fulgura cęlū.
Nam neq; cōsilio debēt tardata morari:
Nec perscrutari primordia singula quæq;.
Vt videant: qua quicq; geratur cum ratione.
At quidam contra hæc ignari materiai
Naturam nō posse deum sine numine reddi
Tantopere humanis ratiōibus: ac moderate
Tempora mutare annorum frugesq; creare.
Et iam cætera mortaleis quę suadet adire:
Ipsaq; deducit dux vitæ dia voluptas:
Et res per Veneris blāditum secla propaget̃:

Ne gen9 occidat humanum: quorũ oĩa causa
Constituisse deos confingunt om̃ibus rebus:
Magnopere a vera lapsi ratione videntur.

Profundẽs. Implens. At vapor is. Cũ aurorę corruscatio lumẽq; solis cuncta mouentia cõuestiant: tñ tardi⁹ mouenť q̃ pria corpa ꝑpter multas obices. Lumẽ serenũ. Vel aurora vel fulgetra. Inane. Per qđ meãt corpa pria vnde sunt ocyora. Quo. Quare sol & aurora. Aereas vndas. Obices & repagula aeris se agminatim obijciẽtis. Vndã fluentẽ multitudinẽ vocam⁹. Apuleius. fluũt aliæ supq; aliæ sępedũ populorũ vndæ. Maro. Mane salutantũ totis vomit ędib⁹ vndã. Singulatim. Singulatim. non vni radij penetrant: sed oẽs simul. Corpuscula. Atomi. Vapores. Aerẽ vaporibus & exhalationibus terrestrib⁹ infectũ. Cõplexa. Cõiuncta. Conq; globata. Conglobata p tmesin. Retrahunť. Se inuicem cogũt & cõglobant atomi. Extra. Ab extranja corporibus aereis. Officiunť. Patiunť obstaculũ extratiũ: quo tardius ire prohibenť. & officiunť pro nocenť impersonalis modo positum. Ex hoc Lucretiano versu quidã occasionem sumentes reijculi grãmaticæ putant impsonalia nec ante nec post casũ habere: qui refellunť auctoritate Lucani: necnon Claudiani libro tertio de raptu proserpinæ ita canentis. Nemorisq; senectæ parcitur. Plinius his succinit libro historiæ naturalis vndecimo. Oliuæ prouẽtu plurima ex amina gigni certuiu est. fructibus nullis vocetur. Marcus Tullius libro de pfecto genere dicendi secundo. Inuidetur enim cõmodis hominum ipsorum: studijs autẽ ipsorum cæteris cõmodandi fauetur. Vnde Acronẽ lapsum memoria coniicimus: qui Horatium innouasse verbum inuideor credit. Paulopost inquit Cicero. Inuidetur præstanti florentiq; fortunæ. Idẽ Cicero eodem libro dat impsonali casum sic. Ita vt nõ breuitati seruiturus sit: sed magis venustati. Quin passiua impersonalia casum, figurate tamen, non abnuunt: vt cũ dicitur a me legitur librum: a me amatur deum, hoc est a me fit actio legendi circa librum: & amatio mea est circa deum. Desinant igitur Varinum græce latineq; doctissimum grammaticuli volsellis suis incessere: nec indignentur magnis nominibus assurgere: qui duri refractarijq; capitones similes non cedunt, Prisciano cedant ita scribenti. Impersonale vero actum quidem perfectum significat per omnes modos: psona vero sola deficit: quæ si reddatur perfecti vice fungitur verbi per omnes vt diximus modos. Idem. Accusatiuo quoq; inueniuntur passiua coniungi: sed figurate: vt lęditur manum, frangitur pedem. Prisciano minori diuerso a Cæsariensi, vt arbitror, non in omnibus credi oportere censeo: q̃uis eius verba sententiam nostram nõ oppugnẽt. Nam si tradit intransitiue poni impersonalia passiua: ꝓprie intelligendum est: possunt tamen suppositum habere figurate. Nec versus hic Lucretianus obstat. Nam impersonalia absolute & sine casibus ꝓferri non negamus: sed asserimus etiam cum casibus reperiri. Diomedes in primo. Idẽtidem quæ in tur exeunt tam ex omni genere verborũ nascunť q̃ ab indicatiuo: dũtaxat figurate tẽporibus declinantur: vt lego legitur. quæ a quibusdam nominanť genera: sed inter modos verborũ placuit rectius ordinare. Huiusmodi præterea verba casibus accommodanť: datiuoq; & ablatiuo casui copulantur: vt dicitur mihi, tibi, illi. ablatiuo vt geritur a me. Idem expressius paulopost dicit. Cicero. Nihil mihi ab istis noceri potest. Gellius libro primo. Societas inseparabilis coibatur. M. Tullius in Verrem actione quinta. Seq; antea cum audissent ei negotium facessitum.

Vndæ.

An impsonalia casũ habeant.

Inuideor. Error Acronis. Defensio Guarini.

Prisciano minori quatenus credẽdum.

Simplicitate. Corpora simplicia & prima celeriter errant quippe cum p inane labantur & discursent. Foris. Extrinsecus. Suis e partibus. Cum discedunt ex partibus & locis quos obtinebant. Vnum. Repetitio augens sensum & rem enucleatius exprimens. Quem cœpere. In quem ferri cœperunt. Connexa. Solido corpore sibi cohærentia. quidam codices habent conuexa, hoc est in lapsum motumq; procliuia. Mobilitate. Celeriori vi motus. Multiplex spatium. Inania capacitatem profundam. Peruolgant. Per cęlum conuoluuntur. Peruolgare verbum priscum: deflectitur a voluendo. Vulgus vtitur hac voce. Nam neq; consilio. Celerrima esse prima principia cui dubium? vtpote quæ ratione carent atq; consilio & cuncta conflãt vt forte necessitas tulit. Sentiunt enim Lucretius, Democritus, Epicurus, atq; Leucippus (sed perperam) naturam prouidentia non regi. Debent tardata. Verisimile est vt tardentur. Perscrutari. Disquirere, inuestigare, atq; consultare. Singula quæq;. Prouidere cuncta non possunt nec curant: qđ dñ consultatur moram facit. Vt videant. Vt videre velint & euentilare. At quidam. Sed cum hæc naturalia sint & fortuito contingant: multi religiosi credunt nihil posse moueri sine adminiculo naturę siue dei: qui stabilis manẽs dat cuncta moueri: quæ omnia quantinus rationi dissentiãt a nobis superius euẽtilatum est. Materiai. Qz a principijs primis, quã materiem vocamus, oĩa pendent. Sine numine. Nutu & potestate. Reddi. Scribendum rentur vt habent prisci codices. putant hij natura & fortuna hæc agi & sine deorum auxilio. Humanis rationibus. Perperã, Lucretius inquit, putant naturã cõsilio rationeq; disponere vices non secus ac homines ratione mouentur ad quæq; consultanda. Quidã exponunt humanis rationibus ad vtilitates hominum. cum hæc cęlestia tanta moderatione procedant credere decet id sine diuino numine non fieri. Moderate. Cum tẽperamento & ratiõis modulo: sine quo humana negotia ruũt. Propterea monebat Augustus esse maturãdũ dicens. σπεῦδε βραδέως. Mutare. Naturam per vices anniuersarias cuncta producere: sed forte non consilio. Et iam cętera. Credunt ignari mortales hæc hominibus a deis esse condonata. Sensus. non desunt homines. q dicant a deo voluptatẽ coitus infusam esse mortalibus vt ita pellecti ad quærẽdos liberos inducerẽtur. Suadet adire mortales. Quę voluptas homines inuitat adire & frequentare veneria mutua commercia vt ita res propagenť. Deducit. Cogit mortales adire rem veneream. Dux vitæ. Ministra vitæ. dicit eñ voluptas esse dux vitæ quoniam causa est vt gignantur animantia. Dia. Diuina, sacra: quæ genus hominũ ꝓpagat. Quoq; causa. Causa procreatiõis humanę & ne occidat humanũ genus. Fingunt Platonici voluptatem a dijs inuentam esse & mortalibus animis infusam. Et res. Scribendum. vt res. hoc ordine. Inuenta est voluptas ne genus occidat humanũ: & vt ipsa voluptas propaget secla & successionem hominũ p blanditũ, hoc est blandũ illectamentũ veneris. Res in hoc loco venerẽ coitũq; significat: cui suffragatur Plautus ita scribens. Tenetis rẽ. Si tenetis ducite ne disrumpamini. Ausonius. Imperium, litem, venerem cur vna notet res. Occidat. Intercidat. Quorum. Hominum. omnia ad vsum hominis creata sunt. Confingunt. Delirãdo putant. Omnibus rebus. Per omnia futurũ moderatorem: vel ad rerum omnium reparationem.

Voluptas dux vitæ.

Res coitus

¶Nā quis. Quis igr Lucreti⁹ q̄ sint primordia rer; nō ignorē: tñ hoc vnū ausim affirmare naturam nobis adesse prudentia p̄ditā. Ex cęli rationibus. Ex argumētis q̄ nobis cęlū scrutātib⁹ oboriunt. Red. etc. Recipere & spōdere nullā esse naturę prudentiā. Nobis. In emolumentum & vtilitatem nostram. quoniam religiosi dicebant vices anni tēpereie lata fluere supne diuina aurigāte natura. Quę q̄ hęc sunt prædita culpa. Quia in necessarijs natura defecisse videat, vtpote q̄ hoī non dederit aurigantē naturę prudentia: tñ ita se res habet. Quidā exponunt q̄ q̄ hęc sint p̄dita culpa, hoc ē quis hęc opinio mea decupata & irreligiosa videri possit quasi q̄ latriā, eusebiā, & cultū diuinū tollat. Faciemus apta. Aperiemus & explicabimus.
Nunc locus est. Nunc mollis est flexus atq; tēpestiuus trāsitus ad cętera narranda quę ptinent ad motum. Omnia corpora delatione feruntur ad imum duce natura: q̄ ignis naturaliter ascendit non descendit: na hoc accidit ex vi non sua sed aliena. Cōfirmare. Nouis ratiōibus fulcire atq; rationē pristinā munire. Sua vi. Sua ingenita & insita sibi natura & proprietate. Ne tibi dent fraudē. Ne te decipiant ne tuā credulitatē diminuant: ne te fraudent & irretiant ignia corpora vt nouę accedas opinioni. Nā hi ignes cum corpus habeant tamē sursum enitunt̄. Gignūtur. Cōflātur ignes: superiora petendo. Augmina. Augmenta surgendi. Nitidę. Lętæ & electiles: simplices sine lolio. nec turberis si vides fruges esse ponderosas: & tamen petere superiora non imum. Pondera. Qđ est mirum cum omnia corpora ponderosa petant imū non superiua. ordo. cum omnia pondera deorsum ferantur quātum in se est .i. suapte natura: si non ab aliena vi turbētur & a naturali proposito retrahūtur. Subsiliunt. Sursum saliunt. Degustant. Lābunt, vorant, absumunt, depopulantur. Putandum est. Subintelligenđ. Sine vi subiecta. Lignorum nutrimentis flatu euentilatia in sublime ac motu. Qđ gen⁹. Queadmodū. Missus. Per scarificationē aut phlebotomiā. Exultans. extra saliens. Nōne vides. Exēplum euidētissimam veritatē indicans videlicet esse aliqua corpora: quæ feruntur sursum nō sua vi sed aliena. In propatulo est eñ trabē in aquā immissum reuerberari & repercuti ab aqua & & in sublime reijci qđ non accidit ex natura trabis, quæ vtpote grauis imum peteret non superas auras: sed id euenit ex aquæ reuerberatione: quæ cogit rem grauē mutare motus sui conditionem. Tigna. Trabs. cuius diminutiuum est tigillum: cui supponitur domus a tegendo nuncupatū. vnde contignare & contignatio. Scribit Vlpianus libro decimo digestorum. Tigni appellatione omnē materiem in lege. xij. tabularum accepimus. Hinc tignarius faber. Respuat. Repercutiat & in altum resilire faciat. Vrgimus. Pro vrgem⁹ qdā exponunt: q̄ multæ cōiugatiōis scđę verba in tertiā cōfluūt: sup qua re Quintilianus hæc libro primo. Eadem in verbis quoq; ratio comparationis vt si quis anti-

Tignum.
Tigillum.
Cotignare.
Cōtignatio
Tignarius.

Vrgimus p vrgemus.

Nā quis rerum ignorem primordia quę sint:
Hoc tamē ex ipsis cæli rationibus ausim
Confirmare: aliisq; ex rebus reddere multis:
Nequaq̄ nobis diuinitus esse creatam
Naturam mundi: q̄q̄ hæc sunt prædita culpa.
Quę tibi posterius Memmi faciemus aperta.
Nūc id quod superest de motib⁹ expediem⁹.
Nūc loc⁹ ē (vt opinor) in his illđ quoq; reb⁹
Confirmare tibi: nullam rem posse sua vi
Corporeā sursum ferri: sursumq; meare:
Ne tibi dent timeo flāmarū corpora fraudē.
Sursus eñ versus gignunt̄: & augmīa sumūt:
Et sursum nitidæ fruges: arbustaq; crescunt.
Pōdera quātū in se est: cū deorsū cūcta ferāt̄.
Nec cum subsiliunt ignes ad tecta domorum:
Et celeri flāma degustant tigna trabesq;:
Spōte sua facere id sine vi subiecta putādust.
Qđ genus e nostro cum missus corpe sanguis
Emicat exultans alte: spargitq; cruorem.
Nonne vides etiā quāta vi tigna: trabesq;
Respuat humor aq̄? Nā quo magis vrgim⁹ al(te
Directa: & magna vi multi pressim⁹ ęgre:
Tā cupide sursū remouet magis: atq; remittit
Plus vt parte foras emergant exiliantq;.
Nec tamē hęc quātust in se dubitam⁹ opior:
Quin vacuū per inane deorsum cuncta ferāt̄.
Sic igit̄ debent flammę quoq; posse p auras
Aeris expressę sursum succedere: q̄q̄
Pōdera quātū i se ē deorsū deducere pugnēt.
Nocturnasq; faces cæli sublime volanteis
Nōne vides lōgos flāmarū ducere tract⁹:
In quascunq; dedit parteis natura meatum?
Non cadere in terrā stellas: & sydera cernis?
Sol etiā summo de vertice dissipat omneis
Ardorē in pteis: & lumine conserit arua.
In terras igitur quoq; solis vergitur ardor:
Trāsuersosq; volare p imbreis fulmīa cernis.

Nunc hinc nunc illinc abrupti nubib⁹ ignes
Cõcurſant: cadit in terras vis flãmea volgo.
Illud in his quoq; te reb⁹ cognoſcere auem⁹:
Corpora cũ deorſum rectum ꝑ inane ferunt:
Ponderibus propriis incerto tempore ferme
Incertiſq; locis ſpatio ſe pellere paulum:
Tantum ꝙ minimũ mutatum dicere poſſis.
Q ſi niſi declinare ſolerent omnia deorſum:
Imbris vti guttę caderent per inane ꝓfundũ:
Nec foret offenſus natus: nec plaga creata:
Principiis ita nil vnq̄ natura creaſſet.
Q ſi forte aliquis credat grauiora poteſſe
Corpora: quo citius rectum per inane ferũt:
Incidere e ſupero leuioribus atq; ita plagis
Gignere: q̄ poſſint genitaleis reddere mores:
Auius a vera longe ratione recedit.

quos ſecutus feruere breui media ſyllaba di cat: deprehendatur vitioſe loqui: ꝙ oĩa quæ e. & o. literis finiẽdi modo terminãt: eadẽ ſi in finitis. e. literam media ſyllaba acceperũt vti ꝙ productam habẽt vt ſpondeo: etiam ſi eſt apud Lucilium. Feruit aqua & feruet: feruit nunc: feruet ad annum. Sed pace dicere hominis eruditiſſimi liceat ſi feruit putat illi ſimile currit & legit: feruo dicetur vt curro & lego: qđ nobis inauditum eſt. Hæc Fabius. Dixit tamen Maro. Feruere leucatem. In antiquis exemplaribus legitur vrſimus. Huius namq; verbi vrgeo præteritum eſt vrſi. Al te directa. In ſublime ſe tigna dirigunt & eiaculãtur nõ vi ſua, ſed aliena. Multi. Pro multum. q̄uis multæ manus premant: tamẽ cohibere non poſſunt. Cupide. Conſtanter & indeſinenter. Surſum. In ſuperas auras. Remouet. Mouendo reijcit. Remittit. Iterum ſuperi⁹ mittit. Plus vt parte. Ex maiore ſui parte. Emergant. Exiliãt: egrediãtur. Nec tamen. Q uis impulſa tigna a vi extraria exiliant: tamen ſcimus illa motu naturali ſuperiora petere. Q uãtuſt in ſe. Q uantum eſt in natura ſua. Cõtrarium nãq; effectum vi faciunt. Cũcta. Grauia. Sic igitur. Ab exemplo pari: & ignis ſi ſublime petit coactus id agit. Expreſſę. Ab exteriori vi preſſę & coactæ. Succedere. Surſum cedere & abire. Vrſi.

Pondera. Grauitas igni naturaliter inſita. Q uantum in ſe eſt. Q uantum eſt in natura ſua. contrariũ eñ effectum vi faciunt. Sublime. Sublimiter. Deducere. Ad imum ducere. Nocturnaſq; faces. Stellas q̄ nocte micant. Senſus. non ſolum ignis elementum referens: verum ſolares radij: nec non ſydera igne leuiora petunt imum: cum ſubinde cadere iſta videantur: illi vero per terras diſſipari. Sublime. Altum & ſupremum cæli pauimentum. Longos tractus. Longos ſulcos & ductus. Meatum. Itum vt mearet. ſtellæ, inquit, quoniam delatione naturali ſunt præditæ aliquando cadunt natura ſua illas ad imum trahente. Cadere. Non enim cadunt: ſed terreſtri nimio humore ſuffarcinatæ ſingultant & exponunt exhalationes quaſdam quę obumbrant ſtellã vt cadere videaĩ. qđ ſpectauit Ouidius cũ inquit. De cælo lapſa ſereno. Q uę ſi nõ cecidit potuit cecidiſſe videri. Noſtræ ſententiæ Plinius ſuffragatur libro ſecundo in hæc verba. Ergo vt e flagrante ligno carbonum crepitu, ſic a ſydere cæleſtis ignis expuiĩ ꝑſcita ſecũ afferẽs: ne abdicata quidem ſui parte in diuinis ceſſante operibus: idq; maxime turbato fit aere: q̄a collectus humor abũdantiã ſtimulat: aut quia turbatur quodã ceu grauidi ſyderis partu. Sol etiã. Argumentũ a ſole: q̄ radios ſuos deorſum mittit: q̄bus terrarũ orbis luce perfunditur. Summo de vertice. Ex orbe faſtigioq; ſolis ſuperiore. Diſſipat. Diffundit, diſpargit. Ardorem. Ardentes & coruſcos ignes. Cõſerit. Cõueſtit, perfudit. Vergitur. Inclinaĩ atq; deſcẽdit. vñ Macrobio deuergẽtia fœmineo genere. Trãſuerſos ꝑ imbres. Pro ꝑ imbres trãſuerſa. Fulmina. A fluore flãmæ nuncupata: quæ & ipſa deorſum vergũt. Originẽ ſydeꝝ his Plini⁹ ſummatim ediſſerit. Et ſi in nube luctẽĩ flatus aut vapor tonitrua edi. Si erũpat ardẽs, fulmina. ſi longiore tractu nitatur fulgetra. His findi nubẽ: ex illis perrũpi. Et eſſe tonitrua impactorũ ignium plagas: ideoq; ꝓtinus coruſcare igneas nubiũ rimas. Abrupti nubibus. Melius abruptis. ex plinianis verbis. His findi nubẽ: illis ꝑrumpi. Concurſant. Concurrunt & expatiantur per terras. Cadit in terras. In imum ruit fulmen. Vis flammea. Deſcriptio fulminis vi magna ruentis. Volgo. Paſſim. Illud in his rebus. Corpora recta ad imum concedentia tempore & ſpatio incerto declinant q̄uis minimum a propria inclinatione & linea perpendiculari ſuę propenſionis. Stellas nõ cadere.

Rectũ ꝑ inane. Per rectã vacui lineã. Incerto tempore. Senſus. q̄uis æqui põderis ſint corpora tñ nõ certo nec ęquali tꝑe feruntĩ. Se pellere paulũ. Scribendũ cũ exẽplaribus ꝓbatę fidei. Spatio decedere paulũ: ꝙ hæc corpa itinere nõ recto delabunĩ: ſed a ſuo genuino motu paulũ ꝑpendẽt atq; declinãt. Tantũ. Tantillo ſpatio decedũt. Minimũ. Spatiũ & deceſſio parua. q̄uis corpa decedãt tamẽ minimo momẽto decedũt. Priſci codices nõnulli momẽ hñt: mutatũ a corpib⁹ dr̃ momẽ qñ ꝑuo ſpatio mutãĩ. Q nisi. Cõprobatio rõnis. q̄propter ni paulum corpa decederẽt a ſuo lapſu naturali momẽto ruerẽt incõpoſite: vt hymber cũ eſt in ꝓcliui. Caderẽt. Corpa põderoſa: vt guttatim aqua labiĩ. Offẽſus nat⁹. Offenſio nata. Si laberẽĩ oia ꝑperãter q̄ ruerẽt non offenderenĩ inuicẽ & cõſequẽter ſine motu q̄eſcerẽt: nec illicerẽĩ ad generationẽ. Plaga. Impulſus forinſecus impellẽs elementa. Nil vnq̄ natura creaſſet. Q uoniã corpa ſtarent otioſa nec ad generationẽ allicerentur. Senſus. ꝙ ſi concedes principia motũ nõ pati & alterationem: op⁹ erit te ſimiliter credere naturã nihil peperiſſe: quoniã nihil gignĩ niſi principia motũ patianĩ. Q ſi forte. Superius enarratum corpora aliorum ꝓpulſu ſuperiora petere: qđ cõtingere putãt propter diuerſitatem motus: nam alia celerius a lijs mouẽtur. Poteſſe. Poſſe: verbũ Plautinũ. Senſus: ne putemus hinc corpora moueri ad motus genitales ꝙ leuiora ꝑcutianĩ a ſuperioribus: & propellanĩ in imum: & hãc cõſtare cauſam ꝙ veloci⁹ aut celerius corpora moueãtur. Q uo. Propter quã grauitatẽ. Incidere. Occurrere. E ſupero. Ex hoc loco ſuperiori. Plagis. Dum ponderoſiora corpora leuiora feriunt. Gignere. Facere effectus. Mores. Sunt qui motus legant.

¶Nā p aquas. Differētia motꝰ tardioris aut citatioris non est ex causa supiori:nec causa quare corpa resulbēt hinc est deriuāda:sed dicēdū pōderosiora corpora minꝰ moueri qm̄ illa sortita sunt atomoa: vt aqua transeunti magis obstat q̄ aer. Cadunt. Si sint duo corpora ponderis ęqui:hoc per aera labatur: illud vero per aquam:corpus per aquā labēs tardius petet imum q̄ corpus delatū p aerem nā corpus aereū minus obstat q̄ aquaticum.

Pro ponderibus. Si sint ambo ponderis æqualis. Celerare. Incitare celeritatem magis vel minus pro elemento quod penetrant. Quidam codices habent. tolerare. hoc est pati lapsus pro æquilibrio ponderum. Propterea. Hinc agitur in deuergentia lapsuq; diuersitas. Corpus aquæ. Corpulentius & densius aeris corpore. Tenuis. Rarior. est trybrachus pes tribus breuibus cōstans:quale illud Maronianum. Tenuia nec lanę per cęlum vellera ferri:licet quidam in Virgilio pro celeusmaticum velint. Aeque. Aequali obstaclo. Citius cedūt. Tenuiora corpora.

Tenuis.

Grauioribus exuperatæ. Lego exuperata & refertur ad corpora victa & expugnata vi corporum grauiorū leuiora tenuioraq; trudentium. Nulli. Inane nulli corpori resistit nec leui nec graui. De nulla parte. Ex quacunq; parte veniat illud corpus. Neq; vllo tempore. Non habita temporis differentia,neq; celerius neq; tardius admittit inane.

Subsistere. Veniens corpus superne suppositum sistere. ponitur pro loco inferiori sistere. vacuum inquit non potest vllum corpꝰ remorari. Rei. Sunt qui producunt hanc vocem nec male vt sentio vel vt discrimen agant inter reum & rem. Quin. Vt non.

Quod natura petit. Ad quod ipsum trahit inclinatio naturalis. Concedere. Quin corpus tendere perseueret:quo natura grauitatis proprie illud impellit. Omnia quapropter. Illatio quare cuncta per inane fluitāt generatim:sed non æquali pondere:motu vero æquali:quippe cum in vacuo non sit corpus resistens. Quietum. Immobile. Aeque. Generaliter & æquali motu. Concita. Cōcitata,impulsa. Haud igitur. Iterū colligit motum non esse velociorem aut tardiorem respectu corporum rariorum aut densiorum quæ se magis aut minus propellant. Leuioribus incidere. Occurrere tenuioribꝰ: quippe cum corpus non sit in inani. Per quos. Motus genitales:qui sunt causa generatiōis.

Quare etiā atq; etiam. Suboritur autē causa cur se corpa impellāt ac vrgeāt:qđ accidere nō dubitat poeta ideo q; minimo spatio obliquant & exorbitant a recta linea delationis vnde contingit vt aduersentur inuicem.

Inclinare. Declinare & exorbitare a naturali motu. Nec plusq̄ minimū. Corpora si declināt minima est illa inclinatio & fere nihil.

Ne fingere. Si diceremus corpora nimium in deuergentia .i. declinatiōe exorbitare,fingeremꝰ motus eē tortuosos & obliquos: qđ rōni nō cōpetit. Et id. Motus obliquos eē. Refutet. Explodat & ei contradicat. Nāq;. Cōfirmatio rōnis. Videmus corpa pōderosa

Nā p aquas quæcūq; cadūt:atq; aera deorsū:
Hæc pro pōderibus casus celerare necesse est:
Propterea:quia corpus aquæ:naturaq; tenuis
Aeris haud possunt æque rem quāq; morari:
Sed citius cedunt grauioribus exuperatæ.
At contra nullí de nulla parte:neq; vllo
Tempore inane potest vacuum subsistere rei:
Quin sua qđ natura petit concedere pergat.
Omnia quapropter debent per inane quietū
Aeque ponderibus non æquis concita ferri.
Haud igitur poterūt leuioribus incidere vnq̄
Ex supero grauiora:neq; ictus gignere p se
Qui varient motus:p quos natura gerat res.
Quare etiam atq; etiā paulū incliare necesse est
Corpora:nec plusq̄ minimū:ne fingere motꝰ
Obliquos videamur:& id res vera refutet.
Nāq; hoc in prōptu:manifestūq; esse videmꝰ:
Pōdera quātū in se est nō posse obliqua meare
E supero cum præcipitāt:quo cernere possis.
Sed nihil omnino recta regione viai
Declinare quis est:qui possit cernere sese?
Deniq; si semper motus connectitur omnis:
Et vetere exorit̄ semper nouus ordine certo:
Nec declinando faciunt primordia motus
Principium quoddā:qđ fati fœdera rumpat
Ex infinito ne causam causa sequatur:
Libera per terras vnde hæc animātibꝰ extat:
Vnde est hęc inquam fatis auolsa voluptas?
Per quā pgredimur:quo ducit quēq; volūtas.
Declinamus item motus:nec tempore certo
Nec regione loci certa:sed vbi ipsa tulit mēs.
Nā dubio procul his rebus sua cuiq; volūtas
Principiū dat:& hinc motꝰ per mēbra rigāt.
Nōne vides etiam patefactis tempore pūcto
Carceribꝰ:nō posse tamē prorūpere equorū
Vim cupidam tam desubito:q̄ mēs auet ipsa?
Omneis enim totum per corpus materiai

Copia conquiri debet:concita per artus
Omneis:vt studium mentis connexa sequat.
Vt videas initum motus a corde creari:
Exanimiq; voluntate id procedere primum.
Inde dari porro per totum corpus & artus.
Nec similest vt cum impulsi procedimus ictu:
Viribus akerius magnis:magnoq; coactu.
Nam tum materiem totius corporis omnem
Perspicuust nobis inuitis ire:rapiq;:
Donec eam refrenauit per membra volūtas.

non habere obliquum motum. Quantū in se. Ex naturali motu nō violēto. Pręcipitāt. Pręcipitāter ruūt. Quo. Si aliquo mō vide re possis corpora p̄cipitantia. Quidam legūt qđ. Sed nihil. Sēsus:quis est tam promptus & expeditus sensibus qui persentiscat se paululum illđ spatium declinare qđ est fere nihil vel quis est qui asserat se scire nihil a mēsu directo delationis exorbitare? quasi dicat nullus est. Recta regione viai. Per rectam motus lineam. Sese. Iunge cum declinare. Deniq;. Hūc corporum obliquum sed minimo spatio motum existere exemplo coniectura li p̄bamus nā si volūtas est libera, Pisisq; potest recta ire Bononiam idemq; potest obliquato itinere petere mōtem Veiorum opidū in Apenino delitias suas:cur nō & naturales erunt motus etiam si pauxillulum recedāt a mensu:vt voluntas nō cesset moueri, licet sæ

Mōs Veiorū delitiæ Pij.

pius oblique moueatur:vt sit triplex motus species. Est motus naturalis, quo ad medium res labi solēt. Violētus, quo superiora petuntur a grauioribus corporibus. Medius vero inter vtrūq; cōceditur atomis a proprio itinere paruum recedētibus. Conectitur. Est quędam motuum sequela. Vetere. A veteri, hoc est per veterem motum. Nec declinādo. q̄uis a proprio motu declinēt:non tamen illa declinatio motū naturalem impedit.

Motus species tres.

Faciunt primordia. Nec primordia hoc est prima corpora, a q̄bus motus originem ducit, faciūt alium motum diuersum ab illo:quippe illa declinatio est minima. Motus. Patrius casus est. Principium. Non dāt nouo corpori principiū. Fati. Legis naturalis, quę certos semp motus alternat vt fataliter constitutos nulla vi mutabiles. Quidam codices habent nati, hoc est innati & institutum. Foedera rumpat. Mutet leges naturales.

Ex infinito ne causam causa sequatur. Nam si leges motus naturalis omnia generantis immutarentur causę essent permistæ:nec causa effectus esset causa:sed causæ inter se obambularent certā vim non exprimentes.

Libera p terras. Vtit exēplo cōiecturali:nam voluntas nō semp rectū petit:exorbitat aliquādo:p̄inde motus cōtinetur. Extat. Hæret, inest. Fatis auolsa. Libera, fato nō obediēs:sed arbitraria:necessitati non coherens aut iūcta. Aliolsa p auulsa ponit u & o cedere solitis. Quintilian⁹ lib. j. Quid o, atq; u p̄mutatę inuicē vt hecoba, culchides, & puly xena scriberentur:ac ne in gręcis id tantō noteē dederont ac p̄baront. Sic ὀδυσσεὺς quē odyssea fecerunt æoles ad vlyxem deductus est. Voluptas. Legat cum priscis exemplaribus volūtas. Per qua. Aurigante qua:impulsu cuius voluntatis illuc ducimur quo nos illa trahit. Iuxta illud. Trahit sua quēq; voluptas. Declinam⁹. Cū nos trahamur a volūtate, corporaq; illius iussu moueamus:sine dubio credere debemus volūtatē nos diuersos agere magis q̄ trahamur a motu. Motus. Pathe. i. affectus voluntatis. Nec regione. Si regionē mutas animū nō mutas, sed in diuerso cælo mēs est eadē:p̄inde scienter ab Horatio dicitur. In culpa est anim⁹ q se nō effugit vsq̄. Alibi. Cælū nō animū mutat q trans mare currit. quare docte dixit Ouidius. mentē nō exulare. eadē est apud Senecā sententia. Vbi. Pro quo. Tulit. Protraxit, illexit. Nō dubio p̄cul. Absq; dubio motui animi principiū dat ipsa voluntaria varietas. Principiū dat. Est causa vt in primis moueat. Hinc. ab hac volūtate. Per mēbra rigant. Insinuant, & p art⁹ dissipātur disp̄gunt&q;. qdā codices habēt. & hic hoies p mēbra regunt. ex hac videlicet volūtate corp⁹ impelli & regi: animū videlicet eē pędagogū corpus aūt puerū. Nōnes vides. Confirmatio rationis. Q̄ volūtas principiū det motui pater. Nā cū eq sunt ad p̄cinctū currēdi parati, mēs anticipat cursum:volūtas igit dat motui principium. Equos volūtate p̄uertere antecapereq; cursum docet Papinius cū inqt. Absentēq; ferit grauis vngula cāpū. Maro. Nōne vides cū p̄cipiti certamie Cāpū corripuere, ruūtq; effusi carcere curr⁹:Cū spes arrectæ iuuenū, exultātiaq; haurit Corda pauor pulsans:illi instant verbere torto:Et p̄ni dāt lora:volat vi feruidus axis. Nec mora nec requies. & quæ sequuntur. Tēpore puncto. Tempore nō excedente puncti magnitudinē. Antiqua exēplaria habent tēpore primo, hoc est in eo subitario momento quo carceres reserant. Carcerib⁹. Repagulis inter q̄ cōprimunt equi ne vnus aliū p̄occupet. Maro. Vt cū carcerib⁹ sese effudere quadrigę. Mēs auet. Desyderat equ⁹ cum primū carceres aperiunt in spatiū p̄rūpere. Omnis. Ordo. oīa copia materiai debet cōquiri p totū corpus. debet inquit Lucretius cū volūtate copulari materia, & ita motū gignere:vt sit sensus auctoris, volūtatē p̄currere mobile. qđ vero mouet ideo cietur quoniā volōtas penetrauit in materiā & illā exciuit ad motū. Cōquiri. Simul regi ad motum a volūtate tāq̄ stimulo & inuitamēto materiæ. Cōcita. Cōcitata & coacta ad p̄micādū. Studiū mētis. Volūtatē animi. Conexa. Cōiuncta, coacta, & cōpacta vt volūtati pareat. Vt videas. Ex quibus rationibus colligere possis a corde, in quo est origo volūtatis, esse motus initiū. Initū. Pro initiū. Quidā s. in dictione videas p sibilo excludūt initiū scribētes. Id. Initiū mot⁹. Inde. A corde. Porro. Successiue. Dari. Dissipari volūtatē. Nec simile. Respondet tacitæ obiectioni. posset q̄spiā dicere. ais Lucreti corpus antecedere volūtatē:qnimo qn̄q; volūtatē corpus antecedit:qđ accidit quādo ad tale meditātes impellimur:tunc eīn corpus volūtatē antecedit. ait Lucreti⁹ hoc exēplū nō esse simile. Vt cū. Si quādo. Impulsi ictu. Cū ictu impacti. Procedimus. Prorsum & ante cedimus p̄pter ictū in faciē cernui. Virib⁹ alterius magnis. Propter vires & ipetū maximū quo te quatefecit ipulsor. Coactu. Dū te p̄cedere cogeret violēt⁹ impulsor. Nātū. Respōdet obiectioni de motu violēto siue inopinato:cū impellitur corpus certū est materiā p̄ire mētē:sed motus ille violētus est nō p̄prius. Perspicu⁹. Perspicuū est & euidēs. Materiē toti⁹ corpis. Cūctā molem corpoream. Refrenauit. Arcuit & cohibuit a progrediendo. Quidam codices habēt. Donec clausa. pro dissipata diuisaq; p corporeos artus. Per mēbra. Quæ voluntas est clausa p membra. Si legimus eā, ita exponemus.

O, & V cedūt inuicē.

Sub diuerso cęlo mēs eadem.

Iamne vides igitur q̄q̄ vis extima multos
Pellat: & inuitos cogat procedere sæpe:
Præcipitesq; rapi: tamē esse in pectore nostro
Quoddā: qđ cōtra pugnare: obstareq; possit:
Cuius ad arbitrium quoq; copia materiai
Cogitur interdū flecti ꝑ membra: ꝑ artus:
Et proiecta refrænatur: retroq; residit.
Quare i seminib9 quoq; idē fateare necessest
Esse aliam præter plagas & pondera causam
Motibus: vnde hęc est nobis innata potestas:
De nihilo quoniam fieri nil posse videmus.
Pondus enim ꝓhibet: ne plagis omnia fiant:
Externa quasi vi: sed ne res ipsa necessum
Intestinum habeat cunctis in rebus agendis:
Et deuicta quasi cogatur ferre: patiq;:
Id facit exiguum clinamen principiorum.
Nec regione loci certa: nec tempore certo:
Nec stipata magis fultum q̄ materiai
Copia: nec porro maioribus interuallis:
Nā neq; adaugescit quicq̄: nec deperit inde.
Quapropter quo nunc in motu principiorum
Corpa sunt: in eodem anteacta ætate fuere:
Et post hęc semper simili ratione ferentur.
Et quę consuerint gigni: gignētur eadem
Conditione: & erūt: & crescēt: inq; valebunt:
Quantum cuiq; datum est ꝑ fœdera naturai.
Nec rerum summā cōmutare vlla potest vis.
Nam neq; quo possit genus vllum materiai
Effugere ex omni qcquast: neq; rursus in om̄e
Vnde coorta queat noua vis irrumpe: & oēm
Naturam rerum mutare: & vertere motus.
Illud in his rebus non est mirabile: quare:
Omnia cum rerum primordia sint in motu:
Summa tamen summa videat̄ stare quiete:
Pręterq̄: si quid ꝓprio dat corpore motus.
Omnis enim longe nostris ab sensibus infra
Primorum natura iacet: quapropter vbi ipsos

eam materiam voluntas refrenabit ꝑ omnia membra dispersam.

¶ Iamne vides. Ab interiori voluntate, & q̄ originem habeat a corde, moueri corp9 probatur exēplo cognobili. Videmur eni m nos cum trudimur moueri: sed ille motus cum sit violentus mouet nos inuitos: obstatq; illi q̄dam volūtas intrinseca, quæ voluntarij motus esse causa consueuit. Vix extima. Corrige vis extima hoc est interior violētia.

Extimum. Extimum scriptores elegātes pro extraneo dicūt:

Citimum. citimū ꝓ citeriore. Quoddam. Voluntas intraria: quæ illi motui repugnat. Cuius ad arbitrium. Ad nutum cuius voluntatis intrariæ. Copia materiai. Moles copiosa corporis: qđ materia dicitur: aīa vero forma. Flecti. Moueri, in hāc & illam partem rapi. Proiecta. Propulsa. Residit. Reflatur & repercutitur. Quare in seminibus. Disseruit iam Lucretius a vi intrinseca corpora moueri gignente motum: nunc idem accidere principijs inquit, quæ mouentur ab interiori causa hoc est a forma sua si credimus Aristoteli. In seminib9. in causis rerum & principijs expone. Præter plagas. Præter impulsus extrinsecos: qui vi mouētur interiore sicuti corpora quoq; nista. Et pondera. Non solū pondus rapit in motū principia: sed interior causa. Vnde. A qua causa iteriori. Est nobis. Prisca exemplaria habent illis: hoc est principijs primis. Innata. Ingenita, proiectibilis in motum. potest defendi est nobis sensu ferme tali: principia a causa latente mouentur non secus ac nos ab innata interiori forma trahimur & agimur. De nihilo. Nec enim a nulla causa moueri credidents: quoniam nihil operatur nihil: sed quidquid mouetur ab aliquo mouetur. Pondus. Nec dicēdum est motum gigni ab impulsib9 exterioribus solum. quoniam multa mouentur pōderibus suis deorsum labentia. Plagis. Repulsu & reuerberatione principiorum. Omnia fiant. Omnes motus creentur. Externa quasi vi. Quasi ab exteriori moueantur impulsu. Necessum intestinum. Necessitatem quandam interiorem. Et deuicta. Et hęc est causa cur non victa cogatur se mouere. Cogat̄ ferre. Necessitate quadam laboret interiori vt dumtaxat trahatur ad id quo impellitur a causis intrarijs. Id. Ne patiatur tātum impulsum interiorem.

Clinamen. Clinamen. Inclinatio, deuergentia, delapsusq; naturalis. Nec regione. Mouentur hæc principia non loco stato, neq; temporibus decretorijs: nec accipiunt magis, aut minus hæc corpora: qđ accidere solet ex augmento vel diminutione materiæ.

Fultum. Fultum. Pro circa fultum, id est fulturam & munimentum corporum. ait principia non esse magis aut minus ponderosa præsertim cum ex summa corporum nihil deperire possit: neq; rursus noua vi exoriri, quæ rerum motus subuertere valeat. nō possunt igitur principia habere maiorē, aut minorem fulturam & accrementū in pondere: qđ iste fultū appellat. Bononiēses quoq; vocū antiquarū retinētissimi dēsum & aggestū corp9 fultū vulgo dicūt. Q̄ materiai copia.

Cernere iã nequeas mot⁹:qua serpere debēt:
Præsertim cum quę possemus cernere: celēt:
Sępe tamen motus spatio diducta locorum.
Nam sæpe in colli tondentes pabula læta
Lanigerę raptāt pecudes:quo quãq; vocãtes
Inuitant hęrbę gemmantes rore recenti:
Et satiati agni ludunt:blãdeq; chroniscant:
Omnia quæ nobis longe confusa videntur.
Et veluti in viridi candor consistere colli.

Subintellige sit in pręsentiarum. non magis crescũt,aut minus decrescũt principia q̃ nuc sint.quippe quibus nulla vis exoterica extra ria ve possit accedere,quæ illorum naturã alteret. Interuallis. Subintellige sunt prędita. Cum sit igitur loci,temporis,compositiõis, materiæ,& spatij æqualitas:motus inęqualis & diuersus a solito pricipijs inesse nõ potest.
Adaugescit. Valde augetur. Deperit. Diminuitur. Inde. A corporibus principiorum. Quapropter. Illatio.hinc colligo principiorum corpora semper in eodem futura motu. In eodem. Motu. Anteactis. Tempore præterito. Posthac. In futurum. Ferentur. Mouebuntur & agitabuntur. Consuerint. Consueuerint. cum sit futura fueritq; semper eadem principiorum motio: semper erit idem quoniam semper fuit idem: vt Manlius adstipulatur. Inq; valebunt. Per tmesin inualebunt,hoc est irroborabunt & fundamenta iacient.
Quantum cuiq; datum. Prout leges naturæ permittent.exempli gratia.propagabuntur homines nec causa cessabit talem effectum producere: quousq; tamen lex naturę permittet. Per fœdera. Per statas leges & decretorias.Nam hominis natura suos effectus prosequetur quantum requirit humana conditio. Commutare. Inuertere,interpollare. Vis. Violentia extraria. Nam neq;. Confirmatio rationis.eadem sunt rerum principia & causæ.probatur.posito contrario sequeretur esse aliquid,qđ totam euanescentem materiam caperet.
Quo. In qđ veluti chaos & indigestam molis voraginem. Genus. Vtpote materia aut principium seruiens humanæ naturæ. Effugere. Discedere & euagari & irrumpere. Ex omni. Principio, vel ordinis vniuersi genere. Quicq̃. Aliquod effugium & totius materiæ conceptaculum. Neq; rursus. Non est quidq̃ in qđ principium procidat:nec vnde multitudo principij manet:omnia namq; suos limites habent. In omne. In summam totius. Vnde. A quo principio. Noua. Magna. Vis. Copia materiæ. Irrumpere. Influere & ingredi. Vertere. Leges motus alterare. Illud in his. Sed cum explicitum sit principia moueri motumq; fugē pati:suboritur dubitatio cur summa rerum quiescere videtur. Est enim ventilãdum de principiorum formis & effectibus. sed inquit poeta seminum motus sunt:cæterum sensus nostros fallunt:a quibus minime moueri sentiuntur. Summa. Ordo totius vniuersi. Summa. Annominatio decētissima per casus mutationem. hic summa p̃cipua & quietissima interp̃tare. Præterq̃. In cæteris quiescere videtur p̃terq̃ q; corpus nostrum moueri sentimus. Primorum. Principiorum. accidit hoc inquit quoniam motus principiorum cernere non possumus, quę sensus nostros effugiunt. Infra. Existentibus sensibus infra motum principiorum: propterea illa non aucupantur aut explorãt sensus. Qua. Propter quã regionem, viam, & meatum. Serpere. Insono vestigio p̃terire,tacite more serpentium,quæ cum progrediuntur ire non videntur. In priscis antigraphis surpere scriptum est pro surripere,hoc est raptim incedere:qđ imitatur Horatius. Cum quæ. Lege cum qua hoc est nõ possumus aspicere viam principiorum p̃sertim cum celent illam viã qua.i.per quã possemus aspicere.potest defendi prisca lectio.Nam principia celant corpora,per quæ possemus illa cernere. Sæpe tamen motus. Subintellige celant. quidam iungunt cum superioribus. Diducta. Separata primis principijs. Nã sæpe. Probat exemplariter oculos nostros falli. qđ hinc manifestarium est. Videmus enim sæpicule gregem ouium collem superantium cum agminatim pascuntur:a quibus si absumus nubes esse remur:similiter accidit in principiorum motibus, ad quos percipiendos mens humana caligat. Tondentes. Pascentes. Vtitur & Maro hac voce in eodem significatu. Læta. Felicia, vberrima. Virgilius. Quid faciat lætas segetes. Nam quæ sunt hominis transferuntur ad inanima. Raptant. Scribo reptant hoc est adrepunt. Quo. In quē collem. Quãq;. Ouem singulam hęrbæ roscidæ proritant ad pabulum. Vocantes. Inuitantes. Gemmantes. Coopertæ rore tanq̃ lucidis gemmis. Blande. Blanditer. aduerbium est. Chroniscãt. Adulterinũ verbum,cui sincerum substituendum est coniscant,hoc est capite vicissim arietando ludunt. Coniscare & conificare idem qđ caput aduersum per vices inurgere mutuis ictib⁹:quod arieti peculiare est, qui frontem aduersarij fronte percutit, & ab eodem repercutitur. Cum Quintilianus capite conificans dixit hoc significare voluit. Quidam cronis cant,defendunt a saltibus vnde crusmata: quasi significare vellet Lucretius agnos in pratis lætos & pingues saltitare. Sunt & qui cronis cant pro cornibus decertant interpretantur gratia metri paululum inuersa dictione: vt cronis cant positum sit pro cornis cant,hoc est alterno cornu petunt:& licet agni teneri cornua non habeant:imitant̃ tamen arietes cornigeros:qui criomachiam exercent. Quid si coruscãt legias p̃pter illud Iuuenalis. Sed p̃cul extentum petulans quatit hostia funem, Tarpeio seruata Ioui, frontemq; coruscat. Iurisconsultus libro digestorum nono cõmittere dicit in hoc significatu: cuius verba sunt hæc. Cũ arietes,inq̃t,& boues cõmisissent,& alter alterũ occiderit. Oia. Iũge hoc verbũ cũ inferioribus. Sēsus. grex ouiũ & hæc oia nobis lõge spectãtibus cõfusa videnẽ ita vt fallãt oculos ne p̃cipere valeant illas prep̃tantes collicu lũ esse oues:sed nubes eminus apparent. Cãdor. Candida nubes videtur non grex ouium. Colli. Colle.

Surpere. Gēmantes hęrbæ. Conisco. Cornisco. Crinomachis. Cõmittere.

Præterea magnę legiones cum loca cursu
Camporum complent:belli simulacra ciētes:
Fulgur ibi ad cælum se tollit:totaq; circum

¶ Præterea. Sensus nostros & peculiariter oculum eē hebetem & infirmum nemo non videt q̃ppe cõ subinde exercit⁹ munitissim⁹ & instructissimu ad conflictũ promicat omnia martio feruore complens, tumultu, cursu, agitatione, gladiorum vibratione: qui

tamen nobis lõgule dissitis quiescere stareq; videtur. Legiones. Legionarij milites. Loca camporum. Planiciem campestrem. Simulachra. Si non verum ac imaginarũ martem subeunt. Cientes. Lacessentes. Fulgur. Telorum coruscatio. quidam pro fulgore positum asserunt. quando u, & o inuicem cedunt. Redinescit. Corrige renidescit .i. coruscat & resplendet. Horatius. nec mea renidet in domo lacunar. Subter. Subtus ex tumultu virorum, & equorum tell⁹ remugit, & insonat: qđ feruore militari adeo increbrescit vt Romanus Pœnusq; exercitus tremorem terræ non exaudierint. Vi. Impetu, tumultu, feruore. Excitur. Excitatur. Pedibus. Hominũ & equorum. Maro. Quadrupedante putrem sonitu quatit vngula campum. Icti. Percussi, allatrati ab illo, vt ita dixerim, conuicio. Reiectant. Reijciũt & frequenter regerunt. aliquando reiectare est vomere: qua dictione vulgo Bononienses vtũtur. Mundi. Cæli. omis hæc machina mũdus appellatur. cælum cælati argumento q; est simulachris pluribus redimitum. græci dicunt κόσμον ab ornamento: vt perperam videatur attitulatus Aristotelicus liber de cælo & mundo, cum de mundo sufficiat. Græca tamen exemplaria veneta reclamant, quibus vt ex inaccurata manantibus officina tãtum crede quantum libet. Circumuolitant. Ocyssime circũcursant. Medios. Vel exercitus vel campos. Tramittunt. Transmittere est preuertere, hoc est pretergredi & p̃terire. vnde Maroni. alia de parte patentis Trãsmittũt cursu campos. Sic & Pellanus Iubonẽsis. Pedibus equos trãsmisim⁹: qđ est trãsiuimus. Quatientes. Subsultando percutiẽtes. Impete. Impetu: vnde dicitur impetibus. Diomedes tamen antithesin esse putat. Est quidam. Si positus esses in editissimo monte vnde planiciem despiceres: nõ videreris cernere simulachra belli: sed decepto p̃strictoq; sensu ex coruscationibus armorũ mera fulgura vel fulgores euidẽtissimos & æris coruscamina. Vnde. Ex veruca vertice ve cuius montis. Stare. Quiescere, nõ feruere. In campis consistere. In planicie campestri quiescere. Nunc age. Sed iam Lucretius inquit a diuerticulo repetenda instituta materia: agereq; videtur eẽ tempestiuum de formis & effectibus seminum. Scito, inquit, principia diuersas habere formas: aliqua esse vncinata, hamata, rotunda: vnde effectuum diuersitas originat. Age. Agedum: aduerbium hortantis. Longe distantia. Valde distantia. Percipe. Accipe, hauri. Multigenis. Multiplicibus. Variata. Varietate figurarum sint p̃dita atq; dotata. Nõ q; multa. Sensus: diuersæ figuræ fiunt ex atomorũ cõcursu: q̃uis diuersitas inde nõ oritur ex atomorum diuersitate maxima: tñ atomi sunt inter se diuersę: intelligendo de atomis diuersæ figuræ a primis non diuersæ rationis. Ordo. nõ q; multa sint p̃dita forma parũ simili. Similes sunt atomi re: sed nõ accidẽti. Sed qa. Sed nascit̃ ista diuersitas ex diuersis atomorũ imaginibus, q̃ si eędẽ cõtingerẽt omni

Renidescit

Subter.

Reiectare.

De mundo e intũ librũ Aristotelis attitulari.

Aere renidescit tellus: subterq; virum vi
Excitur pedibus sonitus: clamoreq; montes
Icti reiectant voces ad sydera mundi.
Et circumuolitant equites: mediosq; repente
Tramittunt valido quatientes impete cãpos.
Et tamen est quidam locus altis mõtib⁹: vnde
Stare videtur: & in campis consistere fulgur.

Nũc age: iã deinceps cũctarũ exordia rerũ
Qualia sint: & q̃ longe distantia formis:
Percipe: multigenis q̃ sint variata figuris:
Nõ q; multa parum simili sint prædita forma:
Sed quia non volgo paria omibus oĩa cõstãt.
Nec mirum. Nam cum sit eorum copia tãta:
Vt neq; finis (vti docui) neq; summa sit vlla:
Debent nimirum non omnibus oĩa prorsum
Esse pari filo: similiq; affecta figura.
Præterea genus humanum: mutæq; natãtes
Squãmigerũ pecudes: & læta arbusta: feręq;
Et variæ volucres: lętantia quę loca aquarum
Concelebrant: ipsos circum fontesq;: lacusq;:
Et quæ p̃uolgant nemora auia peruolitantes:
Quorũ vnũ quoduis generatim sumere p̃ge:
Inuenies tamen inter se distare figuris.
Nec ratione alia proles cognoscere matrem:
Nec mater posset prolem: qđ posse videm⁹:
Nec min⁹: atq; homines inter se voce cluere.
Nam sæpe ante deũ vitulus delubra decora
Thuricremas p̃pter mactatus concidit aras:
Sanguinis expirans calidũ de pectore flumẽ.
At mater virideis saltus orbata peragrans:
Linquit humi pedibus vestigia pressa bisulcis
Omnia conuisens oculis loca: si queat vsq̃
Cõspicere amissum fœtum: cõpletq; querelis
Frondiferũ nemus adsistens: & crebra reuisit
Ad stabulum: desyderio perfixa iuuenci.
Nec teneræ salices: atq; herbę rore vigentes:
Fluminaq; vlla queunt summis labentia ripis

Oblectare animum: subitamq; auertere curã.
Nec vitulorum aliæ species per pabula læta
Deriuare queunt animũ: curamq; leuare:
Vsq; adeo quiddam ꝓpriũ: notũq; requirit.
Præterea teneri tremulis cum vocibus hædi
Corrigeras norunt matres: agniq; petulci
Balatum pecudis: ita quod natura reposcit
Ad sua quisq; feri decurrunt vbera lactis.
Postremo quoduis frumentum: nõ tñ omne:
Quodq; suo genere inter se simile eẽ videbis:
Quando intercurrat quędã distantia formis.

bus, oĩa essent paria & similia: cæterum ha mata accidunt generationi vnius: orbiculata alterius: quæ differentiæ causa est. Vulgo. Passim. Omnibus. Rebus ab atomis geni turam adipiscentibus. Omnia. Atomi con ditionis eiusdem. Constant. Concurrunt. Nec mirum. Tollit hæsitationem quæ nasci posset q dixerat esse diuersas atomorũ imagines. Eorum. Corpusculorum & seminũ. Neq; finis. Dixim᷒ atomos esse infinitas. Summa. Cumulus, qui atomos capiat & metiatur. nam quę sunt infinita sumi nõ pos sunt in ratiocinium. Omnibus. In cunctis quæ generari possunt. Omnia. Corpuscu la minima. Pari filo. Aequitate & examine sili. Affecta. Prędita. Pręterea. Rõnẽ munit & roborat. videmus homines a piscibus, ar boribus, quadrupedibus id genusq; reliquis dissitos differentesq; rebus: id accidit ex di uersitate principiorum accidentali quidẽ nõ essentiali. Mutæq; natantes squamigerũ.

Sic iunge ab inferioribus diuidendo. Squãmigerum ponitur pro squãmigerorum piscium, qui muti dicun tur & natantes. Pecudes. Vt solet pro pecorib᷒. Oĩe qđ humana caret effigie pecus appellatur. Læta. Flo rida. Variæ. Vel specie vel colore pẽnarum, aut cibo & habitatione. Lætantia loca. Quæ illas lætas reddunt vt sunt amnicæ palustresq; volucres. Concelebrant. Mouent vel frequentant. Circũ fontes. Zeugma ab inferiori. Peruolgãt. Passim & gregatim inambulãt. Auia. Remota: inaccessa. Vnum. Ex vna specie aut bouem, aut leonem. Sumere perge. Perstã in exemplum adducere. Distare. Differre lineis similitudinis. Nec ratione. Probat inter animantia eiusdem speciei inesse quandam differentiam: qđ nisi esset mater fœtum non agnosceret: accideretq; illud q̃uia prolatũ de geminis. Proles indiscreta suis, gratusq; parentibus error. Posset. Cognoscere. Qđ posse. Cognoscere prolem. Nec minus. Nec minime possent homines se cluere. Voce. Cum vox in simillimo corpore similis esset. Codices antiqui habẽt. nota. Cluere. Apparere, notesce re: homines inter se voce non discernerentur. Nam sæpe. Sumpto a brutis exemplo docet matrem vitulum cognoscere: quippe si forte fortuna accidit vitulum immolari matre nil tale præsentiente: illa vlulatu nemora complet buculum suum errabunda vestigans. Deum. Deorum. Decora. Egregie fabricata. Thuricre mas. In quibus thus crematur. Maro. Thuricremis cum dona imponeret aris. Flumen. Exuberantiam san guinis ꝓfluentis atq; manantis. Mater. Vacca. Saltus. Pascua. vnde saltuarius. priuata filio ruris oĩes ob ambulat angulos. Vestigia. Signa pedum, quas pedas prisci vocauerũt. Bisulcis. Bifidis. i. bifariam diui sis. Conuisens. Sollerter explorans. Si queat conspicere. Si forte conspiciat. Complet. Implet. Adsi stens. Hærens illi nemori. quidam codices habent allidens, hoc est strata in eo nemore. Crebra. Crebro. no men ꝓ aduerbio. Sic Maro in georgicis. Pede terram crebra ferit. Ad stabulum. In stabulo, in quo situm amisit incaute. Persixa. Iaculo & amoris cestro transfixa. Nec teneræ. Pascua matrem mœstam non iuuãt: fontes illimes limosi videntur, & quodcũq; locorum displicet vbi fœtũ non reperit. Maro auctore Macrobio saturnalium libro sexto sic æmulatus est. Non vmbrę altorũ nemorũ: nõ mollia possunt Prata mouere animũ nõ qui per saxa volutus Purior electro campum petit amnis. Vigentes. Vigorem recentem contrahẽtes ex rorulẽto succo gratissimo cõpascuis armentis. quare a Virgilio dictũ. Carpamus dũ mane nouũ, dũ gramina canẽt: Et ros in tenera pecori gratissim᷒ herba. Calpurnius in buccolico ludicro. Et ros & primi suadet clemen tia veris. Summis ripis. Adeo plena vt ripas æquare videant: nec restagnare: nec subsidere. Oblectare. De mulcere mẽtẽ ictã desyderio ꝑditi vituli. Auertere. Alienare, seq̃strare, seiũgere. Aliæ spẽs. Alia simulachra & imagines. hic est sensus: q̃uis matri affectę, lãguẽti, & ærũnosæ occurrãt plurimę vitulorum imagines, tñ su am mater agnoscẽs, cęteros cõtẽptim ꝓterit aĩo in suũ penitus intẽto. Iuxta illud Plautinum, aliter olẽt catu li, aliter sues. Deriuare. A mœrore detorquere. Quiddã ꝓpriũ. Aliqđ suũ peculiare simulacrum. non capi tur mater delectatione cæterorum vitulorum: sed suũ cognitum requirit, cuius imago cordi penit᷒ hæret infi xa. Teneris. Pro ipsi teneri. Cum vocibus. Quidam legunt in vocibus. Corrigeras. Nõ tamen omnes sunt cornigeræ. q̃ cornibus carẽt appellantur mutilæ. Petulci. Improbuli & lasciui. Maro. iij. georgicon. Hę diq; petulci floribus insultant. Balatum. Vociferationem. est sonus pecuinus. Plautus in bacchidibus. eunt a pecu balitantes. Vox hæc formata per ὀνοματοποιίαν: de qua sic Quintilianus libro primo. Sed minime no bis cõcessa est ὀνοματοποιία. Quia enim ferat si quid simile illis merito laudaris λίγξε βιὸς σίζει ὀφθαλμὸς fin gere audeamus? Iã ne balare quidem aut hinnire fortiter diceremus nisi iudicio vetustatis niteremur. Pecu dis. Matris sonũ cognoscũt. Qđ natura reposcit. Et vt impulsu naturali ducitur, quisq; ad vbera materna se proripit nihilifaciens lac alterius. Ad sua. ad peculiaria & materna. Quisq; decurrunt. Synthesis nume rorum. Feri. Agni ferinę naturę etsi domestici sint. Sic Maro. Pectebatq; ferũ, puroq; in fonte lauabat. vel lactis feri: qđ tanq̃ ferũ, & insolitũ auersantur reliqui agni cũ oẽs ad domesticũ tendãt. vel agni feri cæteris prę terq̃ matri: quoniã subrumos cæterarũ pecudũ esse recusant. Postremo. Vt tãdẽ me absoluã nedũ varietas, & q̃dam est in rebus animatis dissimilitudo, verũ etiã legumina & farra aliquo discrimine variantur. alterius em̃ formę ẽ Italicũ frumẽtũ. quare dictũ a Sophocle Italiã frumẽto canescere cãdido. alter᷒ Indicũ & Hispa nũ: & triũ mensium: qđ trimenon appellant. Quoduis. Suę dũtaxat speciei. Omne. Nõ oĩa genera frumen ti sunt eadẽ. Qñ. Quidã legũt. Quin. immo nedũ in genere similitudo, sed differẽtia nõ parua. Intercurrat.

Pecus.

Thuricremæ.

Pedæ.

Balare. Onomatopea.

Italię frumẽtum cãdidum.

Trimenon

Interueniat. Distantia. Differentia:etsi omnia grana similia nõ sunt, tamen in colore & figura conueniunt.

Concharũ diuersitas.

¶ Concharum. Conchiliorum diuersæ sunt species:speciatimq; nõ mediocriter differũt: qđ libro nono naturalis historiæ sic Plinius attigit. Cõcharũ genera, in qbꝰ magna ludentis naturæ varietas, tot colorũ differẽtiæ, tot figurę planis & cõcauis, lõgis, lunatis, i orbẽ circũactis dimidio orbe cęsis, in dorsum elatis, lęuibus, rugatis, dẽticulatis, striatis, vertice muricati intorto, margine i mucronẽ emisso, foris effuso, intus replicato. Iã distinctiõe virgulata, crinita, crispa, cuniculatim, pectinatim, imbricatim vndata, cancellatim reticulata, in obliquum, in rectum expansa, prædensata, porrecta, sinuata, breui nodo ligatis, toto latere connexis, ad plausum apertis

Buccinat ꝑ Ouidio.

ad buccinã recuruis. Quare ab Apuleio dicitur. Triton concha sonaci buccinat. propterea cecinit Ouidius. Conchaq; sonaci inspirare iubet. Parili. Pari. Pingere. Gratissime variare & multimoda varietate decorare. Gremium. Dorsum recipiens conchas. Qua. In ea regione litorali, in quã expuuntur conchilia. Incurui. Valde curui: vt apud Vergilium. Incanaq; menta Cimphij tondent hirci.

Lauere.

Lauit. Pro lauat. Carmen hoc Marcellus aduocat. Plautus in ãphit. postq̃ peperit pueros lauere iussit: nos occœpimꝰ. Virgilius libro secundo georgicon. Lauit improba teter ora cruor. Quare. Illatio. ex his colligimus in principijs esse quandam dissimilitudinem, & quandam similitudinem. Similitudo qualis & dissimilitudo est in Socrate, vel Platone. Natura cõstat. Eadem artifice nõ humana manu fabrefacta:quę in agendo naturam quidem sequitur, sed non assequitur. Vnius. Artificis naturæ. Volitare. Quoniam insectiles & leuissimas ponit atomos. Animi. Mentis exercitæ palęstra philosophica. Exoluere. Soluere & aperire cur hæc intercurrat dissimilitudo. Nobis. Iunge cum perfacile. Penetralius. Pro penetrabiliꝰ: iũge cum fluat. Quærit cur fulminis ignis sit igne nostro penetrabilior? causam hãc affert q; ex partibus tenuioribus constat ignis fulminis, q̃ noster factus ex tęda & humidis fomentis. Tædis. Alimẽtis pinguioribꝰ. species pro genere. Iam. Mox, subito, ratione seipsam prodente. Paruis figuris. Ex atomorum subtiliorũ corpusculis. Ideo. Propter illam tenuitatem.

Hic.

Noster hic. Quidam putant hinc audendi Virgilio datam ansam cum inquit. Solus hic inflexit sensus, animũq; labantem. Et apud eũdem. Hic vir hic est tibi quem promitti sæpius audis. Sunt tamen qui semper hic productam volunt, audentq; asserere hunc non esse dactylum pedem. Præterea. Probat corpus ignis cẽ subtile: quippe cum corneam laternam transeat, quod aqua non potest.

Laterna cornea.

Per cornu. Per laternam corneã: de qua epigrammaticꝰ poeta. Dux Laterna viæ clausis feror aurea flãmis. Erat & ex vesica: de q̃ idẽ poeta. Cornea si nõ sum nũ qđ sum fuscior? Pœni ex ebore tenuissimo factitabãt: vñ Plauto in Aulula-

Locꝰ Plauti.

Concharumq; genus parili ratione videmus
Pingere telluris gremium: qua mollibꝰ vndis
Littoris incurui bibulam lauit æquor arenam.
Quare etiã atq; etiã simili ratione necesse est:
Natura quoniã cõstãt: neq; facta manu sunt:
Vnius ad certam formam primordia rerum
Dissimili inter se quædam volitare figura:
Perfacile est animi ratione exoluere nobis:
Quare fulmineus multo penetralius ignis:
Q̃ noster fluat e tædis terrestribus ortus.
Dicere iam possis cælestem fulminis ignem:
Subtilem magis: & paruis constare figuris:
Atq; ideo transire foramina: quę nequit ignis
Noster hic e lignis ortus: tædaq; creatus.
Præterea lumen ꝑ cornu transit: at imber
Respuitur. Quare? nisi luminis illa minora
Corpa sunt: q̃ de q̃bus est liquor almꝰ aquaꝝ.
Et q̃uis subito ꝑ colum vina videmus
Perfluere: at contra tardum cunctať oliuum:
Aut quia nimirum maioribus est elementis:
Aut magis hamatis inter se: ꝑq; plicatis:
Atq; ideo fit vti non tam deducta repente
Inter se possint primordia singula quæq;
Singula per cuiusq; foramina ꝑmanare.
Huc accedit vti mellis lactisq; liquores
Iocundo sensu linguę tractentur in ore.
At contra tetra absynthi natura: feriq;
Centauri: fœdo pertorquent ora sapore:
Vt facile agnoscas e læuibus atq; rotundis
Esse ea: quæ sensus iocunde tangere possunt:
At cõtra quæ & amara atq; aspa cunq; videnť:
Hæc magis hamatis inter se nexa teneri:
Prętereaq; solere vias rescindere nostris
Sensibus: introituq; suo ꝑrumpere corpus.
Omnia postremo bona sensibꝰ: & mala tactu
Dissimili inter se pugnant ꝑfecta figura.
Ne tu forte putes serrę stridentis acerbum

Horrorē constare elementis leuibus: æque
Ac musæa mele per chordas: organici quæ
Nobilibus digitis expergefacta figurant.

ria curiosus agnus pellucet, vt laterna punica. Imber. Aqus. Respuitur. Regeritur a soliditate cornu. Quare? Rationē affert cur hoc fiat: da rationē discriminis. Nisi. Subintelligendum quod nullam causam adducere poteris & differentiam quod imber non trāseat, & ignis transeat: nisi quod ignis est vtique subtilior aqua. Quæ de quibus. quod illa corpora ex quibus. Almus. Alens omnia. Sine aqua frustratoria est & misera agricultura teste Varrone. vel Thaletē sequitur, qui ex aqua cūcta gigni prodit: cui Virgilius applaudit. Oceanumque patrem rerum. reperio in nonnullis exemplaribus amnis: quod si probas a circuitu & a perennitate interpretare. Tu videris. Indico quod occurrit. Et quis. Noua ratio asserens quædam corpora esse crassiora, quædam subtiliora. nonne videmus vinum sacculari & ex colo transmitti: oleum vero ex corporis densitate pigrescere. Per colum. Colus est vas argillaceum oblongulum simile tubo: vnde colare verbum pro diffundere: & percolare. Columella. Nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari. Cunctatur. Tarde defluit. quoniam est corporis pinguioris. Oliuum. Oleum. Catullus. Sertis ac syrio fragrans oliuo. Nimirum. Proculdubio. Maioribus elemētis. Grandioribus atomis. Hamatis. Catenatis & implicitis, hamosque referētibus. Opinio Empedoclis est ex atomis aio cōsistere corpuscula sectionem non admittentibus: quæ vncorum nexuum & hamorum speciem præ se ferunt. Corpora quæ pinguiora sunt constant ex pinguioribus corporibus & magis vncinatis. Perque plicatis. Perplicatis & implexis. Atque ideo. Ex hac catenatiōe nexibusque perplexis & asperis atomorum accidit vt non queant perinde transmeare corpora diuersa. Fit vti. Accidit vt. Deducta. Transmissa: vel diducta, hoc est diuisa & separata. Inter se. Vel diducta inter se, vel possint inter se. Primordia. Atomi & principia naturalia. Singula quæque. Omnia. Cuiusque. Vasis. Permanare foramina. Transmittere meatus & vasorum poros.

Sine aqua misera agricultura.
Saccare vinum.
Colus.
Colare.

Huc accedit. Atomi sunt in causa cur quædam corpora sint amara, quædam vero dulcia. Quæ dulcia sunt constant atomis minutioribus, quæ vero amara pinguioribus. Iocundo sensu linguæ. Lingua rem iucundam in hoc gustatu sentit. Propterea Plautus. cum te tango mel videor lingere. Tetra. Amara. Centauri. Pro centaureæ, herbæ asperæ & amaræ: de qua non tacuit Maro. Est centaurea maior & centaurea minor. Maiore oculorum acies adiuuatur. Succo vero minoris cum melle culices, nubeculas, obscuritatem, discuti, cicatrices extenuari tradūt. Centaurea curatus dicitur Chiron cum Herculis exceptus hospitio pertractāti arma sagitta excidisset in pedem. quare aliqui chironium vocant. Folia sunt lata & oblonga: serrato ambitu: densa ab radice: caules ternum cubitorum geniculati. In his capita ceu papauerum, radix vasta, rubescens, tenera, fragilis ad bina cubita madida. Succo amara cum quadam dulcedine. Nascitur in collibus pingui solo. Laudatissima in Arcadia, Elide, Messenia, Pholoe & Lyceo & i Alpib9 pluribusque Locis i Lycia. Quidā & ex ea lycium faciunt. Vis in vulneribus tanta vt cohærescere etiam carnes tradant si coquatur simul. Est alterum centaurion cognomine lepton minutis folijs: quod alij libadion vocant: quoniam secundū fontes nascitur. hoc centaurion nostri fel terræ vocant propter amaritudinem summam. Galli exagum. quoniam omnia mala medicamenta potum e corpore exigat per aluum. Tertia centauris est cognomine triorches: qui eam secat rarum est vt non vulneret sese. hæc succum sanguineum mittit. Theophrastus defendi eam impugnarique colligētes tradit a triorche accipitrum genere, a quo & nomen accepit. Imperiti confundunt hæc omnia & vni generi assignant. De secundo genere centauriæ Lucretius intelligit, quod a nobis fel terræ nuncupatur: & ob hoc tetra dixit.

Centaurea.
Lycium.
Libadion.
Fel terræ.
Exagum.
Triorches.

Fœdo. Illiberali & amarulēto. Læuibus. Politis. vnde leuare polire. leuor politura: & leuigatio: & leuigare. Rotundis. Atomis. Ea. Poculēta & esculenta. Iucunde. Dulci sapore. Tangere. Amœno tactu mulcere. Atque aspera cūque. Corrige. & quæ aspera cunque. per tmesim dictum pro quæcunque aspera. Hæc. Amara & aspera corpora. Præterea. Lego propterea quoniam sunt nexa hamatis. Rescindere. cum ex maioribus constent atomis sensus nostros impellunt & aperiūt: vt possit penetrare diritas saporis. Perrumpere. Inclementi & aspero introitu diuellere & offendere. Omnia postremo. Vt tandem colligam sensibus amica, tactui non amica composita sunt principijs repugnantibus. Pugnāt. Nullam æqualitatem, aut similitudinem habent. Perfecta. Composita. Ne tu forte. Quibus agnitis debes etiam scire serram stridulam aures horrisono strepitu offensantem non habere easdem atomos, quas cithara mellitissima dulci modulamine spiritū inuadens. Serræ. Inuētam serram a nepote Dædali Perdice, quem Pausanias Talum appellat, comminiscitur Ouidius argumento sumpto ex spina piscis: quidam ab hærba, quæ trisago dicitur. ab hoc instrumento fit serrare quod significat secare. Hieronymus. Populum adducēs serrauit. crenis dēticulatis anserum morsum Arbiter Petroni9 serratum appellat. Dentiū Plinius libro vndecimo tria facit genera. Serrati pectinatim coeūtes ne contrario occursu atterantur: vt serpentibus, piscibus, canibus. Continui: vt homini, equo: exerti vt apro, elephanto, quales contingunt aliquando homini, qui dicitur brochus: vnde Plinio est dentium brochitas. Columellæ diminutiuum serræ est serrula. Horrorem. Horrificum stridorem. Aeque ac. Perinde vt. Musæa. Musica. Mele. Nominatiuus multitudinis ab hac dictione μέλος. expone cantilenas. Nostri Lucretiū imitantes mella dixerunt. Claudianus. Sermonis mella politi, μέλη inquit Sudas. τὰ τοῦ σώματος. quamobrem pro membris musicis hic exponere possumus. Quidam mela scribunt. sit legentium censura.

Leuare.
Leuor.
Serra.
Perdix.
Talus.
Trixago.
Serrare.
Serratus morsus.
Dētiū tria genera.
Brochus.
Brochitas.
Serrula.
Mele.
Mella.

Per chordas. Ex chordis & fidibus resultantia si sonos exponim9. Si mele interpretari lubeat per chordas, iūge cum sequentibus hoc ordine. organici figurant nobilibus digitis, per chordas id est attrectatione & concentu fidium. Organici. Artifices organū cientes, quos nōnulli licet duriuscule vocant organarios. Quæ. Musæa mele. Nobilibus. Nobili artificio sonādi præditis. quidam mobilibus dicūt: agilitas manuum dum organum percurrit aurem mellitissime scalpurit. Expergefacta. Suscitata, reuiuiscentia, non supina, non iacentia. Seruit hæc dictio sonis & membris: quippe digitulorum ictus musicorum viuidi interdecent. Figurant. Figuratis pulsibus excitant, vel sonum in figuras organicas diducunt vario perindeque mellifluo chromate. Nec simili. Amaritudinem sentiri ex atomorū densiore qualitate hamatarum disputauit: nunc docet quemadmodum odores non sentiuntur ea causa qua sapores.

Organici.
Organarij.

Neu simili penetrare putes primordia forma
In nares hominũ: cum tetra cadauera torrent
Et cum scęna croco cilici perfusa recens est:
Araq; panchæos exhalat propter odores:
Neue bonos rerum simili constare colores
Semine cõstituas: oculos q pascere possunt:
Et qui cõpungũt aciẽ: lachrymareq; cogunt:
Aut fœda specie tetri turpesq; videntur.
Omnis enim sensus: quę mulcet cũq; iuuatq;
Haud sine pricipiali aliquo lęuore creata est.
At cõtra quæcũq; molesta: atq; aspera cõstat:
Non aliquo sine materię squallore repertast.
At quę lenis & est iocundo prędita sensu:
Hęc aliquo sine seminio breuiore creatast:
Sunt etiam quę iam nec lęuia iure putantur
Esse: neq; omnino flexis mucronibus vnca:
Sed magis angululis paulũ ꝓstantibus: & quę
Titillare magis sensus q̃ lędere possint.
Fęcula iam quo de genere est: viniq; sapores.
Deniq; iam calidos igneis: gelidãq; pruinam:
Dissimili tentata modo compungere sensus
Corporis indicio nobis est tactus vterq;.
Tactus enim tactus: ꝓ diuũ numina sancta:
Corporis est sensus: vel cũ res extera sese
Insinuat: vel cũ lædit: quæ in corpore natast:
Aut iuuat igrediẽs genitaleis ꝑ Veneris res:
Aut ex offensa cũ turbant corpore in ipso
Semina: confundũt inter se concita sensum.
Vt si forte manu quãuis iam corporis ipse
Tute tibi partem ferias: atq; experiare:
Quapropter longe formas distare necessest
Principiis: varios quæ possint lędere sensus.
Deniq; quæ nobis durata: ac spissa videntur:
Hæc magis hamatis inter sese esse necessest
Et quasi per ramos alte compacta teneri.
In quo iam genere in primis adamantina saxa
Prima acie constant: ictus contemnere sueta:

Crocum cilicię in tmolo.

Theatra croco perfundũtur.

Panchaia.

Ophiophagi.

¶ Primordia. Elemẽta, atomos: ne crede cadauerosum foetorem & crocinã suaueolentiam habere parem fragrantiam. Tetra. Putrida, tabida cum fit vltima cadaueris in pyra. Torrent. Libitinam comburunt. Scęna. Cum ludi fiunt. Cilici. Nato in Cilicia in monte Tmolo, in quo nascitur crocum probatissimum, vel Marone teste. Croceos vt Tmol⁹ odores India mittit ebur, molles sua thura sabæi. Recens. Recenter. Theatra solita croco perfundi docet Plinius vino commisto: vnde fluxit id epigrammatistę. Et cilices nymbis hic maduere suis. Plinius libro vigesimo prio. Mutian⁹ auctor est in Lycia anno septimo aut octauo trãsferri in locum sub actum atq; ita degeneris renouari. Vsus eius in coronis nusq̃. herba enim est folio angusto pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, ꝓcipue dulci tritum ad theatra replenda. Panchęos. E thure pãchaico exhalantes. Panchaia regio Arabię vñ panchaici pp̃uli auctore Mella deserta Arabiæ habitant, qui & ophiophagi dicũtur. de hac Maronianum carmẽ illud extat. Totaq; thuriferis panchais pinguis arenis. Neue bonos. Nec colores ita labuntur in sensum sicuti sapores. q; illi colores qui sunt asperi, videnturq; lędere sensum: nõ tamen hinc accidit q; colores habeant varia semina: sed trahuntur a corporibus differẽtiæ colorum: si niger color est molestus, causa refertur in substantiã.

Colores bonos rerum. Colores plausibiles oculis a rebus prouenientes. Simili semine. Habente similitudinem cum corporib⁹, quæ varia sunt pro varietate atomorum. Constituas. Decernas, iudices. Pascere. Oblectare, tenere. Compungunt aciem. Feriũt obtutũ & humanos oculos. Tetri. Quos oculus auersat vt colores non blandientes. Quidam sic intelligunt quibus assentior. Corpora hamatis exempli gratia corpusculis prędita, ex illa asperdine atomorũ regerere colorem ingratum mortali lumini: corpora vero leuibus & rotũdis atomis prędita reijcere colores laeues oculis blandientes. Quæ mulcet cumq;. Alij scribunt, quæ mulcet causa. alij quæ mulctat causa pro officit, præstringit, & offendit. Iuuat. Oblectat. Principiali. A principijs prouenienti, vel principijs conuenienti. Lęuore. Politura, mundiciæ, cultu atomorum: vnde natura oblectatoria nascitur. Quæcunq;. Corpora coloribus obducta. Molesta. Colores qui molesti sunt ex atomorum squalore constant.

Principiale.

Seminiũ.
Seminaria
Sementiua.
De semine humano.

Materiæ: Primorũ principiorum. Squallere. Asperitate duritudineq; illeuigata & impolita. Lenis. Dulciter aspectum inuitãs.

Seminio. Semine: vocabulum Plautinũ, & Columellę: quin & Plinio plantarum etiã est. adiectiuũ quoq; reperitur. Nascentibus inest aut semen, aut virtus aliqua seminaria, quæ in decretis canonicis sementiua dicitur. Seminium humanum .i. sperma mouet quatuor motorib⁹, natura, aia, calore & spiritu. Sperma est qddã sup̃fluũ quartę digestiõis: quo indigetur ad salutẽ speciei quo ad eẽ qd habet indiuiduorũ accessione. & ideo melius

dicitur & conuenientius q̃ sit superfluum vltimum, hoc est ex vltima digestione relictum: quod additum fuit super illud: qd̃ est corpori vltimo assimilatum. Breuiore. Et consequenter non hamatiore. melius tamẽ legetur. grauiore. grauiora namq; sunt quæ plures habent hamos. Sunt esse. Scribit ex atomis quædam esse quæ nec sint læuia nec hamata: non aspera aut mollia: sed meditullium obtineant. Flexis. Hamatis & intortis. Mucronibus. Aciebus mucronatim infensis. Angululis. Angulis paruis. legitur in priscis exemplaribus angellis. quæ similiter erit ab angulis diminutio. Titillare. Leuiter ferire & præstringere. Titillationes vocantur illecebræ quædam cum tactu alarum: quæ hominem nullo fere dolore cient ad risum. gargalismon græci dicunt. Plinius titillatus alarum: titillamenta Placiades. vnde titilare verbum pro leuiter attrectare vt dolorem quendam ridiculum inde contrahas. quare ab Horatio dicit̃. Ne vos titillet gloria iureiurãdo obstringam. Scribit Magnus Albertus libro de animalibus decimo & tertio: Diaphragma, qd̃ septum transuersum latini dictitant, parietus initat esse inter cor & ventrem: qui carnulentus est in extremis iuxta costas & in medio tenuis. hic calefactus subito mutat sensum: & resoluit totum corp⁹ in gaudium vel tristitiam: cuius signum est titillatio: quæ fit in tactu leui parietis. Risus enim subito sequitur tactum telæ eo q̃ per ipsum tela mouetur. motus enim talis concutit parietem: & calefactus ex motu paries diffundit spiritum & resoluit: & tunc mutatur intellectus: qui corpus continebat: & ridet homo etiam in his quæ non sunt ridenda risu inordinato: in quo est multa spiritus excussio: & multa dissolutio neruorum ex calore diffuso in ipsis. Q̃ autem solus homo huiusmodi titillatione mutatur, causa est q̃ pellem habeat valde tenuem & carnem valde subtilem & tactũ: & ideo nullum animal ridet nisi homo. Seneca libro epistolarum. xiiij. de Titillatione meminit. Aristotelis verba libro. xij. de animalibus sunt hæc. Causæ autem cur homo animalium vnus titilletur & cutis tenuitas est: & q̃ solus omnium animalium rideat. Est enim titillatio risus per eiusmodi motum partis: quæ alam complet. Ictu etiã traiecta pcordia in preliũ risum attulisse pditũ est. i. calore, quẽ moueat vulnus. hoc em̃ verisimili⁹ credi põt q̃ qd̃ de capite referũt vt abscissum loq potuerit. Sunt enim q hoc dicãt: Homerumq; testem adhibeant quasi ob eam rem illud dixerit. Ipseq; dum loquitur miscetur puluere vertex: intelligi voluit. Idẽ libro orbiculariũ questionũ vigesimo petit cur in alis & pedũ vestigijs titillamur: propter cutis tenuitatẽ inquit accidere: aut q̃a tactus earum partium insolẽs est vt etiã auris. paulopost interrogat cur nemo seipsum valeat titillare. Augustinus libro primo soliloquiorũ. Sẽsisti q̃ te alter q̃ presumpseras imaginatę illę blanditię & amara suauitas titillauerit. Sententia didascalica est apud Macrobiũ libro saturnaliũ septimo. Ipa imoderatio ex ciborũ varietate nascit̃ titillante gula: & ad assumẽda plura q̃ necesse est puocãte. Fecula Diminutiuũ a fece. Est em̃ fex genus liquaminis: de quo sic scribit Horatius. Ego fecẽ primus & allec ostendi. hæc fex amarulenta est: sed ita vt amaror ille callum habeat vt in myrrhis: de qua Martialis. Ardenti myrrha falerno Conuenit: & melior fit sapor inde mero. hę feces erãt illa hydrogara, oxygara, muria, & cętera salgamaria: q̃uis fecula pro peculiari condimẽto capiat̃ subacido subamaroq;. Viniq; sapores. Lego cum castigatis exẽplaribus: vitiæ sapores. fecula q̃uis sit & vitia pariter subamariuscula: nõ adeo tñ vitia est amarulenta vt mista pani sentiatur illiberaliter: cæterum illa amaricies qua palatum offendit titillat sensum potius q̃ perstringat. Deniq;. Hac ratione pbat corpora facere dissimilitudinem in tactu. Ignis vrit: pruina frigidat tangentem. Teruem. Tactu periculum faciente pcussa. In codice, qui fuit Põponii Leti, viri de literis optime meriti dẽtata legit̃, hoc est predita quadã naturali cõditione vt mordere tangentẽ videant̃ pinde ac si denticulata eẽnt. Cõpungere. Molestia afficere. Vterq;. Vtriusq; corporis ignis videlicet & pruinę. Tact⁹ tact⁹. Epanaphora sensum augens. Pro diuũ. Exclamatio ad deos: qui tactum rem nobis p̃tiosissimã condonarunt & certissimã: qui nobis exploratissimus est. Extera. Exterior. hinc a Papinio dicitur. exter honor. Sensus. tactus nobis est in vsu celeberrimo aut cũ res extera nobis aduenit aut interior accidit. Insinuat. Ingerit immittit, imprimit. Quę in corpore nata est. Cũ qd in corpore suboritur interiori illud afficiens dolore: tũc tormina sentimus: sensusq; est index mali. Ingrediens. In codicibus emendatis scriptũ est egrediens: qd̃ ad semen genitale refertur: quo egrediente voluptifice afficimur: cui⁹ suauitatis causam refert Aristoteles libro quarto pblematon encyclicon sic. Suauissime cõcũbim⁹ aut quia toto ex corpore semẽ pfluit (vt aliq volũt) aut quia q̃uis nõ toto ex corpore: tñ p eam ptem se pmit: in quã meatus oẽs, venæq; oẽs applicent̃ & coeant. Cũ igitur voluptas similis in libidine atq; in prurigine sit: efficitur pariter vt corpus vniuersum gestiat. Prurigo quippe excursus humoris spirabilis inclusi contra naturam est. Et genituram vero excursum humoris eiusmodi esse ad rem naturalem constat. Suauis autem tum ex necessitate tum rei cuiuspiam gratia concubitus est. Ex necessitate inquã q̃ via omnis pertinens ad rem naturalem suauis est: si modo a sensu percipi q̃at. Rei vero cuiuspiã gratia est vt ortus sit animantiũ perpetuus. Facit em̃ voluptas vt animãtes ad coitum ardentius excitentur. Ex offensa. Ex molestia ac lęsione cum quis languet: hoc percipitur a sensu. Turbant. Turbari faciũt: turbantur. Confundunt. Obstupefaciunt & inquietant. Concita. Tumultuãtia: commota. Vt si. Experiris ex exteriori lęsione semina moueri & exagitari: vt si tibi manum feriat q̃uis sciens experieris ad ictum carnis principia tumultuari. Quãuis. Iunge cum tute. Atq;. Legendum: æque: similiter id experieris. Lędere. Scribendum edere hoc est efficere varios sentiendi modos. Deniq;. Corpora duriora consistere scribit ex hamatioribus atomis: quæ molliora ex leuioribus. Durata. Conglobata.

Angululi
Angellus.
Titilare.
Titillatiões
Gargalismos.
Titillatus.
Diaphragma.
Causa titillationis.
Caput hũanũ abscissũ an loqui potuerit.
Fecula.
Myrrha in vino.
Hydrogara.
Salgamaria.
Tactus res pretiosa.
Exter.
Cã suauitatis in coitu.
Prurigo.

Hæc. Durata corpora. Esse. subintellige prædita aut implicita. Per ramos. Per qualitates interiores explicatas in adamante sicuti rami per arborem explicantur. Alte. Profunde & implicite. Compacta. Cõstricta, cõpaginata, coacta. Sunt qui legunt: & quia sint hamis alte cõpacta teneri: radicitus esse multa coherẽtia & densiora quia sint hamatiora. In quo. In hoc genere corporũ alte cõpactorum, profundorum, solidiorum sunt saxa adamãtina. Adamãtina. corpora ex adamãte: qui lapis cũ domari nequat nomẽ adeptũ ab a. & damazo. i. domo. Adamas diu non nisi regibus & his admodum paucis cognitus. Sex eius sunt genera. Indici non in auro nascentis: sed quadam cristalli cognatione. Est Arabicus minor tãtum. Similiter & nascens: cæteris pallor gentis: & in auro non nisi excellentissimo natalis. Incudibus hi deprehenduntur ita respuentes ictum vt ferrum vtrinq; dissultet: incudesq; ipsę etiã dissiliant: quippe duricia inenarrabilis: simulq; ignium victrix natura & nunq̃ incalescens. vnde & nomen indomita vis græca interpretatione accepit. Vnũ

Adamas.

ex his vocant cenchron milij magnitudine. Alterum macedonicum post hos cyprius, post hunc siderites ferrei splendoris. Illa inuicta vis duarum violentissimę naturæ rerum ignis ferriq; contemptrix hircino rumpitur sanguine: ac ne aliter q̃ recenti calidoq; macerata: & sic quoq; multis ictibus: tunc etiam eximias incudes malleosq; ferreos frangens. Hæc Plinius libro trigesimo septimo. Lucretius de indico adamante solidissimo intelligit: quippe cum syderites & cyprius a cæteris perforentur. Prima acie. Principatum obtinent inter corpora solidissima.

Et validi silices: ac duri robora ferri
Aeraq; quę claustris restantia vociferantur:
Illa quidem debent ex læuibus atq; rotundis
Esse magis: fluido quę corpore liquida cõstãt.
Nãq; papaueris haust9 itest facilis q; aquarũ.
Nec retinent enim inter se glomeramia q̃q;:
Et perculsus item in procliue volubilis extat.
Omnia postremo quę pũcto tempore cernis:
Effugere vt fumũ nebulas: flãmasq; necessest:
Si minus omnia sunt e lęuibus atq; rotundis:
At non esse tamẽ perplexis indupedita:
Pungere vti possint corpus: penetrareq; saxa.
Nec tamen hærere inter se quodcũq; videm9
Sẽsibus esse datũ: facile vt cognoscere possis
Non e perplexis: sed acutis esse elementis.
Sed q; amara vides: eadem q̃ fluuida cõstant
Sudor vti maris: est minime mirabile cuiq̃.
Nam qđ fluuidum est: e lęuibus atq; rotũdis
Est, e læuibus atq; rotundis mixta volare
Corpa: nec tñ hæc retinere hamata: necessũ:
Scilicet esse globosa: tñ cũ squallida constent
Prouolui simul vt possint & lędere sensus.
Et q; mixta putes magis aspera lęuibus esse
Principiis: vnde est Neptuni corpus acerbũ:
Est ratio secernendi: seorsumq; videndi:
Humor dulcis vbi per terras crebrius idem
Percolatur: vt in foueam fluat: ac mãsuescat.
Liquit enim tetri supera primordia viri
Aspera: quo magis i terris horrescere possint.
Quod quoniam docui: pergã connectere rẽ q̃
Ex hoc apta fidem ducat primordia rerum:
Finitas variare figurarum rationes.
Qđ si non ita sit: rursum iam semina quædam

Et validi silices. Secantur adamantes. hũc silicem dicimus & hanc silicem auctore Quintiliano. proinde a Marone in buccolico ludicro dicitur. Silice in dura connixa reliquit. Tybullus. Dura nec in tenero stat tibi corde silex. Resistentia claustris ferreis. vectes ferreos describit. Vociferantur. Strident dum trahuntur in aperiendo ostio & in claudendo compinguntur vectes. Illa. Cum solidissima corpora sint ex hamatis corpusculis: verisimile est lęuia & lubrica esse ex rotundis. Fluido. Liquido, fluente. Namq; papaueris. Docet læuia & liquido composita ex læuibus elementis esse: cæterum quædam alioqui grauitate non vacantia cum ad liquorem manabilem tunduntur, amittunt partes illas grauiores: & hamatis atomia effluentibus succedunt partes atomorum læuiores. Itest. Pro item est: similiter est. Q; aquarum. Vt est haustus aquarum. Nec retinentur. Hami illi non cohibentur inuicemq; adhærent: sed effluũt & euanescunt. Glomeramina. Glomerationes & implicationes atomorum inter se implicatarum non retinẽtur inter se: verum cedunt quando corpus liquefit: qđ erat durum: & in eius vicem corpusculum lubricum ac lęue succedit. Perculsus. Pro perculsione, hoc est percussione a percello perculsi. quidã tamẽ codices percussus habẽt pro percussione. Quidam pcursus: vt significet esse quandam reciprocam ingressionem corporũ lęuium succedẽtibus asperis.

Glomeramina.

Volubilis. Delapsus volui & iterpollari facilis & in alia recidere. Omnia. Euanida cũcta corpora, momẽtoq; fluẽtia cõstant ex corpusculis læuibus. Puncto tempore. Paruo tẽpore: qđ nec qdẽ minimum momẽtum sit. Docet reperiri quędam corpora: quæ cũ sint lęuia consistunt ex acutis atomis. Si min9. Et si ista corpora non sint penitus ex atomis lęuibus non tamen saxa penetrare possunt: quoniam hæc constant ex acutis. Sunt igitur atomi: quas nec lęues nec hamatas vocare potes: sed acutas. Perplexis. Hamatis.

Indupedita

Indupedita. Implicata, coacta. Pungere. Penetrare & transadigere aculeatia pđita seminibus. Nec tamen. Sensus est. hæc euanida corpora cum oculara fide cernant esse fluida absq; alia philosophica traditione cognoscuntur minime constare ex atomis hamatis sed acutis. Ordo. Quodcunq; videmus non hærere inter se, esse datũ sensibus scias vt possis facile cognoscere non e perplexis, sed acutis esse elementia. Datum. A natura: vt id per se intelligat. Facile. Non egebis dictãte aut præmonstrante. Sed q; amara. Sed quoniam vides quædam corpora esse amara: quæ eadem sunt liquida: sciẽdum est hoc nõ esse inconueniens, neq; repugnare.

Fluuida. Liquida: proceleusmatic9 pes est quatuor breuibus constans: quidam tribra-

Esse infinito debebunt corporis auctu.
Nam q eadem vna cuiusuis in breuitate
Corporis inter se multum variare figurę
Non possunt:fateor minimis e partibus esse.
Corpora prima trib9:vel paulo plurib9 auge:
Nempe vbi eas pteis vnius corporis omneis:
Sũma atq ima locãs:tramutãs dextera leuis:
Omnimõ expertus fueris:quã qsq det ordo
Formarum speciem totius corporis eius.
Qđ superest si forte voles variare figuras:
Addendum parteis alias erit:inde sequetur
A similiratione alias:vt postulet ordo:
Si tu forte voles etiam variare figuras.
Ergo formarum nouitatem corporis augmen

chũ malunt quẽadmodum apud eundem li gdus tribus breuibus. Eadẽ quæ. Quæ eadẽ corpa. Sudor. Salsedo maris: q̃ sudorẽ humanũ imitat q est salsus. Est. Esse mirabile non debet. qdam codices habent: mirabile habẽdum. Fluidũ. M. more prisco nõ abijcit: sed eadẽ corripit. hoc subinde Plaut9 obseruat: qđ minuti literatores non aduerterunt. Retinere hamata. Non habent hamos insitos. Globosa. Rotunda & consequenter læuia corpuscula: quæ carent hamatis atomis. Cum squallida constent. Cum sint squalore aspredineq referta: & simul rotunda: in eo q sunt aspera siue squallida lædũt oculos: in eo q prouolui possunt lædũt sensus. Prouolui. Fluere & effugere sensus absq offensa. Lædere. In eo q sunt hamata. Mista. Corpora miscellanea ex lęuibus videlicet & hamatis corpusculis p̃dita, min9 sensum lędũt & afficiũt: quippe cum ex vtroq participent. Vnde. Ex quo principio lęuium atomorum respectu naturæ aquaticæ asperorum intuitu salsedinis a vi calida proficiscentis. Neptuni corpus. Aqua maritima. neptũnus dicitur a nando. Acerbum Austerum & salsum, asperum, amarum, intractabile. reperitur verbum acerbare. Est ratio secernendi. Q2 hoc verum sit euidentissime liquet q ab aqua maritima dulcis humor arte seiungitur, & sal. quæ probant mare corpus esse mistum. Seorsum. In seorsis & diuisis his partibus corporis neptunij. Videndi. Si videre secretum & separatum corporis id volueris. Humor dulcis. Exemplum. Per colatur. Guttatim defluit velut per colum vas aquaticum tubulatum. Mãsuescat. Dulcescat & vsibus humanis tractabilior videatur. A Marone terra arando mansuescere dicitur. vnde mansues apud Plautum: & mansuetarij qui cicurant. i. ex fero domesticum reddunt: qđ adeo quandoq accidit vt legam apud Albertũ libro de animalib9 octauo se in partibus Germanię superioris vidisse murem: qui tenendo candellam ministrabat lumen comedentibus ad præceptum mansuetarij sui. Linquit. Subintellige humor. docet ex humore dulci fieri amarum. quoniam id qđ colatur per terras crebrius deputatur & dulcescit: illud vero quod resedit supra tellurẽ fit asperiusculum. Supra. Terram scilicet. Primordis aspera. Primordia amara. humor ille qui excoquitur in humo cum exquoquatur ad vsq primum principium, tũc remanet illud sapiens solam amariciem. Alibi scriptum est. Linquit enim superando atri primordia viri. Superando expone subsistendo dum subsedit humor salsedinem exuit. De varia significatione huius verbi lege commentarios nostros in Asinariam Plautinam fabulam. Atri. Amari. idem significat tetri. Aliquando ater significat maledicum & candido contrarium, hoc est benedico. Catullus. Albus an ater homo. Apuleius in defensiõe. An albus an ater sis digitum nõ vorterim. Viri. Veneni. Virus regulariter virus facit in casu patrio. Sed ita Lucreti9 vsurpauit. hoc Seruius: hoc grammatici omnes annotarunt. In hoc loco viri interpretare peculiariter spectatim q positum pro asperitatis, seu saporis intractabilis: quem Plinius virus appellat intelligens aspernabilem odorem & saporem. Horrescere. Horridam asperitatem contrahere. Qđ quoniam. Superest rem scitu dignam subdere: primordia rerum licet sint infinita, habere tamen figuras finitas. Ex hoc apta. Pro apte. sunt qui legunt acta id est ex his deductis rationibus. Fidem ducat. Trahit fidem: & nos ad credendum allicit. Rationes. Conditiones & modos. Qđ si non ita sit. Confirmatio rationis. Si hoc nõ esset verum quædam ex principijs rerum edita corpora infinitum haberent augmentum. Debebunt. Verisimiliter essent. Auctu. Augmento. Nam q. Contendit Lucretius ostendere figuras principiorum non esse infinitas: quippe cum sint in partibus editis a principijs: quæ sunt finitæ quemadmodum erunt & formæ. Eadem vna. In vna inet. Cuiusuis. Cuiuslibet corporis. Figuræ. In hoc breui corpore non multum excedunt figuræ: quæ sunt corporis appendices. Fateor. Tacitæ obiectioni respondet. potuisset ille dicere. primordia habent partes minimas & minutissimas: quæ sunt infinitæ: nego inquit Lucretius. quoniam si forma debet accedere parti: pars illa debet ordinem habere: quem nunq̃ habebit & consequenter neq formam nisi habebit augmentum. Tribus. Iunge cum inferioribus. vel corpora prima tribus aut quatuor partib9 sint prædita nihil ad nos. Auge. Exaggera & accumula numerum quantum velis. Nempe. Cum primum partes mouentur: mutatur ordo: quo mutato figurę partium consequẽter mutãtur. Vni9 corporis. Quę mistæ corpus vnum componunt. Summa atq ima locans. Collocans illas formas in superiori & inferiori parte compositi. Læuis. Sinistris. Omnimodo. Penitus: omnino. tunc si hoc feceris experieris q ordo dat formas non principia: a quibus si formæ descenderent essent propemodum infinitæ. Speciem. Conditionem. Totius corporis. Ex ordine vario varias figuras adepti. Quod superest. Si deinceps iterum figuras huius corporis mutare decreueris: opus est partes alias addere: & superaddere: ordine mutato formæ subsequenter mutabuntur. Addendum erit. Opus erit vt addas. Inde sequetur. Deinde sequetur perseuerare hanc mutationem ratione pari. Vt postulet ordo. Vt exposcet ordo mutari. Etiam. Quoniam illæ mutantur ordine mutato. Augmen. Augmentum.

M. nõ abijcitur.

Acerbum. Acerbare.

Mãsuescere. Mansues. Mãsuetarij Exẽplum muris.

Ater. Viri pro veneni.

Virus in Plinio.

Subsequitur. Vt accessorium. Ne quædam cogas esse. Ne cogaris dicere esse. Immani. Vasta: immodica. Maximitate. In-
Maximitas crẽmento, augmento. Supra qđ iam docui. Q đ mox in superioribus osten . Probari. Experimento percipi. Nõ posse. In antiquis codicibus scriptum est. nõ esse. hoc est dari probationem. loquendi modus per q̃ familiaris eruditis. Iam tibi. Finitas esse primordiorum formas probat ab exemplo: quippe cum veniatur ad quandam summam: quã excedere non licet. Videmus vestes eleganter variegatas vinci a melioribus sed si illa sunt optima nũq̃ superantur: q; illos statos decretosq; fines transire non datur. Barbaricæ. Vt sunt Babyloniæ gratissima varietate pictæ: de quib9 Martialis. Ba-
Babylõica. bylonica picta superbe Texta semiramia q̃ variantur acu. vt sunt attalica: de quibus Ho-
Attalica. ratius intellexit ita prodens. Attalicis conditionibus. Nunq̃ dimoueas vt trabe cypria Myrtoum pauidus nauta secet mare. Succinit Propertius. Nec sit in attalico mors mea
Meliboea. nixa thoro. Meliboea. Vestimenta delicatiora purpurea: ita nũcupata ab vrbe magnesię litorali: vel thessalię: propter inferiora poetæ verba. vel intelligi purpuram laconicam a vico hui9 nominis ibidem: quã purpuram Plautus innuit cum ait fœminas nomẽ abstulisse cani. hanc designat Ouidius. Confer amyclæa medicatum vellus aheno Muricę cum tyrio: turpius illud erit. cum Plinius tradat Europæ in Laconica purpureum colorem esse pretiosum. Meliboeã ciuitatem Suidas non tacuit. Super hac Purpura Maro. Purpura mæandro duplici meliboea cucurrit. Hæc arte plumaria limbis recurrentibus variegata speciem regerebat elegantiorem. de meliboea ciuitate thessalię fit a Strabone & Stephano mentio ethnicon μελιβοεὺς vt Teopompus. Thessalico. Quia a Thessalis infectorib9 tincta sic coloraretur: quippe cum meliboea sit Thessalię ciuitas. Si placet per meliboeam laconicam intelligere colorẽ thessalicum, refer ad conchas. possunt enim baphia, hoc est infecturę loca a colore esse diuersa. Exempli gratia. Venetijs sunt infectores coccinei coloris: cum tamen coccum nascatur in bethica: vlteriori videlicet Hispania. Miror Plinium de genere thessalicæ purpuræ & thessalicis officinis tacuisse: cũ in nostro mari solitas reperiri purpuras tradat: crebri9 circa bosporum thracium & in Acarnania: & auctore Iuba in arabia. Meliores circa actium: sed & hi parui: & i mauritaniæ maritimis. in Britãnia paruas atq; decolores nasci certum est vniones. propterea quidam thalassico legũt extrita altera cõsonante: parum q; animaduersa prioris syllabæ mensura: qđ non satis probo: ad posteritatem prouoco. Thalassicum maritimum appellamus: qua voce, græca licet, Plautus non abstinuit.

Concharum. Conchæ purpuræ: ex cuius sanguine lana pretiosissima tingebatur: quæ
Conchilis. conchilis ob hanc causam & conchiliata vo-
Cõchiliata. cabatur. Rident. Refulgent alię quædam vestes barbaricæ vt sandycinæ: & grato ful-

Subsequitur. Quare nõ est vt credere possis
Esse infinitis distantia semina formis.
Ne quædam cogas immani maximitate
Esse: supra qđ iam docui non posse probari.
Iam tibi barbaricę vestes: melibœaq; fulgens
Purpura thessalico concharũ tecta colore:
Aurea pauonum rident imbuta lepore.
Sed noua si rerum superata colore iacerent:
Et contẽptus odor smyrnæ: mellisq; sapores:
Et cygnea mele: phœbeaq; dędala chordis
Carmina consimili ratione oppressa silerent.
Nam ꝑ aliis aliud præstantius exoreretur.
Cedere item retro possent in deteriores
Omnia sic parteis: vt diximus in meliores.
Namq; aliis aliud retro quoq; tetrius esset
Naribus: auribus: atq; oculis: orisq; sapori.
Quę quoniam non sunt in reb9 reddita: certa
Finis vtrinq; tenet summam: fateare necessest
Materiem quoq; finitis differre figuris.
Deniq; ab ignib9 ad gelidas hyemisq; pruinas
Finitust: retroq; pari ratione remensust.
Omnis em̃ calor: ac frigidus: mediiq; tepores
Inter vtrumq; iacẽt explentes ordine summã.
Ergo finita distant ratione creata:
Ancipiti quoniam mucrone vtrinq; notãtur:
Hinc flãmis: illinc rigidis infensa pruinis.
Qđ quoniã docui: pgã connectere rem: quæ
Ex hoc apta fidem ducat primordia rerum.
Inter se simili quę sunt perfecta figura
Infinita cluere. etenim distantia cum sit
Formarum finita: necessest: quę similes sint:
Esse infinitas: aut summam materiai
Finitam constare: id quod non esse probaui.
Qđ quoniã docui: nũc suauiloquis ego paucis
Versibus ostendam corpuscula materiai
Ex infinito summam rerum vsq; tenere:
Vndiq; protelo plagarum continuato.

gore blandiuntur oculis. Ridere quis sit peculiaris dos hominis tamen ad inanima transfertur. obiter discas velim Platonem libro tertio de republica non probare in risum nimium profusos. Nam effusum risum vehemens mutatio sequitur. Pauonum lepore. Gratia illa multiplicis coloris pauonum & stellati. Imbuta. Leuiter tincta. Sed noua. Si per nouum & aduentitium colorem meliorem vestes istę superarentur: aliqd coloris praestantioris orin necesse foret: qd est impossibile: quippe coloribus istis summum apicem & culmē occupantibus. noua rerum pro rebus nouis & magnis, hoc est rarissimae istae purpurae: vel noua insueta talia non videri & consequenter singularia. Iacerent. Contemnerentur vt cedentia colori potiori. emendatissimi codices habent: saeduloque rerum. Et contemptus. Cederet in contemptum. sensus. si color iste, qui in summo gradu situs est, superari posset: nihil esset summum: vt pote cum aliquid illo maius dari contingeret: sequereturq; aliquem odorem esse odoratiorem myrrha: & aliquem saporem melle reperiri dulciorē. Smyrnae. Quidam smyrrhae legunt pro myrrhae. Consueuerunt enim prisci s praeponere: qua ductus ratione Plinius stubos appellauit, quos tubos dicimus. Antiquos stlocum seu stlatum stlitesq; dixisse testis est Quintilianus: quae promiscuis marmorum inscriptionibus quotidie comprobantur. Stlitibus iudicandis pro litibus. Pompeius. Stlata genus nauigij latum magis q̃ altum & a latitudine sic appellatum: sed ea cōsuetudine qua stlocum pro locum & stlitem pro litem dicebant: & stritauum pro tritauo: & scoenas pro coenas. Priscian⁹ i Dionysium de situ orbis q̃uis multum mendoso codice. Namq; thymo smyrnaq; viget cum thuris odore. Myrrha est odoratissima. quare a Fulgentio dicitur. Et redolentibus lachrymosa guttulis flet⁹ suaues scissuris hyantibus iaculatur. Plautus odoratissimam iudicauit sic in Curculione scribēs. Odor prae tuo nautea est tu mihi stacte: tu cinnamomum. Vbi obiter scito nauteam in Plauto legi posse pro aqua foetida ex sentia: aut aqua vel herba coriariorum olenticeta. Stacte est myrrha stillatitia: quae rhagadibus scarificata cutem, humorem pretiosissimum stillat. haec stacte vocatur a verbo στάζω qd significat defluo στακτὸς liquid⁹. De stacte Columella libro vndecimo. Sed melior stactis ponatur achaia myrrha. Cornelius celsus. Recte etiam miscentur myrrhae: quā stacten cognominant: etsi vngenta omnia stillatitia & liquida stactia his in Pluto vocat Aristophanes. ὑπεμύρισε μύροισι στακτοῖς. Sunt tamen qui smyrnam pro myrrha dici, & quidem recte volunt. Tu videris. Apud Galenum quoq; smyrna pro myrrha legitur. Martianus digestis de publicanis hac vtitur dictione q̃uis memēdato codice. Christo, inquit Chrysostomus, obtulerunt aurum, thus, myrrhā in oblatis muneribus. Christum & deum & regem & hominem confitentur. Nam in auro regni potestas: in thure dei honor: in myrrha corporis sepultura monstratur: & idcirco aurum vt regi, thus vt deo, myrrham vt homini obtulerunt. Mellis. Q̄d in dulcedine primas obtinet. Cycnea mele. Carmina & modulationes: quas moriens cygnus canit: cum longa canoros Dat per colla modos. Dicimus enim ὁ μέλος: pluraliter τὰ μέλεα καὶ μέλη. Phoebaea. Melica qualia phoebus canit qui Ioui gigantum domitori dulci gutture applausit. Tibullus. Qualem te memorant saturno rege fugato Victori laudes concinuisse Ioui. Daedala. Varia. δαιδάλλειν variare significat. vnde multiscius artifex daedalus appellat⁹. Daedala hinc terra: & a Calpurnio apis daedala. Consimili. Pariter. Oppressa. Offuscata ab alterius excellentiori virtute. Aliud. Nouum & aduentitium bonum. Cedere. Et hoc concesso q̄ praestantius semper aliquid exoriri potest: optima cederēt in deterrima, & pessima in optima. Cedere retro. Retrocedere, recidere, relabi. Sic. Pari argumento.

In meliores. Fit enim boni ac mali quędam vicissitudo. Namq;. Sensus. sicuti sunt partes quę fiunt ex melioribus optimae: perinde ex deterioribus deterrimae fierent. Retro esset. Succederet in futurum. Tetrius. Asperius, violentius, aspernabilius. Naribus. Exorirentur deterrima quae sensus offenderent violentiori noxa q̃ consueuerint. Quae quoniam. Sed quoniam nihil datur naturalē ac proprium limitem excedens: fateri necesse est materiem, hoc est prima corpora certas ac statas figuras habere. Reddita. Quoniam non comparent. Certa. Quae transiri non potest. Finis. Meta quā non licet excedere. Vtrinq;. Et a materie & a figuris. Summam. Fastigium, abaton, inaccessile. Finitust. Finitum est. ait Lucretius elementum ignis & aquae esse corpora finita. Pruinas. Descriptio aquę. quidam rentur poetam intelligere cuncta esse finita quaecunq; mensurantur aestate & hyeme, hoc est quęcunq; sub tempore vegetantur. Remensum est. Mensura pari diuisum & mensuratum. Omnis enim. Ostendit a tempore cuncta finiri: qd est mensura motus & quietis: qd tempus efficit quatuor anni partes: quibus omnia terminantur. Aristoteles libro quarto physicorum in hanc sententiam. Mutatio autem omnis natura est dimotiua: atq; in tempore omnia fiunt & corrumpuntur. Quapropter sunt qui sapientissimum ipsum esse dicebant. At Pythagoricus Paro rudissimum esse dixit. quia in ipso etiam obliuiscuntur: rectius dicens. Patet igitur corruptiōis magis esse per se causam tempus q̃ generationis. Calor. Aestas. Frigus. Hyems. Medij tepores. Ver & autumnus. Vtrumq;. Duas anni partes. Explentes. Finientes. Ergo. Concludit creata cuncta finita ratione distare. Ancipiti mucrone. Mucrone a trinsecus infixo, hoc est tempore vtrinq; claudente quadam veluti meta locum illum. Notantur. Praesignantur: vt sint quaedam notae & signa ne liceret vlterius euagari. Antea spectacula vt quidam adstruunt inter enses & fulmina locis virentibus agebant: & in medio munera ponebant. da circo lege nostra in Plautum commentaria. Circi Romę tres fuerunt. Circus maximus, Circus Flamminius, & Circus Neronis in vaticano. Hinc flammis. Propter aestatem. Illinc. Propter hyemen. Infensa. Alibi codicum legitur obsessa pro circumposita & circūuallata. Q̄d quoniam. His visis superest elicere principia licet paribus sint praedita formis tamen esse infinita. Cōnectere. Subiungere. Apta. Apte deducta: vel acta. i. elicita. Perfecta. Finita & absoluta. Cluere. Existere, apparere. Sensus: necesse est principia rerum esse infinita: sed formas finitas. hoc hemistichion superiori connectendum carmini. Distantia. Differentia. Id qd non esse. Quā summā materiae docui infinitā. Suauiloquis. Quos primam suaui verborū blādimento & gratia. Suauiloquentia lepiditas in loquēdo dicitur. Age. Age dū. hortātis est. Materiai. principiorum. Ex infinito. Vi infinita. Summā rerū. Ordinem vniuersi. Vsq; tenere. Perpetim possidere. Vndiq;. Ex quadam vniuersitate. Protelo. Continuo motu & certatione. Protelare significat longe propellere. Iurisperiti & Fulgentius hanc dictionem vsurpant. Protelum tenor pugnandi deriuatur ab hoc verbo protelare. Apuleius libro. viij. At nos inquit non vestrorum spoliorum cupidine latrocinamur: sed hanc ipsam cladem de vestris

Cachinōes improbant.
Smyrna p myrrha.
Stubi.
Stlites.
Stlata.
Stlocus.
Stritauus.
Scoena.
Nautea.
Stacte.
Stactis.
Cur Christo oblata myrrha.
Mele.
Daedala.
Remēsum
Finia a tpe
Tēp⁹ sapiētissimū & rudissimū.
Tēp⁹ causa generatiōis
Circi.
Cluere.
Suauiloquus.
Suauiloquentia.
Protelum
Protelare.

ꝓtelam⁹ manibus. vbi significat propellere. Terētius in phormione. Ne te iratus suis dictis protelet. interpretatur Donatus protelet: ꝓtrahat, ꝓueniat, exagitet. Pompeius. Protelare est longe propellere ex grȩco vide licet τηλόθι qđ significat longe. alij a telorum tactu dici autumant. Significat aliquando ꝓducere vt in sacris literis protelētur dies vestri. Hierony. Victoris exercitus protelauit. Lege Marcellū & cōmētarios in Fulgētiū: quos Beroaldus noster conuertit esca cum puluisculo. Telū etiā qđ nocere potest appellat: proinde Caius scribit dig. de furtis: furem interdiu deprehensum nō aliter occidere lex. xij. tabularū ꝑmisit q̄ si telo se defendat. Teli autē appellatiōe & fustis & ferrū & lapis, & denicꝫ omne, qđ nocendi causa habetur significatur.

Telum.

¶ Nā q rara vides. Rñdet tacitȩ obiectioni. posset nec immerito dicere quispiā formas ac figuras non esse finitas: qppe cum in animantibus elephanti repeiantur vastissimae molis q̄ videt excedere mēsurā animalē. Respōdet Lucretius elephantos qdē eē corpea mole sarcinolos: nō supeuadere tñ mēsurā elephātinā: q̄ eis vt homini & cūctis est a natura ꝓfixa. Magis rara. Singularis magnitudinis ac inusitatae staturae. Foecūdā. Vberē & ad id corpus augendū ꝓdigam. Terrisq remotis. Vt in India & Africa. Licet eē. Verisimile est vt sint. In eo. Illud augmentum ꝑticipantia. Numerūq repleri. Ex illa statu rosa animantia multiplicāt numerosecꝫ sobolescunt. Sicuti quadrupedū. Vt appet in quadrupedib⁹. Anguiman⁹ elephātos. Elegās elephātis epithetō: q vocat anguiman⁹ a flectēda cōtorquēdacꝫ manu, hoc ē priori rostro: qđ nostri manū vocant: graeci ꝓbosci da: qm̄ ea vtit̄ i pascēdo: sed qm̄ illa ꝓmuscis et manus vicē submīnistrat ē in causa vt manus appellet̄. hāc flectit, reflectit, illubricat, cōplicat vt corp⁹ ꝓpriū angues: ppterea elephāti vocantur anguimanus. Indi. Sūt enī pręstātiores indi elephāti: & ab afris timent̄: qui vocāt nothi. In hāc sententiā ita scribit libro de opificio Lactātius. Iā enī manus amissa dignitate, quā nūc habet: mobilitate nimia ꝑ muscidis similis mirabiliter videretur: essetq; hō plane anguimanus: qđ genus in illa immanissima bellua mirabiliter effectū ē. Quorū milib⁹. Scribe quorū molib⁹, hoc est ossiū magnitudinib⁹. Ex ossib⁹ elephātorū indi se ras sibi parant ostiarias: & se circumuallant. Plinius elephantorū magnitudinē spectans illorū corpora moles appellat. Sed Lucretia no sensui nimia cōgruūt hęc Pliniana verba ex octauo naturalis historię. Magnitudo dētiū videt̄ qdē in tēplis ꝑcipua. Sed tamen in extremis africae: qua confinis aethiopiae est: postiū vicē i domicilijs ꝑbere: sepesq; i his & pecorū stabulis palos elephātorū dentib⁹ fieri Polybius tradit auctore Galusa regulo.

Angui manus elephanti.

Manus. Proboscis

Nothi elephanti.

Vis. Robur resistere cōmodum. Quarū. Quibus fera similiū. Sed tñ. Per molem & magnitudinē elephāti materiam probat infinitā: quoniam nisi hoc esset non possent excrescere quaedam ferę ad tantam molem.

Esto. Sit: licet cōcedā belluas vastissimas reperiri. Quālibet. Cōcedā q̄tum volueris. Vnica res. Vnū corp⁹ q̄libet immane ac sarcinosum. Natiuo. Qđ corpus sit naturale non fictitium. Cui. Moli & magnitudini cuius. Infinita. Probat ex hac vasta mole vim materię infinitā existere. Vis. Copia. Ea. Fera. Cōcepta. Hoc enī creatiōis est consequēs. Nō poterit. Si pricipia finita dicātur. Qđ supest. Qđ creationē subsequit̄. prio q̄a creat̄: post cōcipit̄: demū crescit: mox ali-

Nā q rara vides magis esse animalia quędā:
Foecundācꝫ magis naturam cernis in illis:
At regione: locoq; alio: terrisq; remotis
Multa licet genera eē i eo: numerūq; repleri:
Sicuti quadripedum: cū primis esse videmus
In genere anguiman⁹ elephātos: India quorū
Milibus e multis vallo munitur eburno:
Vt penitus nequeat penetrari: tanta ferarum
Vis est: quarū nos perpauca exēpla videm⁹.
Sed tamē id quoq; vti concedā q̄libet esto
Vnica res quaedā natiuo corpore sola:
Cui similis toto terrarum non sit in orbe:
Infinita tamen nisi erit vis materiai:
Vnde ea progigni possit concepta: creari
Nō poterit: neq; qđ supest procrescere: aliq.
Quippe etenim sumant oculi finita ꝑ omne
Corpora iactari vnius genitalia rei:
Vñ: vbi: qua vi: & quo pacto cōgressa coibūt
Materię tanto in pelago: turbaq; aliena:
Nō (vt opinor) habent rationē conciliandi:
Sed quasi naufragiis magnis: vētisq; coortis
Disiectare solet magnū mare: trāstra: carias:
Antēnas: proram: malos: tonsasq; natanteis:
Per terrarum omneis oras fluitantia aplustra
Vt videantur: & indicium mortalibus edant
Infidi maris insidias: vireisq; dolumq;
Vt vitare velint: neue vllo tempore credant
Subdola cum ridet placidi pellacia ponti:
Sic tibi si finita semel primordia quaedam
Constitues: ęuum debebunt sparsa per omne
Disiectare ęstus diuersi materiai:
Nunq̄ in concilium vt possint cōpulsa coire:
Nec remorari i cōcilio: nec crescere adaucta:

Quorũ vtrũq; palam fieri manifesta docet res
Et res progigni & genitas procrescere posse.
Esse igit' genere in quouis primordia rerum
Infinita palast: vnde omnia suppeditantur:
Nec superare queunt motus: vtiq; exitialeis
Perpetuo: neq; in ęthernum sepelire salutem.

tur. Quippe. Confirmat qđ dixerat. profecto inquit principia sunt infinita: qđ probat hoc exemplo. Ponamus corpora disijci per orbem terrarum quaquauersum: si eẽnt finita nunq̃ coirent: sed para in europa maneret para in africa aut libya: nũc vero cum sint infinita diuersarum conditionum corpora: coeunt vi materiæ p omnia meantia. Sumãt. Præsupponãt se videre corpora gẽitalia passim esse disiecta. Finita. Et reputẽt oculi genitalia corpora esse finita. Iactari. Proijci & proflari. Vnius genitalia rei. Quæ sunt apta rem & corpus vnum generare. Vnde. Quo medio & molli flexu. Vbi. In quo loco cum sint passim disiecta. Qua vi. Qua virtute vel potentia. Congressa Hærentia spatio tam longinquo. Coibunt. Conuenient, congregabuntur. Tanto in pelago. In tanta magnitudine ac infinita vastitate. Turba. Confusione vel multitudine infinitæ materiæ. Aliena. Separata atq; disiecta: vel ex repugnantibus viribus compacta. Non vt opinor. Vt sentio nunq̃ coire aut conciliari poterunt sed nauis exemplo disiectæ in sua membra nunq̃ redibunt. Habent rationẽ conciliãdi. Non est verisimile vt congregentur & coeant. Sed quasi. Sed datis principijs finitis per loca inaccessa proflarẽt prout via maritima nauẽ exagitat. Coortis. Incidentibus & surgentibus. Disiectare. In diuersas partes iacere, disturbare, diuexare, disijcere. Maro. Disiectaq; ratea. Transtra. Sedilia nautarũ a transitu nũcupata. q̃m itur & reditur illic medio interiacente spatio. Proram. A qua parte nauis priore a Plauto cõquisite proreta dicitur q illam administrat. vnde manauit illa catholica sententia in decretis canonicis causa septima. Perniciosum est proretã nauium deserere. Tonsas. Palmulas: mẽbra remorũ explicatiora & patẽtiora: quas aliqui palmulas appellãt. Tonsæ dicuntur a tundendis fluctibus. Maro. Lento luctantur marmore tonsæ. Tonsilla palus dolatus in cuspide p̃ferratus: q nauis religãdę causa in litore figit. Tõsilla quoq; faucium tumor est vua occupãs. Oras. Litorales regiões. Flutãtia. Labãtia, discursãtia. hoc epithetõ mutuat' Cicero in Aratũ inqt. Naulb' absũptis flutãtia q̃rere aplustra. Aplustra. Partes sũmæ velorũ: quę quãdoq; vocant' aplustria. Cicero. Lucẽt argoę stellis aplustria puppia. Lucan' vtit̃ p̃ter cæteros hac voce. Si Pompeiũ sequimur erit amplustre scribendum sed a poeta dem'f. m. sic etia sua: sicuti a Sereno Sabucus prima correpta ponit̃. Verba Põpei sunt hęc. Amplustria nauiũ ornamenta: q̃ q a erant amplius q̃ essent vsui necessaria, etiã amplustria dicebant̃. qb' verbia facile minuti grammatici refellunt̃: q amplustre nõ ab ampli' vt Põpeius: sed ab a, particła priuatiua deflectũt & πλέω nauigo: q; sine illis tuto nõ nauigetur. Indicium. Illas esse tabulas disiectæ & naufragium passæ nauis. Edant. Faciant. Infidi. Perdoneum maris epitheton: ridet aliquando & sternitur vt homines inretiat & opprimat. Senex ille Plautinus salsipotentem Neptumnum merito detestatur. Vires. Violentiam & robur indomitum. Subdola. Quæ tranquillitatem præsefert diuturnã cum tñ repente mutetur. Rident. Corrige ridet. Pellacia. Elegantissimum verbũ imitatione græcorũ excogitatum. Est.n. pellacia trãquillitas maris dolosa: quæ nautis blãdiri videtur vt intrent mare: cum subito vertatur in tẽpestatẽ et fluct' etiã decumanos: a pelliciendo hoc est blande mutando nautas vt nauigẽt iam strato mari pellacia vocatur: græci μαλακίαν dictitant quasi mollitatem latine dixeris. Est μαλακία mollitas grauidarum. Quæ peripateticorum pricepa scribit libro q̃stionũ orbiculariũ decimo sexto Lucretianę sniequadrant. Inqt eni. Cur iterdũ nauigia dum cursum agunt in mari placido repente absorbentur: totaq; ita pereunt vt ne naufragium quidem fluitans vnq̃ videatur? An cum locus cauernosus terræ subditæ mari disrumpitur: simul in mari nauigia disrũpũtur: introrsumq; spiritus impetu trahuntur. Cumq; impulsu pari vndiq; agitẽtur deorsum ferãtur necesse est. hoc idem apud Messanam quoq; in freto fluctu reciproco euenit. Fiũt.n. eo ipso vertigines: quæ in imũ absorbent: tum ob eã quã diximus causam: tũ etiã q; mare illud p̃altũ est: terraq; ad longinquũ vsq; subhiat cauernosa. Vertigines igitur eousq; p vim ductitant: itaq; efficitur vt inibi fragmenta nulla valeant flutare. Fluctus aũt ille fieri solet cum flatu desistente priore, mari item fluente flatus aduersus primo occurrit: maximeq; cum hausterẽ. Cum eñi vndę inuicem cursitant ictu prætereunt mutuo: quo scilicet modo in fluminibus fieri nouimus: atq; ita nunc in gyrum vertitur: quod vertigo vocatum est: & fertur circũactio desuper: eduratq; longius quoties initio valido instituta est. Igitur cum vndas vergere in latus non liceat (impulsu nãq; retinentur alterno) cõpelli prorsus in imum necesse est. Quamobrem id quoq; deferri eodem vna cogitur qđ vertigo prehenderit: eadẽq; causa est cur etiam nauigia resimentur cum deuorãtur a vertigine. Iam eñi aliquot erecta ex toto descendisse memoriæ proditum est. Hanc malaciã prisci flustra dixerunt cũ in mari fluct' nõ mouetur: quã græci μαλακίαν.i. langorem vocant. auctor Pompeius. Scribit enim Magnus Albertus libro nono de animalibus prægnantes post retentionem menstruorum desyderare semper res diuersas: qđ desyderiũ quidam antiquorum grecorum chinkeon appellauerunt. Scribendũ periculo meo in' Alberto κίτταν: quæ vox picare significat. picæ namq; dicũtur hoc stomachi langore laborare: vel terram appetere: aut ab alarum discolon varietate nomen inditum grauidis. Sic tibi. Idem eueniet in principijs qđ in nauis situ illa finita cõstituas. Debebunt sparsa. Verisimile est vt spargi debeant. Aestus diuersi. Magnæ & multiplices reciprocationes dicunt̃ quando. s mare crescit & decrescit auctore Plauto in Asinaria. Latini quoq; vocãt æstuaria: græci rheumata. In concilium. In vnũ corpus. Coire. Cogi, congregari Remorari in concilio. Sistere & pausam trahere in coitu. Adaucta. Cũ ad certã crescendi metãa doleuissent. Quorum vtrũq;. Et principia remorari & crescere siue augeri. Docet res. Ostendit exẽplũ manifestarium qđ præ oculis habem'.

Progigni. Porro & successiue gigni. Procrescere. Vlterius crescere. Genere in quouis. In quacunq; specie aut auium aut hominum sumas. Palast. Palã est & manifestariũ. Vnde. A quibus primordija. Suppeditãt. Suggerunt̃ oĩa augmenta materię. Superare motus. Non possunt motus & vicissitudines materię superfluere: q a mot' quos ęst' supi' appellauit, illã de specie traducunt ad speciẽ: de mẽsura pua ad magnã, & aliqñ

Disiectare.
Proreta.
Tonsæ.
Palmulæ.
Tonsilla.
Aplustra.
Sabucus.
Salsipotẽs
Pellacia.
Malacia.
Vertigo.
Flustra.
Picare.
Albertus emendatus
Aestus.
Aestuaria.
Rheumata

maximã: verũ necessario habent statos limites ac mẽsuras. Exitiales. Qui tollerẽt & absumerent oĩa: darẽtq; formis infinitatẽ. Vel sic interpretare. motꝰ semp mouẽt materiẽ: q si starent essent exitiales. Oĩa enim torpẽtibꝰ qescẽtibus ve principijs obirẽt. Sed aliqñ mouẽt: aliqñ qescũt principia. vnde pace & bello qđã afferũt oĩa cõstare. Sepelire salutẽ. Obruere creationẽ. motu cũ in prõptu est cũcta florẽt: eodẽ cessante deflorescũt. non tñ ęthernus est hic motus. qm̃ orta occidũt: aucta senescũt. Pariliter eñ cessat. vnde rebus paratur interitus.

Nec porro rerũ genitales auctificiq;
Motus perpetuo possunt seruare creata.
Sic ęquo geritur certamine principiorum
Ex infinito contractum tempore bellum.
Nunc hic nunc illic superãt vitalia rerum:
Et superant vrnę: miscetur funere vagor:
Quem pueri tollunt viſenteis luminis oras.
Nec vox vlla diẽ: neq; noctẽ aurora secutast:
Quæ nõ audierit mistos vagitibus ęgris
Ploratus: mortis comites & funeris atri.
Illud in his obsignatum quoq; rebus habere
Cõuenit: & memori mandatum mẽte tenere:
Nil esse in prõptu quorum natura videtur:
Qđ genere ex vno consistat principiorum:
Nec quicq̃ quod non pmisto semine constet.
Et quo quisq; magis vis multas possidet in se:
Atq; potestates: ita plurima principiorum
In sese genera: ac varias docet esse figuras.
Principio tellus habet in se corpora prima:
Vnde mare immẽsum voluẽtes flumĩa fõtes
Assidue renouent: habet ignes vnde oriãtur.
Nam multis succensa locis ardent sola terræ.
Eximius vero furit ignibus impetus ætnę.
Tum porro nitidas fruges arbustaq; lęta
Gẽtibꝰ humanis habet vnde extollere possit.
Vnde etiam fluuios: frondes: & pabula læta
Montiuago generi possit præbere ferarum.
Quare magna deum mater: materq; ferarũ:
Et nostri genitrix hæc dicta est corporis vna.
Hanc veteres graium docti cecinere poetæ
Sedibus in curru biiugos agitare leones
Aeris in spatio magnam pendere docentes
Tellurem: neq; posse in terra sistere: terram.

¶ Rerũ genitales. Res multas generantes. Auctifici. Augentes & creãtes res eductas ex ĩfinita materia. Auctificos faciẽtes auctũ interp̃tare. Sic ęquo. Assidua vicissitudine motꝰ & qetis, augmẽta decremẽtaq; cuncta sortiunť. Bellũ. diuersa mutatio & in cõtrariũ vergẽs. Hic nũc illic. Mõ in hoc, mõ in illo genere p cũcta bacchatus interitus. Vitalia rerũ. Viuacitates & vidẽdi corpora. vel res vitales: q̃ a motu principiorũ vitã sortiũť. Superant vrnæ. Sẽsus. pricipia cũ plagas æthernas patiãť & vices: cõtrahũt in rebus ppetuã successionẽ vt qdã viuant, qdã moriať. Vrnæ. Cadauera: quorũ cõbustorũ cinis in vrnas cõijciť & cados. Quidã legũt. Et superãť itẽ: vt sit sẽsus vitã rebꝰ aliqñ supesse: aliqñ minime. Sic vitalis vis mõ rebus additť, mõ adimiť: cũ addiť dr supare: cũ adimiť supari. Supare in hoc loco significat uicere: & pstat in metaphora certaminis & belli. Terẽtius in eunucho. Supat ipsã thaidẽ. hoc est vincit. Vir. i bucco. ludicro. Quid si idẽ certet phoebũ supare canẽdo. Supare est abũdare, viuere, supesse. Maro. Captę supauimus vrbi. aliqñ significat ascẽdere. Virg. in gęor. Supant mõtes & flumina tranãt. Misceť funere vagor. Ortꝰ & occasus, mortis & vitæ, fit in hoc tãta miscellanea cõfusio. oriunť qdã: qdã occidũt: vel cũ morte quotidie nascentũ lachrymę misceně: lugẽt nascẽtes: lugẽť occidẽtes. Ita p horas fit iugis nascentũ morientũq; vicissitudo. Vagorẽ priscos sequutꝰ vagitũ dicit. Quẽ. Vagitum. Homo enim a lachrymis vitã auspicať. Audi Pliniũ libro septio graphice in hãc sententiã disserẽtem. Hoiem tantum nudũ & in nuda humo natali die abijcit ad vagitus statim & ploratũ: nullũq; tot aialiũ aliť ad lachrymas: & ad has ptinus vitę principio. At Hercule risus pcox illi & celerrimꝰ añ quadragesimũ diem nulli datur. Visentes lumis oras. Regiões vitę subito pspicientes ortu. Aurora. Descriptio diei. hoc est nulla nox aut dies illucet quin audiamus q̃relã mortis in homines indefesse seuientis. Ploratus. Mortis eiulatꝰ assecla. Funeris atri. Quæ lachrymæ cadauera consueuerunt comitari. Atrum funus dicitur a nigro funereæ põpæ apparatu. Illud in his. Præterea scire debes nihil extare qđ sit ex vno principiorum genere cõpositum: immo de multis participat. Obsignatum. Sigillo memoriæ impressum ne effluat. In promptu: In facili & apparenti. Quorum natura videtur. Cuius ortꝰ sit ante oculos. Q đ. Creatum. Genere ex vno. Ex vna specie materię. Nec qdq̃. Ex scito nihil eẽ. Permisto semie. Ex diuersorũ principiorum compositione. Et quo qsq;. q̃to magis vna res plures habet in se partes: & dotes excellentes: tanto magis hoc docet in eo esse plura principiorum genera. In codicibus antiquis scriptum est quod: vt sit ad magis generalis seruiens dictio. Vis multas. Vires & robora. Noue vis pro vires posuit. Inflectiť vis, vim. recto casu multitudinis vis: quarto vis.

Sallustius. Male iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Potestates. Officia, robora, fulturas, munimina. Varias figuras. Docet id insignitum formis multiplicibus ac varijs. Principio. Docet ab exemplo quo corpore sunt maiora eo esse principiorum magis capacia. hoc indicat terrestre corpus: qđ plurimo seminarium corporum vigore completur. Voluentes. voluendo & in id passim ingerendo lambendo facientes. Fontes. Subintelligitur copulatiua. Renouent. Influendo repleant atqꝫ reficiant. Habet. Terra: subintellige fomites: ex quibus prorumpant ignes. Sola. Planicies. Eximijs a iam. Cauernæ fistulosi montis ætnei spirant ignes illic ceu quodam in seminario delitescentes. Aetnei incendij causa refertur a Seneca in naturalibus quęstionibus: hisqꝫ versib⁹ Claudiani positis libro de raptu Proserpinæ primo. Quæ scopulos tormenta rotent: quæ tanta cauernas Vis glomeret,: quo fonte ruat vulcanius ignis. Siue ꝙ obicibus discurrens ventus apertis Offenso per saxa furit rimosa meatu. Dum scrutatur iter: libertatem ꝙ reposcens Putrida multiuagis populatur flatibus antra. Seu mare sulphurei ductum per viscera montis Oppressis ignescit aquis & pondera librat. Tum porro. Præterea habet terra ex multiplici vi, sua vnde sibi vires & alimenta suggerantur ad fruges, ad arbores, frondes, & pabula mortalibus vsibus suggerenda. Læta. Amœne virentia. Gentibus humanis. Ad vsum conditionis humanæ cuius ergo natura cuncta creauit. Habet. Seminaria. Vnde. Ex quibus. Extollere. Surgere & subministrare. Fluuios. In priscis exẽplaribus legitur fluidas frondes hoc est, deciduas, defluas, & labiles. Montiuago. Montano: per montes vaganti. Silius vtitur hac appellatione cum de castellanis Alpinis exercitum Annibalis incursantibus loqueretur. Clausum montiuagis infestat cursibus hostem. docuit quantum corpus vnum plus virium & potestatum habet in se, tanto plus habere materiæ: qđ cũ plures potestates habeat, habet plus materiæ. Ferarum. Rupes enim & crepidines inambulant feræ. Magna deum mater. Terra ob multiplices effectus deorum mater appellatur: vocataqꝫ est Cybele: causam nominis a Fulgentio repete. Audi Plynium in hanc sententiam matri terræ plaudentem. Sequitur terra: cui vni rerum naturæ partium eximia propter merita cognomen indidimus maternæ venerationis. Sic hominum illa vt cœlum dei: quæ nos nascentes excipit: natos alit: semelqꝫ editos sustinet semper: nouissime complexa gremio, iam a reliqua natura abdicatos, tum maxime vt mater operiens, nullo magis sacramento q̃ quo nos sacros facit, etiam monimenta ac titulos gerens nomenqꝫ prorogans nostrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui: cuius numen vltimum iam nullis imprecamur irati graue: tanq̃ nesciamus hanc esse solam q̃ nunq̃ irascatur homini. Potest animus ingenuus atqꝫ curiosus subdubitare quid Plynius intelligat his verbis: nullo magis sacramento q̃ quo nos sacros facit: vbi intelligendum mortuos & sitos sacros haberi: cui opinioni Plutarchum in Numa scribentem habes: qui mortuos sacros appellat: quorum sacra sunt sepulcra: nec licet illa mouere. propterea prouerbialiter a græcis dicitur, ακινητα κινεῖν. hoc est immobilia mouere. per superlationem: ꝙ mouere non oportet aras, neqꝫ sepulcra, neqꝫ heroas. Nostri corporis. Ouidius. Magna parens terra est: lapides in corpore terræ Ossa reor dici. Mortales cum primum nascuntur trahunt aliquid a quocunqꝫ elemento & errone: ab igne sanguinem: ab aqua humorem: ab aere spiritum: a terra grauitatẽ: soliditatem corporis & ossium. immo a quocunqꝫ planeta nedum ab elementis aliquid peculiare trahimus. qđ Empedocleum siue vt nonnulli Pythagoricum epigramma græcis antilogijs insertum ostendit. Id nos sic latinitate donauimus.

Terræ laus.
Mortui sacri.
Nod⁹ Plynij solut⁹.
Sepulcra mouere non licet.
A quocũqꝫ Planeta aliquid haurim⁹.

Septem multiuago per olympia tecta rotatu Sidera mundus agit: hinc regula sumitur æui.
Nocte micans Phœbe: rigidus Saturnus: amicus Sol: Thalami dominæ iucundi cypridos ignes.
Mars audax: volucer Cillenius: vnicus auctor Iuppiter & generis: de quo natura refluxit.
Humanum hæc vrgent genus: intra viscera nostra est Iuppiter & Paphie: Saturnus: Luna: gradiuus:
Mercurius: Sol. sed quoniam nos diuidit aura Aetheria: hic trahitur conceptus: lachryma: sermo:
Et sopor & risus: bilisqꝫ & amabile votum. Lachryma Saturnus: generatio Iuppiter: ira est
Mars: somnus Phœbe: sermo tegeaticus ales: Sol risus: qđ homo cupiat Venus aurea cogit.
Hinc animi rident mortales: ridet olympus.

Suus cuiqꝫ erronum color est: Saturno candidus: Ioui clarus: Marti igneus: Lucifero candens: Vesperi refulgens: Mercurio radians: Lunæ blandus: Soli cum oritur ardẽs: postea radians. Grauum. Veteres græci poetæ finxerunt Cybelem sedere in curru leonibus tracto significare volentes terram in sublimi esse libratam: suaqꝫ ipsam vi aere remittente permanere suspensam & sublimem. Peculiaris in Ida Cybeles est habitatio: quapropter Claudianus ita cecinit.

Colores erronum.
Cybeles domus Ida.

Sic ait: & fuluis serpentibus attigit idam.
Hic sedes augusta deæ: templiqꝫ colendi
Relligiosa silex: densis quam pinus obumbrat
Frondibus: & nulla lucos agitante procella
Stridula corniferis modulantur, carmina ramis.
Terribiles intus thyasi: vesanaqꝫ mixto
Concentu delubra gemunt. vlulatibus Ide
Bacchatur. timidas inclinant gargara syluas.
Postq̃ visa Ceres mugitum tympana frenant:
Conticuere chori: corybas non impulit ensem:
Non buxus: non æra sonant: blandiqꝫ leones
Submisere iubas.

Diodorus arbitratur leones esse iugo Cybeleio subditos: quoniam ab his ipsa nutrita sit: vel ꝙ auctore Varrone nulla terra est ita remota: quæ coli subigiqꝫ non oporteat. Quidam autumant magnã matrẽ in aere librari: quo significatur anima humana: quæ materiæ non immergitur. Sedibus in curru. Sedibus curulibus insidens. Sedes enim diuæ in curru sita est. Agitare. Agere, & flectere quo velit. sed erant mãsueti duo leones Varrone teste: quare Lucretius bijugos appellauit. In terra. Hac vsibus nostris idonea. Est enim altera terra cuius naturam Cybele referebat: quæ purior est: & dissimilis naturæ ab hoc nostro suppedaneo: de qua Plato meminit & Plutarchus in Numa. Consistere. Legendum sistere.

Cur Leones iugatia Cybele.
Cur Cybele i aere libratur.

Adiunxere feras: ꝙ quis effera proles
Officiis debet molliri victa parentum.
Muraliq; caput summum cinxere corona
Eximiis munita locis: ꝙ sustinet vrbeis.
Quo nũc insigni per magnas prædita terras
Horrifice fertur diuinæ matris imago.
Hanc variæ gentes antiquo more sacrorum.
Idæam vocitant matrẽ: phrygiasq; cateruas
Dãt comites: quia primũ ex illis finibus edũt
Per terrarum orbes fruges cœpisse creari.
Gallos attribuũt: quia numen qui violarint
Matris: et ingrati genitoribus inuenti sunt:
Significare volunt indignos esse putandos:
Viuã progeniem qui in oras luminis edant.
Tympana tenta tonãt palmis: et cĩbala circũ
Cõcaua: raucisonoq; minãtur cornua cantu:
Et phrygio stimulat nũero caua tibia mẽteis:
Telaq; præportant violenti signa furoris:
Ingratos animos: atq; impia pectora volgi
Conterrere metu quæ possint numine diuæ.
Ergo cum primũ magnas inuecta per vrbes
Munificat tacita mortaleis muta salute:
Aere atq; argento sternunt iter: ẽm̃ia mirum
Largifica stipe ditãtes: vinciuntq; rosarum
Florib9 vmbrãtes matrẽ: comitẽq; cateruas.

¶ Adiũxere. Addidere. An sit discrimẽ inter adiunxere & adiunxerũt disceptari solet. Audi Fabium libro institutionis oratorię primo. Pręterea numeros: in quibus nos singularem ac pluralem habemus: græci & Δυικοὶ. q̃q̃ fuerunt qui nobis quoq; adiicerent dualem: scripsere, legere: qđ deuitandę asperitatis gratia mollitum est. vt apud veteres pro male merentis: male merere: ideoq; qđ vocãt dualem in illo solo genere consistit: cum apud græcos & in verbi tota ratione: & in nominibus fere deprehẽdatur: & sic quoq; rarissim9 eius sit vsus: apud nostrorum vero neminem hæc obseruatio reperiatur: quin e cõtrario deuenere locos & consedere duces, aperte nos doceant nil horum ad duos pertinere. Sed ad rem nostram redeam9. Fabulam Cybeleiam mythologice loquẽs ad rem naturalem redegit. Sũt inquit additi currui cybeleio duo mãsueti leones: quod significat nullam esse tam immanẽ belluam: quæ maternæ pietati nõ subiaceat.

Q. Propterea ꝙ. Effera. Efferata & crudelis. Officiis victa parentum. Debet expugnari quæcũq; feritas ab officiis: quæ aliquando

Pius Antoninus. Pia Auis. Aeneas succollãs patrem.

filium mater tolerauit: inde Pius Aeneas: Pius Antoninus ꝙ fessum ætate patrem fulsit: pia auis Ciconia: quæ patrem seris annis inuolucrem succollat: qđ cum fecisset Aeneas meruit ita laudari. Rogat enĩ succollans patrem Aeneas argiuos vt parcant seni: cuius mors nullius græcis erit emolumenti: ferenti vero maximi. Carmina si quis lecturiret annexui.

ἐκ πυρὸς ἰλιακοῦ δοράτων μέσον ἥρπασεν ἥρως
αἰνείας ὅσιον παιδὶ βάρος πατέρα.
ἐκλαγεν ἀργείοις, μὴ ψαύετε. μικρὸν ἄρηι
κέρδος ὁ γηραλέος. τῷ δὲ φέροντι μέγα.

Corona muralis.

Murali corona. Murorum pinnis decorata. hac donabantur illi: qui primi mœnia ascẽdebant hostilia. Sed hic muralem coronam turrigeram interpretare: supra qua insisterẽt turres: quas terra sustinet ac fulcit. Munita. Terra redimita turribus sublimibus & egregiis.

Q. Quoniam terra. iunge cum superiori. Quo insigni. Quo capite turrito. Per magnas terras. Zeugma ab inferiori: repete verbum fertur. Horrifice. Religiose et horrorem incutiente simulachro: cum horrore, metu, & religiosa populi veneratione. Nam auctore Papinio Primus in orbe deos fecit timor. quẽ versum Petronius Arbiter repetit. Phrygias cateruas. Corybantes, gallos, & archigallos.

Galli. Gallus fluuius. Megalesia. Mutitare

Gallos. Sacerdotes excisos: qui præsto erant sacro Cybeleio: dicti a Gallo fluuio Phrygię de quo sic Ouidius libro fastorum quarto. Cur igitur gallos qui se excidere vocamus? Cum tantum a Phrygia gallica distet humus? Inter ait viridẽ cybelen, altasq; Celenas Amnis it insana nomine gallus aqua. Qui bibit inde furit: procul hinc discedite quis est Cura bonæ mentis: qui bibit inde furit. Quarto mense Ouidio auctore celebrabantur Megalesia solennia in Cybeles honorem: quo tempore alternatim conuiuabantur: qđ mutitare dicitur. Ouidius. Cur vicibus factis ineant conuiuia quæro. Tradit Augustinus libro septimo de ciuitate dei abscissos matri deum seruire: vt significaretur eos qui semine indigeant terram sequi oportere: quæ mater deum nominatur. Sensus poetæ Gallos datos Cybeli: quoniam qui violant matrem digni sunt vt emasculentur aut cuirentur hoc est virilitate priuentur: quo minus possint viuam creare progeniem. Pompeius non dissentit a Lucretio sic scribens. Galli qui vocantur matris magnæ comites dicti sunt a flumine cui nomen est Gallo: quia qui eo biberint in hoc furere incipiunt, vt se priuent virilitatis parte. Alii putant ideo eos sibi genitalia incidere: quia nomen patris matrisve violarint: ne possint

Galatę. Celtæ.

ipsi fieri parentes. Galli sunt populi noti: quos celtas & galatas græci dicunt: gallos latinitas appellauit auctore Hieronymo ꝙ vires habent eunuchinas & imbelles: quod nomen Romanorum conuicio sunt adepti. Gallorum Polybius libro primo crapulas & ebrietates immoderatas impetit. Romani assuefacti sunt dimicare cum Gallis: quorum nomine nil apud eos terribilius erat & horribilius: quæ gens fatalis erat Romanis. Gallos præposteræ libidinis labe maculatos adeo vt vir viro nuberet, Eusebius in his, quæ de præparatione euangelica scripsit, annotauit. Quia. Phryges comites sunt Cybeles quoniam ex illis finibus

fruges create primum sunt: qua terra producit. Edunt. Ferunt, dicunt. Orbes. Terrarum partes.
Volunt. Poetæ sub hoc fictitio velamento. Indignos. Qui ingrati sunt genitoribus inuenti. Qui in.
Qui breuiter profertur ob vocalem sequentem: nec vt apud recentiores vsitatissimum est excluditur: quale
est illud Virgilianum in sexto. Nomen & arma locum retinent. te amice nequiui Conspicere. & apud eundem Vocalis
in buccolicis. Te corydon O Alexi. Catullus. Non ita me di ament quicq̄ referre putaui. Tympana. Suidas ante voca
describit esse instrumenta similia aliquatenus, sed non omnino, his quæ vulgo tamburos appellamus. Tym- lē non ex
panotribam Plautus percutientem tympanum nuncupauit. Tympanites est apud Celsum laborans hydro- cluditur.
pisis specie: quæ ventriosum reddit hominem cum strepitu: qualem Plautus cappadocem describit collatiuo Tympa-
ventre & oculis herbeis. Tympanistria tympanum attrectans appellatur. Instrumenta bellorum sunt tympa- na.
na quibus vtuntur Indi pro tubis: ea suspendebantur in sublimi scuticaq; flagellabantur: vnde sonitus emitte Tympa-
batur horrēdus. ex abiete cauata fiebant: habebant ex orichalco tintinabulum: intusq; strepitum vehementē notriba.
excitabant vt mugitus quidam audiri videretur. corio taurino circumtegebantur. Tympanum lignum car- Tympa-
nificis vnde τυμπανίζεται flagellat. Vehiculorum tecta tympana dicuntur. τύπτω verbero vnde tympa- nites.
na. Tympanum para torcularis: quæ vinaceis imposita superne toto pondere vrget. auctor Plynius libro Tympa-
decimo octauo. Tenta. Extensa: vnde tentigo & tendor. Idem alibi. Duraq; in ore iacēs rictu frons tenta ma nistria.
nebat. Lucilius. hic vt musipula tenta: vt scorpionis cauda sublata. Sed vt obiter hoc aperiamus sciendum est Tenta.
musipulam esse murium excipulum. qd̄ græci myoptan appellant. Diobolarij magistelli musipulam vel mu- Musipl'a.
rilegum catum animal notissimum vocant: cum id dicatur æluros a græcis: a Plynio felles. ab hygino, Palla- Myopia.
dio, & interp̄te Callimachi cattus. Albertus Magnus: an latine ipse viderit: musionem vocat. quem Galen nō- Aeluros.
nulli græce vocari contendunt. super qua re non aspernanda prorsus vt spero in Plautinis commentarijs an- Felles.
notaui. Mendum pudēdum est in Alberti Magni codice libro octauo in hæc ferme verba. Gale etiam qd̄ nos Cattus.
vulpem vocamus, aliquando cum aliquo pugnat serpente: & tunc comedit rutam. non vulpem cōiectura cer- Musio.
ta lege: sed viuerram: quę species est syluestris mustellæ: quam græci vocant ictyon. Auctor Plynius. Puto ta Albertus
men pace eruditorum dixerim nō librarijs, sed Alberto errorē ascribi debere: propter ea quæ de vulpe sequun correctus
tur: quā magno errore Galen appellat vt est in confesso. Non vulpes cum serpentibus certans rutam gustat:
sed auctore Plynio cæterisq; viuerra: quæ cum muribus certamen habere credi potest: q̄uis Albertus hoc te-
mere de vulpe crediderit: nisi, qd̄ puto, mendosus sit codex tritus. Dein capite sequenti Albertus idem prodit
hirundines appellari a Græcis gali hoc est vulpes propter astutiæ quandam similitudinem: quod inauditum
adhuc est. Nā chelidon & orthogoe vocatur hirundo a græcis non galy. Idem Albertus libro de animalibus
decimo quarto catum felem vocat: qui figura leonis est siue resultatio quædam: sicut simia est resultatio quæ- Felis fi-
dam hominis. hic mingit retro vt elephas, leo, & camelus. Cymbala circum. Ne vox Iouis vagientis exci- gura leo-
peretur a Saturno hoc institutum fuit a Curetibus & Corybantibus. Ouidius libro quarto fastorum. Protin' nina.
inflexa berecynthia tibia cornu Flabit: & ideę festa parentis erunt. Ibūt semimares: & inania tympana tondent:
Aeraq; tinnitus ære repulsa dabunt. Et subdit. Ardua iam dudum resonat tinnitibus ida: Tutus vt infanti va
giat ore puer. Pars manibus clypeos: galeas pars tundit inanes. Hoc curetes agunt: hoc corybantes opus.
Concaua. Recte & etymologicos. κύφος enim curuum. Cymbala quasi κύφαλα dicuntur. i. caua. Athenæo
auctore in tybijs bombum: in cymbalis tinnitum: in tympanis tonitum dicimus. Matri magnæ dicata sunt Cymbala
cymbala q̄ hemicyclia coeli sunt similia: quibus terra quæ matris deorum cognomento notatur, ambitur. vnde.
Cęcilius libro epistolarum secundo sic de tympanis & cymbalis meminit. Plautus tantum ac potius sola cym
bala, & tympana illis canticis desunt. Rauci sono cornu. Tibia raucam & obstreperam vocem emittente. de
hoc cornu meminit Apuleius. Minantur. Terribili sonitu obstrepunt vt minari videantur. Stimulant. Le-
gendum stimulat & ad tibiam referendum. expone ad bellum prolicit & ad arma. Incitat furorem bellicum
Phrygius cantus: qd̄ Quintilianus, Cassiodorus, Apuleiusq; notificant: & nos multa in Plautinis enarrationi
bus. Adeo Cybeles asseclas ipsa tibia stimulat vt sibi virilitatem amputent. Hoc elegantissime Catullus vt Phrygi'
omnia describit his versibus. Agite ite ad alta Galli Cybeles nemora simul. Simul ite dindymenæ dominæ cantus.
vaga pecora: alienaq; petentes velut exules loca celeri Sectam meam executæ ducite me mi comites: Rapidū
salum tulistis: truculentaq; pelagi: & corpus euirastis veneris nimio odio. Postea subdit. Simul ite sequimini
Claro fit rubra pyropo. Contrahere videatur coruscū pyropi colorem: & habeat similitudinem pyropi: quę Carbūcul⁹.
ardenti aspectu gemma est. vnde sortita nomen. πῦρ ignis. ὄψ aspectus. carbonē vulgo dicunt. Ouidius li
bro secūdo metamorphoseos. Clara micante auro flammasq; imitāte pyropo. Plynius Romana dictiōe car
bunculum vocat: cui ab ignium similitudine nuncupato principatum dedit: cum ipse non sentiat ignes: ob
id a quibusdam Apyrusta vocatus. horum genera indici & garamantici: quos & carchedonios vocauere p- Apyrusta.
pter magnæ carthaginis opulentiam. Adijciunt æthiopicos & alabandicos in ortosiaca caute nascentes. Pręterea in omni genere masculi appellantur acriores. at fœminæ languidius refulgentes. optimos vero ame-
thystizontas hoc est quorum extremus igniculus in amethysti violam exeat. Proximos illi quos vocāt syrt
tas pinnato fulgore radiantes. Subdit idem Plynius: falsum arbitrari ꝙ carbunculi nascātur in Liguria: ni-
si forte tunc nascebant. Sed puto re vera carbones in liguria nasci solitos: qui a loco ligurij vocabant. Et cū
gemmam, quam ligurium vocāt, in sacris literis leges: scito hebręos antistites intelligere lapidem pretiosum Ligurij car
vel carbunculum: quo fit vt multiscium Hieronymum mirer: qui profitetur ingenue se nescire: q̄ species gē- bones.
marum sit ligurium: nec id se reperisse scribit apud authores de naturis gemmarum scribentes. Quandoq; in An Hiero-
sacris literis Lyncurium legendum putauit sed perperam. Est enim ligurius authore Harpocratione ad fluuium nym⁹ erra-
lapis circa montem ligos nominatum. Quidam dicunt eum esse populi arboris lachrymam. Quinam mōs uerit.
sit ligos non memini me legisse. Satis est nobis ligurium esse lapidem: & idoneum authorem reperisse: qui de Lyncuriū.
eo mentionem faciat: qd eruditissimus omnium Hieronymus arx fidei negauit. Reperio tamē hæc verba a- Ligos
pud magnum Albertum libro de animalibus vigesimo secūdo. De vrina lyncis dicitur nasci lapis ligurius: mons.
sed inuidere dicitur homini & vrinam sub arenis occulit. Videtur Albertus, nisi sit mendum in codice, liguri- Ligurius
um & lyncurium indifferenter habere. Sensu. Ita sensus noster demulcetur & delectatur vt inter cęruleum & lapis.
viridem colorem, quiddam tertium oculis blandiatur. Smaragdos. Plynius libro trigesimo septimo. Ter-
tia authoritas smaragdis perhibetur pluribus de causis: nullius coloris aspect⁹ iucundior est. Nā hęrbas quo- Smaragd⁹
q; virentes frondesq; haud despectamus. Smaragdos vero tanto libentius. quoniam nihil omnino viridius
comparatum illis viret. Præterea soli gemmarum contuitu oculos implent nec satiant. Quin ab intentione
alia obscurata aspectu smaragdi recreatur acies. Scalpentibusq; gemmas non alia gratior oculorum refectio
est: ita viridi lenitate lassitudinem mulcent. Quorum vero corpus extensum est eadē qua specula ratione su-
pini imagines rerum reddunt. Nero princeps gladiatorū pugnas spectabat smaragdo. Nobilissimi sunt scy-
thici: & quantum smaragdi a gemmis distant: tantum scythici a cæteris smaragdis. Caudaq; pauonis. Peri
patetici Lucretianis argumentis ita respondent: colores in luce non mutari: ꝙ diuersis lucis ictib⁹ diuersi vi-
deantur. Nam pauonum huiuscemodi pinnæ varijs sunt imbutæ coloribus: qui sane certum lucis situm ac
modum exigunt: ideo fit vt virens videatur qd paulo ante rubrum: propterea quia id in illa positiōe luminis
collocatur: quæ ad excipienda viridia simulachra magis conducit. Itaq; virentes imagines vberius emanan-
tes efficiunt ne aliæ visum lacessant. Fluere enim quouis a colore non solum epicuræi: verum etiam peripate
tici opinantur. At sententia in eo discrepat ꝙ alteri spiritales existimant: alteri corporeas effingunt. Obuer-
sa. Ad solem conuersa: & radijs suis reuibrans. Qui. Colores. Gignuntur. Aperiuntur quidem a lumi-
ne: non fiunt. Sine eo. Ictu. Et quoniam. Hic astruere contendit principia non esse colorata: hocq; niti-
tur argumento. Certum est a quouis colore fluere simulachra: quæ oculis occurrentia illos mouendo afficiūt:
sed hoc principijs non accidit: nunq̄ enim videntur: sed formas habent: quibus oculos afficiunt. Plagæ
quoddam genus. Quandam speciem imaginem & simulachrum mouere & afficere procliue. In se. Intra
se. Pupula. Pupilla. Manlius. Paruula sic totum peruisit pupula cælum. Ouidius in amorib⁹. Huius quoq; Pupula.
pupula duplex Fulgurat: & geminum lumen ab orbe venit. De visu, quoq; modo cernam⁹, Gelius diuersas De visu.
opiniones adducit ita scribens libro quinto. Stoici causas esse videndi dicunt: radiorum ex oculis in ea quæ
videri queunt emissionem: aerisq; simul intentionem. Epicurus affluere semper ex omnib⁹ corporibus simu
lachra quædam corporum ipsorum: eaq; sese in oculos inferre: atq; ita fieri sensum videndi putat. Plato exi-
stimat genus quoddam ignis lucisq; de oculis exire idq; coniunctum cōtinuatumq; vel cum luce solis, vel
cum alterius ignis lumine sua vi & externa nixum efficere vt quæcunq; offenderint, illustrauerintq; cernam⁹.
Sentit igitur plagam pupula: cum videre sit pati & interius corporeas exuuias admittere. Opus est colore.
Colores Marcellus recognoscit: vt author opus est dici solet vel ab eloquētiæ duce Cicerone. Aliud. Qui
dam legunt alium & referunt ad colorem. Sentit. Percipit & videt. Nec refert. Nihil interest an color qui a Author
pupula percipitur sit albus aut niger: sed figuræ referunt: quoniā acutæ magis q̄ planæ lędunt: nō autem acu opus est.
tum aut planum. Refert prima intenta prolatū significat interest. Iuuenalis. Quid refert dictis ignoscat Mu-
tius an non? Tangit. Percipit vis optice hoc est visiua: quæ nō est authore Aristotele libro de sensu & sen- Refert.
sato in extremitate oculi sita: sed infra oculum: iuxta cerebrum: vnde neruus opticus apud Albertum libro
de animalibus primo: q̄uis librariorum vitio obticus pro optico scriptum sit. oportet ꝙ substantia oculi sit Optic⁹ ner-
cristallina: spissa aliquantulum. virtus autem & spiritus visiuus peruenit ad oculum per neruos concauos: q uus.
græce optici hoc est visiui dicuntur ne cito transeat per eos spiritus visiuus: continuantur autem cum ocu- Albert⁹ cor
lo. In quo tres sunt humores: medius: Cristallinus: & depressus. Apta. Dotata. Edere tactus. Color non rectus.
est idoneus mutare tactum: sed figura: quo tactu euidentius rem q̄ colore dignoscimus. Propterea magis in-
terest principia esse figurata q̄ colorata. Forte. Illud enim fortuitum est: accessorium & subsecundarium:
non proprium tali corpori.

Præterea:quoniam non certis certa figuris
Est natura coloris:& omnia principiorum
Formamenta queunt in quouis esse nitore:
Cur ea:quæ constant ex illis:nõ pariter sunt
Omnigenis ꝑfusa coloribus in genere omnĩ?
Conueniebat eñ coruos quoq; sæpe volanteis
Ex albis album pinnis iactare colorem:
Et nigros fieri nigro de semine cygnos:
Aut alio quouis vno:varioq; colore.
Quin etiã quãto in parteis res quæq; minutas
Distrahit̃ magis hoc magis ẽ:vt cernere possis
Euanescere paulatim:stinguiq; colorem:
Vt fit vbi in paruas parteis discerpitur aurũ.
Purpura:phœniceusq; color clarissim9 omni:
Filatim cum distrahitur:disperditur omnis:
Noscere vt hic possis pri9 oẽm efflare colorẽ
Particulas:q̃ descẽdant ad semina rerum.
Postremo:quoniã non omnia corpora vocem
Mittere concedis:neq; odorẽ:propterea fit:
Vt non omnib9 adtribuas sonitus:& odores:
Sic oculis:quoniã non omnia cernere quim9
Scire licet quædã tam constare orba colore:
Q̃z sine odore vllo quædã:sonituq; remota.
Nec min9 hæc aĩm cognoscere posse sagacẽ:
Nam quæ sunt aliis rebus priuata:notaq;.
Sed ne forte putes solo spoliata colore
Corpora prima manere:etiã secreta teporis
Sunt:ac frigoris omnino:calidiq; vaporis
Et sonitu sterilia & succo:ac ieiuna feruntur:
Nec iaciũt vllũ proprium de corpore odorẽ.
Sicut amaracini blandũ stacteq; liquorem:
Et nardi florem:nectar quĩ naribus halat:
Cũ facere instituas:cũ primis quærere par ẽ:
Quod licet:ac possis reperire inolentis oliui
Naturam nullã quę mittat naribus auram:
Q̃z minime vt possit mistos in corpe odores
Contrectansq; suo contractus perdere viro.

¶ Præterea. Aliud argumentũ quo probat̃ colorata nõ esse pricipia.quoniã si prima corpora essent colorata:generatim colorib9 omnibus essent perfusa:ex illisq; genita omnibus essent depicta colorib9: nec coruus esset pressa nigredine coloratus:nec olor albicãs: & lilium candorẽ prouocans. Certa. Decreta:stata:& vt vulgati9 loquar,limitata. Certis figuris.q̃uis certæ figuræ requirant̃ nõ tamen requiritur corpori cert9 color. Omnia formamenta. Simulachra & formationes:in quas formantur & transmutant̃ prima principia. Nitore.candore & albore. Cur ea. Corpora. Quæ constant ex illis. Quæ ab illis primordialibus seminib9 creantur. Nõ pariter.Nõ similiter vt principia. Omnigenis. Omnifarijs:vł genitis ex omni & vniuerso corpore principiorũ. In genere omni.In quocunq; corpore. Cõueniebat. Sequebatur si hoc verum esset coruos ortos a seminibus versicoloribus esse versicolores. Ex albis. Albo principio genitis. Nigro.Habente colorem nigellũ cõmixtũ. Quinetiam. Ab exemplo probat semina non esse colorata:sed corpora seminibus oriũda aut a lumine,aut qđ verius est a qualitatibus interioribus colores ꝓferre. nam quo minutius cõcidit̃ aurũ:minus aurescit:& euanescit color: vnde cognoscere potest prius euanescere colorem q̃ ad semina perueniat̃. Distrahitur. Diuidit̃.alibi distrahere est vendere. Apuleius.Caseus opido commodus pretio distrahi. Hoc magis est. Tanto magis fit. Euanescere. Aboleri sensim & exolescere.

Stingui. Stingui. Extigui:aboleri:deficere: ac in nihilum redigi. Vt fit.Quod accidit cum aurum in breuicula recidit ramenta. Paruas partes. In minutissima protrimenta. Discerpitur. Distrahit̃:dissipatur ĩ paruas minutias cum ex massa terrena excernit̃.

Phœnice9 Phœnicati equi. Bai. Phœniceus.Rubeus a phœnice hoc est palma. Phœnicei equi & phœnicati vocantur illi:quos baios dicimus:quoniã persæ folia palmaꝝ baias vocãt. Filatim. Per fila minutissima vestis discerpitur distincta colore purpureo.

Dispdere. Disperditur. Euanescit omnis ille color: q̃ presse vesti purpureę hærebat:iuxta hãc sñiam inquit Maro. Stipula disperdere carmen. Hinc.ab exemplo. Efflare. Excludere:deperdere.

Particulas. Minutias vestis lacerę ac discerptæ. Descendant. Illę colorum infecturę.

Postremo. Probata similitudine non omnia corpora hoc est prima esse colorata.quoniam scilicet sicuti sunt quedã corpora:quæ vocẽ non habent:quędam quę non odorem perinde quędã erunt quæ non habebunt colores:& hæc erunt prima corpora:ex quibus cætera constãt. Mittere. Emittere & esse vocalia. Neq; odorem. Quædã carentia odore vt cautes & pumices. Propterea. Ab eodem exemplo erunt aliqua corpora non illita colorib9.

Orbus. Orbitudo. Orba colore. Priuata:vnde orbum carentem liberis appellam9: orbitudinem & orbitatem calamitatem illam de qua a Papinio dicitur in siluis. Orbitas omni fugienda nisu. Nec minus. q̃uis sint quædã corpora sono aut odore carẽtia, nihilo seci9

ab animo indagant. prima igit principia etsi nullos colores habeant sunt tn̄ pceptibilia. Sagacē. Industriū ad inuestigandū. Sagire significat acute sentire: vnde appellati canes. Plautus. Canē esse oportuit: sagax nasum habet. Hinc sagarij vocati: qui multa scire cupiunt. psagire verbū inde deflexū & psagatio. Quare Plautus scienter & graphice dixit in aulularia. Praesagibat animus me frustra ire. lege Ciceronē libro diuinationū primo & eundē in amicitia. Notaq́. Non minus ad cognoscēda principia sine colore ferretur animus perinde ac fertur ad percipienda cętera corpora aliquibus carentia notis & accidentibus. Notam in hoc loco qualitatem siue accidens: quo tanq̄ nota & indicio ferimur in alicuius rei cognitionē. multū eñ cōferunt accidentia ad percipiendā substantiā. Sed ne forte. Paulatim allicit animū: sensimq́ ducit in sententiā suam: & instar senis Sertoriani caudā p singulas setas euellit: extirpataq́ vna radice inscitię, pgit ad reliqua & inquit. Nō solum prima corpora colorem non habent: sed nec quidē admittunt cęteras peregrinas impressiones: vt frigus: colorem: aut odorem. Spoliata manere. Esse ab ijs externis impressionib⁹ denudata. Secreta temporis sunt. Existunt seiuncta longeq́ a tpe sequestrata. Sonitu sterilia. Carentia & priuata sono. Et succo ac ieiuna. Iunctim lege. & succo ieiuna feruntur. & elemēta recte dicūtur esse exucca hoc est succo carentia. Sicut. Prima corpora non iaciunt vllū odorem sicut videmus amaracum, myrrham, & nardum expirare. Amaracini. Vngēti ex herba amaraco: quā sampsucum vocant: vulgo maioranam. Sues amaracinū spernunt vnguentū. hinc fertur Gellianum prouerbium: nihil cum fidibus graculo nec amaracino sui. De hac herba Maro libro aeneidos primo. Vbi mollis amaracus illū Floribus & dulci aspirans cōplectit̄ vmbra. Seruius. Amaracus puer regius vnguentarius fuit: qui casu lapsus dum ferret vnguenta maiorem ex confusione odorum creauit odorē: vnde optima vnguēta dicunt amaracina. hic postea in herbam sampsucum versus: quā dixit Amaracū. Stactae. myrrhae stillatitiae. στάζω significat stillo: vnde catastagmos morbus is vocatur a gręcis: quē nos destillationē dicimus. Latine stacta stactae primo inflexionis genere dicit̄: cū caeteri graecos secuti stacte es. dicant: sed hoc latinis est indifferens. Myrrha genus est arboris: de qua succus exudat. Istae eñ arbores in India sunt: quae solis caloribus cremantur: dumq́ grandioris fuerint roboris solis ardorib⁹ crepantes rhagades efficiunt: per quas succū desudat: qd̄ myrrhā dicunt. hęc redolentibus lachrymosa guttulis fletua suaues scissuris hyantibus iaculatur. Plautinū carmen est. Tu mihi stacte. Tu petalium. Tu cinnamomū. Nardi florem. Spicam nascentem in Cilicia: ex qua fiebat vnguentū qd̄ nardinū vocabat̄: latini spicatū quoq́. Bononienses passim oleū spicae. Pliniana verba de nardo subscripsi ex libro duodecimo. De folio nardi plura dicere par est vt principali in vnguentis. Frutex est grauis & crassa radice: sed breui ac nigra: fragiliq́ quis pingui situm redolente vt cupressi: aspero sapore: folio paruo densoq́. Cacumina in aristas se spargunt: ideo gemina dote nardi spicas ac folia celebrāt. Alterū eius genus apud Gangem nascens dānatur in totū ozenitidis noīe virus redolēs. Adulterat̄ & pseudonardo herba: q̄ vndiq́ nascit̄ crassiore atq́ latiore folio & colore languido in candidū vergente. Folia diuisere ad nouā amplitudinē: qd̄ hadrosphaerū vocat̄: qd̄ minore folio est mesophaerū appellat̄. Laudatissimū microsphaerū e minimis foliū. Vocat̄ aliquādo spica cilissa: graece dicit̄ stachys nardi: de qua iuriscōsultus de publicanis. Nectar. Odorē suauissimū & gratissimū: potionē deorū vt ambrosiā cibū. Ouidius. Nectar & ambrosiā latices epulasq́ deorū. Det mihi formosa grata iuuenta manu. Lego apud graecos amaltheā fuisse caprā Iouis nutricē: ab vno eius cornu fluere ambrosiā: ab altero nectar. Mendū est apud Symmachū in epistolis his verbis. Quę me blāditijs inhiantem tuis velut fuco nectaris delibuta perducit̄. legendum fauo nō fuco. Halat. Exhalat: expirat. Cum facere instituas. Cū vngenta facere moliris in primis danda est opa vt corpora quęras halantia. Par est. Vtile & cōgruū. Qd̄ licet. Probat exemplis primordia odorē nō emittere: quippe cū oleū nō sit odoratū. licet expone pro q̄uis. Ac. Similiter possis reperire. Inolentis. nonolentis. inodori. Oliui. Olei. Catullus. Sertis ac syrio fragrans oliuo. Quę. Natura oliui. Naribus. Per nares. Auram. Halatū: odorē. quādoq́ pro fauore ponit̄: vnde aurarij pro fautorib⁹ Maro lib. vj. Iam quoq́ nunc nimiū gaudens popularibus auris. Seu, quod perplacet, aurā popularē captantib⁹: qd̄ olim principes qdā fecerūt & Cęsares: laudabiliter illi qui bonis morib⁹ populi fauorē sunt promeriti vt Alexander authore Lampridio: q ex auctoratū militē aniculae seruū dedit: quā iniuriose lęserat q carpētarius artifex esset vt eā pasceret. Sunt qui scribant eius filiū trucidasse vnicū anilitatis solatium & egestatis adiumentū. quare sunt qui legunt: q filius carpentarius esset & eam pasceret. Subdit Lampridius. Animatū imperiū eius cum fuerit durū idcirco vocatū est q senatorē nullū occiderit. Tollendū est adulterinū verbum animatum: & subdatur anaematū hoc est sine sanguine. ita vocatur ab Herodiano: cuius testimonio Lampridius vtitur. Quę minime. Sensus est. Oleum mistum vngentis illa suo nō maculat odore: quem non habet: & licet concoquat̄ suo afflatu non inficit vngenta. Contrectansq́ suo contractus. Lego cū priscis exemplaribus. concoctosq́ suo contactus. vt sit hic sensus. incoctū oleū vngenta non suo cōmaculat odore. Concoctos. Odores & odorata vngenta oliuo concocta. Suo. Naturali. Contactus. Generatiuus singularis: iunge cum viro: quo oleum contingit vnguenta. Viro. Virulentia: illiberali odore. Marcellus tamen interpretatur viro pro virtute naturali: vt sit dictum ex imitatiōe Plautina. dixit eñ Plautina Clereta se omnes seruos priuaturam viro: hoc est virilitate: vnde taceat grāmatista Zoilo proteruior: qui Plautinos sales ausus est inficere: & nostra post nos inuenire: quem Phileros iuuenis Apollineus captum reddidit atagenem. Perdere. Inficere ita vt perdatur & aboleatur illorum odor. Oleum ingreditur vnguētorum compositionem: quorum ratio faciendi duplex est succus & corpus. Ille olei generibus fere constat: hoc odorū: haec stymmata vocant: illa hedysmata. Persarum inquit Plynius esse debet gentis inuentum. Propterea ab Horatio dictum puto libro carminum primo. Persicos odi puer apparatus. Primum, q equidem inueniā, ait Plynius: castris Darij regis expugnatis in reliquo eius apparatu Alexāder cepit scrinium vnguentorum. Laudatissimum fuit antiquitus in Delo insula: postea Mendesiū: Inū: rhodinum: crocinum: Oenanthinum: amaracinum: melinum: cyprinum: metopium: panathenaicum: pardalium: narcissinum: sampsucinum: siue amaracinum: nardinum siue foliatum: siue spicatum: de quo corruptissime spisticum in euangelijs legitur. Est vngentum regale: quod parthorum regibus temperatur. Ex siccis odoribus constantia diapasmata vocant. Nā feces vnguenti magmata appellant.

Sagire. Sagarij. Presagatio

Amarac⁹. Maiorana. Sāpsucus. Nihil cum amaracino sui. Stacte. Catastagmos. Destillatio. Myrrha. Nardus. Spicatum.

Ozenitis. Pseudonardus. Hadrosphęron. Mesophaerum. Spica cilissa. Stachys. Nectar fluit ab Amalthea. Symmachus emendatus. Aura. Miles aniculę pro seruo datur. Ex Lāpridio mendū sublatum. Anęmatō.

Viro pro virilitate. Phileros. Stymmata Hedysmata. Cur psici apparatus Horatio. Vnguētorum nomina. Spicatum. Nō spisticū in euāgelijs. Diapasmata. Magmata.

¶ Propterea. Ex his rationibus colligo elemēta eſſe ſine odore. Adhibere. Adpungenre aſpirare. Quēq̃. Nullū ſaporē gignēdis rebus lcemēta poſſūt emittere. Vaporē. Qm̄ non ſunt vaporata: nec habent qualitates de facili mobiles. Cætera queqꝫ. Omnia igit̄ principia erunt mollia, lenta, & confragoſa: ſine quibus qualitatib⁹ principia nihil gignerent. In priſcis exemplaribus legitur. Cętera quæ cum ita ſint. Sed melius leges. Cætera queqꝫ ita ſunt tamē vt mortalia cōſtent: hoc ſenſu. Cætera corpora vt ſint mortalia & pati poſſint augmentum & decrementū naturale, ſunt mollia: lenta: confragoſa: & id genus reliquis accidentibus imbuunt̄: prima vero corpora minime: quia ſunt ętherna. Lenta. Flexibilia: tenacia. Virgilius. Lēta ſalix quā tum pallenti cędit oliuę. vnde lentare. Maro. Trinacria lentandus remus in vnda. reperit̄ & lenteſcere. Idem Maro in Georgicis. Sed picis in morem ad digitos lenteſcit habēdo.

Lenta.
Lentare.
Lēteſcere.

Fragoſa.

Fragoſa. Fragilia: ruinoſa: aſpera: prærupta. Columella. Nemoroſus arboribus an lapidibus confragoſus. Putri caua corpore. Exeſa vt corpus punicoſū, & fiſtuloſum nō ſine traſennis putrilagie infectis. Rara. Minime ſolida: ſed ſolido corpore & ſtipato.

Omnia. Corpora ſupradictis conditionib⁹ inſignita. Seiuncta. Longe remota, & aliena a principiorū natura: quæ pura & ſimplex eſſe debet ſine aduentitijs impreſſionibus.

Immortalia fundamenta. Principia æthera: quę rerū fundamenta vocantur: qm̄ ſucceſſione per vices decurrente fulciunt illa ne ruant & in nihilum redigantur. Subiungere. Subdere: ſubſtituere. Quibus. Robore quorum fundamentorum. Nitatur. Fulciatur: ſuſtineat̄. Summa. Vniuerſitatis ordo.

Salutis. Vitæ rerum & animantium. Summa ſalutis eſt in elementis: q̄ ſi interirent omnia quæ ſalutem habent abirent in perniciē.

Tibi. Si tu tali hæreres prępoſteræ opinioni. Ad nilum. Ad nihilum. Fūditus. Penitus. Nunc ea. Hic oſtendit corpora prima non habere ſenſum cum tamen ab illis oriantur res ſenſibiles. Quæ ſentire videm⁹ cumqꝫ. Per tmeſin quęcunqꝫ ſentire videm⁹. Omnia ſenſibilia conſtant ex principijs ſenſum non habentibus. Inſenſilibus. Inſenſibilibus: ſenſu carentibus. Confiteare. Neceſſe eſt confitearis. Id. Corpora prima non habere ſenſum. Manifeſta. Euidentia & manifeſtaria exempla meæ opinioni nō repugnāt

Refutant. Conuincūt aliter rem ſe habere: quāuis videas exempla manifeſta: quę videantur oſtēdere corpora prima ſenſum habere: tamen rationibus illis neutiq̃ credas. In promptu cognita quæ ſunt. Exempla quæ ſunt ante pedes: quæ manifeſte & aperte vera ſunt: & quæ ſenſui noſtro ſub veritatis prętextu blandiuntur. Ipſa. Illa: quæ in promptu ſunt cognita. Manu ducūt. Certa, liquida: manifeſtaqꝫ doctrina perducunt te ad cognitionem rei tanq̃ manu ducaris a preuio ad aliquem locum errore inexplicabili fallacem. Hac figura loquendi Plynius eſt vſus.

Inſenſilibus. Principijs: quæ ſenſum non

Propteraa tandem debent primordia rerum
Non adhibere ſuum gignendis rebus odorē:
Nec ſonitum: quoniā nihil ab ſe mittere pn̄t:
Nec ſimili ratione ſaporē deniqꝫ quenq̃
Nec frig⁹: neqꝫ item calidū: tepidūqꝫ vaporē.
Cetera quæqꝫ ita ſunt tn̄: vt mortalia conſtēt
Mollia: lēta: fragoſa: putri caua corpore: rara:
Omnia ſint a principiis ſeiuncta neceſſeſt.
Immortalia ſi volumus ſubiungere rebus
Fundamenta: quibus nitantur ſumma ſalutis
Ne tibi res redeant ad nilum funditus oēs:
Nunc ea: quę ſentire videmus cūqꝫ: neceſſeſt
Ex inſenſilibus tamen omnia confiteare
Principiis conſtare: neqꝫ id manifeſta refutāt:
Nec cōtra pugnant: in prōptu cognita q̄ ſūt:
Sed magis ipa manu ducūt: & credere cogūt:
Ex inſenſilibus: quod duco: animalia gigni.
Quippe videre licet viuos exiſtere vermeis
Stercore de tetro: putorē cum ſibi nactaſt
Intempeſtiuis ex imbribus humida tellus.
Præterea cunctas in idem res vertere ſeſe.
Vertunt ſe fluuii in frondeis: & pabula læta
In pecudes: vertūt pecudes in corpora noſtra
Naturam: & noſtro de corpore ſępe ferarum
Augeſcunt vires in corpore pennipotentum.
Ergo omneis natura cibos in corpora viua
Vertit: & hic ſenſus animātū ꝑereat omneis
Non alia longe ratione: atqꝫ arida ligna
Explicat in flammas: & in igneis oīa verſat.
Iamne vides igitur: magni primordia rerum
Referre: in quali ſint ordine quæqꝫ locata:
Et commiſta: quibus dent motus: accipiātqꝫ?
Tum porro quid id eſt animū qđ ꝑcutit ipm̄?
Qđ mouet: & varios ſēſus exprimere cogit?
Ex inſenſilibus ne credas ſenſile naſci:
Nimirum lapides: & ligna: & terra qꝫ vna
Miſta: tamen nequeūt vitalē reddere ſenſum,

Illud in his igitur rebus meminisse decebit:
Non ex omnib⁹ omnino quęcunq; creant res
Sensilia: extemplo me gigni dicere sensus.
Sed magni referre ea primũ quantula cõstẽt:
Sẽsile quę faciunt: & qua sint prędita forma:
Motibus: ordinibus: posituris: deniq; q̃ sint
Quarum nil rerũ in lignis: glebisq; videmus:
Et tñ hæc: cũ sint quasi putrefacta p imbres:
Vermiculos pariunt: quia corpora materiai
Antiquis ex ordinibus permota noua re
Conciliantur ita: vt debent animalia gigni.

habent. Q; duco. Quoniam puto. Cum superius affatim euentilauerit principia nullatenus esse colorata: nunc pergit enarrare sensile hoc est animal habens sensum ex insensilibus generari: nec id ratiõi reluctat. Nam ex humo putredine resoluta vermiculi gignuntur: sed non ex qualibet particula terræ generatur aial: sed ea q̃ illius est accõmoda temperiei. Multoties eñ cõtingit vt quæ nõ essent idonea perficiendæ rei quibusdã æque diminutis aut additis congrua reperiant ordine ac situ mutatis. Tetro. Olido: illiberaliter in putredinẽ resoluto. Putorem. Putrefactionẽ bestiolis annulatis & insectis gignere cõgruam. Nactast. Inuenit. Intempestiuis. Immodicis: quib⁹ terra tumefacta iniquum recipit humorem: quẽ demũ vt super uacuũ refundit in animantia nullius momẽti. In idem. Resoluunt omnia in idem corpus hoc est materiam primam. Res vertere. Cũ fiat hęc corporũ vicissitudo, videre licet aliquãdo ex insensilibus fieri sensilia: cũ rana exẽpli gratia fiat ex luto. Fluuij in frondes. Cum salices amnicolæ crescũt ex humore: quẽ illis fluuij suggerũt. Pabula in pecudes. Cũ cremor herbę teneriusculæ transeat in naturã lactis. Vertunt naturã. Cum ex cibo carnis pecuinæ fiat humanũ nutrimentũ & sanguis: tunc eñ dicunt pecudes vertere in corpora nostra naturam. Nostro de corpore. Cum forte nostrum corpus edunt feræ. Augescunt. Augentur & crescunt: cũ in viscera sua humanos artus leo vel alia bellua deuoluit. In corpore pennipotentũ. Auiũ. legatur cum priscis exemplarib⁹ & corpore: vt totum illud repetatur. Et sępe de corpore nostro augescunt vires pennipotẽtum. Cum aues forte hominẽ venatorem & insidiatorẽ deglutiunt vt Plynius guttis numidicis ascribit (ni memoria labor). Pennipotentum expone volucrum pennigerarũ & volatus remigio vtẽtium. Ergo. Est omniũ rerũ quędã reciprocatio cum cibi inanimi vertant in viua corpora. Et hinc. Et ex his cibis omnes sensus animantium vegetãtur. Non alia. Non dissimili hoc euenit ratione. Atq; Perinde: vt. Explicat. Natura resoluit in flammas: ex quib⁹ calor oritur: perinde cibus vertit in fomentũ animantis. Iam ne vides. Hoc subinde in Lucretio repetitũ multũ interesse in hoc an in illo fuerint ordine principia: & quo motu propulsent & propulsentur: quoniã illud efficit differentiã in reb⁹. Magni referre. Maxime ad rẽ pertinere: multũ interesse. Quæq; Singula principia. Commista. Quibus iuncta. Tum porro. Quid amplius superest qd te diuertat ne credas sensile gigni ex insensilibus. Percutit. Percellẽdo sollicitat & in aliam sententiam diuertit. Mouet. Quiescere nõ patit: qd euenit inscitia laborantib⁹, satagentibusq; veritatẽ inuenire. Nam terribile est qd ignoratur.

Pẽnipotẽs.

Terribile qd ignoratur.

Sensus. Pro sensa: vt in varia sensa animũ tuũ distrahant. Expromere. Elicere: quibus in ancipitem opinionem diduceris. Ex insensilibus. Ex dubitates tibi denuo suborientes cogũt te non credere sensile nasci ex insensilibus. Sensile. Corpus sensum habẽs. Nimirũ. Propterea q; vt euidẽti exemplo cognoscat, inqt introducta persona: lapides: ligna: terram: quæ sunt insensilia non gignere corpus sensum habẽs: pari igitur exemplo nec ex principiis sensu carentibus sensilia gignunt. Reddere. Ceteris rebus insinuare & imprimere. Illud in his. Debes animaduertere cũ dico ex insensili sensile creari, me nõ intelligere omne qd est insensile sensile generare: quoniã hoc fundamento stante ligna pecudes crearent: & quęcunq; glebę vermiculos: sed intelligo q; partiliter. i. particulariter ex aliquo carente sensu sensata gignunt quibusdam additis aut diminutis. Exempli gratia non ex omni terra vermes gignunt: sed ex ea cui sunt additę partes a sole putrefactę & & ab hymbre maceratæ. & argumento superiori est hæc idonea responsio. Non ex omnibus. Ordo. Decebit meminisse non ex omnibus rebus quęcunq; sensilia creant me dicere extemplo gigni sensus. Omnino. Generatim. Sensilia. Corpora sensus habentia. est quartus casus multitudinis. Extemplo. Immediate: vt ita loquar: sine aliquo spatio mediatore generationis requiritur ordo & positura. Me gigni dicere. Me dicere gigni. Sensus. Corpora sensus habentia. Ea. Illę partes & principia: quæ sensilia creant. Quantula. q̃ parua & rarefacta vt generationi sint idonea. Sensile quæ faciunt. Quæ progignunt corpus sensus adeptum. Ordinibus. Nam ex illis insensilibus paucis admotis amotisue mutato ordine ac situ congrua geniturae fiunt. Quæ sint. Illa corpora quæ sensile gignunt: quoniam non ex omnibus carentibus sensu sensata gignuntur: sed ex illis partibus, quæ sunt a sole ad generationem præparatæ. Quarum nil rerum. Nihil istarũ rerũ hoc est formarũ aptarũ: motuũ: ordinum: & positurarũ idonearum cernimus esse in lignis & saxis

Quantula.

In lignis. Quibuscunq;, etiam aridis. Et tamen hæc. Hæc ligna & istæ glebæ quæ carẽtes ordine, situ, motu, figura, non erant gignendo: eadẽ si sortita fuerint ordinẽ, situm, motum & figurã q̃uis sint insensilia, sensilia tamen generabunt: additis viribus putredinis: & amota illa ariditate, seu cruda vligine: quæ geniturã dũtaxat arcebant. Quasi putrefacta. Resoluta in calorem putrem: sed non penitus cariosum: quippe cũ tunc euanuerit vis omnis terrestris maceratam conuenit esse tellurem nõ putridã partib⁹ eius a sole tenuatis. Per imbres. Nã ex humido & calido cũcta gignunt: ppterea dictũ ab Ouidio. Et discors cõcordia fœtib⁹ apta ẽ.

Antiqs. Pristinis: nihil resoluẽtib⁹ in putredinẽ: & ob hoc minime gignẽdo accõmodis. Ariditas hui⁹ imbre adueniente macerat. Permota. Aliorsum dimota: deductaq; ab arido ad calidum & humidum. Nouare. Seiunge & scribe noua re: hoc est imbre illo putrefaciente disponenteq; ad vermiũ generationem. Conciliantur. Congregantur: coeunt: & geniturę conueniunt. Ita vt debent animalia gigni. Corpora materię ita disponunt seruatis suis ordinibus quemadmodũ esse debẽt quando sunt accommoda generationi.

¶ Deinde. Affert nouã rationẽ arguẽs illos qui ſenſilia tradunt eſſe principia: qđ ſi verũ eſſet corpora haberent mollitatem: cæteraq; aduentitia pathe: qđ philoſophicæ rationi reluctaĩ. Ex ſenſilibus. Ex primis corporib' ſenſum habentibus. Conſtituunt. Decernunt & declarant. Ex alijs ſentire. Scirent iſti ex aliorum ſecta: & vt Apollonius Tyaneus dicere ſolebat, auribus potius q̃ animo ſapiunt. ſentiunt illi diuerſa ab opinione noſtra: ſequunturq; ſententiam Thaletis & Heraclitii: qui in principijs mollitatem conſtituunt. nihil enim ſenſile poteſt eſſe qđ non ſenſus habeat: ſi ſenſus habet conſequẽter & ſuas appendices hoc eſt viſcera: neruos: venas & id genus reliqua. Nam ſenſus. Illi recte in hoc dicunt mollia corpora creare partes animalium: quibus ſenſus ineſt: vtpote in viſceribus ſenſus ſuus eſt: in neruis ſuus: in venis ſuus. Sed illud corpus vt e principio molli cretum, erit penitus corruptibile: qđ philoſophiæ repugnat: quæ ſentit corpus primũ nõ corrumpi: reliquaq; corpora penitus ad nihilum non redigi. Sed omnia genita recidere in ſuam materiam. quod itidem ſentit Perſius ita canens. De nihilo nihil. in nihilum nil poſſe reuerti. Idem quoq; cum Ariſtotele ſentit omnis philoſophorum ſchola diſſerens omne genitum eſſe ex principijs: propterea materiam interminam ac æthernam eſſe: quæ licet ſe mutet a forma ad formam: exẽpli grã ab hoĩs forma ĩ cadaueris: a cadaueris forma in vermis: a vermis in cineris figuram: non tamen eo recidit vt omnino pereat. Quæcunq;. Vt ſunt quęcunq; corpora quæ uidemus mortali coalitu conſiſtere.

Sed tamen. Perſtat argumentari. ſi per te corpora prima ſenſus habeant: neruos habebunt, venas & viſcera: ergo ſimilia erunt cæteris animalium partibus: ſed cæteræ partes corporis in animalib' ſecretæ ſeiunctæq; nõ ſentiunt: prima igitur principia quæ coierint conuenerintq; ad generationem bruta erunt & inſenſilia. Eſto. Sit: eſt aduerbium gręcũ concedentis. Hæc. Principia q̃uis ſenſilia.

Nempe. Aut corpora prima ſi ſenſua habebunt erunt vt cætera animalia hoc eſt deficientia nec erunt ætherna: aut miſta creatis corporibus tanq̃ a proprio auulſa corpore membra ſenſus amittent. Senſum partis. Perinde ſentire ac reliquæ corporis partes.

Similes. Partes primorum corporũ erunt ſimiles partibus corporis cæterorum animãtium: quæ mutilatæ ſenſum amittunt. Nequeant. Putauerim ꝙ non queant per ſe hoc eſt auulſę a proprio corpore ſentire. Nãq;. docet partem a corpore ſuo ſeiunctam qualicunq; carere ſenſu. Sẽſus mẽbrorum. Nullo pars auulſa membrorum corporeorũ vtitur officio. Reſpuit. Auerſaĩ & recuſat tãq̃ his minime exercẽdis idonea. A nobis. A corpore noſtro. Potis eſt. officio vti ꝓprio.

Secreta. Seiuncta: diuiſa. Senſum tenere. retinere virtutem ſenſificam corporis nõ poteſt pars a reliquo corpore ſeiũcta. Liquit. Supereſt igiĩ vt principia ſint animalibus ſimilia: ſi neceſſe eſt vitalẽ ſenſum dare.

Deinde ex ſenſilibus qui ſenſile poſſe creari
Conſtituunt: porro ex aliis ſentire ſueti
Mollia cum faciunt: nã ſenſus iungiĩ omnis
Viſceribus: neruis: venis: quæcunq; videmus
Mollia mortali conſiſtere corpore creta.
Sed tamẽ eſto iã poſſe hæc ætherna manere:
Nempe tñ debent aut ſenſum partis habere:
Aut ſimileis totis animalibus eſſe putarim:
Aut nequeãt per ſe parteis ſentire neceſſeſt.
Nãq; alios ſenſus mẽbrorũ reſpuit omneis.
Nec manus a nobis potis eſt ſecreta: neq; vlla
Corporis omnino ſenſum pars ſola tenere.
Linquitur vt totis animalibus aſſimilẽtur:
Vitali vt poſſint conſentire vndiq; ſenſu.
Qui poterunt igitur rerũ primordia dici:
Et leti vitare vias: animalia cum ſint:
Atq; animalibus ſint mortalibus vna: eadẽq;
Quod tamẽ vt poſſint ab coitu: concilioq;:
Nil facient: præter volgũ: turbãq; animantũ.
Scilicet vt nequeant homines: armẽta: feręq;
Inter ſeſe vllã rem gignere conueniendo:
Sic itidem quę ſentimus ſentire neceſſeſt.
Q; ſi forte ſuũ demittũt corpore ſenſum
Atq; alium capiũt: quid opus fuit adtribui: qđ
Detrahitur: dũ pręterea eſt qđ fugimus anteĩ
Quatinus in pullos animaleis vertier oua
Cernimus alituũ: vermeiſq; efferuere: terrã
Intempeſtiuus cum putor cepit ob imbreis:
Scire licet gigni poſſe ex non ſenſile ſenſus.
Q; ſi forte aliquis dicet duntaxat oriri
Poſſe ea non ſenſu ſenſus mutabilitate:
Aut aliqua tanq; partum quod ꝓditur extra:
Huic ſatis illud erit planũ facere: atq; ꝓbare:
Non fieri partũ: niſi concilio ante coacto:
Nec quicq̃ cõmutari ſine conciliatu.
Principio nequeunt vllius corporis eſſe
Sẽſus ante ipam genitã naturã animantum.

Nimirum quia materies disiecta tenetur
Aere:fluminibus:terris:flammaq; creatis:
Nec congressa modo vitaleis conuenienteis:
Contulit inter se motus:quibus omne tuẽtes
Accensi sensus animantum quenq; tuentur.

Vitali sensu. vt sensum vitalem prestent. Consentire. Congruere. Vndiq;. A quacunq; vi & potentia sua primordiali. Qui poterunt. Per interrogationẽ legendum pro quomodo poterunt:& tũc insignitur qui pã do circunflexoq; accẽtu authore Porphyrio ne id Horatianũ enodãte. Qui fit Mecœnas vt nemo quã sibi sortẽ seu ratio dederit.

Pandus accentus.

Leti. Mortis & exitij. quomodo pricipia si erũt huiusmodi poterũt corruptionem subterfugere. Vna. Similia & vnius secum rationis. Quod tamẽ vt possint. Concesso q; elementa sint animalia: genitureq; conueniant vt animalia: superflua erit actio causæ particularis hoc est hominis peculiaris, si causa vniuersalis hoc est corpus primum accedit vt animal. Coitu. Quidam volunt esse pedem anapęstum: alij fieri synaliphen hoc est cõcretionem vocalium. veram lectionem & probatiorem duco: quæ in priscis exemplaribus habetur: in quibus scriptum est cretu pro concretione & cõgregatione: a concrescendo siue crescẽdo. idemq; significabitur per cretu qđ per coitu quo crescunt fata.

Cretus.

Volgum. Vulgum: innumeram multitudinẽ ac turbam. Scilicet. Negationis tacitæ vim habet. hinc illud Virgilianum. Scilicet id superis curæ est. ac illud: hoc populus curat scilicet.

Scilicet.

Nequeant homines. Causæ particulares nihil efficient. Conueniendo. Dũ venereis prolectibilibus coeunt vti progignant. Sic itidem. Oportet nos, inquit Lucretius, abrogata explosaq; hac futili oratione credere causas particulares generationi cõuenire: qđ apparet nedum in Socrate & Platone liberis operã dante: sed & in minimis, muscis videlicet, vermiculis & id gen⁹ reliqs. Quę sentimus. Nõ possumus auocari ab hac opinione actionẽ particulariũ causarũ in generãdo derogante: quin non sentiam⁹ q̃ sentim⁹: & q̃ experiẽtia quotidie docti periclitamur esse vera: cũm videlicet vniuersalem non posse in multis sine particulari: nec particularẽ sine vniuersali. ppterea ab Aristotele diuine vt oĩa platum. Sol & homo generãt hoĩem. hoc est causa vniuersalis particulari cooperãte.

Sol generat hoĩem.

Bñ argumẽtaṫ poeta. necesse est sentire q̃ sentimus. nã auctorib⁹ peripateticis necesse ẽ sensib⁹ credere: & q̃ sensib⁹ repugnant falsa sunt. In antiqs codicibus legiṫ. Sic itidẽ q̃ sunt minimis sentire necesse est. hoc sensu. necesse est sentire hoc est credere: q̃ sunt minimia: hoc est animalib⁹ maiorib⁹ accidere qđ accidit minimis. vt muscæ coitu generãt: ergo & leones & vrsi. nõ me pterit muscas putrefactiõe aliqñ suboriri. Quod si forte. Respõdet tacitę obiectioni. potuisset quispiam respõdere. corpa prima sensũ quidẽ habẽt: quẽ dũ geniturę cõueniũt amittũt infundẽdo rei generatæ: sed aliũ reassumũt nouũ videlicet & nuprime partũ. frustra ergo respõdet Lucretius principijs dabiṫ sensus & subduceṫ interimq; fiet id qđ superius cuitabam⁹ vt sint mutabilia prima principia & minime ętherna. Demittunt. Scribe dimittũt hoc est relinquũt in corporibus cõcretis. Corpe. In corpe generato. Aliũ. Nouũ & nuprime partũ. Adtribui. dari & primis corporib⁹ assignari: qđ amittere necesse est. Detrahiṫ. Dum generationi misceṅṫ. Preterea. Dũ interim istud idẽ accidit qđ declinabam⁹ vt sensus amittãt auulsa corpora prima nec sint aetherna. Fugimus. Declinauimus tanq̃ optima sentiẽti philosopho incõgruũ sit. Quatin⁹. Inquãtũ cernere datur oua insensilia verti in pullos sensiles: & ex bruta terra sensuq; vacãte gigni cernim⁹ animalia insensilia: colligim⁹ sensile nasci ex isensili.

Quatinus.

Animales. Aĩam ac sensum habẽtes. Efferuere. Feruoris resolutione ebullire. Terrã. Iunge cum inferioribus hoc ordine. quatin⁹ cernim⁹ hoc est inquantũ videm⁹ oua alitum vertier. i. verti & mutari in pullos animales: & vermes efferuere cũ putor terrã cepit ob imbres intempestiuos. Intẽpestiuus. Scribendũ intẽpestiuos hoc est nõ tempestiue puenientes. Putor. Putrefactio calore resoluta macerans interiora terrę: idoneaq; generationi reddẽs. Ex non sensile. Pro ex nõ sensili hoc est ex re q̃ sensum nõ habet. Quod si. Occurrit rationi q̃ suboriri posset. Si quis dixerit ea q̃ gignunṫ nõ generari ex sensilibus principijs ita vt principiorũ sensus corpus genitũ ingredianṫ: sed principia sensilia sensus dare: nec tamen amittere: respõdem⁹ q; partus nõ fit sine coitu & cõuenientia seminis: proinde si sensus principiorum in concilio nõ coirẽt: sensus generato nõ infunderent: cui misceri necesse fuit. Sensus mutabilitate. Mutando sensum dãdo & accipiendo. In probis exẽplarib⁹ legiṫ: sed sensus mobilitate: tanq̃ dicat q; fit quędã mobilitas ex sensili ad sensile. Aut aliqua. Alibi codicum scriptũ est. Ante aliqua tangi partũ q̃ prodiṫ extra. hoc sensu. ista possunt oriri non sensu: verum possunt anteq̃ partũ extra pdiṫ tangi aliqua mobilitate. Partum. Res parta & generata. Proditur extra. Educitur in lucem & nascitur. Huic satis. Huic sufficienti respõsione dicem⁹. Illud. Illa responsio. Planũ facere. Explanare & aperire. Partum. Aliquid qđ de potentia materię educiṫ. Concilio. Re generationi pclitui & accõmoda. Ante. Prius q̃ quid pariaṫ. Coacto. Congregato vt sic geniture accingaṫ. Nec quicq̃ cõmutari. Zeugma a supiori. erit satis illud planum facere quidq̃ nõ cõmutari sine cõciliatu hoc est cõgregatiõe seminis. Principio. Cõfirmatio rationis: sensus corporis subsequunṫ naturã animãtis hoc est creationẽ. igitur ante partũ nõ possunt esse sensus: & consequenter opinio q̃ superius adducebaṫ, est prępostera. Nimirum. Nec mirũ est si sensus non est ante sensum: qm̃ anteq̃ materia p nouã coadunationẽ cogaṫ & cõgregeṫ in aliquo corpore: vagabaṫ p loca diuersa: neq; poterat aliquid gignere anteq̃ conuenisset per nouã generationẽ. cũ igiṫ cõuenisset nõ potuit sensum aliquẽ corporeũ imprimere.

Disiecta. Diuisa: in partes discreta diuersas. Flãma creatis. In sideribus & in æthere q habet igneã naturã. proinde nonnulli fuerunt authore Quintiliano libro primo: qui stellã quasi stillã ignis appellauerunt.

Stella vñ.

Obiter hoc annota. Stel'ę secũdæ Alberto libro de animalib⁹ primo sunt inclinationes passionũ. vñ sapiens Philen⁹ dixit q; diuinãs melius & verius pnunciat accipiẽs iudiciũ a stellis secundis: secũdas vocãs stellas figuras & accidẽtia inuenta in rebus physicis: q̃ a superiorib⁹ impressa sunt.

Stellæ secũdæ quæ.

Congressa. Ad geniturã cõueniens. Modo. anteq̃ nouũ corpus compegisset. Vitales motus. Sensuũ vitaliũ vegetationes & pulsus: quibus daṫ cõueniẽs animali vitalitas. Quibus. Motibus vitalibus sensus in homine gignẽtib⁹. Omne tuẽtes. Qui sensus cuncta moderantur: regunt: & prospiciunt. Accensi. Vegetati: anima & vitalitate donati. Animãtum quemq;. Omne animal. Tuentur. Defendunt: regunt: adminiculantur.

¶ Preterea. Sēſus vitales docuit ꝑuenire ex primorū principiorū motibus: quos nūc aſſerit diſcuti & affligi cū primū aliquis maior ictus ſupuenerit: quē ſenſus ferre tolerareq̃ nō poſſunt: ab illa nanq̃ vtpote vehementio re plaga cōfundunt ſenſus & obſtupeſcūt vt ſecū principiorū nexus euaneſcāt: lęſoq̃ ſenſu principiū primū nō lędit. Scribit in hanc ſententiam Ariſtoteles. Senſile excedēs ſenſum, corrūpere ſenſum. hic oſtēdit principia prima nō eſſe ſenſilia: qm̄ cū quis percutitur lęditur ſenſus non principiū: qui ſenſus dolore opprimitur: voluptate expergiſcitur.

Grandior. Exuperans ſenſum. Quā patitur natura. quē ictū tolerare nō poſſit captꝰ animaliſq̃ cōditio. Animi. In percuſſo corpore ſopiti: & vt flatus in organo laeſo nō facientis officiū ſuū. Pergit. Inſtat & perſeuerantet vrget. Cōfundere. Vexare: turbare: ſopire. Diſſoluunt. Quatiuntur & relaxantur ab ictu. Poſiturae. Situs & motꝰ corporum primorū quibꝰ veluti quodam coagulo corpus tenebat. Penitus. Omnino: vniuerſatim. Motus vitales. Vegetatio vitā prę ſtans animantibꝰ. Materies. Principia quibus moles corporea conſtat. Concuſſa. Ex omni parte iactata & agitata. Nodos. Clauſtra: vincula: foedera: quibꝰ aīa in compage corporis tenebat. Diſperſam. In diuerſas partes diuiſam. Foras. Ad exitium vel extra ꝓpriā ſedē. Caulas. Receptacula. Seruius grāmaticorū princeps caulā oim̄ receptaculū eſſe ſcribit: ponitq̃ pro omni ſepimento. dicta caula quaſi aula addita. C. dicit a gręcis aula hoc eſt ἡ αὐλὴ receptaculū quodcūq̃ & ſecluſorū hoc eſt ſeptū. Maro. Dum fuit ad caulas vētos perpeſſus & imbres. Caulam a cauo Pōpeius inflectit. Petronius. Ferrata tigris vectatur in aula. Nā quid. Quid putemus, inquit poeta, illatū ictū facere: niſi cuncta diſſoluere: quibꝰ anima corpori foederabat. Oblatū. Illatū homini vel animanti cuipiā. Diſcutere. Diſijcere: in diuerſas partes quatere & agitare. Quęq̃. Vicula: quibus corporea compages arctabat. Fit quoq̃. Hinc probat elementa nō habere ſenſus: verum ſenſibus afferre robur: augmentū: ſalutē. Nam ſaepicule accidit vt ſenſus leuiori feriant ictu: tūc ſenſus qui ſtuperēt & ictui cederent vt illato vulneri reſiſtant adiuuātur a principijs lęſos fouere ſolitis. Oblato illato. Minꝰ acriter. Minori acritudine atq̃ vehemētia: quae poſſet exitiū perniciemq̃ moliri. Relliquiae. Solent quędam ſenſuū appendiculae in ſenſibꝰ supereſſe nec poſt ictū ſtatim euaneſcere. Vincere. Supereſſe: reſtare: non ſuccumbere penitus ictibus.

Caula.

Aula.

Saepe vincere. Repetitio quae intellectum auget. Plagae. Vulneris illati.

Sedare. Mitigare: lenire. Tumultus. Vexationes & doloris acerbitudines. Inq̃ ſuos. Illa ſenſuum reliquia quae ſuperfuit ictui caeteras corporis laeſas partes ad priſtinam conſiſtentiam reuocat. Quidq̃ rurſus. Omnē reliquam molem corporis ictu ſtupentem: ſed ſeribatur quidquid.

Pręterea q̄uis animantem grandior ictus
Q̄ꝫ patitur natura repēte affligit: & omneis
Corporis: atq̃ animi pergit cōfūdere ſenſus.
Diſſoluuntur enim poſiturę principiorum:
Et penitus motus vitales impediuntur:
Donec materies omnis concuſſa per artus
Vitaleis animae nodos e corpore ſoluit:
Diſperſamq̃ foras per caulas eiicit omneis.
Nā: quid prętera facere ictū poſſe reamur
Oblatum: niſi diſcutere: ac diſſoluere quaeq̃?
Fit quoq̃ vti ſoleāt: minus oblato acriter ictu
Relliquiae motus vitalis vincere: ſaepe
Vincere: & ingentis plagę ſedare tumultus:
Inq̃ ſuos quicq̄ rurſus reuocare meatus:
Et quaſi iam leti dominantē in corpore motū
Diſcutere: ac pene amiſſos accēdere ſenſus.
Nam quare potius leti iam limine ab ipſo
Ad vitam poſſint coniecta mente reuerti:
Q̄ꝫ quo diſcurſum prope iā ſiet ire & abire?
Praeterea quoniā dolor eſt vbi materiei
Corpora vi quadā per viſce ra viua per artus
Sollicitata ſuis trepidant in ſedibus intus:
Inq̃ locum qn̄ remigrant: ſit blanda voluptas:
Scire licet nullo primordia poſſe dolore
Tentari: nullamq̃ voluptatem capere ex ſe.
Quādoquidē nō ſunt ex illis principiorū
Corporibus: quorū motus nouitate laborēt:
Aut aliquē fructū capiant dulcedinis almae:
Haud igitur debent eſſe vllo praedita ſenſu.
Deniq̃ vti poſſunt ſentire animalia quaeq̃:
Principiis ſi iamſt ſenſus tribuendus eorum:
Quid genus humanū ꝓpriti de quibꝰ auctūſt:
Scilicet & riſu tremulo cōcuſſa cachinnant:
Et lachrymis ſpargunt rorātibꝰ ora: genaſq̃:
Multaq̃ de rerū miſtura dicere callent:
Et ſibi ꝓporro quae ſunt primordia quaerunt.
Quādoquidē totis mortalibus aſſimilata

Ipsa quoq; ex aliis debent constare elemētis:
Inde alia ex aliis nusq̄ consistere vt ausis.
Quippe sequar: quodcūq; loq: rideręq; duces:
Et sapere ex aliis eadē hæc facientibus: vt sit.

Meatus. Vias: ordines: motus, & solita cur
ricula. Et quasi. Reaccēdit redardescereq;
facit motum: qui iā maxime stupebat in cor
pore. In corpore leti. In corpore pcussi ani-
malis & minimo min⁹ ab ictu strati. corpus
leti appellatur illud: qđ quasi occupatur a le-
to. Dominantem motum. Cursum & te-
norem consistentiæ vitalis: qui dominabaẗ
& vigebat in corpore semianimi. Discutere. Expergefacere: in diuersum calefacere: suscitare. Pene amis
sos. Minimo minus illato verbere stupentes. Accendere. Expergefacere: qđ cum accidat sensui non princi
piis, colligamus corpora prima esse insensilia. Nam quare. Comprobatio illius rationis quam proposue-
rat. Videmus forinsecus ictus motus vitalium sensuum vacillare: hoc manifestarium est in quibusdam ęgris
qui destituti sensuum alienatione pergunt ad fatum cum tamen statim retrahantur a faucib⁹ mortis & aliqua
virtute nuper superueniēte vegetatis sensibus, refocillatoq; animo reuocantur ad vitam: tunc non læduntur
principia: sed sensus vitales: perinde cū aliquo recenti fomento sensus læsus recreatur, surgit vitalitas in sen-
su non in principio. Ab limine leti. Prope finem vitæ. Sic Papinius. limine vitæ singultant animas. Cō-
iecta mente. Conuocatis viribus mentis: quæ per ictus vehementem violentiam excesserunt. Quo. Ad
metam perniciei: ad quā fere decurrerunt sensus a sede propria lapsi. Discursum prope iam fiet. Iā fit a sen
sibus excursum prope mortem. Ire. Procurrere ad exitium. Abire. Penitus euanescere ac in perniciē egre
di. Siet. Sit. Ordo. Quare potius sensus iam ab ipso limine leti. i. a mortis faucibus possint reuerti ad vi-
tam, coniice mēte q̄ ire & abire quo prope iam fiet discursum subintellige ab eis. Præterea. Docet vbi sit do
lor in corporibus scilicet materiæ: quæ sola turbare potest violentia: quæ in primis corporibus simplicibus, — Dolor vbi sit.
puris, & impressiones exoticas non recipientibus non habet longam manum. Vi quadam. Illato vulnere ab
extima plaga. Per viscera viua. Sensilia: cum principia non sint viua ea vita: quæ mot⁹ sensibilis alit ac ve
getat. Sollicitata. Sollicitudine & dolore vexata. Trepidant. Tumultuantur & agitantur. Inq; locū.
In sedem suam. quando corpora materię mota loco per extrariam violentiam reuertuntur ad sedem suā tunc
fit voluptas. Remigrant. Notatu dignum migrare prima correpta proferri. Manlius libro tertio. Sed tem- — Migro pria correpta.
pore sedes Nascentum acciperent proprias signisq; migrarent. Plautus in amphitryone. Mea vi subacta est
facere. ego in cælum migro. Voluptas. Sensus noua suboriēte voluptate demulti & illecti ad sedes propri-
as retrocedunt. Scire licet. Cognoscere in promptu est elementa nullo labore posse vexari. quoniam pere-
grina pathe non admittunt. Primordia. Corpora prima. Tentari. Agitari: vexari. Capere. Concipe-
re affectus nō possunt: quod ē sensibus corporis proprium. Ex se. Ex natura sua: nam hoc est sensibus vti
q; peculiare. Quādoquidē. Cum hoc sit. cum principia non sint corpora mista, sed simplicia: quorum pro-
prium est non admittere vices mutabilitatis. Ex illis corporibus. Intellige mistis. Principiorum. Subin-
tellige corpora. Quorum. Corporum mistorum. Motus. Alterationes & successiuæ mobilitates magis
aut minus in corpore gignentes. Nouitate. Noua suboriente causa mutationis. Laborent. Fatigentur: a-
gitentur: succumbant. Ouidius. Et mūdi moles operosa laboret. Dulcedinis. Voluptatis dulcis illecebrę ani-
morum: perstat asserere corpora prima nec voluptatem accipere nec dolorem. Almæ. Alentis corpora.
Debent. Principia. Vti. Quonam pacto? Sensus. non asserēdū est corpora prima sensus habere. qm̄ si hoc
diceremus excluderemus a sensibus corpora mixta: dicēdūq; esset omnia accidentia: q̄ corporib⁹ secūdis eueni-
unt, & primis accidere. riderent igitur corpora prima: gemerent: lætarentur: dolerent: qđ est secūdi corporis p-
priū. Eorū. Qui sensus eis mistis corporibus pprie peculiariterq; debentẗ. Quid genus humanū. Quid
dicendum esset de corporib⁹ humanis q; sentirēt aut q; non sentirent? De quibus. A quib⁹ corporib⁹ princi
piorū excepit naturā ort⁹ sui. Auctust. Ad augmentū deductū. Propritim. Proprie. verbum vetus. sic Mar — Propritim.
cellus interpretatur. Scilicet. Semper cum ironica subsannatione ponitur. profecto cachinabunt princi-
pia & lugebunt si concedes illa esse sensilia. Tremulo. Corpus tremebūdum reddente cum nimius est & ca — Risus tremulus.
chinabilis. Cachinnones effuse ridentes dictitabāt antiqui. Seneca monet. Vt risus sit citra cachinum. Roran-
tibus. Guttatim labētibus. Ros ab Ouidio dicitur esse lachryma auroræ in funere Memnonis. Dixit enim il — Cachinones.
le. Nūc quoq; dat lachrymas: & toto rorat in orbe. Aer autem in pluuiam soluitur aut si sudus sit multum de
se roris emittit: vnde Alcman lyricus dixit rorem aeris & lunæ filium. Multaq;. Et afferunt multa spectātia — Ros.
ad corpora mista: quæ puris corporibus ascribunt. De rerum mistura. Quæ sunt de natura mistorum cor-
porum. Callent. Callide & argute magis q̄ vere ratiocināturé & argutantur. Proporro. Vlterius. cum homi
nes habeant tot indicia: motus sensuum in his vigere: quærunt adhuc quænam sint primordiorum qualita-
tes. Quandoquidem. Insaniens est hæc sapientia putare elementa fungi officio & actionibus secundorum
corporum: qđ si verum esset, necessarium esset quærere altera horum elementorum elemēta: quæ pura corpo
ra essent ac simplicia: qm̄ cum ridemus: compositum ridet: cum differimus, mistū corporis fungitur hac ope
ratione non primum. Ipsa quoq; assimulata. Ipsa principia fungerentur operibus cæterorum mortaliū cor-
porum: essent corpora mortalia non elementa. Totis mortalibus. Omnibus mistis corporibus quos corri-
pit interitus. Debent. Hæc elementa necesse esset vt nouis constarent elementis. Inde. Post hæc. Alia.
Secunda corpora constarent ex aliis elementis: & hoc pacto pcederet in infinitum. Vt ausis. Quæ alia cor-
pora non auderent: hoc est non essent idonea consistere hoc est pausam ducere quin expeterent noua corpo-
ra simplicia. Nusq̄ consistere. Pausam facere ac finem ne pcedatur in infinitū. Quippe sequar. Compro
batio rationis q; pergeretur in ifinitum. Si dices principia ridere: constant igitẗ illa ex principiis nouis: q̄ idem
faciunt: ergo non erit finis in elemētis. sequar pergam quęrere. Quodcunq;. Corpus. Sapere. Quodcūq;
mistum sapiet: ex principiis sapientibus sapiet, & illa ex aliis: & hoc pacto diutine res protrahetẗ. Vt sit. Scri
bendum. vt fit. hoc est respondebo esse necessarium vt illud qđ ridebit fit ex aliis facientibus hæc eadē. Ea-
dem hæc. Has easdem operantibus actiones.

Delira. Aberrans a veritate: furioſa. Inſano cõuenientia. cum hãc infinitatẽ in principijs ponere ad hominẽ pertineat imprudẽtem: dicamus igitur principia nec ſapere nec ridere: quæ ſunt accidentia compoſiti. Auctus. Scribendũ auctũ. hoc eſt totũ cõpoſitum. Non ex ridentibus. Compoſitum & creatum ex elementis non ridentibus. Rationem reddere. Et ſi compoſitum poteſt ratiocinari: elemẽtũ vero minime: dicam⁹ hæc eſſe miſti accidentia. Non ex ſeminib⁹. Cũ ſemina hoc eſt principia nec ſapiãt nec diſerta ſint: & tamen Socrates ex ſeminibus compactus ſapiat & diſerat: cur non a ſimili ratione q̃ videmus habere ſenſum, procedere dicimus a ſeminibus ſenſu carentibus? Qui minus. Cur non. Ea quæ ſentire videntur. Corpora quæ cognoſcuntur eſſe ſenſilia. Permiſta. Coniuncta cum elemẽtis: quę ſenſum non habent. Ordo. Qui minus ea quę ſentire videmus queant eſſe permiſta ſeminibus carentibus vndiq; ſenſu. Deniq;. Sed vt vno verbo colligamus ſumus ab elementis primiſq; corporibus oriundi: qui nedum viribus ſuis omnia fœcunda complẽt genitura: ſed & terram fœtam reddunt: quæ omnia multiplicat & propagat accipiens a cælo guttas humectas: indeq; fœtificãs parit fruges & alimenta mortalibus, cæteriſq; animãtibus. Parit. Subintelligendum et. Ipſaq; terra bruta parit etiã homines. Semine oriũdi. In media quandoq; ſyllaba vocalis ante vocalẽ patitur ſynalœphen: quapropter deinde: dicim⁹ ſyllaba duplici. In priſcis tamẽ exemplaribus ſcriptum eſt. ſtirpe oriũdi: qđ mẽſuræ ſyllabicæ quadrat. Ille. Iuppiter q pro aqua ponitur. Illa enim commiſta terræ procreat omnia. vnde a Marone dictum auctore Auguſtino. Iuppiter in gremium terræ deſcendit: & omnes Magnus alit magno commiſtus corpore fœt⁹. Et Tibullus. Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui. Alma. Q; alit omnia. Iouem Auguſtinus alumnũ cognomento vocatũ tradit q; alat cũcta: quibus verbis Laurẽtij Vallẽſis opinio conuincit: q Seruiũ taxat recte dicẽtẽ alumnum pro eo ſumi q alit & qui alit. Liquentis. Liquentes: defluas: liquidas. Fœta. Grauida & ab humore pregnans effecta. Læta. Florida: luxuriantia: fœcunda. Genus humanum. Homo cæteris animalib⁹ fautor & nutritor additus eſt: quę quodammodo generare videtur cũ generatis pabula ſubminiſtrat.

Iuppiter p aqua.
Locus Virgilij.

Alumnus Iuppiter.
Laurentij Vallenſis error.

Secla. Turbam: gregem: multitudinem. Propagant. Proferunt ac multiplicãt. Maternum nomen. De hoc ſupra ſatis affatim perſcripſimus. Cedit retro. Reuertitur: retrocedit. omnium rerum quædam viciſſitudo eſt. exempli gratia pluuia de cælo deſcendit in terras: e terris ſcandit in cælum: corpora cum vitæ limen attingunt educuntur de corpore materiæ: cum obeunt in materiam reuertuntur: & ita multiplex eſt generationis corruptioniſq; viciſſitudo. De terra. Q đ fuit terreſtre poſt ſpatiũ tẽporis retrocedit in terras: vt humanum corpus, quo:

Q; ſi delira hæc furioſaq; cernimus eſſe:
Et ridere poteſt non ex ridentibus auctus:
Et ſapere: & doctis rationẽ reddere dictis:
Non ex ſeminibus ſapientibus atq; diſertis:
Quî minus eſſe queãt ea: q̃ ſentire videmus:
Seminibus permiſta carentibus vndiq; ſenſu.
Deniq; cæleſti ſumus oẽs ſemine oriundi.
Omnibus ille idẽ pater eſt: vñ alma liquẽteis
Humorum guttas Mater cũ terra recepit:
Fœta parit nitidas fruges: arbuſtaq; lęta:
Et genus humanũ: parit omnia ſecla ferarũ:
Pabula cũ prębet quib⁹ oẽs corpora paſcunt:
Et dulcẽ ducunt vitã: prolemq; propagant.
Quapropter merito maternũ nomẽ adeptaſt.
Cedit itẽ retro: de terra quod fuit ante:
In terras: & quod miſſumſt ex ætheris oris:
Id rurſum cæli rellatũ templa receptant.
Nec ſic interimit mors res: vt materiei
Corpora conficiat: ſed cœtum diſſipat ollis.
Inde aliis aliud coniungit: & efficit omneis
Res: vt conuertant formas: mutẽtq; colores:
Et capiant ſenſus: & puncto tempore reddãt.
Vt noſcas referre eadẽ primordia rerum
Cum quib⁹: & quali poſitura contineantur:
Et quos inter ſe dent motus: accipiantq;.
Neue putes æterna penes reſidere poteſſe
Corpora prima: q; in ſummis fluitare videm⁹
Rebus: & interdum naſci: ſubitoq; perire.
Quinetiam refert noſtris in verſibus ipſis
Cum quib⁹: & quali ſint ordine quęq; locata.
Nanq; eadẽ cęlũ: mare: terras: flumina: Solẽ:
Significãt: eadẽ fruges: arbuſta: animanteis.
Si non omnia ſint: at multo maxima pars eſt
Conſimilis: verũ poſitura diſcrepitant res.
Sic ipſis in rebus item iam materiai
Interualla: viæ: connexus: pondera: plagæ:
Concurſus: motus: ordo: poſitura: figuræ

Cum permutantur:mutari res quoq; debēt.
Nunc animū nobis adhibe veram ad rationē.
Nam tibi vementer noua res molit' ad aureis
Accidere:& noua se species ostēdere rerum:
Sed neq; tam facilis res vllast:quin ea primū
Difficilis magis ad credendū constet.itemq;
Nil adeo magnū:neq; tam mirabile quicq;
Quod non paulatim minuāt mirarier omnes.

niam terrenum fuit reciprocat in terrā. Missus est. Et pluuiæ quæ ex tertia cæli regione præcipitarūt in terras rursum machinam cęli succedunt:cū terrestres euaporatiōes ascēdunt:frigoreq; correptę per antiparistasin resoluuntur in pluuias:niues:& grādines. missum in hoc loco pro demissum interpretare. De hac antiparistasi sic Aristoteles lib. octauo physicorum. Talis motus in aere fit & in aqua:quem quidā antiparistasin esse dicunt. Antiparistasis.
Ex ætheris oris. Ex regionib' aereis. Id. Quod fuit demissum ex tertia aeris regiōe.
Relatum. Rursum illatum sublatumq; in cælum. Templa. Regiones. Receptant. Subinde recipiunt. Ordo. Templa cæli rursum recipiunt id relatum:qd missum est ex ætheris oris. Cæli. aeris. Aetheris. Aeris hic. Pluuia enim gignitur in aere turbulento. Nec sic. Quoniam materiæ formæq; fiat aliquando diuidia atq; solutio:non tamen ita soluuntur vt in nihilum abeant. Cōficiat. Interimat & penitus absumat. vnde ferarum confectores appellātur. Cœtum. Compositionem. Sed mors tantummodo dissoluere nodos vitales potest ipsis corporibus cum penit' ad nihilum redigere nequeat. Dissipat. Diuidit:abiungit. Ollis. Illis. Maro ex Lucretio. Olli cæruleus supra caput astitit imber. Inde. Post interitum illico materies nouas formas induere non cessat:res sensiles creare:creatasq; dissoluere. Ollis.
Alijs. Formis. Aliud. Aliam materiam. Conuertant formas. Non quidem vt pereant:sed vt formas immutent. Colores. Status:habitus:formas & conditiones. Color in hoc loco pro statu capitur:vt apud rhetoras:qui colores capiūt ab hoc & ab illo loco. Exempli gratia. Vlyxes cruentato gladio repertus colorem facit hoc est ansam coniecturæ pręstat Teucrum interemisse. Pūcto tempore. Puncto temporis hoc est breui tempore. figura loquendi Lucretio familiaris. Punctum pro momento vt Lucilius in.xiij. Pūcto vna hora id est angustissimum spatium. Terentius in Phormione. Tum temporis ne mihi punctum. Plynius in epistolis puncto temporis pro momento dixit. Marcus Tullius in Catilinam libro quarto. Puncto temporis frui vita & communi spiritu non putat oportere. Sunt qui in Lucretio puncto temporis malunt s literam pro sibilo abijcientes. Hieronymus in epistola ad Minerium & Alexandrū monachos. In atomo & i pūcto temporis atq; momento:quo palpebra oculi moueri potest. istud vltimū græce dicitur ἐν τῷ ὀφθαλμου ῥόπῃ. a puncto fit punctiuncula. Seneca libro septimo. Leuis aliquem motiuncula decipit:sed cum creuit, & vera febris exarsit etiam duro & perpesso sui concessionem exprimit:pedes dolent:articuli pūctiunculas sentiunt. Pūctum res minima. vnde Seneca libro primo naturalium questionum de terra loquens. Hoc est illud punctum:qd inter tot gentes ferro & igne diuiditur. Reddant. Sensus:materiæ restituant:a qua acceperūt. Color. Punctum. In ictu oculi. Punctiuncula. Motiūcula
Vt noscas. Materiam nunq̄ formas admittere piget. causa q; diuellatur ab vna forma non est materiæ interitus:sed quoniam principia motum solitumq; tenorem permutarunt vnde vita soluitur animalis. Referre. Magni interesse. Ne ve putes. Sensus est. docuimus vbertim corpora prima per nouos interitus subinde mutari:ad viuam formā:cadauerеam:vermicularem:cineream. his tu persuasus ne putes principia esse corruptionis capacia. refert enim corrumpi dicere & mutari. mutant enim principia statum:conditionem:posituram non essentiam:vt in versibus nostris series & ordo non elementa mutantur. Penes. In priscis exemplarib' legitur parum. sensui cōgruit. ne putes prima corpora parum posse residere hoc est remanere & superesse. Potesse. Posse. verbum priscum. Qr. Quoniam. In summis. In vniuersis rebus quando oriuntur & occidūt. Fluitare. Labi:titubare ne cadant in perniciem:fluctuari. Nasci. Videmus corpora prima.
Perire. Loquitur ex opinione vulgi credentis corpore soluto principia obire. Quæq;. Elementa:quæ nō mutantur in diuersis versibus:sed situs & positura variatur. idem principijs accidit. Nanq; eadem. Principia nō mutari, sed principiorum ordinem docet cęlum:mare:sol & flumina:quę sunt eadē hoc vno q; sunt similib' oriūda principijs:diuersa tn̄ sunt eadē. qm̄ sunt cōposita ex atomis varios mot', plagas, interualla & figuras habentib'. Eadē significant. hoc est noie cæli sol & arbusta significantur comprehenduntur q; si respiciamus atomos easdē:quib' huiusmodi sunt genita:discrepant vero non atomis sed atomorū positura. Si non omnia sint. Subintellige eadem. Consimilis. Propter principiorū similitudinē. Positura. Situ atomorū diuerso:qui diuersitatē facit in rebus. Discrepitant. Differunt. & vt ita loquar:diuersificant. Itē. Pariter euenit vt in eis sola positura differentiā faciat. Permutant. Ob diuersorū creationē. Res. Quæ gignūtur mutatione accidentiū in principijs immutant. Nunc aīm. Memmiū admoniturus plures mundos haberi cū res quodāmodo sit incredibilis, conuertit aīm ad exempla docens multa esse quæ nisi viderimus credere non auderem'. Verbi gratia si quis diceret in cælo fulgere lucida & flammātia sidera:fidē adhibere morareris. hoc & eodē modo captandæ & inducendæ credulitatis vtit Augustinus de trinitate disputaturus. Molitur accidere. Parat aduenire & se auribus tuis admouere:cui forte fidem non adhibebis. Species. Simulachrum:imago. Accidere. Accedere. Sed neq;. Sed nulla res tam facilis est ad credendum quin difficilis videatur cum primū proponitur. Constet difficilis. Sit difficilis. Nil adeo magnum. Similiter nihil tam magnum est & mirabile:qd hoies cū assidue viderint nō desināt admirari. Sentētia sumpta ex epimythio hoc est affabulatione illius æsopeæ fabellæ:in qua leo formidabilis & meticulosa vulpes inducunt:quē cū primum vulpes non auderet aspicere, postea consuetudine pariente contemptum, frequenter viso audebat adsistere. Neq; quidq̄. Nihil. Paulatim. Paulum obliterata spatio temporis admiratione. Minuant mirarier. Minuant intentionem mirandi:vel minuant mirari figura gręcanica hoc est minuant admirationē:quale illud. Scire tuū nihil est:vt mirari pro admiratione ponatur. Con ēptū frequentia parit.

Principio cæli clarum purumq; colorem:
Quenq; in se cohibent palátia sydera passim:
Lunamq;:& solis preclara luce nitorem:
Omnia quæ nūc si primū mortalibus essent:
Ex improuiso ceu sint obiecta repente:
Quid magis his rebus poterat mirabile dici?
Aut minꝰ añ qđ auderēt fore credere gētes?
Nulli (vt opinor) ita hęc spēs mirāda fuisset:
Q̄ tibi.iam nemo fessus satiate videndi
Suspicere in cæli dignatur lucida templa.
Desine quapropter nouitate exterritus ipsa
Expuere ex animo rationē: sed magis acri
Iudicio perpende:& si tibi vera videtur:
Dede manus: aut si falsast: accingere contra.
Quærit enī rationē animus cū summa loci sit
Infinita foris hęc extera mœnia mundi:
Quid sit ibi porro: quo ꝓspicere vsq; velit mēs
Atq; animi tractus liber quoquo velit ire.
Principio nobis in cunctas vndiq; parteis:
Et latere ex vtroq; infra: supraq; per omne:
Nullast finis (vti docui) res ipsaq; per se
Vociferatur:& elucet natura profundi.
Nullo iam pacto veri simile esse putandumst.
Vndiq; cum vorsum spatium vacet infinitū:
Seminaq; innumero numero summaq; ꝓfūda:
Multimodis volitent æterno percita motu:
Hunc vnum terrarum orbem: cæluq; creatū
Nil agere illa foris tot corpora materiai:
Cum præsertim hic sit natura factus:& ipsa
Sponte sua forte offensando semina rerum
Multimodis temere icassū frustra quoq; iacta
Tandē coarctarint ea: quę cōiecta repente
Magnarum rerum fierent exordia semper:
Terrai: maris:& cęli: generisq; animantum.
Quare etiam atq; etiā taleis fateare necessest
Esse alios alibi congressus materiai.
Qualis hic ē auido cōplexuꝰ quē tenet æther.

¶ Principio. Docet raritatē conciliare rebus admirationē: frequentiā vero contemptum: quippe si exorirentur sidera nunq̄ antea visa: quis nō illud coruscamen penitussime miraretur & horreret: verū cū familiari nobis fulgore coruscent: non ea nos afficiunt admiratione. Quenq;. Et quem colorē cohibēt hoc est complectuntur & continent. Palantia. Vaga: discursantia per cælum. Lunā. Subintellige si repēte exortam cerneremus. Essent. Obiecta repente. Ex improuiso ceu sint. Vt sint obiecta ex improuiso. hoc dicit per parēthesin. Si sidera obiecta repente nobis essent: dico vt sint obiecta ex improuiso; vt solet cometes omnibꝰ admirationem incutiens. His rebus. His sideribus. Fore credere. Nihil erat, qđ minus esse credidissent homines: qui admonerentur in cælo corpus solis effulgere ad imitationē similitudinemq; illius, qd nunc videtur. Ordo. Gētes anteq̄ vidissent sidera quid minus fore auderent credere? hoc est nihil minus gentes auderent credere fore id est futurū esse q̄ hoc vt sideralia corpora apparerent in cælo. Q̄ tibi. Quantum tibi o Mēmi cuius animū merito hæc repentina portenta mouerēt. Species. Inassueta cæli facies. Iam. Nunc vero cum sidera iugiter effulgeant nemo in cęlum tollit oculos. Fessus. Satiatus: expletus.

Satias. Satiate. Satietate. Saties dicit & satias satiatis & satietas satietatis. Marcellus hoc carmē aduocat q̄uis pro Lucretio in eo Lucilius legatur. Salustius. In saltibꝰ occupatus tū exterorum agrum inuasere frumētiq; ex inopia satias facta. Satias dicebatur vt tristitias pro tristitia: qua dictione Pacuuius est vsus in Atalāta & Turpilius in leucadia. Dignatur. Dignū & operępretium putat astra suspicere. Templa. Regiones rutilantes & cæli flammātia pauimenta. Desine. Sed his exemplis satis edoctus quibusdam fidē adhibere: ne dubita: quæ non videntur. quare cū huius generis sit mundorum plurima congeries, disce credere plurimos esse mundos. Expuere. Tanq̄ superuacaneam & noxiam excludere. Despuere dicimꝰ pro refutare. Claudianꝰ. Torq̄ti despue mores. Perpēde. Perpēse iudica. Vera videtur. Q̄ si hęc adducta exēpla vrgēt te ad ista credēda. Dede manus. Da manꝰ: sine te vinci. ꝓuerbiale verbū cum significare volumus aliquem vinci debere rationibus Ouidiꝰ. Scribe dabit victas ferreus ille manus. Accingere contra. Prępara te vt venias obuius rationi victrici: vel vt illam munitiori ratione impugnes. Quęrit. Sensus. cum non possimus oculis penetrare ad indagandam infinitatem vtamur oculis rationis quibus perambulabimus & lustrabimus cælos etiam infinitos. Melior tñ ē hęc interpretatio. Nō opus ē rationē velle q̄rere quare mundus sit infinitus: cuius rei indagatio nullā rationē habet. ratio enim peti debet ex his vnde reddi potest. Congruit Lucretio Plyniꝰ ita scribens libro secundo naturalis historiæ. Furor ē ꝑfecto furor egredi ex eo: & tanq̄ interna eiꝰ cūcta plane iā sint nota

Satias.
Marcellus emendatꝰ.
Tristitias.
Dare manꝰ

Preterea cum materies est multa parata:
Cū locus est præsto: nec res: nec causa moratᶜ
Vlla: geri debent nimirum & confieri res.

ita scrutari extera quasi vero mēsurā illius rei possit agere qui sui nesciat: aut mens hominis videre, quæ mūdus ipse nō capiat. Anim⁹. Sed in hoc errat & a recto tramite labitur. Sūma. Vniuersa mūdi machina: quæ coelo comprehendiᶜ. Foris. Foris ꝗrere ratione dī ille: qui tanꝗ interna mundi sint nota: scrutari tentat extera: quæ cū sint infinita quā ratione possunt afferreᶜ Hæc. Ista ipsa. afflatus in hac dictione fungens vice cōsonantis fulcit precedentē vocalē. Mœnia. Circūadiacentias, terminos, circulos, vallum, ambitumqꝫ mūdi. Quid sit. Quasi dicat nihil. infinita vix capi possunt. Porro. Preterea. Quo. Ad quod spatiū & metā. Vsqꝫ. Diutina intentiōe: vel quousqꝫ. Velit. Possit & contendat. Tractus. Excursus & animi euagatio: vel omne clima, omnis ora coeli libera erit & obuia mēti per oēm tractum discurrenti. Liber. Qui libero motu fruitur agendi se quo velit. Quoquo. In quosqꝫ locos. Si locā mundi sunt infinita mens nullam metam habebit: & tractus animi liber nullis repagulis & angustijs cohibitus per cuncta vagabitur: quippe cum infinitas non habeat metas. In quibusdam exemplaribus legitur. Atqꝫ animi iniectus liber sit quo velit ipse: pari sensu. Si dabitur infinitas erit liber animus quo velit ipse discurrere atqꝫ vagari. Principio. Argumētis ostēdit infinitos esse mūdos ita disserens. Cū in mūdi spatio glomerētur & volitent infinita corpora atomis passim & temere vagantibus: non verisimile est vnā reperiri machinā: quæ cum sit infinita capiat atomos infinitas. Contra Democritum huius opinionis auctorē sic Plynius insurgit libro naturalis historiæ secundo. Furor est mensuram eius animo quosdam agitasse atqꝫ prodere ausos. Alios rursus occasione hinc sumpta aut his data innumerabiles tradidisse mundos vt totidem rerum naturas credi oporteret. Aut si vni omnes incubarent: totidem tamen soles totidemqꝫ lunas & cætera etiam in vno & immensa & innumerabilia sidera: quasi non eadem quæstione semper in termino cogitationis occursura desyderio finis alicuius. Aut si hæc infinitas naturæ omnium artifici possit assignari: non illud idem in vno facilius sit intelligiᶜ tanto præsertim opere. Alexandrum magnum puduisse referunt audientem plurimos esse mundos. hinc exijt illud satyri. Aestuat infelix angusto limite mundi. hic est ille Democritus: qui Auctore Alberto libro de animalibus vndecimo dixit qꝫ forma quidem inquirenda sit: sed formam non dixit omnē substantialem: sed accidentalem: quæ est figura & color ex situ atomorum causata. Ibidem laudatur Democritus qꝫ subtilius ꝗ reliqui philosophi melius appropinquauit subtilitati causæ substantialis. hunc Lucianus in dialogo de longeuis prodit centum quatuor annos supergressum inedia vitam finisse: græce sic. Δημόκριτος μὲν ὁ ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Latere ex vtroqꝫ. A dextra & a sinistra. Infra supraqꝫ. Ab inferiori & superiori parte. Per omne. Per omnē partē. Res ipsa per se. Sponte: ex euidenti doctrina: nullo argumento fulta. per se. interpretare sine teste & præmonstratore.

Infiniti mundi.

Democritus.

For ma.

Democritus ānos⁹

Vociferatur. Clamat: profitetur esse verum & aperte vt ab omnibus audiatur. Elucet. Apparet tanꝗ in speculo. Profundi. Profundæ & infinitæ materiæ. Verisimile. Gratia metri separanda dictio: scribendumqꝫ veri simile vel vero simile. Vacet. Vacuitate maxima protendatur. Vndiqꝫ cū vorsum. Pro cum vndiqꝫ vorsum id est vndiqꝫ secus & ex omnibus partibus. Innumero numero. Numero infinito: non habente numerū. modus loquendi plautinus: quo vsus est in suo epitaphio. Innumeri numeriqꝫ omnes simul collachrymarūt.

Innūerus numerus

Summa. Generali naturæ capacitate. Profunda. Intermina: infinita. Multimodis. Pro multis modis. s. nāqꝫ pro sibilo abijcitur. Percita. Agitata. Hunc vnum. Infinitos mundos esse comprobat. quoniam ex ea creatus est orbis: qui infinitus est: & infinitis repletus atomis: quæ temerario cōcursu volitant: quæ infinitas nō repugnat cū deorum prouidentia non regatur: nec fieri potest vt eodem tēpore diuersis dij locis adsint: quæ cauillatio nihil est: cum dei incorporei: sit vbiqꝫ & omnia compleant. Coelumqꝫ creatum. Subintellige verisimile est esse infinitum cum sit corpusculis innumeris oppletum. Nil agere. Subintellige putandum est. Foris. Extra mœnia mundi. Tot corpora materiai. Tot atomi discursantes. Hic. Orbis. Natura factus. Casu non a deo: propterea infinitus est deo mortalibus se non immiscente: qđ tamē credere piaculum est. Spōte sua. Non nutu, aut opera dei. Docet quēadmodum casu mundus creatus fuerit. Nam cum semina multiplicia errarent discursarētqꝫ per infinitum chaos & tractum: forte fortuna creauerunt mundū. Forte. Creatus ē hic orbis casu quodam dū multiplicia & infinita semina inter se concurrunt: quæ in hoc statu permanētia ad hunc effectum venerunt creandi orbem rem vastissimam. Offensando. Frequentes offendendo: inuicē plagis plurimis incursando: coincidendo. poeta casu quodam refert mundum creatū: dum principia offendunt sibimet deuenerunt forte non consilio ad hanc creationem. Existimat hic poeta cum Empedocle & Epicuro corpora fieri casu fortuita. Semina rerum. Atomos & principia. Temere. Casu: nulla dei nec ratiōe nec ministerio vel magisterio. Incassū. Fortuito. Frustra quoqꝫ iacti. Antiqua exēplaria. Iactataqꝫ frustra. hoc est temere inuicē cōuoluta & vētilata principia. Coarctarit. Hæc semia cōuoluta diu temere coarctarūt se & anguste hærētqꝫ cōuenerūt ad foedera generādi mundū. fit in hac dictiōe synaliphe. qdam codices habēt coierūt. Aliqui colarūt. i. cōfluxerūt ad gñationē hui⁹ maximæ molis. Laudo tritā lectionē. Ea semina. Quoniā non oia principia gñationi mūdi erāt idonea. Quæ. particularia semina. Cōiecta. Coeūtia, cōplicita, cōgregata. vel in media mole huius orbis iā creati cōiecta & imposita sunt nōnulla: ex qb⁹ vastissima ꝗqꝫ crearent: terra videlicet, mare, coelū, & aiantia cetera. Quare. Argumētaᶜ: a simili cū cogi tanta tāqꝫ multiformis materia potuerit vt mundū primit⁹ creauerit: cur nō pōt & cogi eque materia: ꝗ multos mūdos creetᶜ Alibi. In alia naturæ sitæ totius mūdi parte. Cōgressus. Corpora materialia cōgrediētia ad nouos mundos vtiqꝫ parandos.

Fortuito creatus mundus.

Hic est. Mūdus q aeris ambitu etherisqꝫ circūcluditur. Auido. Cupido naturali nexu tali semper inhærere.

Præterea. Rursus ratiocinatur mūdos esse plurimos cū vbiqꝫ sit eadē materia parata idonea mundo parādo: cum vbiqꝫ sit idem naturæ ad parē genturā impetus. Locus est pꝛsto. Cum non desit locus mundo capiendo idoneus in hac videlicet vniuersi inanitate. Causa. Quæ hunc effectum producere sit apta atqꝫ disposita.

Geri. Cum causa non desit: materia: locus: & naturæ semper impetus: cur geri & in lucem prodire non debēt effectus parando mundo conuenientes. Confieri. Cogi, componi, constipari.

¶Nunc & seminibus. Præterea si principijs rerumq; seminibus est eadem copia copiosa q; virium vbertas: naturaq; eodem motus tenore disponitur: quæ pari motu & impetu semina cogat: cur non alter immo plures mundi creari possunt? Copia. Multiplex gignendi desyderium & facultas. Enumerare. Materiæ copiam infinitam esse tradit: q; nedum aliqui numerarent: sed nec hoc innumeri possent. neq; hanc numero cõprehendere fas est: Quem qui scire velit Libyci velit æquoris idē Discere q̄ multę zephyro voluantur arenæ.

Vis. Eadem virtus & impulsus nunc naturā agit: quo prius impellebatur cū huic orbi creādo manus admouit. Quæ. Natura & naturalis impetus. Mouet semina rerū. Nō a natura hoc est a deo vult innuere Lucretius semina moueri: sed ab instinctu & impressione naturali hoc est insita naturæ illorum principiorum. Conijcere. Semina sua in loca diuersa cogere: sed tantæ machinæ capacia. Hic. In his locis. Si cōcedis q; semina rerū generādo idonea mundo sint cōiecta in loca apta recipe talia semina: q; mūdus nou⁹ exoriri possit cōcedas necesse est: imo mūdi pluriformes & dissimiles. Secla. A gmina, greges. Huc accedit. Huc facit: & his rationibus adstipulatur ratio quæ quotidie nostris oculis obambulat. visuntur enim plura vnius speciei esse indiuidua q̄ vnum. A pari igitur declamando infinitos reperiri mundos non erit incongruum qui omnes mortali caducaq; natura sunt prędit: nec diutius durant q̄ semina quæ circa vnumquodq; versantur: vbi cum fiat iugis & continuus fluxus nouis atomis migrantibus & abscedentibus: & cum plura semina aufugerint q̄ immigrauerint & auxilium tulerint: illico mundi sequetur obliteratio atq; ruina: nec mundi solum, sed omnium rerum genitarum. quæcunq; enim sunt genita dissidentib⁹ principijs abolebuntur. In summa. In tota vniuersi mole. Vna. Specie. Vnica. Numero. Quæ gignatur. Quę generetur naturalis creatiōis seminis: & hoc addidit propter phœ-

Phoenix. nica: qui solus est: sed nō gignitur sobole: sed vermiculo & putrefactiōe: vnde ab Ouidio. Seq; ipsa reseminat ales. Cuiusq; secli. Cuiusq; speciei. Sient. Sint: cuiuscemodi speciei sint ista non reperiuntur vnica numero.

Permulta. Numero pene infinita sunt animantia apud eiusdem generis animalia. In primis. per prima animalia vel principia intelligenda vt leones, equi, & huiusmodi. vel prima quæ nō nascuntur putrefactione: vel quæ ex similibus nascuntur: nec sunt bigenera. vel

Bigenera bigeneribus nata. quippe cum possit accidere vnam tantum mulam reperire. Indice mente. Hoc indicante sensu & ratiocinio nullam rē esse: quę sola sit: sola crescat: & decrescat. Montiuagum. Solitum vagari per montes. Genus esse. Subintellige liquet & patet. Pecudes. Pro pecora. quæ enim humana carent effigie pecora vocantur etiam pisces. Squammigerum. Squammigerorum pisciū. Quapropter. Colligit a simili ratione solem, terrā, lunam, etiam reliquas mundi partes singula-

Innũerale res nō esse sed plures. Innumerali. Innume-

Nunc & seminibus si tantast copia: quantam
Enumerare ætas animantū nō queat omnis:
Visq; eadē: & natura mouet: quę semina rerū
Conijcere in loca quæq; queat: simili ratione
Atq; hic sunt coniecta: necessest confiteare.
Esse alios alijs terrarum in partibus orbis:
Et varias hominum gēteis: & secla ferarum.
Huc accedit vti in summa res nulla sit vna
Vnica: quę gignatur: & vnica solaq; crescat.
Quin cuiusq; sient secli: permultaq; eodem
Sint genere in primis aīantibus: indice mēte
Inuenies: sic montiuagū genus esse ferarum:
Sic hominum genitā prolē: sic deniq; mutas
Squamigerū pecudes: & corpa cūcta volātū.
Quapropter cœlū simili ratione fatendumst
Terrāq;: & Solē: Lunā: mare: cætera: q̄ sunt:
Nō esse vnica: sed numero magis innūerali.
Quandoquidē vitę depactus terminus alte
Tā manet: hęc etiā natiuo corpore constant:
Q̃z genus oē qd̄ his generatim reb⁹ abūdās:
Quæ bone cognita si teneas natura videtur
Libera continuo dominis priuata superbis:
Ipsa sua per se spōte oē a dijs regere expers.
Nā pro sancta deū tranquilla pectora pace:
Quæ placidum degunt æuū vitamq; serenā:
Quis regere immēsi sūmū: quis habere ꝓfūdi
Indumāū validas potis ē moderāter habēas?
Quis pariter cœlos omneis cōuertere & oēis
Ignibus æthereis terras suffire feraceis?
Omnibus inve locis esse omni tempore ꝓsto:
Nubibus & tenebras faciat: cœliq; serena
Cōcutiat sonitu: cū fulmina mittat: & ædeis
Sępe suas disturbet: & in deserta recedens
Sęuiat exercens telum: quo sæpe nocenteis
Pręterit: exanimatq; indignos: inq; merēteis.
Multaq; post mundi tempus genitale: diemq;
Primigenum maris & terrę: solisq; coortum

Addita corpora sunt extrinsecꝰ: addita circũ
Semina: quæ magnũ iaculãdo cõtudit omne.

ro: qui numerari non possit. Quandoquidẽ. Mundus varijs cõstitutus est seminibus: eisq; occasus tam diu erit q̃ diu semina: quæ circa horum vnũquemq; agitãtur: illuc assidue migrant: vnde & alia obiter defluunt. At vbi plura aufugerint q̃ suppetent tunc mundus ruet. Vitæ. q̃diu mundus viuere oporteat. Depactus terminus alte. Infixa meta profunde, et intime adacta. Tam. Tamdiu.

Hæc etiã natiuo corpore constant. Hæc per parẽthesim dicuntur. ꝙ vita sit in mundo vt in cæteris animalibus patet. quia partes mundi constant corpore natiuo: hoc est naturali vt nostrum est: consequenter igitur vitam potest et mortem habere. Q̃z. q̃diu. Genus omne. Cuncta animalia: quæ cum partes habeant quas habet mundus et occidant: verisilẽ et ipse mundus excidet. Gñatim. Per singula aĩalium gña discurrendo.

Bone cognita si teneas. Si bene cognoscẽs percipias et cõsyderes. Libera. Si percipiamus naturam prouidentia deorum non regi: illam a graui iugo liberabimus: quo quidam illam premunt affirmantes nihil effici naturale: quod a deo nutu suo non regatur. In hanc infamem opinionem et Plynius noster impegit vir cui nihil par est aut secundum. Continuo. Subito erit libera. Priuata. Liberata: exuta. Superbis. Illam pro nutu flectentibus et reflectentibus. Sua sponte. Ductu et auspicio suo. Per se. Suo nõ deorum regimine aut adminiculo. Expers regere omne a dijs. Quæ non didicit regere res vniuersas. sed vacans experientia infusa a deo per se regit et casu ducitur: non autem ministerio et nutu deorum. Tanq̃ dicere velit naturam non regi a deo: sed casu. Expers dicitur sine experientia. Expers regere vocatur qui regere nescit et consequenter non regit. Omne. Summam vniuersi. Nam pro sancta. Admiratur illa corpora cœlestia: quæ non ministrant omnia mortalibus cum sors sua sit quies nec se humanis immisceant. Pectora. Iunge cum sancta: O vere inquit deum pectora festa et tranquilla luce gaudentia: quæ non immiscentur humanis. Placidum. Imperturbatum. Aeuum. Hoc est æthernitatem in hoc loco. Vitamq; serenam. Quidam codices habent multum q; serenum. qd̃ nec probo nec reprobo. tamen codicem priscum nunq̃ susq; deq; faciendum duco.

Plynij laus.

Quis. Sensus est. quis potest regere immensi orbis infinitatem cum numina cœlestia degant æuum perpetuum? quasi dicat nullus. Sed cum nullus vniuersi capiat administrationem: necesse est igitur mũdũ agi casu.

Habere. Tenere: possidere: pro nutu mouere. Profundi. infiniti mundi vel summę vniuersi. Indumanu. In manu hoc est in ministerio regiminis. du, vacat sicuti patet in induperatore: quæ vox imperatorem significat. Ennius. Induloci lituus sonitus effundit acutos. Idem libro annalium septimo. Concilio induforo lato sanctoq; senatu. Induforo dictum est pro in foro. Moderanter. Apto & docto moderamine. Potis est. Potens est. Quis pariter. Quis tanta vi ac robore præstat vt possit cœlos omnes conuertere: & inspirare terris vim genitiuam ac animalem? non dij possunt inquit Lucretius: sed parum consulte: quoniam non possent omnibus locis omni tempore adesse. Immo hoc est possibile: qui incorporeus est: sine materia: incorruptus & æthernus. Ignibus æthereis. Cœlestibus ignibus: hoc est sideralibus. Suffire. Afflare, suffumigare. Virgilius in georgicis. Et suffire thymo. ab hoc verbo suffimenta suffumigationes appellantur. Feraces. Fertiles. Maro. Illa ferax oleæ est. Esse præsto. Adesse cum celeritate. Tibullus. Pauper erit præsto: tibi præsto pauper obibit. Nubibus. Diurnæ tenebræ fiunt cum sol obtegitur nubibus. Sonitu. Tonitru. Cum fulmina mittat. Iuppiter ille qui fulminator appellatur. hoc ex sententia vulgi loquitur. Aedes suas. Cœlum qd̃ est dei solum & domicilium. Deserta. Loca abdita. & consequenter videtur innuere fulmina non mitti consulto. super qua re Senecam lege in naturalibus quęstionibus. Plynius libro secundo naturalis historię sic scribit. Thuscorum literæ nouem deos emittere fulmina existimant. Romani duo tantum ex his seruauere: diurna attribuentes Ioui: nocturna Summano. Subdit. vocant & familiaria in totam vitam fatidica: quę prima fiunt familiam suam vtiq; indepto. Cæterum existimant non vltra decem annos protendere priuata præterq̃ hæc quæ matrimonio primo facta aut natali die: publica nõ vltra tricesimum annum præterq̃ in oppidorum deductione. Exercens telum. fulmen vibrans & concutiens. Perterit. Scribo præterit hoc est minime afflat & percutit: sed relinquit indemnes: quo indicio credunt impij fulmina sine deorum consilio mitti. huc faciunt illa Persiana. Ignouisse putes quia cum tonat ocyus ilex Sulfure discutitur sacro q̃ tuq; domusq;. Inq; merentes. Tmesis figura hoc est immerentes: quare nulla ratione naturæ mittuntur. Multa. Machinam mũdi corruptibilem Lucretius ostendere nititur his argumentis. Nam post hoc infinitum tempus quo mundus est creatus diuersæ atomi extra hanc machinam aberrarunt: quædam separatæ cesserunt in aquas, terras, & solem: nonnullas summa distribuit vniuersi: quæ paulatim sublatæ ex orbis fundamento dabunt illum in ruinam. Platonici Epicurum Democritum, Lucretiumq; impugnant infinitatem mundorum ponentes: & corpuscula insectilia, quibus aiunt Epicurei mundum esse coalitum, subsannãt ac irrident: quippe cum ista functio ac motus non sit in corporibus: sed in virtute ac specie corpori superaddita præstantissima est ista virtus: nec corpori conueniens: quippe cum suapte natura corpus actionem non præstet: sed impediat. Quamobrẽ atomi exploduntur a principijs naturalibus: quare non infinitos, nec quidem vnum mundum possunt efficere ista insectilia: quoniam motu carent. Plato vnum mundum dumtaxat esse credidit: sed eum vnum tanq̃ archetypon & exemplar ponit: quem vocat intelligibilem, & elementarem: vnde manat hic sensilis. Aristoteles vero præter hunc sensilem alium mundum non nouit: nec terram aut alia quęuis elementa. Scitum est quod canit Architrenius de mundo. Quid moror? est mundus res immundissima: labis Alueus: exundans vitijs vt nubibus aer. Post mundi tempus genitalę. Postq̃ genitus & creatus fuit mũdus. Genitale tempus appellamus originale hoc est originis principium. Diem primigenum. Tempus illud in quo primum omnia genita sunt. ab hoc verbo primigenia naturæ dicuntur vt sunt forma: bona cõstitutio corporis: & id genus reliqua quæ πρῶτα φυσικὰ dicunt. Coortum. Originem. Addita. Sunt distributa ad exteriorum corporũ generationem. Circũ. Vbiq;: in tota natura. Quæ. Semina. Magnum omne. Maxima & infinita moles vniuersi. Iaculando. Dum iaculatur & lancinat: agitat: conturbat: aduocans in continuam generationem.

Indumanu. Induforo

Suffire. Suffimẽta.

An fulmina consulto mittantur.

Genitale tempus. Primigenus dies. Primigenia. Prota. Coortus.

Contudit. Impulit vt se generationi substernerent.

Vnde mare: & terrę possēt augescere: & vñ
Aptaret spatium cœli domus: altaq; tecta
Tolleret a terris procul: & consurgeret aer.
Nam sua cuiq; locis ex omnibus omnia plagis
Corpora distribuunt: & ad sua secla recedūt.
Humor ad humorem: terreno corpore terra
Crescit: & ignē ignes ꝑducūt: ętheraq; ęther.
Deniq; ad extremum crescēdi perfice finem.
Omnia perduxit rerum natura creatrix:
Vt fit vbi nihilo iam plus est: quod datur intra
Vitaleis venas: q̄ quod fluit: atq; recedit:
Omnibus his ętas debet consistere rebus.
Hic natura suis refrenat viribus auctum.
Nā q̄cunq; vides, hilari grandescere adauctu:
Paulatimq; gradus ætatis scandere adultæ:
Plura sibi adsumunt: q̄ de se corpora mittunt:
Dū facile in venas cibus omnis diditur: & dū
Non ita sunt late dispersa: vt multa remittāt:
Et plus dispendi faciant: q̄ vescitur ætas.
Nā certe fluere: atq; recedere corpora rebus
Multa man9 dādū: sed plura accedere debēt
Donec alescendi summū tetigere cacumen:
Inde minutatim vireis: & robur adultum
Frangit: & in partem peiorē liquitur ætas:
Quippe et q̄to ē res āpli9 augmīe adēpto
Et quo latior est: in cunctas vndiq; parteis:
Plura modo dispergit: & a se corpora mittit:
Nec facile in venas cibus omnis diditur ei:
Nec satis est cum prelatos exæstuat æstus:
Vnde queāt tantū suboriri ac suppeditare
Quod satis est; & quātū op9 ē natura nouare.
Iure igitur pereunt: cum rarefacta fluendo
Sunt: & cum æthernis succūbunt, oīa plagis:
Quandoquidē grandi cibus ęuo deniq; defit.
Nec tuditantia rem cessant extrinsecus vllā
Corpora conficere: & plagis infesta domare.

Vnde. A quib9 seminibus ab vniuerso suf fectis generationi multiplici. Augescere. Augeri, crescere, multiplicari. Aptaret spatium cœli domus. Atomi praeterea distributę sunt a natura ad spatiosam cœli machinā cōplendam. Cœli domus. Domicilij cœlestia. Alta tecta. Cœlestia palatia. Tolleret. subleuaret: educeret i sublime sūma vniuersi cœlū. Consurgeret aer. Facto agmine in cœlū tolleretur. Nam sua. Sensus est. atomi q̄ plurimæ sunt in vniuersi summa: quarū pars pura labitur in cœlum: pars aptior terrestri statui in terram: pars igni cōtigua in ignem: istaq; successione continua euenit vt sensim cœlo fulturæ subducantur. Sua. Suis elementis idonea propriecq; competentia. Cuiq;. Cuicunq; principio. Locis ex omnibus. Vndiq; secus: ab omni vniuersi regione. Plagis. Irrequieto motu. Distribuuntur. Dispartita diuiduntur ad loca propria. Secla. ad cubilia & ad propriaa stationes. Igneæ atomi ad ignem decurrent: aqueæ ad aquam. Sunt qui legunt ad sua semina cedunt: hoc est ad elemēta: quorum naturæ similia sunt. Humor. Aqua ad aquaticum refluit elementum. Deniq; scribe cum Marcello grammaticorum cōsultissimo, Donicum pro donec. tali sensu.

Donicū. Humor ad humorem: terra ad terram regreditur: & ita in reliquis donec proficis ad mundi finem prouemendo. quoniam ex elementis atomos proprias adtrahētibus, subducta erūt mūdo stabilimēta & fulturę. Donicū ꝑ donec Plautus posuit.

Perfice. Perfice. In mendosis Marcelli codicibus legitur. perfice pro perficeris. Ego hic & in Nonio perfice pro perficis scribo hoc sensu. A moue ex mundo atomos donec perficis vt ipse remaneat atomis exhaustus: consequenterq; ruat in praeceps. qui legunt perfice ꝑ perfectis non perfecte sensum Lucretianum perceperunt. quemadmodum

Dabe. enim dabe pro dabis: perinde perfice pro perficis dicitur: mage pro magis: pote pro potis.

Ad extremum finem. Subintellige q. donec perficis hoc q natura ad finem extremū cuncta perduxit. Vt fit vbi nihilo. Non plura se inducunt q̄ subducant. Insistit probare poeta ruiturum esse mundum: quippe cum plures atomi se subducunt ex machina mundi q̄ inducant. quare ruina erit in procliui. Vt fit. expone quippe cum fit & accidat. Vbi. in qua machina cœli. Nihilo. Nihil. Quidam codices habent. Sic fit vti nihilo iam plus fit: quae lectio castigatior est & elegantior eodem tamen sensu. Datur. Immittitur: distribuit.

Intra vitales venas. Intra viscera & iteriora cœli. Venas aliquando vocamus partes interi

Vena. ores. Tibullus. Nō tibi sunt silicum circū praecordia venae. Vitales dixit quoniā influentib9 his atomis mundus viget: effluentibus dilabitur. Sic igitur ratiocinatur Lucretius. Si plures atomi subirent machinam cœli q̄ exirent: cœlum staret. verum cū plures exeant ad creata innumerabilia fouēda: labatur necesse est.

Quod fluit. Effluit & elabitur mundo ad extima creāda. Recedit. Subducit se ex machina mundi. Omnibus. Rebus omnibus esse suum prorogatur ex atomis: quas si aliqua plures habent:

ætate diutina fruuntur: si paucas: cito delentur ac extinguuntur. Aetas. Vita. Debet cõsistere. Verisimile est
vt consistat & fulciatur. Hic. Scribendum his. hoc est ex his atomis pluribus aut auctoribus rerũ natura vi:
res dat crescendi & decrescendi. Suis viribus. Naturali potentia incrementum dante iuxta harum atomorũ
paucitatem aut multitudinem. Refrenat. Compescit & arcet. Auctum. Incrementum: augmen. Nã quę
cunq;. Incrementum & decrementum corporum omnium pendet a paucitate & multitudine atomorũ: quippe
cum adultiora plures recipiũt exterius atomos q̃ ex proprio corpore effundãt. Hilari adauctu. Læto & vbe
ri crescendi modo. prisci codices habent. hilum grandescere hoc est nec quidem minima portione grandes fie: Hilum.
ri. hilum dicitur parua portio: de qua voce multa libro primo. priori lectioni magis applaudo. Adauctu. In: Adauct᷒
cremento. Plura corpora. Plures atomos. Adsumunt. Recipiunt & intra se cohibent. De se. Extra suum
corpus. Mittunt. Emittunt & egerunt. Dum. Quando. nunc ostendit plures atomos recipi a corporibus
q̃ abijci & excludi. Facile. Facilibus trasennis per corpora labentibus. Diditur. Diuiditur. Horatius secun Diditur
do sermonum. Albuci senis exemplo dum munia didit. Et paulopost. Seruius oppidius Canusi duo prędia
diues Antiquo cẽsu natis didisse duobus fertur. Sic legendum apud Virgilium libro æneidos septimo. Didi: Locus
tur hic subito troiana per agmina rumor: non deditur. Paulatim. Occulto incremento. Gradus. Adolescẽ Virgilij.
di portiones & vices. metaphora ab homine deducta qui succedens scalam paulatim ascẽdit. Adultæ. Quæ
crescendi finem fecit. Plura sibi adsumunt. Plura corpora desyderant quæ augentur ad summum q̃ corpo:
ra vesca, nec se in magnum incrementum exerentia. Tradit corpora crescentia vicissim plures atomos hauri:
re extrinsecus q̃ emittere: & foras ex proprio corpore profundere: quippe cum sortiantur in primis corpora ex
cibo venas & interanea subeunte: & ea quibus crescit. incrementum enim fit interius adsumendo non effundẽ
do. Non ita sunt late dispersa. Præterea corpora quæ crescunt nõ sunt adeo diffusa & explicata hoc est laxa,
hiulca, & male cõpacta, & simul vnita: vt plus atomorum effundant q̃ recipiant: quibus receptis vescitur ætas Aetas vi
& fruitur. Multa remittant. Plura profundant corpora q̃ recipiant. Dispendi. Detrimenti in effundendo. ta.
Quæ vescitur ætas. q̃ lucri in assumendo corpora quibus vescitur ætas hoc est vita animalis alitur & vires &
auctũ reparat. Nam certe. Liquido conijcere debemus corpora abduci & effluere ex corporibus: sed plura
influunt q̃ effluant. Multa. iunge cum dictione corpora. Manus dandust. Pro dandæ sunt manus: hoc est
oportet vt fatearis te superari & vinci in hoc vno q̧ plura corpora influunt q̃ effluant. Manus dabãtur victori Manus
pro suo iussu ligandæ & coercendæ. hinc Ouidius. Scribe: dabit victas ferreus ille manus. Calpurnius. Tradi: dandust.
mus ecce manus licet illę vimine torto Scilicet & lenta post tergum vite domentur. Plautus in Persa. Fateor:
manus vobis do. Symmachus in epistolis. Cũ ipsum Hãnibalem fides certa sit bello inuictum manus Cam:
paniæ dedisse. Alescendi. Donec ad finem crescẽdi corpora peruenerint illis additur & diminuitur quidpiã. Olesco.
Sed Marcellus olescendi legit pro crescendi: olescere & adolescere idem quod crescere: vnde adolescentem di
cimus. Cacumen. Verticem & metam. Inde. Deinde. postq̃ peruentũ est ad finem crescendi & ad supremã
metam. Minutatim. Minutim: per gradus. Virgilius libro georgicon tertio. Ossa minutatim sanie collapsa Minutati
fluebant. Robur adultum. Vires solidas quæ viguerunt iam pridem in corpore crescente. Frangit. Debi
litat ætas mala vergens in senium. Liquitur. Defluit: & abit in deterius. Quippe. Nam quo res est auctior,
numerosior, ac staturosior eo magis effundit ex se plura corpora: quibus agminatim effluentibus abit in nihi
lum atq; repente dissoluitur. Augmine dempto. Absumpto augmẽto. Est amplius. Prædita est ampliori
vberioriq; corporis augmento. Quo latior est. Quanto magis profluentior est ac vberior. Plura. Corpo:
ra. Modo. Tanto magis. Dispergit. Diuidit ac differt. Nec facile. Non peruia existente via ad humorem
hauriendum & nutriendum: quippe cum ad metam adolescendi sit peruentum. Diditur. Diuiditur: distri:
buitur. Ei. In eius corpore. Nec satis est. In priscis exemplaribus scriptum inuenio. Nec sitis est quæ per la:
tos exęstuat artus. hoc sensu. cibus ad esculenta pertinens, nec liquor ad poculenta possunt augmentum præ:
stare corpori: quod ad summũ adoleuit incremẽtum. Deficiat poti᷒ hoc corpus est necesse q̃ crescat. Nec satis
est interpretare corpus illud nõ accipit per humorẽ liquidum augmentum. Per latos artus. Per corpus auctũ
& ad supremum incrementũ deductum. Exæstuat. Ardore succensa lacessat corpus ad haurienda pocula.
Vnde. A quo cibo arido & humore tenero. Queant. Scribe queat. Tantum. Corporum recreantium &
corpus animalis instaurantiũ. Suboriri. Modice ac gradatim oriri. Suppeditare. Corpori nostro sufficere
ac subministrare alentia corpuscula. Natura. Subintellige queat suppeditare quod satis est: & nouare hoc est
reficere ac instaurare amissa corpora quantum opus est. Iure. Caus͂ euidenti, manifesta, clarissima. Rarefa
cta. Diminuta & exhausta. Fluendo. Corporibus fluentibus & iugiter ex eis manantibus. Aethereis. Per:
petim agitantibus. Succumbunt. Vexantur & a continuis plagis loco dimouentur. Quandoquidem.
Necesse est corpora rarefieri consequenterq; diminui pręsertim cum post longum temporis spatium cibus nõ
semper alat corpora. Grandi æuo. Corpori per longam temporis ætatem traducto. Desit. Deficit. Proper Desit.
tius. Et nullo vacuus tempore desit amor. Maro. Lac mihi non æstate nouum, nec frigore desit. Nec tu:
ditantia. Nec corpora prima cessant fere semper vrgere: agitare corpora: verum cum semper inuicem discre:
pent & repugnent: plagis assiduis & mutationibus illis instant & in mutationem contorquent. Tuditantia
interpretare negotium tundentia. i. agentia. huius expositionis auctor est Pompeius. Marcellus. Tudiculare Tudicula
commouere. Varro in marcipore. Hęccine nobis ter ne tudiculasse. Corpora conficere. Exhaurire, diminue: re.
re. deest post hunc versum carmen hoc. Iamq; senem mundum atq; pusillius omnia nasci. Tali sensu. cum assi
dua fiat altercatio: in primisq; corporibus contentio: diminuentibus & deintegrãtibus corpora prima: cogno
scere possumus mundum iam senescere: & omnia corpora fieri pusilliora minutioraq;, quoniam vt Iuuenalis Corpora
inquit. Terra malos homines nunc educat atq; pusillos. Maro ex Homero. Vix illud lecti bis sex ceruice subi: minora fi
rent Qualia nunc hominum producit corpora tellus. Homerus libro quinto iliados. Ο῾ δὲ χερμάδιον λάβε eri.
χειρὶ τυδείδης μέγα ἔργον. ὃ δύο γ᾽ ἄνδρε φέροιεν Ο῾ῖοι νῦν βροτοί εἰσ᾽ ὁ δὲ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος. Idem Ecpyro:
expressius libro duodecimo Iliados reperire poteris quãdo Aiax Sarpedonis socium Epicleum rudi marmo sis.
re oppressit. Plynius refert Homerum cõqueri pusilliora in dies fieri corpora: causamq; assignat ecpyrosi hoc
est exustioni: in quam vergit æuum. Sed ne te dubiũ reddat ecpyrosis appellatio audi Censorinũ libro de die

natali ita loquentem. Praeterea annus quem Aristoteles maximū potius q̃ magnū appellat:quem solis & lunę vagarumq; quinq; stellarum orbes conficiunt:cū ad idē signum vbi quondam simul fuerunt, vna referūtur. Cu⁹ anni hyems summa est cataclysmos:quam nostri diluuionem vocant:aestas autem ecpyrosis qd̄ ē mūdi incendium. Nam in his alternis temporibus mundus tum exignescere: tum exaquescere videtur. Maternus libro secundo. Tunc ergo ecpyrosin cataclysmus sequitur. Paulo superius idem. ccc. mille annorum maior apocatastasis.i.redintegratio per ecpyrosin aut per cataclysmon fieri consueuerit. Seneca libro tertio naturalium quaestionum. Arsura enim terrena contendit quando omnia sidera,quae nunc diuersos agunt cursus, in cancrum conuenere. Apuleius in trimegisto cum inquit. Malignitatem omnem vel alluuione diluens vel igne consumens.per ignem ecpyrosin intelligit:per alluuionem diluuium.

Sic igitur magni quoq; circum mœnia mūdi
Expugnata dabunt labem:putrcisq; ruinas
Omnia.Debet enim cibus integrare nouādo
Et fulcire cibis:ac omnia sustentare:
Nec quicq̃:quoniam nec venae perpetiuntur
Qđ satis ē:neq; quātū op⁹ ē natura ministrat.
Iamq; adeo fracta est aetas:effœtaq; tellus:
Vix animalia parua creat:quę cuncta creauit
Secla:deditq; ferarū ingentia corpora partu.
Haud(vt opinor)& immortalia secla supne
Aurea de cœlo dimisit funis in arua:
Nec mare:nec fluctus plāgētes saxa crearūt:
Sed genuit tellus eadē quae nunc alit'ex se.
Pręterea nitidas fruges:vinetaq; lęta
Spōte sua primū mortalibus ipsa creauit.
Ipsa dedit dulceis fœtus:& pabula laeta:
Quę nūc vix nostro grādescūt aucta labore:
Conterimusq; boues:& vireis agricolarum
Conficimus feris vix aruis suppeditati.
Vsqueadeo pariunt fœtus augentq; labore.
Iamq; caput quassans grandis suspirat arator
Crebrius incassum magnū cecidisse laborē:
Et cum tēpora tēporibus praesentia confert
Pręteritis:laudat fortunas saepe parentis.
Tristis item vetulę vitis sator ęqua fatigat:
Temporis incusat nomē:seclumq; fatigat:
Et crepat antiquū genus vt pietate repletū
Perfacile angustis tolerarit finibus aeuum:
Cū minor esset agri multi modus ante viritī:
Et tenet omnia paulatim tabescere:& ire
Ad scopulum:spatio ętatis defessa vetusto.

Sic igitur. Nec cessabunt elementa senium cem diminuere quoad ruina rerum omnium fiet. Circum expugnata. vndiq; expugnata. Moenia. Ambitus. Labē. Lapsum foedissimum. Putres.corruptione in peius recidentes. Debet.Oportet. Cibus. Alimentum.ruerent ista & laberentur pessum nisi nouis alimentis semper reiuuenescerent. Integrare. Refocillare,restaurare. Maro quarto georgicon. Integrat & moestis late loca questibus implet. Nouando. Renouando:& nouas semper vires suggerēdo. Fulcire cibis. Nutrimentis roborare ac sustinere. Nec q̃c q̄. Sed frustra nunc corpora fouētur ac aluntur: cum ad summum crescendi peruenere cacumen:quia venae fartae ac plenae plura non tolerant alimenta. Perpetiuntur. Tolerant.

Qđ satis est. Quoniā oppletae sunt alimento sufficienti.siue venae iam putres ac effœtę, & a propria conditione desciscentes non tolerant qd̄ satis est: hoc est cibum sufficientē ad illas irrigandas. Quantum opus est natura ministrat. Pręterea ex parte naturae non suppeditantis alimēta necessaria fit in animali defectus & corpus aboletur natura defraudante illi vber alimentum & propemodum nouercante. Adeo. Valde. Maro. Adeo in teneris consuescere multum est. Fracta. Excastrata, imminuta,& a proprio tenore dilabens. In priscis exemplarib⁹ legitur. effœta: hoc est nimio foetu exhausta & deficiens. Secla. Genera multitudinemq; cūctorum animalium.

Partu. Pariendo feras vastissima corporatura praeditas. Haud vt opinor. Nec reor Homerico more fabulandi illectus Iouem deposuisse e coelo in terras funem aureum:qui cuncta genuerit.nec enim in hac re fides est habēda Homero:q̄uis ille hyperbolice sentiat auream funem significare a coelo omnium rerum genera nexu indissolubili teneri. De hac catena sic scribit Macrobius primo in somnium Scipionis. Cumq; omnia continuis successionibus se sequantur degenerantia per ordinem ad imum meandi inuenietur pressius intuenti a summo deo vsq; ad vltimam rerum fecem vna se mutuis vinculis religans & nusq̃ interrupta connexio. Et haec est Homeri catena aurea:quā pendere de coelo in terras deum iussisse cōmemorat.haec Aurelius. Aurea funis. Pro funis aureus.mutauit genus sicuti Catullus inquiens. Ebriosa acino ebriosioris. Geli⁹ libro duodecimo noctium atticarum. Lucretius aeque auribus inseruiens funem foeminino genere appellauit in hisce versibus. Nunc vt opinor enim mortalia secla superne Aurea de coelo demisit funis in arua:cum dicere vstatius manente numero posset. Aureus e coelo demisit funis in arua: vt rectos cupressos Ennius: κέρα βαθεῖαν Homerus. Fretu Lucretius Ciceroq; nō freto.

σαρρων Homerus nō σιρωρ. antistitas Cicero huius verbi in ea parte sonitu delectatus. Plato in Theeteto qđ
de hac catenna sentiat ita disserit. Quietes putrefaciunt atq; perdunt tranquillitates atq; serenitates cōseruant: Quies
& ijs suffragium colophoniū adijciā ipsam. s. catennam auream: quā quidem nihil aliud pręter solem Homer⁹ putrefa-
intelligit. quia quousq; solis circuitus perseuerat omnia tanq̄ hominum sunt atq; conseruantur. Sin autē quasi cit.
ligatum staret confestim omnia dissoluerentur: eueniretq; qđ dicitur sursum infera, deorsum superiora trans-
ferri. Superne. Ex arce supremi cœli. Immortalia secla. Omnium hominum generationes: quæ cum spe-
cie semper viuāt, recte vocantur immortales. Dimisit. Non diuinitus animalia indissolubili nexu sunt dimis-
sa cœlitus in terras a fune diali. sed a principijs ista fuerunt edita. Plangentes saxa. Percutientes & illidentes
scopulos. Ouidi⁹ cū de victima loquitur. Strato corpe plangit humū. Sēsus est poetę: qđ nec mare aut fluctus Plāgere.
scopulos impetentes animalia genuerunt: sed terra communis mater. Ex se. Ex terrestrib⁹ ac propria alimē
tis. Ipsa. Terra. Grandescunt. Grandiora fiunt & vberiora. Conterimus. Boues aratorios assiduo labo
re vexamus & exagitamus in subigenda terra: quæ prius nullo labore victum ferebat. Seris aruis. Sero nec
sine impensissimo labore fructum ferentibus. Suppeditati. Pro suppeditantes & illis auxilium pręstātes ex
trarium. Sunt qui legunt suppetiati in eodem significatu. Vsq; adeo. Eo ad: in tantum. Sensus. nihil omitti-
mus aut laboris aut impendij in excolendis agris: tamen cum omnia fecerimus: nihil fecimus: sed hydram, vt
prouerbialiter dicunt: decollauimus: pereunt culta indentidem cū hominum laboribus innumeris. Pariunt.
Scribo cū codicibus antiquis pereunt. hoc est abeunt incassum: nec laborē bono euentu resarciunt. Labore.
Alibi scriptum est laborem: hoc est agri sæpe culti nedū mansuescūt sed ab anni intēperie labores laboribus
agglutinant. Nam auctore Theophrasto, Cœlum & colonus agrum colunt. Caput quassans. Signū succen Cælum
sentis & irati. Virgilius. Ille caput quassans. Grandis. Grandæuus: cui sæpe imposuit & decollauit ager: vel q agrū colit
temporibus superioribus coluerat eundem agrū felicius cum tunc feracior esset: nunc vero sterilis effectus oi-
bus labentibus in deterius. Cecidisse. Euenisse. modus loquendi eruditorū: negotiū mihi male cecidit: hoc Cecidisse
est euenit. Marcus Tullius. Si cecidisset vt volumus & optamus omnes te sapiēter & fortiter: si quid esset offen
sum eosdem illos & cupide & temere fecisse dicturos. Cum tempora confert. Cū tempora sua comparat tem
poribus antiquis laudat felicitatē patris: cui feracius tellus tunc non ita effœta respondere consueuerat. Fortu
nas parentis. Hoc insitum homini vt prisca tēpora nimis admiretur: p̄sentia vero spernat atq; vituperet. In ho
munculum ita querulū epigrāmaticus insurgit in hæc verba. Dixerat O mores O tēpora Tullius olim Sacri-
legum strueret cum Catilina nefas. & quę sequuntur. Tristis. Querulus, anxius. De vinitoribus intelligit.
Vetulæ vitis. Annosæ. Qui veterē vitem laudat: sui tēporis vituperat. Fatigat. Aeuum suum damnans
omniū aures obtundit. Aequa. Aeque: similiter vt arator tempus incusat: quod Simonides auctore in phy- Tēpus sa
sicis Aristotele, & Paron a cōtrario ratiocinando: modo sapientissimū: modo brutissimū amentissimūq; voca pientissi-
bant. Sapientissimū q; oīa tēpus alit: & ad maturitatē conducit: brutissimū q; oīa rapit: edit: ac absumit. in quā mū & ru-
sentētiā canit Ouidius. Tēpus edax rerū: tuq; inuidiosa vetustas Omnia destruitis. qđ quidā ex græcis poeta dissimū.
nō infestiuus sic expressit. ἄιωρ πάντα φέρει. Δολιχος Χρόνος οἶδεμ ἀμείβειμ ὄυνομα καὶ μόρφημ καὶ φύσιμ
ἠδὲ τύχημ. Latine sic pro tēpore. Oia fert ætas: furtiuaq; tpa mutant Naturā fortem nominaq; & faciem. In Oia fert
cusat nomen. Quidā momē scribunt pro momento. dictio est Lucretiana. accusantur momenta temporis ab ætas.
agricola: in quibus temporis fit tanta mutatio. Seclumq; fatigat. Scribo vel reclamantibus omnibus exem
plaribus. Seclumq; fatiscens: hoc est incusat ætatem suam: quæ fatiscit & delassatur: nec amplius ferre potest
ea quę sæculis superioribus ferebat. Sed inertissime succubuit tēpore victa. Fatisco enim quandoq; significat
idem qđ deficio: vt in hoc loco, & apud Columellā libro octauo. Celerrime fatiscit q̄ plures educat. Crepat. Fatisco.
Laudat non sine strepitu & tumultuario preconio. aliquando significat cum dolore accusare. Marcellus tamē
inquit. Crepare signat rursum queri vel dolere. Horatius carminum libris. Quis post haumi gratiē militiam aut
pauperiem crepat: aduocatq; Nōnius hoc Lucretianum carmen. Legatur apud Nonnium. post vina: nō post Crepare.
humi. Antiquū genus. Homines priscos qui diuinis & pijs manibus terram vertebant: in agris dictaturas ex Marcell⁹
cipiebant: post triumphos ad eam colendam properabant: hocq; pacto fiebat vt illa gauderet vomere laurea- emēdat⁹.
to: nunc vero facinorosi serui, noxiæ manus, crura annulata exercent: quare indignatur ab ergastularijs versa-
ri optima genetrix tellus. Pietate. Innocentissimis omnia secūda proueniūt: quales erāt maiores nostri. Quo
tiescunq; virum bonum describere volebant bonū colonū dicebant. Toleraret. Lego suffragantibus codi-
cibus antiquis: tolerarit. admiratur agricola priscum genus hominum tolerans & custodiēs suos fines licet an
gustos. Et vt Plyni⁹ ait. Expedit agrū paruū habere & bene colere. hinc fluxit oraculum Maronianū. Lauda- Agrum
to ingentia rura: Exiguum colito. Multi modus. Seiunctim legendū multi modus: hoc est cum minorē mo paruū bn̄
dum & agri portionē multi haberent. Ante. In superiori ætate qua viguit genus illud aureoq; hominū pieta cole.
te repletum. Et tenet. Et iudicat agricola accidere hoc temporis vitio: qđ ad finem vergit: ad scopulum: ad
corruptionem metaphora nauis scopulo impingentis. Tenere aliquando idem est qđ intelligere: vt rem tenes. Tenere.
Proinde cum aliquid intelligimus verū esse iudicamus: & illi insistimus. Tenere vox polysemos est. aliquādo
significat apprehendere, habitare, possidere, constringere: aliquando tegere, quemadmodum interpretari de-
bes carmen id apud Maronem in georgicis. Et obducto late tenet omnia limo. Aliquando significat dirigere,
morari, implere, perficere, seruare, tueri, defendere. Teneri est apud Iurisperitos obligari. Tenere est intellige-
re vnde manauit iocus is plautinus. Tenetis rem: si tenetis ducite ne disrūpamini. Paulatim tabescere. Gra-
datim deficere ac corrumpi. Ire ad scopulum. In perniciem illidi vt nauis facit naufraga: quæ ruit in scopu-
lum. Spatio ætatis. Diuturnitate spatiosi temporis. Defessa. Hiulca & effœta.

FINIS COMMENTARII IN SECVNDVM
LVCRETII LIBRVM.

IOANNES Baptista Pius in Tertium Lucretij de Rerum Natura.



Epicuri laus.

Picurum extollit: miroq; laudũ pręconio prosequitur: qui primus ausus est veritatem ostẽdere in tenebrosis latibulis delitescentem: quod & libro primo sic breuiter attigit. Primum Graius homo immortales tollere cõtra Est oculos ausus: primusq; obsistere cõtra. Quem neq; fama deũ: nec fulmina: nec minitanti Murmure cõpressit coelũ. sed eo magis acrẽ Irritat virtutẽ animi: confringere vt arcta Naturae primus portarũ claustra cupiret. profitetur q; se eius insistere vestigijs: nec id tentat vt cũ Epicuro velit aemulationẽ: quã omnino desperat: sed quasi delibare mauult Epicuri fontes: vnde dulce philosophiae nectar hauriens id spargat in populos. Q: si velim inquit te ad vnguẽ imitari sapiẽs Epicure similis essem hirundini cum cygno de cãtilena contendenti: quem ea superare nõ põt nec assequi. Tu Epicure religionẽ, vana vota, variũ metũ dolatorio sapiẽtiae detersisti: purgastiq; hominũ mẽtib⁹ impressisti deos nil se rebus ijs mortalib⁹ implicare: summaq; & coelestia pacẽ possidere: vbi non nix, non pruina inualescunt. Sed illas plagas innubilo defecatoq; aethere mulcet aeternitas. Tenebras pro erroribus hallucinantium philosophorum posuit. Lactantius libro diuinarum tertio grauate tulit laudantẽ Epicuri doctrinã Lucretiũ sic scribẽs. Hic est ille qui genus humanũ ingenio superauit: & oẽs Extinxit stellas: exortus vt aetherius Sol. quos equidẽ versus nunq̃ sine risu legere possum. Nõ eñ de Socrate aut saltẽ Platone dicebat: qui velut reges philosophorum habentur: sed de homine, quo sano & vigenti nullus aeger ineptius delirauit. Itaq; poeta inanissimus Leonis laudib⁹ murem nõ ornauit: sed obruit & obtriuit. Mens ac ꝓpositũ Lucretij est super anima differere: haec ardua summopere materia est: cũ propter animã nati simus: & ꝓpter animam simus id qđ sumus. In qua perpensione an Lucretius errauerit euestigabimus: an ipsa petat inferos: an aetherea: an intercidat cũ lapsu corporis: an palingenesian: an metempsychosin patiatur: vt Pythagoras asseruit: quos Xenocrates, Speusippus, Numenius, Plotinusq; secuti sunt: qui & irrationales animas ponunt immortales: quibus reluctãtur Porphyrius & Proclus caeteriq; Platonici. Q: ardua sit expositio de anima docuit Aristoteles. Nam cũ plęraq; oia eius scripta talia habeãtur vt demirari praestantiã hoĩs eius facile suppetat: nulla profecto cõmentatio est: in qua ille perinde ingenij sui vi atq; sublimitatẽ ostenderit: atq; in ea quae rationẽ animae cõtinet. Plotinus tertię enneadis libro de animę dubijs: admonuit nullã rẽ esse: de qua diligentius & diutius inuestigare tractareq; q̃ de aia debeamus: cũ ob alia multa: tum etiã quia ad vtraq; cognoscẽda cõducit, scilicet tam ad ea quorum est ipsa principium, q̃ ad illa ex quibus efficitur. Sic ergo parebimus deo praecipienti. cognosce teipsũ. Praeterea cũ caetera omnia perscrutari inuenireq; studeamus: merito quidnam sit hic in nobis inuestigator in primis inuestigabimus. Idẽ, quod scitu dignum est, autumat corpus esse in anima: non animam in corpore: quippe cum anima nusq̃ facta sit: sed corpus effectum participauit eam: ideoq; anima non est in corpore: neq; id Plato vsq̃ dixit: sed corpus in anima est adiectum. Animam esse immortalẽ contra Epicurũ sentit Plato in Gorgia sic scribens. Multa eñ peccatis refertã animam ad inferos descendere extremũ est oĩm malorũ. Putauit idẽ in Phędone post mortẽ animas eorum qui ventri dediti per inertiam atq; lasciuiã vitã gerunt, asinina corpora, similiaq; subire. Qui vero incuria tyrãnides rapinas pręcęteris secuti sunt in luporum, accipitrũ, miluorũ genera par est pertransire. Plato quoq; ibidẽ inquit esse in corpore nostro intensionem & complexionem quandã ex calido, frigido, sicco, humido, caeterisq; talibus: horumq; tẽperantiã cõsonantiãq; animã esse: resultantẽ videlicet in corpore postq̃ hęc ipsa bene moderata atq; inuicem temperata fuerint. Sed iam ad institutum negotium reuertamur.

Reges philosophorum.

Leonis laudibus mus ornatur.

De aia.

Irrationales aię immortales.

Inuestigator inuestigandus.

Asinina corpora inertium.

Aia Platonis consonantia.



Larum lumen. Philosophicae veritatis clarissimam doctrinam: quae mentes ab inscitia caecas illuminat. Illustrans. Illustri traditione docens. Cõmoda vitae. Ingeniũ humanũ tradidisti vt commodius homo degere posset.

Gẽtis decus. Epicurũ intelligit: qui graecus fuit immo Attic⁹ ex vico, vt quidam tradũt, Gargetio: propterea Statius in sylvis inquit. Mallet deserto senior Gargettius orto. Epicurum Suidas Neoclis filiũ ait. huius fratres fuerũt Neocles & Cheredemus. Versatus est in Samo. Docuit in Mitylene & in Lampsaco & Athenis in proprio orto. Audiuit Nausiphanem, Democriti, Pamphili, & Platonis discipulum. Epicurei sectatores eius appellati: de quibus Apollinaris. Ast Epicureos eliminat vndiq; virtus. Ficta. Corrige fixa: hoc est impressa, vt illa sequens errare non possis.

Epicurus Gargettius.

Epicurei.

Pressa. A te volis pedum nimis impressis per humum: qua ego vadens errare non possum. Certandi. Contendendi tecum de ingenij paritate. Non enim tua praecepta latinis literis illustro vt tecum de ingenio & doctrina certare velim: caeterum hoc ago ad cõmunem studiosorum vtilitatem. Propter amorem. Propter philosophiae illecebram: quae me dulci cupidinis pupugit oestro.

T. L. C. DE RERVM NATVRA LIBER TERTIVS.



Tenebris tantis tã clarum extollere lumen
Qui primus potuisti inlustrãs commoda vitę:
Te sequor o Graię gẽtis decus: inq; tuis nũc
Ficta pedũ pono pressis vestigia signis:
Non ita certandi cupidus: q̃ propter amorẽ
Q: te imitari aueo. Quid eñ cõtẽdat hirũdo
Cygnis? aut qdnã trẽulis facere artub⁹ hędi
Cõsimile in cursu possint ac fortis equi vis?
Tu pater es rerum inuentor: tu patria nobis
Subpeditas ꝑcepta: tuisq; ex inclute chartis

Floriferis vt apes in saltibus omnia libant
Omnia nos itidem depascimur aurea dicta:
Aurea perpetua semper dignissima vita.
Nam simulac ratio tua cœpit vociferari
Naturam rerum diuina mente coortam:
Diffugiunt animi terrores: mœnia mundi
Discedunt: totum video per inane geri res.
Apparet diuum numen: sedesq; quietę:
Quas neq; cōcutiunt venti: nec nubila nimbis
Aspergunt: neq; nix acri concreta pruina
Cana cadens violat: semper sine nubib9 ęther
Integer: & large diffuso lumine ridet.

Aueo. Desydero. Quid enim. Quid enim minimus ego te maximum imitari contenderim? q, sicud superba p̄sumptione molirer similis essem hirundini, quæ temere cū olore de suauitate cātus veniat in certamen. Tremulis. Non roborans, non consistentibus pro ætatis mollitudinem. Sēsus. & similis essem hędo de cursu cum equo certanti. Consimile. Par & æquum. cum magna disparilitas sit eq & hædi si cursus vim spectare velis. Fortis. Celeris Marcellus exponit. Virgilius in hanc sentētiam. Quid tamē egregium si fœmina forti fidis equo? In alia significantia famosum significat & diuitem, cuius rei Plautus auctor est. Vis. Celeritas vt Marcell9 interpretatur. Tu pater es. Quoniam mortales aluisti dulci sapientiæ pabulo reperto. De philosophiæ auctore Lactantius hęc diuinarum institutionum libro tertio. Præterea illā quoq; argumentum contra philosophiā valet plurimum, quo vsus est Hortēsius: ex eo posse intelligi philosophiam non esse sapientiam q, principium & origo eius appareat. Quando inquit philosophi esse cœperunt? Thales vt opinor primus: recens hæc quidem ætas. Vbi ergo apud antiquiores latuit amor ille inuestigandæ veritatis? primus idem Lucretius ait. Denique natura hæc rerum ratioq; reperta est Nuper. Et Seneca. Nondum inquit sunt mille anni, ex quo initia sapientiæ nota sunt. Multis ergo seculis humanum genus sine ratione vixit. qd irridens Persius. Postq̄ inquit sapere vrbi Cum pipere & palmis venit: tanq̄ sapietia cū saporis mercibus fuerit inuecta: quæ si secundum hominis naturam est, cū homine esse cœperit necesse est. Patria. Paterna, salutaria, qualia natis genitores istillāt: vel ad patriā tuā Athenas pertinentia, q̄ philosophos semp aluit, & omnium ingenuarum disciplinarum fuit dite seminarium, & ingeniorum (vt ait Demosthenes) trophęum erexit. Suppeditas. Suggeris, subministras, p̄bes. Ex inclute chartis. Pro ex tuis chartis inclyte. Inclute dixit more Romano pro inclyte: quoniā græce κλύτος dicitur inclytus. υ enim a Romanis in u. vertitur vt patet in Sulla, Amphitruone, & Apuleio, qui ἀπουλήιος grece scribitur. Libant. Prisci codices habēt limāt, hoc est deradūt & decerpūt, & deterūt: vt limę scobem tenuissimam solent. Depascimur. Degustamus. Aurea dicta. Philosophicas sentētias auro refertissimas. Ex Lucretiana sentētia sic Macrobius scribit saturnalium libro primo. Apes enim quodāmodo debemus imitari: quę vagantur & flores carpunt: deinde qdquid attulere deponunt, ac p fauos diuidūt, & succū variū in vnū saporem mistura quadam & proprietate sui mutant. Nos quoq; quidqd diuersa lectiōe q̄siuimus cōmittemus stilo: vt in ordinem eodē digerēte coalescant. Augustinus cōsimiliter libro Academicoꝝ primo. Non eñ si miramur apiculam melle posito nescio qua sagacitate qua hominem vincit inde aduolare: ideo eam nobis proponere, aut saltem comparare debemus. Vates, vt graphice Plato scribit, a fontibus quibus mel scaturit haurientes, & a musarū viridarijs decerpentes carmina ad nos transferunt: quēadmodū mel ex floribus apes: & instar apū volare se asserūt. Aurea. Hæc repetitio vim addit. Perpetua vita. Decētia sapiētes: quorum mentes ætherna sydera obambulāt, æthernarūq; rerum contemplatione fruunt̄: de qbus inqt Ouidius in fastis. Felices aiq qbus hęc cognoscere primum Inq; domos supas scādere cura fuit. Admouere oculis distātia sydera nostris: Ætheraq; ingenio supposuere suo. Simulac. Vt primum. Vociferari. Graui verborum pondere explicare, cuius verba fulmina videantur & tonitrua. Naturam rerum. Q, omnia gignuntur a natura, q̄ orta est ex consilio dei, illo non se his inferioribus implicāte, cū statuerit naturā suis ordinibus, ac limitibus cōtētam cuncta creare. Animi terrores. Cum perceperis rerum omnium dominam ac ministram eē naturam: q̄cunq; fient etiā pdigiosa, dices illa eē naturæ adscribēda. Mœnia mūdi discedūt. Sēsus. posteaq̄ Epicur9 cœpit enarrare mūdos infinitos esse: tūc discesserūt mœnia huius mūdi, hoc est ingenia cœperūt euagari extra ambit9 & huiusmodi limites, crediderūtq; plures eē mūdos seorsos ab hoc, quē tanq̄ mœnibus & limitib9 quibusdam circundatum priores philosophi non transgrediebantur. Sūt q legūt nęnia mundi discedit: vt sit hic sensus. Cum cognoscimus mundos innumeros eē nō dolemus & querimur vnū esse mūdū & eum ruere: quoniam infiniti sunt & eo ruēte alij subsistēt. Nęnia querela vocat̄ & elegiaca, q̄ defunctis miserāter flebiliter ve canebant qbus floruit Simonides olympionicarum id est victorū in olympijs canēdo laudes. vnde a Catullo dictum. Mœstius lachrymis Simonidęis. Sed qd Lucretiano sensui ppius est, nęnia in hoc loco p fabella cantioneq; somnū plectāte infantib9 subrumis & lactētibus, anilisq; cōmētitioq; ridiculo capit̄. in qua loquēdi figura crebei est Hieronymus. Totū. Q, d totum hoc est vniuersum est inane. Per inane. Hoc est video summā rerū infinitam: per quā res se mouēt oēs. Apparet. Sapientiæ oculis te illustrantis. Sapiens nāq; Apuleio auctore in extimo mundi dorso degit. Diuum numen. Subintellige quietum. Ex tua doctrina cognouimus O Epicure quietos esse deos. Concutiunt venti. Quoniam pacē summa tenēt: vt inqt Lucanus. Nimbis. Cū pluuijs immixta. Aspergunt. Contagio suo maculāt. Acri. mordaci. qppe cum talia nascantur infra ætherea plagam. Violat. Iunge cum inferiori, hoc ordine: neq; deos violat nix cana cadens acri concreta pruina. Sine nubibus æther. In priscis exemplaribus sic legitur. Semperq; innubilus æther. Innubilus non nebulosus dicitur. Ouidius vtitur hac voce. Integer. Purus non feculentus. Large. Passim: valde.

Aueo. Fortis. Vis celeritas. Philosophi primi q. Pro psio. Apes imitemur. Mœnia. Nenia. Olympionicæ. Innubilus.

Omnia subpeditat porro natura:neq; vlla
Res animi pacem delibat tempore in vllo.
At contra nusq̃ apparẽt Acherusia templa:
Nec tellus obstat quin omnia despiciantur
Sub pedibus:q̃cũq; infra per inane gerunt̃.
His vbi me rebus quædam diuina voluptas
Percipit:atq; horror:q; sic natura tua vi
Tã manifesta patens ex omni ꝑte retecta es.
Et quoniam docui:cunctarum exordia rerum
Qualia sint:& q̃ variis distantia formis
Sponte sua volitent alterno percita motu:
Quove modo possint res ex his quæq; creari:
Hasce secundum res animi natura videtur:
Atq; animę:claranda meis iam versibus esse:
Et metus ille foras ꝑceps Acheruntis agẽdus
Funditus:humanam qui vitã turbat ab imo:
Omnia suffundens mortis nigrore:nec vllã
Esse voluptatem liquidam:puramq; relinquit.
Nã : q; sæpe hoĩes morbos magis esse timen
Infaméq; ferũt vitam:q̃ tartara leti: (dos:
Et se scire animi naturam sanguinis esse:
Nec prorsum quicq̃ nostræ rationis egere:
Hinc licet aduertas animũ:magis oĩa laudis
Aut etiam vetiti si fert ita forte voluptas
Iactari causa:q̃ q; res ipsa probetur.
Extorres iidem patria:longeq; fugati
Cõspectu ex hominum:fœdati crimine turpi:
Omnibus ærumnis affecti deniq; viuunt.
Et quocunq; tamen miseri venere : parẽtant:
Et nigras mactant pecudes:& manibus diuis
Inferias mittunt:multoq; in rebus acerbis
Acrius aduertunt animos ad relligionem.
Quo magis in dubiis homines spectare piclis
Conuenit:aduersisq; in rebus noscere q̃ sint.
Nam verę voces tum demũ pectore ab imo
Eliciuntur:& eripitur persona:manet res.

¶Omnia suppeditat. Natura secundis causis ex illo æthere quieto suggerit potestatem agendi, creandi, mutandi. In cæteris ipsa secura & minime negociosa. Delibat pacem. Nulla res aufert trãquillitatem naturę. Nusq̃ apparent. Non prętenditur menti sollicitę: quæ prius terroribus plutoniis exagitata religioni superstitioso vinculo adeo nodabat̃: vt veritatem dispicere non posset. Acherusia templa. Infernæ regiones. Acheron est inferorum fluuius: vnde acheronticum & acherusium deflectimus. Nec tellus. Terrestris mansitas & inferna subluuies, cui⁹ metu multi terrefacti non audent in cælum oculos tollere, & inficias ire quæcunq; nobis religio persuasit. Despiciantur. Contemnantur. illa tã q̃ prodigia non miramur. Virgilius sup hoc animo philosophis munito.
Felix qui potuit rerum cognoscere causas:
Atq; metus omneis, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari. His vbi. Sensus. postq̃ captus sum cupidine doctrinæ inuitamẽtisq; cælestibus possessus, statim diuina voluptate sum percitus ad cæteras res philosophiæ scribendas: & miseris mortalibus tradẽdas. Ordo. Hasce secũdum res animi natura videtur: Atq; animę claranda meis iam versibus esse: His vbi me rebus & reliqua. Diuina voluptas. Sapientiæ diuinus ardor, quę sola animis voluptas est integra cum nulla felicitas homini sit nisi cælestia perscrutanti. His rebus. Propter has res supradictas, cum cognoscam deos quietem agere, mundos infinitos & id genus reliqua. Vbi percipit. Scribo percipit ꝑ perciuit, hoc est postq̃ excitauit animum meum. Horror. Admiratio. postq̃ cœpi admirari cum vidi te apertam eẽ ab Epicuro. Admirano priscos philosophos, vt inquit Aristoteles, ad speculationem compulit. Natura. Vocandi casus. Tua vi. Tuismet signis: quæ philosophos inuitarunt ad meditationem. Videntes enim philosophi cælum syderibus aptum illorum naturam cœperũt indagare. Retecta. Aperta. Te hominibus ostendisti. Et quoniam docui. Ostendi principia esse in perpetuo motu. Hasce secundum res. post has res. Secundum significat post & apud. Maro. & plena secundum Flumina. i. prope. Sulpitius apud Ciceronem. duo vulnera accepisse vnum in stomacho, alterum in capite secundũ aurem. Quintilian⁹ Lucretio suffragatur ita scribẽs. Vnũ mihi secundum patrem fortuna videbatur parasse pręsidium. Marcus Tullius. Proxime autem & secundum deos homines hominibus maxime vtiles esse possunt. vbi significat post. Animi atq; animæ. Pro eodem accipiuntur. Antiqui tamen separatũt ita dicẽtes. Animo sapimus, anima viuimus, anima sine animo debilis est. Varro tamen in libro de diis selectis tres eẽ affirmat animę gradus in omni vniuersaq; natura. Vnum qui omnes partes corporis quæ viuunt trãsit, & non habet sensum: sed tantũ ad viuẽdum valetudinẽ. hanc vim in nostro corpore ꝑmanere dicit in ossibus, vnguibus, & capillis, sicut in mũdo arbores, q̃ sine sensu aluntur & crescunt, & modo quo-

Secũdum.

Animus.
Anima.

dam suo viuunt. Secundum animae gradum dicit, in quo sensus est. hanc vim peruenire in oculos, aures, nares, os, tactum. Tertium gradum animę esse summũ, qui vocatur animus: in quo intelligentia p̃minet. hoc praeter hominẽ omnes carere mortales: in qua quoniam homines deo videntur esse similes: hanc partẽ animę mundi deum dicit, deum autem in nobis genium vocari. Claranda. Declaranda, aperienda, manifestanda. Sensus. cũ tractauerim in superioribus de morti formidiq; principiorum testat declarare mortem contemnẽdã & terrorem calcandum. Metus Acherõtis. Timor mortis, qui animos multorum angit & turbat. Actiue ponitur: vt metus Põpei, quem Pompeius inferebat. Metutũ pro metuitum, hoc est formidatũ prisci dicebant. Meticulus forma hypochorismi dicitur. Agendus funditus. Ex omni parte expellendus. Ab imo. Medullitus & animitus humanam vitam agit ac vexat. Suffundens. Complens, exaggerans. Nigrore. Nigredine, tenebris inferorum. Liquidam. Hic timor mortis nos voluptatem capere non sinit integram. Relinqt. Sinit ac permittit. Namq; saepe. Sensus est. mors angit, turbat, agitat pauore formidolosissimo mortales omnes: q; si comperies quosdam, qui dicant se mortẽ non formidare, sed mortis cruciamenta, morbos & dolores innumeros, qui mortẽ antecedunt: illos tanq̃ vaniloquos ac mendacissimos explode. aliud enim verbis, aliud factis comprobant: quippe vel minimo fortunae ictu perculsi ante deos sternunt, aras erigunt, & impio sanguine statuas aspergunt. Palestra plautina in rudente vitam finire quidem cupit aerũnosam, sed mortẽ trepidat. Euripides Terrũtĳ mortem facit apud Gorgiam platonicum ita loquens. Quis nouit vtrum quidem viuere mori sit: mori autem viuere: & nunc forte reuera mortui sumus. Infamẽ vitam. Si quospiam deprehendes, qui dicant se magis infamiam timere q̃ mortem, illorum verbis fidem nullam adhibebis. Tartara leti. Inferna loca perniciosa, atq; letalia. non desunt qui enodant leto, hoc est q̃ letũ. Et se scire. Vt cũ audias illos dicentes se pro comperto habere naturam animi esse naturam sanguinis, hoc est animam in sanguine cõsistere & consequenter se non timere mortem, nec tartara: quoniam moriente sanguine moritur anima: & nulla superest post effusum sanguinem. Nostrae rationis. Nostrae disciplinae philosophicę: & qui sic instituti sunt in contemptum mortis vt dicant se nostra doctrina non egere, quae mortem cõtemnere docet. Hinc licet aduertas. Haec ratio te docebit illos haec potius iactare, q̃ re vera ita sentire: licet aduertas iactari cum mendacio.

Claranda.
Metus.
Metutum.
Meticulus.
Nigror.
Oẽs mortẽ timent.
Infamia minus q̃ mors timetur.

Aut etiam vetiti. Legendum ex antiquis exemplaribus, aut etiam venti hoc est vanitatis. potens scire illos hoc magnifice ventoseq; iactare potius, q̃ vere. Si fert ita forte voluptas. Si placet ita credere, vel si eorum voluntas verbis conspirat. Figura loquendi grata familiarisq; disertis. fert voluntas hoc agere, hoc est in voluntatem meam venit. Maro. Fert animus causas tantarum expromere rerũ. Ouidius. In noua fert animus mutatas dicere formas corpora. Ordo. Aduertas animum haec omnia iactari causa laudis aut venti si fert ita forte voluptas. Sunt qui legunt, Aut etiam vetiti vt passim scriptum est, & afferunt hunc sensum: vel hoc causa laudis dicunt, vel sunt vetiti peregrinis religionibus ancillariia quibus nisi arcerentur passim illos famulari sacris sacrilegis aiaduerteres. Res. Quę q; re & effectu in factisq; se probent. Probet. q̃ q; illi pbent ita esse vt garriunt. Extorres. Hĳ qui hoc iactant cum non potius opere q̃ verbis sapientiam profitentur: Opera illorum verbis contraria sunt. Videmus enim illos in exilium missos angi & cruciari tanq̃ in honoribus momentariis summam felicitatem posuerint. Praeterea cum dicant se credere nullam animam superesse, cur victimas manibus sacrificant? Conspectu ex hominum. Ex luce & splendore fori Romani ac orae italicae.

Ventus.
Fert.

Foedati. Nota indelebili inusti, & dedecore alicuius piacularis criminis aspersi. Affecti. Oppressi: summersi. Miseri. Qui se miseros putant. nam animum suum fugere nõ possunt. Horatius. Scandit aeratas vitiosa naues Cura: nec turmas equitum relinquit: Ocyor ceruis, & agente nymbos Ocyor euro. Parentant. Exequias celebrant, & iusta faciunt, nouẽdialiaq; sacra in suorum defunctorum memoriam: quas parentationes antiqui dicebant. quoniam parentalibus vmbris suscipiebantur. Ouidius in amoribus vsus est hac voce. Sic Memnonis vmbris Annua solenni cęde parentet auis. Has parentationes antiqui februa dicebant: vnde dictus februarius q; eo mense talia celebrantur: vulgo diem mortuorum vocant. Nigras. Quae sunt inferis congruentes. Sic apud Maronem Plutoni nigra victima immolatur. Manibus diuis. Animis in numerum deorum receptis. Diuos appellamus illos, qui in album deorum ex homine recepti sunt. Inferias. Sacrificia manibus placandis idonea. Virgilius. Viuentes rapit inferias quos immolet vmbris. Multoq; in rebus acerbis. In rebus duris & infeliciter cadentibus. probat per aliud exemplum hos non credere qđ praetendunt: quoniam cum aliquo premuntur infortunio tunc acrius & vehementius animum religioni dedunt: quippe cum ex auctoritate Pliniana, tunc votorum praecipue locus est cum spei nihil est. Quo. Quare. Sẽsus. hĳ qui se forticulos verbis volunt esse & mortis contemptores, in duris & calamitosis torpent & effoeminantur: quapropter si virilis sunt animi deberent in rebus acerbis illum ostendere: quoniam virtus in aduersis vt aurum igne probatur. Ardua per praeceps gloria vadit iter. Aduersis in rebus. Iuxta illud Ouidianum: Scilicet vt purum spectatur in ignibus aurum: Tempore sic duro est inspicienda fides. Qui sunt. An viri an foeminae, molles an robusti. Quidam codices habent. quid sit. in factis aduersis non magnificis verbis pbare debent quid sit in eis philosophicae veritatis. Nam verę voces. Cum anguntur aliquo infortunio hĳ iactãticuli tum primũ verae voces exprimuntur, nec amplius subdole verum serio dolent & loquuntur. Pectore ab imo. Medullitus, & ab imis visceribus. Eripitur persona. Vultus personatus eripitur, fictus, & tectus. Persona tegumentum faciei histrionicę dicitur: capiturq; pro omni tecta simulatione: vt patet in illa Laberiana sententia. Haeredis fletus sub persona risus est. Martialis. Personam capiti detrahet illa tuo. Huc accedunt quę Chrysostomus in Homilĳs in cenodoxiam declamat. Nonne vides ait personas, quas in scaena versantes induuntur q̃ sint pulchrae quidem, q̃ vero splendidae, q̃ ad extremam pulchritudinis perfectionem effectae? potes mihi talem aspectum in veritate monstrare? nequaq̃. Nunquid vnq̃ earum amore captus es? Non. Quare? Quia vanae sunt, & imitantur pulchritudinem: pulchritudo tamen non sunt. Similiter & gloria inanis est: & gloriã quidem imitatur, non est tamẽ gloria. Illa sola manet quae naturalis est, quae intrinsecus. Haec autem quae extrinsecus superinducitur occultat quidem saepe deformitatem: occultat autem apud homines & vsq; ad vesperam: dimisso autẽ theatro, sublatisq; personis vnus quisq; qđ est hoc apparet. Manet res. Remanet vera non ficta sermocinatio tota dolore vacillans detegente fucos & inania verba.

Parentare.
Parẽtatio.
Parẽtales vmbrae.
Februa.
Februari⁹ vnde.
Diui.
Votorũ locus.
Persona.
In gł̃iolã.

Deniq; auaricies:& honorum cæca cupido:
Quę miseros hoies cogunt trāscēdere fineis
Iuris:& interdū socios scelerū:atq; ministros
Nocteis atq; dies niti:pręstante labore
Ad summas emergere opes:hęc volnera vitę
Non minimā partē mortis formidine alunt.
Turpis enim famę cōteptus:& acris egestas
Semota ab dulci vita stabiliq; videtur:
Et quasi iam leti portas cunctarier ante.
Vnde homines dum se falso terrore coacti
Effugisse volunt longe:longeq; remosse:
Sanguine ciuili rem conflant:diuitiasq;
Conduplicant auidi:cædē cęde accumulātes.
Crudeles gaudent in tristi funere fratres:
Et consanguineum mensas odere:timentq;
Consimili ratione ab eodem sæpe timore.
Macerat inuidia ante oculos illū esse potētē:
Illum aspectari:claro qui incedit honore:
Ipsi se in tenebris volui:cœnoq; queruntur.
Intereunt partim status:& nominis ergo:
Et sæpe vsq; adeo mortis formidine vitæ
Percipit humanos odium lucisq; videndę:
Vt sibi consciscant mœrenti pectore letum:
Obliti fontem curarum hunc esse timorem.
Hunc vexare pudorem:hūc vincula amicitiaī
Rūpere:& in sūma pietatē euertere suadet.
Nā iam sæpe hoies patriam:carosq; parēteis
Prodiderunt:vitare acherusia tēpla petētes.
Nam veluti pueri trepidant:atq; omnia cęcis
In tenebris metuunt:sic nos in luce timemus
Interdū:nihilo quæ sunt metuēda magis:q̄
Quę pueri ī tenebris pauitāt fingūtq; futura.

¶ Deniq. Illos fractos esse ostendit quoniā passionibus,seu perturbationibus intemperijsq; animi quatiuntur:quæ omnia fidem faciunt illos imbelles esse ac debiles. Cæca. Quæ homines reddit exoculatos:vt cæcus amor pingitur. Quæ. Omnia:auaricies & honorum cupido. Miseros. Qui hoc vno miseri sunt quoniam modum non tenent:& vt canis Attali nō gustat bona fortunæ:sed trāsglutit. Nam auctore Lucio Apuleio nō facultati addendum est:sed cupiditati detrahendum. Socios scelerum. Cogunt illos esse assectas,socios,ministros scelerum,auaritia,scilicet & honorum cæca cupido. Ministros scelerum facit honorū cupido:idq; regni.quoniam auctore Ouidio,Non bene cū socijs regna venusq; manent. Occurrit sup hac re exemplum scitu dignum sed relatu iucundissimum. Archelaus,inquit Plato in Gorgia,ex ācilla Alcetæ Perdicę fratris nat᷒ est:adeo Macedonię regnum,qđ nūc habet, ad eum minime pertinebat:sed ipso iure Alcetę erat seruus,ac si voluisset iusta agere ipsi Alcetæ seruisset. Sed paulopost fratrem suum legitimum Perdicę filium puerum annorum septem,ad quem ptinebat regnum:noluit vt felix fieret iuste alere,atq; ipsi regnum tradere:sed in puteum præcipitem dedit atq; suffocauit. Ministros. Subintellige esse cogunt. Niti. Conari:semper hūc lapidē voluere. Præstante. Quidam codices habent perstante hoc est indefesso & indeficiente,iugi,continenti,perpeti.a perstādo. Emergere. Enatare ad aliquas immo luculentas diuitias parandas.per fas & nefas:nec potentes impotentes hanc esse iniuriā putāt:iustitiam abiectiori detrahere,& ex alteri᷒ cōmodo cōmodū suum parare. Pindarum sequunt̄ isti dicentem,iustum id esse natura potentiorem per vim auferre ea,quę imbecilliorum sunt: dominari meliorem deteriori:plusq; habere eum qui præstantior sit q̄ qui abiectior. Sec᷒ Plato sentit omnino miserum ante alios appellans iniuriantem:miseriorem autem si iniuriarum pœnas nunq̄ luat.minus miserum si luat. Vulnera vitæ.cruciatus,anxietates, aculei humanam vitam lancinantes. Non minimam partem. Non ex minima parte pueniunt hæc & nutriuntur:in homineq; iroborantur:quoniam ia agitur formidine mortis:hoc est formido mortis ē in causa vt vulneretur ac feriatur animus hominis mortis cassa formidine titubantis. Turpia enim. A formidine vitæ cuncta mala proueniunt. quare omnes fere dum volūt prorogare hoc vitæ tempusculum in terris inhiāt famę qua nomen eorum facinoribus egregijs æthernetur. Egestas quoq; ab his lōge vitatur. tāq̄ qui luculentiores opes accumulauerit diu sit victurus:si non diu saltem lætius & quietius. Paupertasq; despuitur vt mortis consanguinea. Quęritur an inter aucupes gloriolæ recenseri debeat Achilles,quem dij honorarunt & in beatorum insulas miserunt:quia cum accepisset a matre si Hectorem occidisset,statim sibi moriendum fore,si minus in patriam se rediturum: audacter elegit pro Patroclo amatore suo pugnare,eiusq; mortem vlcisci:nec pro illo mori solum:sed & perempto illo interfici:vnde Plato Achillem extollit. Famæ contemptus. Hic dum vult viuere diutius etiam post cineres,famā amplexatur & ambit,& vt eam indipiscatur ad facinora sublimia accingitur. quare dum alteram vitam inhiat,præsentem amittit. Subintellige hic verbum videtur.est zeugma ab inferiori. Acris. Vehemens,sollicita,vexans humanum genus. Semota. Aliena. Sic enim appellant illi. Dulci vita. A ge-

Attali canis.
Cupiditati detrahēdū.
Idq; p pręsertim.
Archelaus Regna nō capiunt duos.
Potentior dominetur ībecilliori.
Achilles an gloriosus.

ta vita tanq̃ pauper sit infelicissimus & a dulcedine huiusq; vitæ lætitia prorsus auius: cuius fructum decerpe-
re nec potest, nec potuit. Cunctantur. Morari, stabulari. Paupertas creditur infernum monstrum illis cõgeni-
tum & consimile, quæ in inferorum faucibus stabulantur. de quibus Maro libro sexto. Multaq; præterea va-
riarum monstra ferarum Centauri in foribus stabulant, scyllæq; biformes: Et centũgeminus briareus ac bel-
lua lernæ Horrendum stridẽs, flammisq; armata Chimera, Gorgones, Harpyiæq;, & forma tricorporis vm-
bræ. Vnde. A qua paupertate mortis propemodum germana dum quis vult eminus fugere quęrit opes tã-
q̃ opulentus diutius sit victurus. Falso terrore coacti. Perculsi vana mortis paupertatisq; formidine. Re-
mosse. Remouisse se longe a vi mortis & formidinis. Sanguine ciuili. Versis armis in patriam bellum ciuile
immo inciuile molientes. Conflant. Cogunt. Auidi. Auari. Plautus in aulularia. Quorum animia auidis — Auidi.
atq; insatietatibus neq; lex, neq; tutor est ponere qui possit modũ. Cædem cæde accumulantes. Post cędem
alteram dein alteram cędem edentes, & carnificinas carnificinis exaggerantes: quorum animus æstuet lanie-
næ labe teterrima. Tristi funere. Acerba morte, quam illi veneno conflarunt: vel tristi qua deceret fratrem tri- — Triste.
stari non gaudio tacito pfundi. Fratres, inquit, q ob auaritiam ad crudelitatẽ præparantur, gaudent raptum
fratrem vt eius hæreditate potiantur: introitumq; habent ea, quæ libitinarij designatoresq;, vota. Aiunt eñi
& subinde hæc verba mussant. Vtinam cognatum quem proximus hæres impello expungam. Consangui-
neũ mẽsas. Consanguineorũ cognatorũq; cibos, timẽtes ne se veneno aggrediant. propterea verissime dixit
Satyrus. Vos o pupilli moneo quibus amplior est res Custodite animas, & nulli credite mensæ. Lurida mater
no feruent adipata veneno. Ab eodem timore. Actiue timor ponitur: concipiunt timorem in se: quoniam
alteri timoris causa fuerunt: id est cauent ab eo veneno, qđ ipsi fratri infuderint. Macerat. Angit, excruciat. — Macerare.
præterea probat hos agitatos inuidia fortes esse non posse: nec prorsus mortem contemnere: quoniam leuio-
ribus pertubationibus agũtur. Hinc nobis per mare plautinum velificantibus ansa est oblata corrigere car-
mẽ id apud Ouidium. Interdum maceror: ꝙ sum tibi causa doloris. Est enim ordo præposterus, scribẽdum — Recogni-
ꝗ esse addubitet nemo. Maceror interdum. cuius rei Horatius locupletissimus est testis hoc asclepiadæo ver- — tum verbũ
siculo. Q̃s lentis penitus macerer ignibus. & in Calpurnii buccolico ludicro idem obseruatur. Potentem. — Ouidianũ.
Sunt qui potentum scribant & intelligunt loco. Aspectari. Aspici, decorari, laudari, celebrari: qđ est vitium — Aspectare
fœminarum: nec ob aliam causam introducitur a Hieronymo fœmina sic immurmurans. Illa cultior proce-
dit in publicum: aspicitur ab omnibus. Ego sola in fœminarum coetu misella despicior. Est humilium homũ-
culorum vitium inuidia: cui sententiæ nostræ succinit Ouidius. Liuor iners vitium mores non exit in altos. — Inuidia.
Vtq; latens ima vipera serpit humo. Tradit sobrie Cicero illum qui suæ gloriæ fidit, alienæ nõ inuisurũ. Chry
sostomus in Homilija inquit inuidum feris ac dęmone eẽ peiorem: qđ peccatum omi venia carere putat. Nã — Inuid⁹ dæ-
fornicator quidem concupiscentiam pretendere potest, fur paupertatem, homicida furorem, frigidas quidẽ — mone pe-
& irrationabilis, habent tamen quaa pretendant excusationes. Inuidus vero quam dicat causam? nullam pe- — ior.
nitus nisi tantum intensam nequitiam. Subdit ille in homilia quinquagesimatertia. Inuidere peius est q̃ bel-
lum inferre. Qui enim bellum gerit: soluta causa propter quã bellum gerebatur, inimicitiam quoq; dissoluit.
Inuidus autem nunq̃ efficitur amicus. & ille quidem apertam ostendit pugnam: hic autem obumbratam: & il
le quidem legitimam habet quã dicat impugnandi causam plerũq;: hic autem nihil aliud preter inuidiam aut
diabolicam mentem. Itaq; cui talem aliquis animam comparauerit? cui viperę? cui aspidi? cui vermi? cui can-
taro? nihil enim huiusmodi scelestius anima: peius nihil. In tenebris. Humilitate, obscuritate nominis. Cœ
no. Sorde, sordida vita & despicatissima. Partim stat⁹. Prisci codices. partim statuarum pro pars statuarũ. — Partim ho
dicimus enim partim hominum pro pars hominum. Lege Gelium. Sensus Lucretij hic est. pars statuarum, — minum.
quas posuerunt sibi, decutiuntur & aduersariorum suorum eriguntur: quę res vrget honoripetas ad animam
despondendam. potes & hoc sensu interpretari. obeunt isti ergo hoc est causa statuarũ & nominis, hoc est for-
mæ: volunt mori rapti & biothanati, hoc est ante diem, vt statuas mereantur & famam temporariam, & popu
lares auras acquirant. Nominis ergo. Quæ statuæ gratia sui nominis illustrãdi fuerunt excitatę, & in eius ca — Ergo.
piandam perennitatem positæ. Poni statua gloriæ ergo dicitur cum gratia gloriæ ponitur. Ergo quãdoq; si-
gnificat causa: qđ Vergilius docet libro sexto. Illius ergo venimus. Ergo correptum significat idem qđ apđ
græcos ὄυϑ. producte idem quod Χάριν, hoc est gratia, cum scilicet gratia intelligitur pro causa. Sed illud su-
perius etiam sine exemplis notum est, hoc inferius sic sumitur cum dicimus de aliquo. Statua donat⁹ est ho
noris virtutisq; ergo. i. honoris virtutisq; causa. Corrige Pompeij codicem: in quo non sumitur, sed somnia- — Põpei⁹ mẽ
tur magno castigatorum veterno scriptum fuit. Et sæpe. Accidit sæpe vt homines desperatione ducti ode- — da solutus.
rint hanc blandam lucem. Ordo. Sæpe odium vitæ vsq; adeo percipit humanos, hoc est humanum gen⁹, vel
sensus humanos formidine mortis. i. dum mortem formidant. Lucis videndæ. vsq; adeo pcipit illos odiũ
fruendi luminis cælestia vt non audeãt oculos attollere. Tale illud Maronianum. Tedet cęli conuexa tueri.
Consciscant. Decernant. Cicero. mortem mihi cur consciscerem causa non est visa, cur optarem multæ. — Cõsciscere
Moerenti. Turbato, querulo. Hunc timorem. Obliti timorem mortis esse fontem, hoc est omnium timo-
rum originem. Hũc vexare. Obliti sunt hunc id est timorem mortis turbare & violare pudorem, hoc est vir-
ginitatem. Suadet virginibus hic timor mortis vt potius se imminui patiantur, ac ꝑflorari, q̃ ceruicem ac iu
gulũ gladio dare, cum vita ignominiæ postponi debeat: nec enim decet auctore Satyro ꝑpter vitã viuẽdi ꝑ-
dere causas. Etenĩ vere ac venuste Thucydides iquit libro tertio. Ingenitum natura est omib⁹ & priuatim, & — Ingenitũ
publice delinquere: nec vlla lex tãti est, quæ istud prohibere possit, cum per oĩa sit itum supplicia. Vincula — deliquere.
amicitiai. Gluten amicitię: qđ aliquando soluitur timore mortis. Nam dum quidam mallunt scelera patrare,
q̃ mori, contẽnitur ab illis amicitia. deferunt eñi ac deserũt amicos potius q̃ vitam. in quã sic insurgit Italic⁹.
O blãdũ cęli lumen tanto ne cauet Mora reditura metu viuẽtiq; addita fata. In summa. Vt vno verbo te ex
pediam: vt summatim loquar. Euertere. Resupinare ac abolere pios mores. Nã iam. Cõfirmatio ratiõis: ꝙ
vincula amicitiæ, ꝙ pietatẽ soluat hic timor mortis humillimus inde dignoscere potes. Prodiderunt. Pe-
nultima breuis vt in steterunt. Maro. Steterũtq; comę & vox faucibus hęsit. & tulerũt. Idẽ. Matri longa decẽ
tulerũt fastidia menses. Lege Diomedem. Acherusia tẽpla. Regiones infernas mortẽ subterfugiẽtes. Nã

veluti. Qui mortem timent agitantur vana formidine, nec pueris sunt absimiles, qui pauent indifferēter quæ timenda sunt non secus ac illa quæ non timenda. Cæcis. Iuxta illud Plautinum. non reperi id quod pueri se in faba reperisse clamant: in qua sunt lemures, & mydæ. Nihilo. quæ nihil sunt magis metuenda, q̄ quæ pue ri trepidant in tenebris futura hoc est euentura sibi, mera phantasmata & somnia.

> Hūc igit̃ terrorē animi: tenebrasq; necesse est
> Non radii solis: neq; lucida tela diei
> Discutiant: sed naturę species: ratioq;.
> Primū animū dico: mentē quē sępe vocamus:

¶ Terrorem animi. Pauorē animā vexantē & vanis simulachris obturbātem. Radij solis. Lux solis non mentem nostram illuminabit: sed fax & luminare ratiōis.

Tela.

Tela. Vibrationes coruscationesq; solares. Diei. Solis. τὸ αὐτό. Discutiāt. Amoliātur & auertant.

Primū animō. Auspicaturus, inquit Lucretius, tractatū de aia dico eē illā partē hois nō secus ac pes oculi: huiusmodiq; reliqua corporis mēbra: licet nōnulli repti sint qui animā in nulla corporis parte locauerint: verū habitū & harmoniā vocauerūt. Nā hi p̄ter corpus vim quādā qualitatēq; cōminiscūtur, quę solitariū & seorsum a corpore locum occupet: qđ genus est fidelis valetudo. Cæterū cum animaduertam me p̄tium operę facturum: Lucretianęq; opinioni tum discutiendæ (quoniam est impia) tum excutiendę, qđ minus est interp̄tis, ansam ex quęstione huiuscemodi p̄beri: eia agedum de anima nōnulla tradamus. In primis

Thomæ Aqnat; laus.

q; theologū Aquinatē virum sane cælestis ingenij, doctrinæq; minus p̄stigiosæ, sumamus in manus. Primum

Intellectus non est corpus.

asseramus substantiā intellectualē nō esse corpus, neq; virtutē aliquā a corpore depēdentē: cui rationi succinit Dionysius capite terno de diuinis nominibus dicens q; propter diuinæ bonitatis radios substiterunt intelligibiles intellectualesq; substātiæ, & sunt & viuūt, & habēt vitā indeficiētem & diminutionem nō patiētē ab vniuersa corruptione & generatiōe q; morte mūdę existētes & eleuatæ ab instabili fluxus variatione. Superest vt

An intellectus corpori possit vniri.

indagemus an substātia intellectualis corpori possit vniri p modum mistionis. Quę enī miscētur oportet adinuicem alterata esse: qđ non contingit nisi in his, quorum est materia eadem: & quæ possunt esse actiua & passiua adinuicem. Substātiæ autē intellectuales nō communicāt in materia cum corporalibus: sunt enim immateriales: corpori igit̃ misceri non possunt. Plato & eius cōsectanei sēsuerūt animā intellectualem non vniri corpori sicut forma materiæ: sed solum sicut motor mobili: dicētes animā eē in corpore sicut nauta in naui. & ita vnio animæ non esset nisi p cōtractū virtutis. Hoc autem videtur incōueniens. Secūdum enī prædictum contractum non fit vnum aliquid simpliciter: & per consequēs nec ens simpliciter: sed p accidens. Ad hoc euitan

Anima hō.

dum Plato posuit q; homo non sit aliquod compositū ex anima & corpore: sed q; ipsa anima vtēs in corpore sit homo. sicut Socrates non est aliquid compositum ex homine & indumento: sed homo vtens indumento. Sentit idem Plato non esse eandem animā in nobis intellectiuam, nutritiuā, & sensitiuam. Sentiunt tamē ortodoxi actiones aiæ, quæ sunt in nobis, ab ipsa vna procedere: nec sunt in nobis plures animæ. Auerthoes

Intellectus passiuus.

vero tradit q; homo differt specie a brutis per intellectum, quem Aristoteles patibilem vocat, qui est ipsa vis

Aestiatiua naturalis.

cogitatiua, quæ est homini propria: loco cuius alia animalia habēt quādam ęstimatiuam naturalē. huius autē cogitatiuę virtutis est distinguere intentiones indiuiduales & comparare eas adinuicem: sicut intellectus q est separatus & immistus cōparat & distinguit inter intentiones vniuersales: & quia per hanc virtutem simul cum imaginatiua & memoratiua p̄parantur phantasmata vt recipiant actionem intellectus agentis: a quo fiunt intelligibilia actu: sunt aliquæ artes p̄parantes materiam artifici principali: ideo prædicta virtus vocatur nomi

Intellectus sedes.

ne intellectus & rationis. de qua medici dicūt q; habet sedem in media cellula capitis: & secundū huius dispositionē virtutis differt homo vnus ab alio in ingenio, & in alijs quæ pertinēt ad intelligēdū: & per vsum huius & exercitium acquirit homo habitum sciētię. vnde habitus sciētiarum sunt in hoc intellectu patibili sicut in subiecto: & hic intellectus patibilis a principio adest puro: per quem sortitur speciem humanam anteq̄ actum intelligat. quæ pperā dicta esse: repugnareq; Aristoteli acerrime disputat theologus Aquinas libro secundo cō

Aphrodiseus.

tra gētiles. Alexāder demū Aphrodiseus tradit intellectum possibilem esse aliquā virtutē in nobis: vt sic definitio cōmunis de anima assignata ab Aristotele in secūdo de anima possit sibi cōuenire. Quia vero intelligere nō poterat aliquam substātiam intellectualem esse corporis formam: posuit p̄dictam virtutem nō esse fundatā in aliqua intellectuali substātia: sed cōsequēter commistionē elementorum in corpore humano. Determinatus enī mistionis humani corporis modus facit esse in potētia ad recipiēdum influētiā intellectus agentis: qui semper est in actu: & secūdum ipsum est quædam substātia separata: ex qua influētia homo fit intelligens actu. In homine autē per quod est potētia intelligēs est intellectus possibilis: & sic videbatur sequi q; ex commistione determinata in nobis sit intellectus possibilis. Hāc quoq; opinionē vt Aristotelico catholicoq; dogmati cōtrariā explodūt ortodoxi. Prædictæ aūt opinioni Alexādri de itellectu possibili p̄piqua est Galeni medi

Aīa quid iuxta Galenum.

ci de aia. Dicit.n. animā esse cōplexionē siue cōstitutionē. hoc vt diceret ista mouerūt: q; videmus ex diuersis cōplexionibus generari in nobis diuersas passiones, q̄ attribuunt animę. Aliquā.n. cōplexionem habētes vt cholericam de facili irascūtur: Melācholici vero de facili tristātur: & hæc opinio est reproba. Similis aūt prędictę positioni est opinio dicētium animā esse harmoniā. nō enī intellexerūt animā esse harmoniā sonorum: sed cōtrarium: ex quib' componi videbāt corpora animata: quæ quidem opinio ab Aristotele in libro de anima

An anima harmonia.

videtur attribui Empedocli. Gregorius aūt Nissenus attribuit eā Dinarcho: vnde sic improbatur. Oīne corpus mistum harmoniā habet & cōplexionē: nec harmonia potest mouere corpus aut regere ipsum vel repugnare passionibus: sicut & complexio intenditur etiā & remittitur: ex quibus oībus ostēditur q; anima non sit harmonia sicuti nec cōplexio. Fuerūt & alij magis errātes volētes animam esse corpus: quorum opiniones licet fuerint diuersę & variæ sufficit eas hic cōmuniter reprobare. Viuentia enī cum sint quædam res naturales sunt composita ex materia & forma: cōponūtur autē ex corpore & anima, quæ facit viuētia actu: igit̃ oportet alterū istorum esse formam & alterum materiā. corpus autē nō pōt eē forma: quia corpus nō est in altero sicut in materia & subiecto. anima igitur erit forma. nō est igitur corpus: cum nullū corpus sit forma. His autē propinquū fuit q; quidā antiquorum philosophoꝝ intellectum a sensu differre nō opinabātur: quod q̄dē ipossi

bile eſt. Senſus enim in omnibus animalibus inuenitur. Alia autem animalia ab homine intellectum nõ ha-
bent. quod ex hoc apparet: quia non operantur diuerſa & oppoſita quaſi intellectum habẽtia: ſed ſicut a natu-
ra mota ad determinatas quaſdam operationes & vniformes in eadem ſpecie: ſicut om̃is hirundo ſimiliter ni-
dificat. non eſt igitur idem intellectus & ſenſus. Huic autem opinioni affine fuit, qđ quidam poſuerunt, intelle
ctum poſſibilem non eẽ aliud q̃ imaginationem: qđ quidem patet eſſe falſum. Imaginatio.n. eſt etiam in alijs
animalibus: cuius ſignum eſt ꝙ abeuntibus ſenſibilibus fugiunt, vel perſequuntur ea: qđ non eſſet niſi in eis
imaginaria apprehenſio ſenſibilium remaneret. Intellectus autem in eis non eſt cum nullum opus intellectus
in eis appareat. non eſt igitur idem intellectus & imaginatio. Ex propoſitis rationibus concludere poſſumus
ꝙ intellectualis ſubſtantia poteſt corpori vniri vt forma. Si enim ſubſtantia intellectualis non vnitur corpori
ſolum vt motor ſicut Plato dixit: neq; continuatur ei ſolum p phantaſmata vt dicit Auerrhoes: ſed vt forma
neq; tamen intellectus quo homo intelligit eſt p̃paratio in humana natura vt dixit Alexander: neq; comple-
xio vt Galenus: neq; harmonia vt Empedocles: neq; corpus, vel ſenſus, vel imaginatio vt antiqui dixerunt:
Relinquiť ꝙ anima humana ſit intellectualis ſubſtantia corpori vnita vt forma. Colligiť quoq; ꝙ anima ſta- Aĩa quid.
tim corpori vnitur, nec oportet ponere aliquod medium quaſi animam corpori vniens, vel phãtaſmata ſicut
dicit Auerrhoes, vel potẽtias ipſius, ſicut quidã dicunt, vel etiã ſpiritũ corporalẽ ſicut alij dixerunt. Oſten- Aĩa imedia
ſum eſt ꝙ anima vnitur corpori vt forma eius. Forma autem vnitur materiæ abſq; omni medio. Per ſe enim te vnitur.
competit formæ ꝙ ſit actus corporis & non p aliquid aliud: vnde nec eſt aliquid vnum faciens ex materia &
forma niſi agens: qđ potẽtiam reducit ad actum vt pbat Ariſtoteles in octauo metaphyſicæ. Nam materia &
forma habent ſe vt potẽtia & actus. poteſt tamen dici aliquid eẽ mediũ inter animã & corpus: & ſi non in exiſtẽ
do tamen in mouẽdo via generationis. In mouẽdo quidẽ, quia in motu quo anima mouet corpus eſt quidam
ordo mobilium & motorum. anima em̃ oẽs ſuas operationes p ſuas potentias efficit: vnde mediante potẽtia
mouet corpus: & ad hæc mẽbra mediante ſpiritu: & vlterius vnũ organum mediante alio organo. In via autẽ
generationis diſpoſitiones ad formã p̃cedunt formam in materia q̃uis ſint poſteriores in exiſtendo: vnde &
diſpoſitiones corporis quibus fit proprium pfectibile talis formę, hoc modo poſſunt dici mediæ inter animã
& corpus. Per eadem autem oſtendi poteſt animam totam in toto corpore eſſe, & totam in ſingulis partibus.
Oportet.n. ꝓprium actum in ꝓprio pfectibili eſſe. anima aũt eſt actus corporis organici non vnius organi tã
tum. Eſt igitur in toto corpore: & non in vna pte tantum ſecundum ſuam eſſentiam: ſecundum quã eſt forma
corporis. Sic autem anima eſt forma totius corporis vt etiam ſit forma ſingularum partium. Si enim eẽt for-
ma totius corporis & non partium, non eſſet forma ſubſtãtialis talis corpis: ſicut forma domus, quę eſt for-
ma totius & non ſingularum partium, eſt forma accidentalis. A quibuſdam philoſophis dictum eſt animã eẽ
in aliqua pte corporis: ſicut ab ip̃o Ariſtotele libro de cauſa motus animalium dicitur eẽ in corde: quia aliqua Aĩa in cor-
potentiarum eius illi parti corporis attribuitur. Vis.n. motiua de qua Ariſtoteles in libro illo agebat eſt princi- de.
paliter in corde: per qđ anima in totum corpus motum, & alias huiuſmodi operationes diffundit. Ex præmiſ
ſis autem euidenter oſtendiť non eſſe vnum intellectum poſſibilem omnium hominum, qui ſunt, qui erũt, &
qui fuerunt: vt Auerrhoes in tertio de anima fingit. Oſtenſum eſt aũt ꝙ ſubſtantia intellectus vnitur corpori
humano vt forma. Impoſſibile eſt autẽ vnam formam eſſe niſi vnius materiæ: quia ꝓprius actus in ꝓpria po
tẽtia fit. Sunt enim adinuicem ꝓportionata. non eſt igitur intellectus vnius omniũ hominũ. Auicenna vero
tradit in ſuo libro de anima: ꝙ in intellectu poſſibili non remanẽt ſpecies intelligibiles niſi q̃diu actu intelligũ
tur. qđ quidem ex hoc ꝓbare nititur: quia q̃diu formæ adprehenſæ remanẽt in potẽtia apprehenſiua actu, ap-
prehenduntur. Ex hoc enim fit ſenſus in actu. & ſimiliter intellectus in actu eſt intellectum in actu. vnde vide-
tur: ꝙ quandocunq; ſenſus vel intellectus eſt factus vnum cum ſenſato, vel intellecto, ſecundum hoc qđ ha
bet formam ipſius fit adprehenſio in actu per ſenſum, vel per intellectum. Vires autem quæ conſeruant for-
mas non apprehenſas in actu, dicit non eſſe vires adprehenſiuas: ſed theſauros virtutum adprehẽſiuarum, ſi
cut imaginatio, quæ eſt theſaurus formarum adprehenſarum p ſenſum & memoriam ſecundum ipſum: quę
eſt ſecundus theſaurus intentionum adprehenſarum abſq; ſenſu: ſicut cum ouis apprehendit inimicitiam lu
pi. hoc autem contingit huiuſmodi virtutibus, quæ conſeruant formas non adprehenſas actu inquantũ ha-
bent quædam organa corporea, in quibus recipiuntur formæ receptione ꝓpinqua adprehenſioni: & propter
hoc virtus adp̃hẽſiua cõuertens ſe ad huiuſmodi theſauros adp̃hẽdit in actu. Conſtat aũt ꝙ intellectus poſſi-
bilis eſt virtus adprehenſiua, & ꝙ non habet organum corporeum: vnde colligitur impoſſibile eſſe ꝙ ſpecies
intelligibiles conſeruentur in intellectu poſſibili niſi q̃diu intelligit actu. Oportet ergo ꝙ vel ipſæ ſpecies in-
telligibiles conſeruentur in aliquo organo corporeo ſiue in aliqua virtute habente organum corporeum. Vel
oportet ꝙ formæ intelligibiles ſint per ſe exiſtẽtes, ad quas intellectus poſſibilis noſter comparetur ſicut ſpe-
culum ad res quæ videntur in ſpeculo. Vel oportet ꝙ ſpecies intelligibiles fluãt in intellectum poſſibilem de
nouo ab aliquo agente ſeparato quãdocũq; actu intelligit. Primum autem horum trium eſt impoſſibile: quia
formæ exiſtẽtes in potẽtijs vtẽtibus organis corporalibus ſunt intelligibiles in potẽtia tãtum. Secũdum au-
tem eſt opinio Platonis, quã reprobat Ariſtoteles in metaphyſicis: vnde cõcludit tertium ꝙ quãdocũq; intel
ligimus actu fluũt ſpecies intelligibiles in intellectum poſſibilem noſtrum ab intellectu agẽte: quem ponit ipſe Contra
quãdam ſubſtãtiam ſeparatam. Colligitur quoq; intellectum agẽtem nõ eſſe vnum in om̃ibus: vt Alexãder Auerrhoẽ.
ſentit & Auicẽna: qui nõ ponũt intellectum poſſibilem eſſe vnum omnium. Cum em̃ agẽs & recipiẽs ſint pro-
portionata: oportet ꝙ vnicuiq; paſſiuo reſpõdeat propriũ actiuum. Intellectus autẽ poſſibilis comparatur
agẽti: vt proprium paſſiuum ſiue ſuſceptiuum ipſius. Habet em̃ ſe ad eum agẽs ſicut ars ad materiam vt ſcri-
bitur in tertio de anima. Igitur intellectus poſſibilis eſt aliquid humanæ aiæ multiplicatũ ſecũdum multitudi-
nẽ indiuiduoꝝ vt oſtẽſum eſt: & intellectus etiam agẽs erit huiuſmodi & nõ erit vnus omniũ. Nec eſt impoſſibi
le intellectum poſſibilem & agẽtẽ in vna ſubſtãtia animæ cõuenire. nihil em̃ prohibet hoc reſpectu illius eẽ ſe-
cũdum ꝙ eſt in potẽtia, & ſecũdum aliud in actu. ſicut in rebus naturalibus videtur. aer em̃ actu humidus &
potẽtia ſiccus: terra autẽ ecõuerſo. Hæc aũt operatio inuenitur eſſe inter animã intellectiuam, & phãtaſmata.
Habet em̃ aia intellectiua aliqd in actu ad qđ phãtaſma eſt in potẽtia: & ad aliqd qđ in phãtaſmatis actu inueniť.

Aiam immortalẽ eẽ ꝓbare non possumus.

Ioannes Scotus, qđ plurimum Lucretio congruit, libro sententiarum quarto sentit rationibus demonstratiuis, nec ꝓbabilibus haberi animam esse immortalem: sed teneri p fidem auctore Augustino libro. xiij. trinitatis, & p euangeliũ dicẽte Christo. Nolite timere eos qui occidunt corpus: animam autẽ non possunt occidere. Premissis autem sententia catholicę fidei concordat. Dicitur enim in libro de dogmatibus ecclesiasticis. Solum hominem credumus habere animã substantiuã, quæ & exuta corpus viuit & sensus suos, atq; ingenia viuaciter tenet: neq; cum corpore moriť sicut Arabs asserit: neq; post modicum interuallum sicut Zenon: quia substantialiter viuit. Per hoc aũt excludiť error impiorum: ex quoꝝ ꝑsona diciť Sap. ij. Ex nihilo nati sum9 & post hoc erimus tanq̃ nõ fuerimus. ex quoꝝ ꝑsona dicit Salomon Ecclesiastis tertio. Vnus est interitus hominis & iumentorũ & ęqua vtriusq; conditio. Sicut moriť homo sic & illa moriunť. Similiter spirant omnia & nihil habet homo iumento amplius. ꝙ non ex persona sua, sed impiorum dicat patet per hoc qđ in fine libri quasi determinando subiungit. Donec reuertať puluis in terram suam vnde erat, & spiritus redeat ad eum qui dedit.

An anima mortalis vł imortalis.

Sed qui scopos erat noster quo iã pridem ingenium nostrum collimauit agedum euentilemus an mortalis, vel immortalis sit anima. Scotus vt paulo ante recitauimus immortalẽ esse fatetur: sed non omnis hoc est argumentis demonstratiuis posse illud ostendi: libroq; sententiarum quarto illorum rationes adducit, qui rationibus ꝓbare nitebanť immortalem esse animã. Aristoteles secundo de anima dicit ꝙ intellectus separať a cæteris sicut ppetuum a corruptibili. Sed dicať separať quantum ad operationẽ. Contra. ex hoc sequitur ꝓpositum: quia si potest separi secundum opationem, & secũdum esse: vt ipse asserit primo de anima. Pręterea tertio de anima poniť differentia inter sensum & intellectum. quia excedens sensibile corrũpit sensum, & propter hoc postea minus sentit minus sensibile. Non sic est de intellectu: immo postq̃ intellexerit summa intelligibilia magis intelligit inferiora. ergo intellectus non debilitať in operando: & vltra sequiť ꝙ sit corruptibilis in essendo. Praeterea. ij. metaphysicę capite. ij. mouentes causam causæ velut prius factæ existens: quæ autem vt ratio. i. forma simul supple cum causato vt toto. quãdo enim sanať homo: tunc & sanitas est: sin autem posterius aliquid manet perscrutandum est. In quibusdã. n. nihil ꝓhibet vt si anima est tale non omnis: sed intellectus. ergo innuit ꝙ intellectus est forma manens post corruptionẽ cõpositi: sed non animæ. Praeterea sexto de animalibus relinquiť solum intellectum deforis venire. ergo non accipit esse p generationẽ: sed a causa extrinseca: nec p cõsequẽs potest accipere non esse p corruptionẽ: nec p aliquã causam inferiorem corruptiuam. quia eius esse non subest alicui tali causæ cum sit a causa superiori imediate. Praeterea ex dictis philosophi formanť aliquę rationes.

Naturale desyderiũ non est frustra.

Est. n. vnũ principium apud eum ꝙ naturale desyderium non est frustra. In anima aũt est naturale desyderium ad semper esse. Praeterea septimo metaphysicæ vult ꝙ materia est qua res potest esse & non esse. Ergo illud qđ non habet materiam non habet talẽ potẽtiã nõ existẽdi. Intellectiua non habet materiam iuxta eum quia est forma simplex. Praeterea tertio ethicoꝝ asserit fortem se debere exponere morti pro re publica. Et nono ethicoꝝ sentit idem & loquiť secũdũ iudiciũ rationis naturalis. Ergo secũdõ rationẽ naturalem potest cognosci immortalitas animæ. Probatio illius consequentię: quia nullus ꝓpter quodcũq; bonum virtutis, vel in se, vel in alio, vel cõmuniter debet, vel potest appetere omnino nõ esse suum: quia secũdũ Augustinum tertio de libero arbitrio non esse nõ potest appeti. deinũ si anima nõ esset immortalis moriẽs acciperet penitus non esse. Pręterea argumentať doctor Aquinas ex verbis Aristotelicis sic. Qđ corrumpitur p cõtrarium corrũpitur, aut p defectum alicuius necessario reqsiti ad eẽ eius. sed anima intellectiua nõ habet contrarium: nec esse corporis est simpliciter necessarium ad eius esse: quia non habet proprium esse per se: & idem in corpore extra corpus: nec est differentia, nisi ꝙ in corpore cõmunicat illud corpori, extra corpus non communicat. Pręterea simplex non potest separari a seipso. anima est simplex: ergo non potest separari a seipsa: nec per consequens separari a suo esse. quia non p aliam formã a se habet esse. Secus est de composito qđ habet esse p formam, quæ forma potest separari a materia, & ita esse compositi destrui. Sed oppositum videtur philosophus sensisse: quia in fine septimi metaphysicæ ex intẽtione vult ꝙ omnes partes, quæ possunt manere separatæ a toto sunt elementa. i. ꝑtes materiales, sicut ipse ac ipsius elemẽta: & ꝑter tales necesse est ponere in toto aliquã formã, q̃ totũ est illud qđ est: q̃ nõ possit manere sepata a pte materiali toto nõ manẽte. Ergo si cõcessit aiam intellectiuã eẽ formã hois: sicut patet ex ꝓbatiõe ꝓcedẽte: nõ ponit eã manere sepatã a materia toto nõ manẽte. Praeterea principiũ videť apud eum qđ incipit & desinit esse: vnde primo de cælo contra Platonem videtur habere pro incompossibili ꝙ aliquid incœperit & sit perpetuum & incorruptibile. & tertio physicorum. Cuius principium est eius finis est. Potest dici ꝙ licet ad illã secundam propositionem probandã sint rationes probabiles: non tamen demonstratiuæ immo nec necessariæ. Et qđ adducitur ꝓ ea secundum primã viam de auctoritatibus philosophorũ dulciter potest solui: vno modo quia dubium est qđ philosophus circa hoc sensit.

Dubiũ qđ de anima sentiat Aristo.

Varie. n. loquiť in diuersis locis & habuit diuersa principia, ex quorum nõnullis videtur seq vnũ oppositum, ex alijs aliud: vnde ꝓbabile est ꝙ in illa conclusione semper fuerit dubius: & nunc magis accedere ad vnã ptẽ nũc ad aliã: iuxta qđ tractabat materiam consonã vni parti magis q̃ alteri. Est alia missio magis ex re ꝙ non omnia dicta a philosophis ab eis erant assertiue probata p necessariam rationem naturalem: sed frequenter non habebant nisi quasdam probabiles persuasiones, vel vulgarem opinionẽ pręcedentium philosophorum. vnde dicit Aristoteles secundo de mundo capite tertio. De duabus quęstionibus difficilibus loquitur tentandum dicere, qđ videtur dignũ: reputantes promptitudinem magis imputari verecundiæ, q̃ audaciæ, si quis ꝓpter philosophiam stare & paruam sufficiẽtiã diligit: de quibus maximas habemus dubitationes. Vnde paruæ semp sufficientiæ suffecerũt philosophis vbi non poterant ad maiora ꝑuenire: ne cõtradicerẽt principijs philosophiæ. Et in eodem capite. De alijs astris dicũt ægyptij & babylonij, a quibus multas credulitates habemus de vno quoq; astrorum: vnde quãdoq; philosophi acquiescunt ꝓpter suas ꝑsuasiones ꝓbabiles quãdoq; ꝓpter assertiões suoꝝ principioꝝ ꝑter rationẽ necessariam. & illa respõsio sufficeret ad omnes auctoritates, licet essent expssæ ꝙ non scopon petunt. Tamen responderi põt p ordinẽ. primo ꝙ non intelligit illã sepationẽ nisi ꝑcise in hoc scilicet ꝙ intellectus non vtiť corpore in operãdo, & p hoc est incorruptibilis in operando loquendo de illa corruptione qua virtus organica corrumpitur propter corruptionem organi: & illa sola corruptio cõpetit potẽtiæ organicæ secũdũ philosophũ primo de anima. Si senex acciperet ocu

lū iuuenis videret vtiq̃ ſicut iuuenis. Ergo ipſa potētia viſiua non eſt debilitata vel corrupta q̄tū ad opationē
ſed quãtū ad organū tm̄: nec tñ ex illa corruptiõe intellectus: quia. ſ. nõ habet organū p cuiꝰ corruptionē poſſit
corrūpi in opando: ſequiť ꝙ ſit ſimpliciter incorruptibilis in operando. qa tunc ſeqtetur ꝙ eſſet in exiſtendo
incorruptibilis: ſed tm̄ ſeqtur ꝙ nõ eſt corruptibilis in operando illo modo: quo potentia organica: tñ pone-
reť ſimpliciter corruptibilis iuxta illud tertio de anima. Intellectus corrumpitur in nobis quodã interiori cor-
rupto: & hoc euenit ꝙ ponereť principium ipſi toti cõpoſito operandi operationē propriam eius: ſed compo
ſitū eſt corruptibile: ergo & principium operatiuum eiꝰ. Qꝫ autē ſit principiū operandi toti: & operatio eiꝰ ſit
operatio totiua: videť Ariſtoteles dicere primo de anima. Ad aliud dico ꝙ excellens ſenſibile corrumpit ſen
ſum p accidēs qa corrūpit organū: qa ſoluit illã mediã proportionē: in qua conſiſtit bona diſpoſitio organi:
& per oppoſitū intellectus: qa nõ habet organū non corrūpitur ab excellenti obiecto: ſed ex hoc non ſeqtur
ꝙ ſit incorruptibilis niſi probeť ꝙ non depēdeat in exiſtendo a toto: qđ eſt corruptibile. Ad iſtud de. xij. me-
taphyſicæ dicit ꝙ Ariſtoteles illud dubium reliqt: & dicit forſan: ſed hoc non videť valere qa nõ dicit forſan
referendo animã ad illud: qđ intellectus manet poſterius. i. poſt totum: ſed nõ omnis, ſed intellectus. Et ſeqť
omnem nãq; animã impoſſibile forſan: vbi dubitat an poſſibile ſit omnē animã manere poſt cõpoſitū in ex-
iſtendo ſeparatã a toto: qđ eſt corruptibile. vel ſi de intellectiua nõ dubitat: appoſuit forſan ſicut temperamētū
phyſicum vt ſæpe vtitur. Nõ em̄ communis eſt opinio ꝙ anima humana maneat extra cõpoſitum cū poten-
tijs ſenſitiuis. Si ergo expreſſe aſſerat animã eſſe immortalē: poteſt dici ꝙ tamen non fuit per rationē neceſſe
riam demonſtratum: ſed per rationes probabiles perſuaſum. Ad aliud. valde dubium eſt quid ipſe ſenſerit de
origine animæ intellectiuę. Si em̄ non ponit deum aliqd immediate de nouo agere. ſed tantummõ motu ſem
piterno mouere cælum: & hoc vt agens remotū a quo agente ſeparato poneret ipſe intellectiuam de nouo ꝓ
duci. Si em̄ dicas ꝙ ab aliqua intelligentia: duplex eſt inconueniens. vnū: qa illa nõ poteſt creare ſubſtãtiam
ex di. quarti ſententiarum. q. prima, articulo tertio. Aliud ꝙ illa nõ poteſt magis aliqd nouum producere im
mediate q̄ deus ſecundū principia philoſophi de immutabilitate agentis & de ſempiterna vi in agendo. Nec
poteſt ipſe vt videtur ſecundū principia ſua ponere intellectiuam eſſe terminum naturalis agentis: qa vt vide
tur ex. xij. metaphyſicę ponit eã incorruptibilē: & nulla forma q̄ eſt terminus agentis naturalis eſt ſimpliciter
incorruptibilis. Poteſt dici ꝙ ponit eã immediate accipere eſſe & nouum eſſe a deo: quia ꝙ accipiat eſſe ſana
ſequitur ex principijs eius cum non ponat eam perpetuo prçceſſiſſe ſine corpore: nec prius in alio corpore: &
non eſt probabile ſecundum rationem a quo poſſit recipere totum eſſe nullo p̄ſuppoſito niſi a deo. Si dicas er
go concederet creationē: non ſequitur: quia non dixit eſſe aliam productionē compoſiti & animæ intellectiuę
ſicut nec in igne & forma ignis. Sed illam animationē corporis organici ponit eſſe productionem per accidēs
ipſius animæ. Nos aūt ponimus duas ꝓductiones: vnã de non eſſe animę ad eſſe eius: & illa eſt creatio: aliam
a non animatione corporis ad animationem eius: & illa eſt productio corporis animati & p mutationem pro
prie dictam. Qui igitur poneret tantum ſecundam. ſ. animationem, nullam creationem poneret: & ita Ariſto
teles. Sed ſi vites creationem ſecundum eum quomodo poteſt agens immutabile aliquid nouum produce-
re? Reſpondeo: nullo modo niſi propter nouitatem paſſi receptiui: ꝙ em̄ effectus penitꝰ & p̄ciſe dependens
a cauſa actiua nouus eſſet reduceretur ſecundū Ariſtotelē in aliquã variationē ipſius cauſæ efficientis: ſed qđ
effectus dependens ab agente & paſſo receptiuo ſit nouus poteſt reduci in nouitatē ipſius paſſi ſine nouitate
agentis. & ita diceretur hic ꝙ deus neceſſitate naturali tranſmutat corpus organicum ad animationē q̄ cito
corpus eſt ſuſceptiuum iſtius animationis: & a cauſis naturalibus aliquãdo de nouo iſtud ſuſceptiuū: & tunc
noua eſt mutatio ad animationē ab ipſo deo. Sed quare reducēda eſt illa nouitas immediate in deum ſicut in
cauſam agētem? Reſpondeo: ſicut quid eſt primo agens ideo ſecundum Ariſtotelem eſt ſemp agens aliqua
actione in paſſum ſemp eodem modo ſe habēs: ita ſi aliquod paſſum poteſt eſſe nouum & alicuius formę ſuſ
ceptiuum quæ non poteſt ſubeſſe cauſalitati alicuius cauſæ ſecundæ: deus eſt immediata cauſa illiꝰ: & tamen
de nouo: quia oi potentiæ paſſiuæ in ente oportet ponere aliam actiuam correſpondentē: & ita ſi paſſiuę no-
uæ non correſpondet alia actiua creata: correſpõdebit ſibi immediate diuina. Ad aliud de naturali deſyderio
reſpondebitur: & cū principalibus rationibus obuiã ibitur. qa prima ratio principalis ſecunda & tertia proce
dunt ex hoc. Ad aliud de ſeptimo metaphyſicę. vera eſt illa deſcriptio materiæ: nõ tamen intelligenda ita ꝙ
materia eſt qua res tantum: cuius ipſa eſt ps: ſiue quæ recipiť in ipſa: alioqui forma ignis non poſſet non eſſe
quia materia non eſt pars formæ ignis. Ad aliud de forti fit magna altercatio: an ſecūdum rectam rationem
debet ſe ſic exponere morti. Tñ poteſt dici ſicut philoſophus reſpondet in nono ꝙ maxime bonum tribuit
ſibi in exercendo illum magnum actum virtutis: & hoc bono priuaret ſe: immo vitio ſe viueret ſi illo actu tūc
prætermiſſo ſaluaret ſuum eſſe p q̄tumcunq; eſſe. Melius eſt autem ſimpliciter maximum bonum & momē-
tarium q̄ remiſſum bonum virtutis vel vita vitioſa p magnum tēpus. vnde ex illo ꝓbatur euidēter ꝙ bonū
commune ſecundum rectam rationem eſt magis diligēdū q̄ bonū propriū: qa totum bonū proprium homo
debet exponere etiã pditioni ſimpliciter ſi neſciat animã immortalē vt ſeruet bonum cõmune. & illud magis
diligit ſimpliciter propter cuiꝰ ſalutē eſſe alterius cõtemniť vel negligiť. Ad rationes illas doctoris. ad primã.
Si intelligat animam habere p ſe eſſe. i. in toto & extra totū prout p ſe eſſe diſtinguiť contra ineſſe accidētis.
hoc modo forma ignis ſi eſſet ſine materia haberet p ſe eē: & tunc poſſet concludi ꝙ forma ignis eſſet incor-
ruptibilis. Si autē intelligitur de eſſe p ſe conuenit compoſito in genere ſubſtantiæ: ſic eſt falſum ꝙ anima ſi
ne corpore habet per ſe eſſe: qa tūc eſſe eius eſſet alteri cõmunicabile. quia in diuinis etiã p ſe eſſe in illo modo
acceptum eſt incommunicabile. vnde omnimodo deficit hæc ratio. Quia in ſecundo intellectu antecedens
eſt falſum: in primo conſequētia non valet niſi addatur ibi ꝙ naturaliter ſiue ſine miraculo habet p ſe eē pri-
mo modo. Sed hæc propoſitio credita ē & non per rationē naturalē nota. Ad aliud. non omnis corruptio eſt
p ſeparationē alterius ab altero. Accipiēdo em̄ eſſe angeli ſi illud ponatur ſecundum aliquos aliud ab eſſen-
tia: illud non eſt ſeparabile a ſeipſo: & tamen eſt deſtructibile per ſucceſſionem oppoſiti ad ipſum eſſe. Hæc
ſunt quę Ioannes Scotus acute magis: q̄ diſerte diſputat: quæ vt erant rudia & inculta poſui ne perperam eſ- Scotus magis acutꝰ q̄ diſertus.
ſem in alieno libro ingenioſus. Nam vt inquit Manlius. Ornari res ipſa negat contenta doceri. Recte ne an

Capreolus.

perperã trutinatus sit hæc Scotus, hæc lis non est nostri fori. Satis anhelat Capreolus vir certe doctissimus: q
libro sententiarũ quarto distinctione quadragesima tertia q̃stione secunda conatur asserere immortalẽ aiam

Harpocration de anima.

& esse & ꝓbari posse. cui suffragat Harpocration in chironijs asserens illam nobis dormiẽtib⁹ in se recedere va
gari ꝑ auia: & vtilitatibus nostris excubare: corporiq; referre quæcunq; e longinquo vidit. Oẽs fere philoso
phi q prævalent illam tradiderunt immortalẽ: vt peripateticorũ consultores: Platonici oẽs qui veritati stete

Brutorũ aiæ mortales.

re ꝓpiores: quos Lactãtius philosophorũ reges appellat. Brutorũ aias nõ esse immortales antistes Aquinas e
dixerit. nulla enim opatio sensitiuę partis esse sine corpore potest: in animabus aũt brutorũ nõ est inuenire ali
quã opationẽ supiorẽ opationib⁹ sensitiuæ ptis. non em̃ intelligũt neq; rõcinant: qd ex hoc apparet: qa oĩa a
nimalia eiusdẽ speciei similiter operantur quasi a natura motæ & nõ ex arte operatiões. Ois em̃ hirundo simi
liter facit nidum: & ois aranea similiter telam: nulla igit̃ opatio est animę brutorũ q̃ possit esse sine corpore. Cũ
igit̃ ois substantia aliquã operationẽ habeat non poterit anima bruti absq; corpore esse: ergo peunte corpore
pit. Huic autẽ sententiæ doctrina catholicę fidei concordat. dicitur em̃ geneseos nono de animalibus brutis. A
nima illius in sanguine est. quasi dicat. ex sanguine pmanentia esse illius dependet. Et in libro de dogmatib⁹
ecclesiasticis. Solum hominem dicimus animã substantiuã habere. i. ꝑ se vitalẽ: brutorũ vero aimas cum cor

Animæ ab ęterno fuerunt.

poribus interire. Aristoteles etiã in. ij. de anima dicit ꝙ intellectiua pars animę separat̃ ab alijs sicut incorrupti
bile a corruptibili. Per hoc autẽ excluditur opinio Platõis: q voluit etiã brutorũ aimas esse immortales. Ad
damus animas humanas non incipere cum corpore sed ab æterno fuisse. Origenes cum poneret animas hu
manas a principio fuisse creatas dicit ꝙ ordinatione diuina animæ corporib⁹ sunt vnitæ: sed in earũ pœnam.
Nam ante corpora eas peccasse existimauit: & ꝑ quãtitate peccati corporibus nobilioribus vel minus nobili

Pœna cur mala.

bus eas vnitas esse quasi quibusdam carcerib⁹ inclusas. Sed hæc opinio stare nõ potest. Pœna enim bono na
turæ aduersatur: & ex hoc dicitur mala. Si igitur vnio animæ & corporis est quoddã pœnale: non est bonum
naturæ: qd est impossibile. Est enim intentum ꝑ naturam. Nã ad hoc naturalis generatio terminat̃. & iterũ seq

Anima in oib⁹ vna.

ret̃ ꝙ esse hominẽ non esset bonũ secundũ naturam: cũ tñ geneseos primo dicatur post hominis creationem
vidit deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Præterea anima nõ est de substantia dei. Nã cũ substãtia di
uina sit omnino indiuisibilis: nõ potest aliquid substantiæ eius eẽ anima nisi sit tota substantia eius. Substan
tiam autẽ diuinã est impossibile esse nisi vnam: seqtur igit̃ ꝙ oim hominum sit tantum anima vna quãtũ ad
intellectum: & hoc improbatum est. nõ est igitur anima de essentia diuina. Videtur autẽ hæc opinio ex triplici
fonte processisse. Quidam em̃ posuerunt nullam substantiam incorpoream esse vnde nobilissimum corporũ
deum esse dicebant: siue hoc esset aer: siue ignis: siue quodcũq; aliud principium ponebant: & de natura huius
modi corporis animam esse dicebant. Nã oẽs id qd ponebãt principium animę attribuebant vt patet per Ari
stotelẽ in primo de anima. ita colligebatur animam esse de substantia diuina. Ex hac radice pullulauit positio

Aia nõ ẽ ꝑticula dei.

Manichæi: qui putauit deũ esse quãdã lucem corporeã ꝑ infinita spatia distentã: cuius quandam particulã hu
manam animam esse dicebat. Hęc autẽ opinio improbata est ex hoc: ꝙ patet deum non esse corpus: & aiam
humanam corpus non esse: nec animam intellectualẽ substantiam. Quidã vero posuerũt intellectum oim ho
minum esse vnum vel agentem tãtum vel agentẽ & passibilẽ simul. & qa quãlibet substantiã separatam anti
qui deum esse dicebant, sequebatur animam nostrã. i. intellectũ quo intelligimus, esse diuinæ naturę. Vnde &
a quibusdã nostri tẽporis christianæ fidei professoribus ponentibus intellectum agentem separatum, dictũ
est expresse ꝙ intellectus agẽs sit deus. Hæc autem opinio de nostri intellectus vnitate improbata est. Potu

Intellectus agens non est deus.
Sol⁹ hõ deũ intelligit.

it autẽ & ipsa similitudine animæ nostræ ad deũ hæc opinio nasci. Intelligere autẽ qd maxime æstimatur pro
prium dei, nulli substantiæ in mundo inferiori conuenire inuenitur nisi homini propter animam: vnde videri
potuit animã ad naturã diuinã ptinere: & præsertim apud homines: in quorum opinionibus erat firmatũ ꝙ
anima hominis esset immortalis. Huic succinere videtur qd geneseos primo postq̃ dictum est, Faciamus ho
minem ad imaginem & similitudinem nostram: subditur. Formauit deus hoiem de limo terræ: & inspirauit
in faciem eius spiraculum vitæ. ex quo quidam accipere voluerũt ꝙ anima sit de natura diuina. Qui enim
in faciem alterius spirat: idem numero quod in ipso erat in alium emittit: & sic videtur innuere sacræ literæ ꝙ
aliquid diuinum a deo in hoiem ad ipsum viuificãdum immissum sit. Sed similitudo prædicta nõ ostẽdit ani
mam hominis esse aliquid substãtiæ diuinæ cum intelligendo defectum multipliciter patiatur: qd de deo dici
non potest. Vnde hæc similitudo est magis indicatiua cuiusdam imperfectę imaginis: q̃ alicuius substantiæ:
qd etiam scriptura innuit cum dicit ad imaginem dei hominem factum: nã & ĩspiratio prædicta processum vi
tæ a deo in hoiem secũdum quandam similitudinem demõstrat, nõ secũdum vnitatem substãtię: propter qd
& in faciem spiritus vitæ dicitur inspiratus: quia cum in hac parte corporis sint plurium sensuum organa si
ta, in ipsa facie euidentius vita monstratur. Sic igitur deus inspirasse in faciem hominis spiraculum vitæ dici

De⁹ inspirauit in faciẽ hominis.
Aia nõ ex traduce.

tur: quia spiritum vitæ homini dedit. non eum ex sua substantia decidendo. Nam & qui corporaliter insufflat
in faciem alicuius: vnde videtur sumpta metaphora: aerem in faciem eius impellit: nõ autem aliquam suę sub
stãtiæ partem in ipsum emittit. Ex pmissis autẽ ostẽdi potest ꝙ aia humana nõ traducitur cũ semine quasi ꝑ
coitum seminata: quæ a disertis per traducem infũdi dicitur. Quorũcũq; em̃ pricipiorũ operationes nõ pos
sunt esse sine corpore: nec eorum initium sine corpore esse potest. Sic em̃ res haber esse sicut & operat̃: cũ vnũ
quodq; operetur in quãtum est ens. E cõtrario vero quorum pricipiorũ operatiões sine corpore sunt, genera
tio eorum nõ est per generationem corporis. Operatio autem animæ nutritiuæ & sensitiuę non potest esse si
ne corpore. Operatio autem animę intellectiuæ nõ fit per organum corporeũ. igitur anima nutritiua & sensi
tiua ꝑ generationem corporis generãtur: nõ autem anima intellectiua: sed traductio seminis ad corporis gña
tionem ordinatur: igitur anima nutritiua & sensitiua esse incipiunt per semis traducem: nõ autem intellectiua
Per hoc autem excluditur error Apollinaris & asseclarum eius: qui dixerunt animas ab animabus generari
sicut a corporibus corpora. Ex prælibatis ostẽdi põt ꝙ solus deus aimam humanam creat. Omne em̃ qd ꝓ

Solus de⁹ aiam creat.

ducitur vel generatur per se aut ꝑ accidens, vel creatur. Anima autem humana nõ generatur per se cum non
sit composita ex materia & forma: neq; generatur per accidẽs. Cum em̃ sit forma corporis: generatur per cor
poris generationem: quæ est ex virtute actiua seminis: qd improbatum est. Cum ergo anima humana de no

uo esse recipiatur: nõ eñ est æthernа nec p̃exis̃tit corp.i. Relinquitur q̃ exeat in esse p creationẽ: q̃ eã solus deºpossit creare. Solºigit humanã aiam producit. Quia vero ostẽsum est substantiã aliquã intellectualẽ vniri corpi vt forma.i.aiam humanã: superest indagãdum vtrũ alicui alteri corpori aliqua substãtia intellectualis vt forma vniat. Et quidẽ de corporibus cælestibus q̃ sint animata aia intellectuali. Superius est ostẽsum q d de hoc senserit Aristoteles: & q̃ Augustinus hoc sub dubio dereliquit. vnde prius inquisitio circa corpora elemẽtaria versari debet. Q̃ autẽ nulli corpori elemẽtari substãtia intellectualis vniat vt forma nisi humano, euidenter apparet. Si eñ alteri corpori vniat: aut vnitur corpori misto, aut simplici. Nõ aũt potest vniri corpori misto. qa oportet illud corpus maxime æqualis eẽ cõplexionis secũdũ suũ genus inter cætera corpora mista: cum videamus corpora mista tanto nobiliores formas habere quãto magis ad tẽperamentũ cõmistionis puenẽrũt: & sic qd habet formã nobilissimã, vtpote substantiam intellectualẽ si sit corpus mistũ, oportet esse temperatissimũ. Vnde etiã videmus q̃ mollicies carnis & bonitas tactus, quæ cõplexionis æqualitates demonstrant, sunt signa boni intellectus. Cõplexio autẽ maxime æqualis est constitutio corporis humani. Oportet igitur si substantia intellectualis vniatur alicui corpori mixto, q̃ illud sit eiusdem naturę cum corpore humano. Forma etiam eius esset eiusdem naturę cum aĩma humana si esset substãtia intellectualis. nõ igitur esset differentia secũdũ speciẽ inter illud animal & hominem. Similiter autem neq̃ corpori simplici puta aeri aut aquæ aut igni aut terrę vniri potest substantia intellectualis vt forma. Vnumquodq̃ eñ horum corporũ est simile in toto & partibus. Eiusdem eñ naturæ & speciei est pars aeris & totus aer. etenĩ eũdem motum habet: & similiter de alijs. Similibus autem motoribus similes formæ debentur. Si igitur aliqua pars alicuius dictorum corporum sit animata anima intellectuali: puta aeris: totus aer & omnes partes eius eadem ratione erũt animata. hoc autem manifeste apparet esse falsum. Nam nulla operatio vitæ apparet in partibº aeris vel aliorũ simpliciũ corporum. Nõ igitur alicui parti aeris vel similium corporum substãtia itellectualis vnitur vt forma. Per hoc autem excluditur error & opinio Apollinaris & quorũdam Platonicorum: qui dixerunt dæmonia esse animalia corpore aerea, mẽte rationabilia, animo passiua, tempore æthernа: & quorũdam gentilium ponentium elemẽta esse animata: vnde eis cultum diuinum instituebant. Excluditur etiam opinio dicentium angelos & dæmões habere corpora naturaliter sibi vnita de natura superiorum vel inferiorum elemẽtorum. Sed tãdem Aquinatem reliquimus. Gaietanus tertio de anima ita sentit. Intellectus multipliciter sumitur. vno modo capitur pro anima itellectiua. Alio modo pro potẽtijs eius naturalibº: quibus actiue & passiue cõcurrit ad speciem intelligibilem vt actum intelligẽdi: quæ dicuntur intellectus agẽs intellectus possibilis. Tertio modo pro intellectu in actu vel habitu speculatiuo seu practico: per intellectum in actu intelligendo speciem intelligibilem vel actiuam intellectionem: & per itellectum in habitu habitum intellectualem. Quarto mõ pro intellectu passiuo siue virtute cogitatiua: quæ dicitur intellectus propter eius propinquitatem ad intellectũ proprie dictum in perfectiõe. His p̃missis sit hæc prima cõclusio. Intellectus humanus tertio mõ sumptus generabilis est & corruptibilis. Q̃ sit generabilis patet. Quia aĩa intellectiua in sui principio est sicut tabula nuda: in q̃ nihil est scriptum. Q̃ sit corruptibilis arguitur. qa oẽ qd in cõseruari depẽdet ab aliquo coruptibili est corruptibile: sed itellectus i actu vel habitº est huiusmodi: ex quo præsupponit phãtasma a quo cõseruari depẽdet: qd est corruptibile. Tertia cõclusio. Intellectus passiuº est generabilis & corruptibilis. hoc satis patet. Sed de modo secũdũ quẽ aĩa intellectiua post eius separationẽ a corpore intelligit, varij diuersa senserũt. Plato posuit q̃ oĩm rerum species in aĩa intellectiua cõcreãtur a deo: sed dum corpori infunditur eiº mole impeditur ab operatiõe secũdum species illas. per studiũ tamẽ & exercitium deducit ad actualem cognitionem eorum, quę prius sciuit: & reminiscitur prius scitorum. Postq̃ autem corpus egressa est nõ amplius eo oppressa p species secum cõcretas intelligit sicut prius faciebat ante eius infusionẽ in corpore. Auicẽna autẽ voluit intellectum agentem esse decimam intelligẽtiam sphæræ generabilium & corruptibilium appropriatam & secũdum esse separatam ab intellectu possibili: quam dicebat esse animam intellectiuam. Et amplius ponebat: q̃ irradiationem factam ab illa decima intelligentia super phãtasmata omnium hominum poterãt omnes intellectus vniri & ab eis moueri: & intelligere per eorum cõuersionem ad illam itelligẽtiam: ita q̃ itellectus corpori vnitus nõ recipit a phantasmate nisi dispositionem: quę nunc est sibi necessaria vt se ad illam cõuertat decimam intelligẽtiam. a qua receptat speciem intelligibilem per quã intelligat. Sed dum intellectus possibilis est a corpore separatus nõ indiget dispositione a phantasmatis: & ex se ipso potest se ad illam decimam intelligentiã cõuertere: & ab ea recipere speciem intelligibilem & intelligere: & hunc dicebat esse modum per quem intellectus separatus intelligit. Alij voluerunt q̃ anima separata intelligat per essentiã propriam sicut intelligentia cælestia. Albertus vero innuere videtur q̃ intellectus possibilis post eius separationem a corpore intelligat per lumina ab alijs intelligentijs cælestibus recepta: & per eius cõuersionem ad intellectum agentem. Cõmunis tamẽ opinio est q̃ intelligit per species & habitus qui in eo remãserunt nõ in actu cõpleto: sicut dum erat vnitus corpori. quia quãtum ad illum depẽdent a phãtasmatis & perpetuari & sufficere pro intelligere intellectus separati, q̃uis nõ sufficiant pro intellectione intellectus vniti corpori: quoniam tunc pluribus indiget. Et ex hoc patet quare intellectus hominis habitum adepti nõ semper intelligit: causa est q a indiget specie existente in actu completo: quę quãtum ad hoc depẽdet ab actu cogitatiue. ideo dum cogitat illud de quo cogitat vel ad ipsum p se habitudinẽ habet intelligere põt & nõ aliter: & qa nõ semp cogitat ideo nõ semper intelligit. Albertº tñ dicit q̃ sola species nõ sufficit intellectui vt intelligat. Sed vlterius reqritur cõuersio intellectº ad illam speciẽ: eo q̃ referat eam ad rem cuius est species. & quia non semp ista facit: ideo & cætera. Et hęc de aĩa satis: de qua nũq̃ satis. operæpretiũ est enim hũc oĩm rerum indagatorẽ indagare.

Bonitas tactº signa boni intellectº

Error Apollinaris de dæmonibus.

Intellectus.

In quo consiliũ vitæ: regimẽq̃ locatum st
Esse hoĩs partem nihilominº: ac manº: & pes:
Atq̃ oculi partes animantis totius extant.

Iam Lucretianum codicem excutiamus. Mentem quem sæpe vocamus. Isti senserũt nullo differre animum & mentem. In quo. Aĩo. Cõsiliũ vitę. Sedes prudẽter vt uẽtũ est in aĩo. Regimẽ. Mẽs eñ pa i hoĩe nobilior ẽ: & arx quædam. Extant. Sunt.

Harmonia anima.

Valitudo.

Nosocomium.

Quis. Affert opinionē nōnullorum sapientū antiquorum: qui dixerunt sensum animi non habere certam sedē: sed esse quendā vitalem habitum: quē greci vocant harmoniam, hoc est concentum: cui cum sit anima similis in nulla parte corporis locatur: sed habitū quendā & proportionē putāt. Fingitur enī vltra corpus virt⁹ q̄dā & status: quę per se existit in loco vt valetudo: quæ cum sit non tamē inest corporis alicui parti. Qui dixerūt animā esse harmoniā fuerūt Aristoxenus, & Dicearchus. Plato in Timęo cōcentum & cōcordiam vocat. Sapiētum turba. Hoc ad scribitur Empedocli: quē validissime vt puto superius hęrbam dare coegimus. Verum. Sed. Habitum. Proportionem & cōcinentiam. Q d. Quæ harmonia. Cum sensu. Quæ harmonia sensus mulcet & moderatur adsistens non inhærens. Siet. Sit. Cum mens certum locum non habeat nec statum. Vt bona valetudo. Nomen medium est valitudo significans & salubritatem, & infirmitatem: frequentius tamen pro infirmitate ponitur. nosocomium vocant valetudinarium. Sensus est. Exemplum hoc afferebāt illi philosophi: per qđ significare volebant sensum in nulla parte corporis cōsistere: quēadmodum valetudo i nulla parte corporis consistere dicitur: sed hærere toti corpori. Corporis. Subintellige pars. Hęc. Valetudo. Pars vlla. Certa & decreta. Valentis. Corporis bona valetudine donati.

Animi sensum. Intellectum. Mi. Mihi. Iunge cum videntur. imitatio græcanica illi enim μοι scribunt. Diuersi. Remoti a vera & prætoria via rationis. Sępe itaq. Confutat opinionem illorum: qui dicebant animam adsistere vt harmoniam: probareq nititur animam esse partē hominis vt pes & manus. Et inquit: est animaduertere hominem corpore anxium: animo lętum: sæpe eidem mens est anxia: corpus vero salubre & gestiens: nec minus sæpe euenit vt pes doleat: caput non afficiatur. Est igitur anima ps animantis quando non cum cæteris partib⁹ aut lætetur aut angatur. In promptu. Q d est in euidenti & perspicuo. Q. Vt. Lætamur. afficimur dolore in ægra parte: in alia vero parte gaudio. non est igitur per totū corpus anima diffusa. Latenti. Separata a parte quæ angit: quam vacuam ab omni ęgritudine latet hic dolor. Et retro fit. Per contrarium accidit aliquando vt animo dolente totum corpus sit gaudio perfusum. quidam retro fit exponunt iterum fit. Vbi cōtra fit. Quando contrarium accidat. Vicissim. Per vices ludente fortuna: modo corpus vt angatur modo animus. Miser ex animo. qui miseriam sollicitudinemq patiatur in animo. belle ab Ouidio dicitur. Mens est quę solos sentiat ictus. Non alio pacto. Hæc quæ diximus super anima & corpore non aliter contingunt. In nullo dolore sit. Nō patiatur caput dolorem vllum cum pes afficitur. Pręterea. Animam non esse harmoniam, sed corporis partem probatur hic. Nam cum forte somno corripimur. corpore

Quis multa quidem sapiētū turba putaret:
Sensum animi certa nō esse in parte locatum:
Verum habitum quendā vitalem corporis eē
ἀρμόνιαν graii quā dicunt: quod faciat nos
Viuere cū sensu: nulla cum in parte siet mēs:
Vt bona sæpe valetudo cum dicitur esse
Corporis: & non est tamē hęc ps vlla valētis:
Sic animi sensum non certa parte reponunt:
Magnopere in quo mi diuersi errare vidētur.
Sępe itaq in prōptu corp⁹: qđ cernitur ęgrū.
Cum tamen ex alia lætamur parte latēti.
Et retro fit: vbi contra fit sępe vicissim:
Cum miser ex animo lætatur corpore toto
Non alio pacto: q̄ si pes cum dolet ægri
In nullo caput interea sit forte dolore.
Præterea molli cum somno dedita membra:
Effusumq iacet sine sensu corpus onustum:
Est aliud tamē in nobis: qđ tempore in illo
Multimodis agitatur: & omneis accipit in se
Lætitiæ motus: & curas cordis inaneis.
Nūc aiam quoq vt i mēbris cognoscere possis
Esse: neq harmoniā corpus retinere solere:
Principio fit vti detracto corpore multo:
Sæpe tamē nobis in membris vita moretur:
Atq eadem rursum cū corpora pauca caloris
Diffugere: forasq per os est editus aer:
Deserit extemplo venas: atq ossa relinquit:
Noscere vt hic possis nō æquas omnia ptēis
Corpora habere: neq ex æquo fulcire salutē:
Sed magis hæc: venti q̄ sunt calidiq vaporis
Semina: curare in membris vt vita moretur.
Est igitur calor: ac ventus vitalis in ipso
Corpore: qui nobis moribundos deserit art⁹.
Quapropter: quoniam st animi natura reperta
Atq aīmę: quasi ps hominis redit harmonia:
Nomen ab organico saltu delatum Helicōis:
Siue aliunde ipsi porro traxere: & in illam

Trãſtulerint:ꝓprio q̃ tũ res nomine egebat:
Quicqd id eſt habeãt:tu cætera ꝑcipe dicta.
Nunc animũ:atq; animã dico cõiuncta teneri
Inter ſe:atq; vnam naturã cõficere ex ſe:
Sed caput eẽ quaſi:& dominari in corꝑe toto
Conſilium qđ nos animũ mentẽq; vocamus:

tũc ꝓpedito eſt i nobis anima:q̃ diuerſis motibus agitatur:modo in lętitiam,mõ in triſtitiã vergens:qđ indicat animam a corꝑe nõ cẽ diuerſam vt harmoniã ab organo. Molli. Epithetõ ſomni q lenit curas & ſedat.i quã ſententiã id prolatũ eſt ab Ouidio. Somne quies rerum:placidiſſime ſomne deorum: Pax aĩmi:quẽ cura fugit:qui corpora duris Feſſa miniſterijs mulces reparaſq; labori.

Dedita. Proſtrata:ſubintellige ſunt. Effuſum. In ſoporẽ proclinatũ & proiectũ. Sine ſenſu. Inſtrumentis ſenſuũ ſomno ꝓpeditis. Honuſtum. Somno preſſum. Eſt aliud. Aĩa hæc eſt. Tẽpe in illo. Homine dormiẽte. Multimodis. Mĩtis modis,multipliciter. Curas inanes. Sõnia inania,vana:vel mœſtitias & ſollicitudines. Nunc animam. Aliud argumẽtũ quo defendimus animam eſſe partẽ corporis non harmoniam:qppe ſi hoc eſſet ex cunctis corporis partibꝰ reſultaret:& e mẽbris omnibus. Cẽtinua cũ ſi aufertur a nobis pars bona corporis:anima vitaq; ſimul nõ aufertur:ſed modo aere ex ore diffluente,ilico ſequitur interitus animanti:qđ non vtiq; contingeret ſi anima eſſet harmonia:quoniam ęquo fauore cunctę partes vitam & ſalutem præſtarent:vnaq; amputata cæteræ tabeſcerent. Ordo. nũc ſubintellige aliqua diſſerenda vt cognoſcere poſſis animam eſſe in membris. Neq; harmoniam. Et vt cognoſcere poſſis harmoniam non retinere,hoc eſt in vita retinere corpus. Principio. Ante omnia huic exemplo fides eſt adhibenda. Fit vti. Accidere ſolet id. Detracto corpore multo. Detracta corporis aliqua parte. Nobis. Quidam legunt noſtris. Atq; eadem. Anima q̃ amputata magna parte corporis non emigrat:excedit calore corpore noſtro faceſſente. Corpora pauca. Atomi paucæ & corpuſcula aerea:quæ animæ vitam dabant. Diffugere. In diuerſum fugere & celeriter abiere. Horatius. Diffugere niues. Fuga enim auctore Marcello & Porphyrione velocitatem ſignificat. Plautus in aſinaria. Remis quantum potes feſtina & fuge. Maro. Quin fugis hinc preceps dum præcipitare poteſtas. Horatius ſecundo carminum. Fugaces terret equos:equitumq; vultus. Per os. Cum videmus hominem reciprocantem animam:atq; per os reſpirãtem tenuiſſimum ſpiritum:quem cum efflauit ſtatim priuatur anima. Omnia corpora. Omnes partes corporis. Hĩc cognoſcere potes oẽs corporis partes non eſſe æqualiter tota anima dotatas. Ex æquo. Aequis portionibus. Fulcire ſalutem. Suſtentare ad ſalutem. poſſemus ſalutem animam interpretari. quoniam per eam viuunt omnia animãtia. Sed magis hęc. Supple. noſcere potes:ſiue curare. Sed magis potes credere corpora curare q̃dam ſemina ventoſi caloris:qui ſibi ineſt. Vt vita. Vt per illud ſemen caloris anima fulta moretur in membris. Eſt igitur. Colligit animam eſſe ventum quendam vitalem:qui cum accedit corpori viuificat illud:i cum diſcedit,artus a propria vitalitate deſeruntur. Quapropter. Cum in homine ſint animus & anima,& bñ hęc duo in eo tanq̃ in organo concinant,animam vocauerũt harmoniam. Deflectitur harmonia ab ἁρμόζω coapto:de qua ſic Auguſtinus. Harmonia concentus eſt ex diſſimilium vocum moderatione,ſicut ex ſummis & medijs & infimis interiectis ordinibus vt ſonis ciuitas concinit moderata conſenſu plurimorum:vnde partibus ſuis omnibus oratio concinens harmonica nuncupatur. Oportere enim orationẽ tanq̃ animal quoddam conſtitui vt ſuum quoddam habeat corpus:qđ neq; ſine capite ſit:neq; pedibus careat:ſed habeat media atq; extrema ſibi inuicem & toti conueniẽtia: Plato tradit in Phedro. Quaſi para hominis. Coaptata inuicem in harmoniæ ſimilitudinem:quæ vnitur ex diſſonis. Redit. Refertur,regeritur,reſpondet. Organico. Sonoro:muſicis organis refertiſſimo. Saltu. Monte viridiſſimo:paſcuis effertiſſimo. A ſaltu fit ſaltuarius. Vocatur ſic ille qui ſaltui pręeſt. Delatum. Deportatum eſt hoc nomen ab helicone,hoc eſt ex græca etymologia deduxerunt. Tranſtulerint. Scribe tranſtulerunt:quale illud Maronianum. Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. Siue aliunde. Vel hoc nomen ex alia cauſa multi traxerunt,tranſtulerũt q; ad nominandam animam. Quæ res. Quæ virtus & animæ natura. Proprio nomine egebat. Requirebat aliquod proprium nomen quo nuncuparetur. Illi vim talem ſignificaturi nominarunt harmoniam.

Fuga.
Aĩa ventꝰ.
Harmonia vnde.
Oĩo vt aĩal
Saltuarius

Quicquid id eſt. Vndenam nomen hoc commenti ſunt harmoniæ viderint ipſi: nos exequamur reliqua propoſiti:ego linguam mouebo:tu aures & animum. Habeant. Quidam ſine aſpiratione ſcribunt. quidam valeant. Nunc animum. Animum & animam aſſerimus in vnam naturam coiſſe: cæterum animus eſt in anima dux,moderator,& princeps:ideo cor vt arcem occupauit vbi hærent eius affectus & æſtuant. Anima vt cymba arbitrio animi vt gubernatoris vicem fungente volutatur,agitatur,impellitur:quæ per totum corpus extenditur. hæc ſæpe triſtitudinem doloremve aliquando non ſentit,animo interim affecto & languente. verum hoc in leuibus affectibus intelligatur:q; ſi præter motum fluctuaret & angeretur animus:tunc morbum eum per corpus & animam transferri credendum eſt. Quod genus eſt ſi quampiam venientem perturbationem,formidabilem & horrendam ſtragem nobis ingruere iudicaremus,toto corpore cõcuteremur,horrore,tremore,pallore. Contra ſi voluptatem mellitiſſimam nobis affulgere opinaremur:aut inſigne lucrum ſperaremus:tunc fibra ſaliret:corq; artem ludicram faceret,& geſtiret:vnde non illepide detorquere potes corpoream animi eſſe naturam. Qđ enim corpus icit & impellit corporeum eſſe neceſſe eſt:nec non telis animus corporeis afficitur. Coniuncta teneri. Vincta ſunt,annexa,hærentia,hæc duo corpus & anima.

Animus.
Anima.

Vnam naturam. Eiuſdem quoq; hæc duo qualitatis ſunt. Sed caput eſſe quaſi. Ea differentia eſt inter animum & animam qualis inter caput & reliqua membra corporis. Id enim ſacrum,ſublime,diuinum eſt & diſciplinæ capaciſſimum. Tanq̃ Lucretius ſentiat animum eam partem eſſe animæ:quæ a philoſophis recentioribus vocatur intellectus. Sed nihil affirmo. Conſilium. νοῦν & intellectum.

Idq; ſitum media regione in pectoris hęret.

¶ Id. Conſilium & animus. Media regione pectoris. Et conſequenter in corde:q̃uis homini in ſiniſtram paululum cor pro-

Hic exultat enī pauor:ac met⁹:hęc loca circū
Lætitię mulcent:hic ergo mēs:animusq́ est.
Cætera pars animę per totum dissita corpus
Paret:& ad numen mētis: momēq́ mouetur:
Idq́ sibi solum per se sapit:& sibi gaudet:
Cū neq́ res animā:neq́ corpus cōmouet vna.
Et quasi cum caput:aut oculus tentātę dolore
Læditur in nobis:non omni concruciamur
Corpore:sic animus nonnunq̄ læditur ipse:
Lætitiaq́ viget cum cętera pars animai
Per membra:atq́ artus nulla nouitate cietur.
Verū vbi vehemēti magis est cōmota metu
Cōsentire aīam totā p̄ mēbra videm⁹ (mēs
Sudoresq́ ita palloremq́ existere toto
Corpore:& infringi linguā:vocemq́ aboriri:
Caligare ocl'os:sonere aureis:succidere art⁹:
Deniq́ concidere ex animi terrore videmus
Sępe hoīes:facile vt quis hinc noscere possit
Esse animā cū aīo coniūctā:quæ cū animi vi
Percussa est:exin corpus propellit:& icit.

Intellectus an in corde an in cerebro

pendeat. An intellectus sit in corde an hæreat cerebro vt cōgenitus sensibus, quæsitum est a priscis sapientibus. Plane facturum hoc loco me operæpretium arbitror si verba Theophrasti de intellectu potestatis & agentis p̄texuero. De itellectu itaq́ potestatis hæc dicit. Quomodo inquit intellectus homini extrinsecus accedat:quomōq́ tanq̄ appositus inuectusq́ sit quęritur:quemadmodum congenitus nobis dicatur:denum quænam cōfirmatio natura ve eius sit. Certe id quod dicitur nihil actu esse intellectum: ad potestatē omnia: recte hactenus dicitur quatenus & in sensu:non tamen vsq́ eo ad viuum resecanda res est:neq́ tam nihil actu probandum vt neq́ ipsemet sit. Calumnia hęc esset & oratio contentioni cauilloq́ proxima. sed ita intelligendum vt in animo talis quædam sui generis potētia sit pro subiecto formarum ac gremio qualis in rebus materialibus facultas illa est:quæ constitutioni earum & concretioni substernitur. Porro qd̄ dicitur mentem extrinsecus accedere non ita statuendum est vt qui vere appositus inuectusq́ habeatur : sed vt qui statim ab ortu quasi comprehendere nos complectiq́ soleat. Item quonam pacto res efficiuntur intellectæ : & qualisnam videtur passio ea. necesse enim est afficiatur aīm⁹ & quasi patiatur si prodire ac peruenire ad gestionem debet eadem ratiōe qua sensus. Sed quomodo sit incorporeus qui fieri potest vt patiatur aut immutetur a corpore: vtrum itē ab illo an ab ipso principium esse putandum est. Plane ipsum pati videri potest ab illo ortū habere. nihil enim ipsum a separatur. At vero causam præstare omnium actionū hoc est vt intelligatur vel non intelligatur res quēadmodum & in sensu perspicitur vtiq́ ab ipso intellectu proficisci videtur. Illud Hercules perabsurdum forte sit intellectum qui naturā refert materiæ nihil esse ipsum existere:sed tantum omnia complecti & cōtinere potētia:& reliqua quę longū est p̄sequi. Quas aūt Theophrastus q̄stiones has compendioso ac festinanti sermōe quasi degluttet: verba quidem pauca:sed foeta tamen rerum multarum & magnarum inculcat. Plena hæc quidem difficultatum sunt:plena solutionū: quas obiter quasi aliud agens subiungit:plena postremo contentionis & disceptationis oratio est. Atq́ hæc ille in quinta parte naturalium quæstionum scripsit, hoc est secundo libro de anima. Ex quibus liquet Theophrastum de intellectu potentiæ eadem fere in dubitationem vocasse:quæ de intellectu quoq́ agente quęrūtur: vtrum deforis accedat: vtrum congenitus habeatur. Definitum præterea est quemadmodum deforis accederet:& quemadmodum congenitus haberi probetur. Iam sicut intellectum agentem ita intellectum potētiæ impatibilem asserit & abiunctum a corpore. Impatibilis est inquit intellectus, aut si patibilis est alio more patibilis est q̄ cætera: quæ pati dicuntur. Nam si pati intellectus putandus est, non ita putandus est vt patiēdo se moueat. Motus enim omnis inabsolutus imperfectusq́ est. Sed ita putandus est pati vt ad actum & perfectionem passione illa proueniat. Vlterius etiam progressus inquit. Sensus non est sine corpore: intellectus habetur abiunctus. Item eo loco quo retractat ea quæ de intellectu agente definierat Aristoteles. Illud inquit cōsyderandum qd̄ vel in omni natura inuenias duobus momentis singula contineri:quorum alterum pro materia & potentia sic: alterum vero pro causa & actore sumatur. Semper vero præstantius esse qd̄ agit q̄ qd̄ patitur:& principium nobilius esse q̄ materiam oportet. Atq́ hæc quidem ille q̄q̄ confirmat tamen reuocat in controuersiam : qualesnam illæ duæ sint naturæ quibus ratio hominis atq́ mens constat. Item priuatim qualenam id sit: qd̄ intellectui agenti subijcitur. Mistum enim quodammodo & quasi videri concretum animum nobis ex intellectu agente & intellectu potentiæ. Si igitur locatus congenitusq́ est qui mouet statim: ergo & semper mouet. Si vero posterius accedit quonam instrumento aut qua ratione absolutio hæc & generatio facta esse defenditur. Ac videtur quidem carere genitu si incorruptus immortalisq́ est. Quum vero semper iuxtim assistens & proximus sit cur nō semper mouet? aut vnde nobis obliuio & hallucinatio accidit? An culpam habet permistio? Ex his omnibus manifestum puto esse non præter rationem sentire qui dicant Aristotelem & Theophrastum existimasse aliud esse intellectum patibilem & corruptibilem : quem illi communem vocant & corpore non abiunctum: aliud totum id: qd̄ ex intellectu agente & intellectu potentiæ componitur: q̄ & separatum a corpore & incorruptibilem & genitum statuunt. Atq́ ita fieri vt partim duæ naturæ sint & partim vna:& id qd̄ ex duabus facultatibus forma & materia conditur vnum esse intelligimus. Cæterum quare quid quisq́ de anima senserit & loci & curæ alterius est. Hic exultat. In hoc loco pectori vicino

An patibilis intellect⁹

aut qui est in corde vel iuxta cor regnat pauor ac metus. Circum. Pro circum hæc loca mulcent hoiem lætitiæ. Dissita. Distributa, distenta. Paret. Apparet: vel paret, hoc est obtemperat animo tanq̄ principali. Numen. Ad vim animæ diuinam. Nomen. Sunt qui scribunt momen, hoc est momentum & breue tēpus. Hic. In hoc corde. Pauor ac metus. Distingūtur quemadmodum apud græcos Δεῖμος & Φόβος. Idq; sibi. Illud cōsilium: nec sua cæteris, animæ videlicet, gaudia participat. Neq; re a vna. Cum non suboritur id gaudium ingens & excellens vt etiam penetret in animam: tūc solus animus sine anima gaudio gestit & exultat. Nec corpus. Posset id genus esse lætitia vt redundaret ex animo gaudium consequenter in animam. Et quasi. A contrario ratiocinatur: posse forte fortuna lædi oculum: cuius tamen læsio non vergeret aut transiliret in manum aut pedem: æque læso animo non semper læditur anima: nisi hoc accidat ex cellenti lætitia. Tentante. Valde tenente, hoc est occupante. Corpore. Parte corporis. Lætitis viget. Gaudio perfunditur. Per membra. Subintellige diffusa. Nouitate. Noua perturbatione aut motu. Cief. Mouetur. Verum vbi. Sed postea q̄ gaudia maxima mētē pertentāt: tunc nedum animus, sed & ipsa exultat anima. Consentire. Congruere: & animo συμπαθεῖν. Sudores. Et videmus ex immodico gaudio hominem sudare: ex metu vero pallere: nihilq; vllatenus inesse corpori: qđ ista pathe nō sentiat. Pallorem. Ex metu proficiscentem: in hoc calore ad interiora refugiente: in illo effundente. Infringi. Hebetari, infirmari.

Tentare.

Aboriri. Intercipi: vnde abortus dicuntur cum fœtus intercipitur in vtero. Abortiuus fœtus appellatur: qui p̄ naturus excluditur: nec ad maturitatem peruenit: vel qui ante maturum tempus in vtero præmoritur: vt contra zoilum nostrum Phileros eruditorum elegantissimus ex Hieronymo docuit: cui addi potest id Plinianum ex duodetrigesimo. Vngulæ asininæ suffitæ partum maturant: vt vel abortus euocetur. nec aliter adhibetur: quoniam viuentem partum necat. hoc verbo aboriri vsus est Gelius libro vndecimo noctium atticarum sic. Quibusdam commentitijs fraudibus nituntur: vt fœtus quoq; ipsi in corpore suo concepti aboriantur: ne æquor illud ventris irrugetur. Ex pauore vox infringitur & hebet: propterea docte vt omnia cecinit id Catullus. Lingua sed torpet: tenuis sub artus Flamma demanat: sonitu suopte Titinnant aures: gemina teguntur Lumina nocte. In hanc sententiam prolatum est id a Virgilio in buccolico ludicro. Vox quoq; Mœrin Ipsa fugit: Mœrinq; lupi videre priores. Nec te Seruiana proiectet interpretatio congenitū esse lupo vt vocem auferat. Sed eo obuio viscera pauore concutiuntur vnde fit vocis abortus. Cur, respondebit cerniculæ stertiacis ille grammatista, Priores inquit Maro? Quia si nos primi lupum videremus aut nullo aut nequaq̄ simili pauore horresceremus. Sed cum primus ille nos inspexerit, oculo conuerso videmus nos esse deprehensos & exceptos ictu subito: improuiso periculo, obtutu rei nouæ, præter spem oblatæ, formidabilis, insolitæ, inuisæ, ad nocendum aptissimæ, horrore corripimur: genua labant: lingua torpet: viscera tremunt: cor ludiosum est. quando Tela minus prouisa nocent: improuisa vero maxime. Plinius igitur mendax est qui libro octauo naturalis historiæ sic scribit. Sed in Italia quoq; creditur luporum visus esse noxius: vocemq; homini quem priores contemplentur adimere ad præsens. Minime gentium fallax est Plinius: qui magica terricula, qui ludibria huiusmodi semper irridet. Sed ne quid omittat refert & ea quæ referre nec ipse putat operæ pretium: nec ipse dixit. In Italia luporum visus est noxius. sed creditur esse noxius. nec inficias im⁹ lupos vocem adimere, hoc est esse in causa cur vox adimatur. nam metus lupo viso corripiēs obutum vocem adimit & consequenter lupus. Propterea ingeniorum dux Aristoteles libro quæstionum encyclicarū nono sic inqt. Cur hominum tam metuentium q̄ conturbatorum vox obtremiscere soleat? An q; emigrante calore cor cōquatitur. Nam vtrisq; & conturbatis & metuentibus accidit vt ita afficiantur. Cum cor autem conquatitur ictus effici nequaq̄ vnus potest. Sed plures proficiscuntur: vt e fidibus peruerse intentis necesse est. Mira sunt quæ de lupis Albertus libro de animalibus septimo recenset. Inquit enim lupos comesse aliquid terræ tenacia. sed dicitur q; terram tenacem quæ glis vocatur non comedit vt inde nutrimentum quærat ex ipsa: sed vt reddat se grauis ponderis: quia postq̄ comederit eam capit animalia fortia & magna: sicut bouem ceruum vel equum insiliens in facies eorum & adhærens eis: qui si esset leuis citius excuteretur: & quando glite repletus est ponderat & amoueri ac excuti non potest: & quando cadūt animalia lassata interficit ea. Refert idem se audiuisse ab experto ingeniose lupum pugnare cum porcis: & q; eo vidente accepit lignum ponderis triginta vel quadraginta librarum in sylua: & cum eo didicit saltare super truncum arboris abscissæ: qui loco illo magnus & latus stans in terra fuerat relictus: & cum bene didicisset saltum abscondit se: & veniente in locum illum propter auenam ibi seminatam porca syluestri cum multis porcis diuersæ quantitatis vnius anni vel duorum subito prosiliut & capiens vnum qui videbatur eiusdem ponderis cum ligno: qđ ante in ore habēs super truncum saltauit: & ibi porcum interfecit & comedit. Caligare. Vacillare, subintellige videmus, cum læditur animus. Hieronymus in exodo. Oculi eius caligauerunt. Satyrus caligantes fenestras appellat: quæ adeo sunt editæ vt reddant oculis quandam veluti caliginem ex aeris densitate: an ex despectus profunditate: an ex motu non facile dixerim. Montes caligosos Hieronymus in hanc sententiam vocauit: vel nubiferos. Nam qui mente turbantur & fastigium ferre nō possunt caligare dicuntur. Silius libro Punicorum decimo quarto loquens de rege adolescente. Namq; bis octonis nondum rex præditus annis Caligare alto in solio: nec pondera regni posse pati: & nimium fluxis cōsidere rebus. Apud eundem tamen legitur libro duodecimo prima correpta. Ac iuxta caligante situ, longumq; per æuum. Cæterum in codice prisco, cui⁹ mihi legendi facultas per Blasium Mercurium medicum non postremi nominis est oblata, legitur. Ac iuxta caligātis: lōgumq; per æuum Infernis pressas nebulas pallente sub vmbra Cimmerias iacuisse domos: noctemq; profundam Tartareæ narrant nubes. Tu videris. Sonere. Sonare: qđ attoniti signum. Sonit antiqui dixere pro sonat. Vt Maro. Feruere Leucatē. Priscianus in octauo. Hæc nomina primi ordinis secundum tertiam vetustissimi protulisse inueniuntur coniugationem: vt Ennius in vndecimo annalium. Tunc clypei resonunt: & ferri stridet acumen. Idem. Littora lata sonunt. Lucretius. Sonere aures. Succidere artus. Mēbra procidere & ligamenta illorum, hoc est neruos relentescere: quæ omnia significāt animum esse læsum. potes & per artus neruos intelligere & poplitibus adscribere: qui lassitudine succumbunt & intremunt. super qua re Ouidius. Succiduo dicor procubuisse genu. Quæ. Anima corpori vincta. Animi vi. Violentia & im

Aboriri.
Abortiuus
Phileros.
Vocē pauore mutari.
Error Seruij.
Locus Virgilij.
Pro Plinio
Luporū mira.
Glis.
Pugna lupi cū porcis.
Caligare.
Caligantes fenestræ.
Caligosi montes.
Sonere.

pulsu animi. Extin. Ex illa percussione animi etiam corpus ipsum percutitur. cum ad ruinã animi corpus ruat discere potes aiin corpori sic esse vinctũ vt vn⁹ sine altero cõsistere non valeat. Icit. Percutit. ab ictu. Plautus in truculento. frendit: icit femur. Idẽ in vidularia. Ibi vt piscabar fiscina ici vidulũ. Pacuuius in armorũ iudicio. Nã canis qñ est pcussa lapide nõ tã petit illum qui se icit q̃ eum ipsum lapidem quo ipsa icta est petit.

Icere.

Canis lapidem.

Hęc eadẽ ratio naturam animi: atq̃ animai
Corporeã docet esse. Vbi eñ ꝓpellere mẽbra
Corripere ex somno corp⁹: mutareq̃ voltum:
Atq̃ hominẽ totum regere: ac versare videt᷑:
Quorũ nil fieri sine tactu posse videmus:
Nec tactũ porro sine corpꝫ: nõne fatẽdumst
Corporea natura animum cõstare: animaq̃;
Præterea pariter fungi cum corpore: & vna
Consentire animum nobis in corpore cernis.
Si minus offendit vitam vis horrida leti
Ossibus: ac neruis disclusis: intus adacta:
Attamen insequitur languor: terræq̃ petitus
Suauis: & in tetra mentis qui gignitur ęstus:
Interdumq̃ quasi exurgendi incerta volũtas.
Ergo corpoream naturã animi esse necessest:
Corporeis quoniã telis: ictuq̃ laborat.
Is tibi nunc animus quali sit corpore: & vnde
Constiterit: pergam rationem reddere dictis.
Principio esse aio persubtilem: atq̃ minutis
Perq̃ corporibus factum constare: id ita esse
Hinc licet aduertas: aĩm vt ꝑnoscere possis.

Hæc eadem. Secunda ratio qua docere nititur qualitatem animi esse corpoream. nam nisi corporea eẽt anima homo dormiẽs corpus in diuersũ agere nõ posset: quippe tunc sensibus vires strato corpori non subministrantibus: qđ sine tactu nõ euenit. nec tact⁹ in carentibus corpore cadit. Animai. Animę. Vbi. Quo pacto. a quanam causa animus posset impellere membra nisi corpore⁹ esset. Corripere. Auferre, abducere. Voltum. Vultum: qualitatem in homine. ex tristi lætum facere: ex læto tristem. Regere. Potest anima. Sine tactu. Cum corpus. a. non possit mouere corpus. b. sine tactu: perinde anima non potest corpus agere nisi contingat illud: & consequenter erit corpus. quoniam extrema se tangant necesse est in hærẽtibus mutuo. Nec tactum. Et fatẽdum est tactum non esse sine corpore. Sed o et tibi Lucretius insidiosa rugientis leonis crocodilitia serris & corniculatia argumentis armat⁹ officiat, ægida Mineruæ theologicæ induamus: quo & nunc & inposterũ nedũ resistere sed adonẽtes labefactare valeamus. Sic eñ impij argumentãtur. Impossibile est aliquã substantiã esse: cuius nõ sit aliqua operatio. Sed oĩs operatio aĩmę finitur cũ corpore. qđ quidem patet per iductionem. nam virtutes animæ nutritiuæ per qualitates operant᷑ corporeas: & per instrumentum corporeum & in ipsum corpus qđ perficitur per animam: qđ nutritur & augetur: & ex quo deciditur semen ad generationẽ: operationes autem omnes potentiarum, quæ pertinent ad animam sensitiuam, complentur per organa corporalia: & quædam earum complentur cũ aliqua trãsmutatione corporali: sicut quæ dicuntur animæ passiões: vt amor, gaudium, & huiusmodi. Intelligere autem & si non est operatio per aliquod organum corporeũ exercita: tamen obiecta eius sũt phantasmata: quæ ita se habent ad ipsam vt colores ad visum: vnde sicut visus non potest videre sine coloribus: ita anima intellectiua non potest intelligere sine phantasmatibus. Indiget etiã anima ad intelligẽdũ virtutibus præparantibus phantasmata ad hoc ꝙ fiant intelligibilia actu scilicet virtute cogitatiua & memoratiua: de quibus constat ꝙ cum sint actus quorundam organorum corporis per quæ operantur, ꝙ non possunt remanere post corpus. Vnde & Aristoteles autumat ꝙ nequaq̃ sine phantasmate intelligit anima: & ꝙ nihil intelligit sine intellectu patibili quem vocat virtutem cogitatiuam: quę est corruptibilis. Et propter hoc dicit in primo de anima ꝙ intelligere hominis corrumpitur quodam interius corrupto scilicet phantasmate vel patibili intellectu. Et in tertio de anima dicitur ꝙ non reminiscimur post mortem eorum: quæ sciuim⁹ in vita. Sic igitur patet ꝙ nulla operatio potest remanere post mortem: neq̃ igitur substãtia eius manet cum nulla substantia possit esse absq̃ operatione. Respondetur in hæc verba. Qđ proponitur nullam operationẽ posse remanere in anima si a corpore separetur: dicimus esse falsum. manent enim operationes illæ: quæ per organa non exercentur. huiusmodi autẽ sunt intelligere & velle: quæ autem per organa exercentur sicut sunt operationes animæ nutritiuæ & sensitiuæ, hęc non remanent. Sciendum tamen est ꝙ alio modo intelligit anima separata a corpore & corpori vnita: sicut & alio modo est. Vnumquodq̃ enim secundum hoc agit secundum ꝙ est. esse quidem animæ humanæ dum est corpori vnita, etsi sit absolutum a corpore non depẽdens: tamen stramentum quoddam ipsius & subiectum ipsum recipiens est corpus: vnde & consequenter operatio propria eius, quę est intelligere, etsi non dependet a corpore quasi per organum exercita, habet tamẽ obiectum in corpore scilicet phantasma. Vnde q̃diu est anima in corpore non potest intelligere sine phantasmate: nec etiam reminisci nisi per virtutem cogitatiuam & memoratiuam: per quam phantasmata præparãtur: & propter hoc intelligere quantum ad hunc modum & reminisci destruitur corpore destructo. Esse vero animæ separatæ est ipsi soli absq̃ corpore: vnde nec eius operatio, quæ est intelligere, explebitur per respectũ ad aliqua obiecta in corporeis organis existentia: quæ sunt phantasmata. Sed intelliget per seipsam per modum substantiarum: quæ sunt penitus secundum essentiam a corporibus separata: a quibus etiam tanq̃ a superioribus vberiorem influxum recipere poterit ad perfectius intelligendum: cuius signum etiam in viuen

Crocodilitę insidiosę
Rugiẽs leo dæmon.
Serræ.
Corniclata argumenta

tibus apparet. Nam anima quando impeditur ab occupatione circa corpus proprium, redditur debilior ad in
telligendum aliqua altiora: vnde & virtus temperantiæ, quę a corporeis delectationibus retrahit animam, pręcipue facit homines ad intelligendum aptos. Homines etiam dormientes quãdo corporeis sensibus nõ vtũtur, nec est aliqua humorum perturbatio, aut euaporationum fumidarum impedimentum, percipiunt de futuris ex superiorum impressione aliqua, quæ modulum ratiocinationis humanæ excedunt: & hoc multo magis accidit in patientibus syncopen & extasin. Nec immerito hoc accidit: quia cum anima humana sit in confinio corporum & incorporearum substantiarum quasi in orizonte existens æthernitatis & temporis recedens ab infinito appropinquat ad summum: vnde & quando penitus erit a corpore separata perfecte substantijs assimilabitur separatis quantum ad modum intelligendi & habendi influẽtiam earum recipiet. Sic igitur & si intelligere nostrum secundum modum præsentis vitæ corrupto corpore corrumpatur, succedet tamen al[i]us modus intelligendi altior. Reminisci autem cum sit actus per corporeum organum exercitus (vt in libro de memoria & reminiscentia probat Aristoteles) non poterit post corpus in anima remanere, nisi reminisci æquiuoce sumatur pro intelligentia eorum quæ quis prius nouit: quã oportet esse aiæ separatæ ad essentiam eorum, quæ nouit in vita: cum species intelligibiles in intellectu possibili indelebiliter recipiantur. Circa alias vero animæ operationes sicut est amare, gaudere, & alia huiusmodi est æquiuocatio cauenda. Nam quandoq; sumuntur vt sunt animæ passiones, & sic sunt actus sensibilis appetitus secundum concupiscibilem vel irascibilem cum aliqua permutatione corporali. Sic in anima manere non possunt post mortem vt Aristoteles probat in libro de anima. Sumuntur autẽ quandoq; pro simplici actu voluntatis: qui est absq; passione. vnde Aristoteles septimo ethicorum: q deus vna simplici operatione gaudet: & in decimo q in contemplatione sapientiæ est delectatio admirabilis. Et in octauo, Amorem amicitiæ ab amatione, quæ est passio distinguit. Cum vero voluntas sit potentia non vtens organo sicut nec intellectus, palam est huiusmodi prout sunt actus voluntatis in anima separata remanere. Quare ex prædictis rationibus concludi non potest animam hominis eẽ mortalem. Præterea. Rationem affert animum esse corporeæ naturæ: quoniam effectus illius consentit cum effectu corporeo: per quod intelligere potes eiusdem esse naturæ cum corpore. Si minus. Respondet tacitæ quæstioni. posset enim quis dicere. quinimmo mens non est naturæ corporeæ: quoniam mors venit quando corpus est penitus affectum: cum tamen animus superesse videatur, & non compati corpori. Consequens est igitur mentem non esse corpoream, quia cum corpore sterneretur. Respondet Lucretius mentem esse corpoream, & in ipso animo cum corpus est affectum quendam inesse languorem: qui significat animam pati cum corpore. Disclusis. Separatis, dissipatis. Maro. Disclusit nerea ponto. Vitam. In vitam vuln[us] intulit. Vis. Impetus. Leti. In priscis exemplaribus legitur teli: hoc est vulneris letalis illati vi ac furore teli. Intus adacta. Animitus impressa & medullitus leti vis. Terræ. Vitę ac conuersationis terrenę: a qua anima reluctans & obstricto collo rapitur: est igitur & ipsa terrenæ conditionis quoniam terram appetit. Petitus. Pro appetitus & desyderium. Parcimus poetis auctore Quintiliano: quorum vitia necessitatis virtutes appellãt: & figurarum velamento tegit metaplasmus, schematismus, & schemata identidem vocitantes. nec mirum si petitus pro appetitu ponitur. petere namq; idem est qđ appetere. Virgilius libro quarto georgicon. Pulchramq; petunt per vulnera mortem. Item libro octauo. notumq; petiuit Coniugis infusus gremio per membra soporem. Sed quoniam oblata est de appetitu mentio, platonicam obiter de eo sententiam referam quam in Gorgia leges. Elegãs, inquit, quidã vir siculus fortasse, vel italus in his cõfabulatus hanc animi partem propter suasionem credulitatemq; lubricam alludens nomini dolium appellauit. Dementes vero damnatos: horum autem hanc animi partem, quæ libidinibus agitatur, tanq̃ futilem ob incontinentiam inexplebilem perforatum esse dolium inquit. Subdit. eorum qui apud obscuros sunt inferos: eos esse miserrimos: q tanq̃ omnino profani damnati sunt: atq; aquam in vas perforatum cum alio etiam perforato vase inferre. Esse autem hoc aliud vas siue incerniculum vt dicebat is qui me docuit dementium animus: quem ideo perforato vasi assimilauit q propter infidam affectionem obliuionemq; nequeat infusum aliquid continere. Incerniculum enim verto elegãtius q̃ cribellum vocem Ficini insolentem, & inauditam dictionem: Incerniculi verbo Plinius vtitur pro re eadem. Appetitus in quibusdam nimius in quibusdam negligentia mõstruosus adeo vt apud Albertum legam libro de animalibus septimo se vidisse mulierẽ in Colonia Agrippina, quę sępe sine cibo remansit per triginta dies: & vidisse virum melãcholicum, qui custoditus & clausus salutis signaculis sine cibo per septem hebdomadas fuit: sed in die semel aut alternis bibit haustum vnum aquæ lympidæ frigidæ, & alium potum non accepit. & subdit. & hoc quidem ego vidi, & signacula quibus clausus fuit probaui diligenter, & referebant mihi de eo sæpe per quatuor aut quinq; septimanas hoc facere cõsueuisse. Suauis. Illix, demulsorius, inuitatorius animæ vt commercium solitum non abnuat. In terra. Vel in corpe strato. vel qui æstus, cogitatio, fluctuatio, fretum mentis, in terra & circa terrestria versatur: vt inquiat: & in homine moriente est quędam altercatio & contentio, quę habet nescio quid terreni & corporei. prisci codices habẽt mitis qui gignitur æstus. possemus enim per æstum mitem quandam animi reciprocationem dulcem & illicẽ vocare: quæ miti inuitamẽto persuadet animę, vt pro virili terrenis illectamẽtis inhęreat. Exurgẽdi. Emicãdi & ægritudinẽ vincendi. Ac videtur in corpore affecto quædã vis animi contendentis, quæ videtur corpus impellere & exurgere velle post ictum. Incerta. Animus incertat & ambit an surgat an quiescat humi a volũtate congenita oppressus. potes inserta legere pro congenita & innata. Telis. Passionibus, perturbationib[us] vel ictib[us]. Principio. Si perscrutari libuerit motum & agitationem animi, proculdubio animũ esse corporeum fatebimur inquit Lucretius leuissimis, rotundissimis, ac minutissimis atomis compositum. Animã esse naturæ psubtilis hinc colligim[us]: qm̃ aiali moriẽte corpus nihil amisisse videt, nec aliquid ex illo fuisse delibatum: quippe cũ animę exhalatio sit tenuissima: vt odor ex pomis diffusus in auras. Esse aio. Asseuero, affirmo. Quidã codices habẽt esse animum. Persubtilem. Valde subtilem. q̃uis ipse animus sit corporeus, tamẽ est naturę corporeæ subtilissimę. Minutis pq̃. Perq̃ minutis, hoc est valde minutis. Id ita eẽ. Q; hoc sit verũ

Dormientes meli[us] intelligunt.

Syncopẽ & extasin patientes futura vidẽt.

Reminisci.

Species intelligibiles indelebiles

In contemplatione sapientiæ mirabilis delectas.

Discludere

Vitia necessitatis figuræ poeticæ.

Petitus p appetitu.

De appetitu.

Dolium appetitus.

Dementiũ animus incerniculũ est.

Incerniculum.

Quæ per xxx. dies cibo abstinuit.

Nil adeo fieri celeri ratione videtur:
Q̄ si mens fieri proponit:& inchoat ipsa.
Ocyus ergo animus:q̄ res se perciet vlla:
Ante oculos quorum in prōptu natura videt̃.
At quod mobile tātopere est: cōstare rotūdis
Perq̄ seminibus debet:perq̄q; minutis:
Momine vti paruo possint impulsa moueri.
Nāq; mouẽt aqua:& tantillo momine flutat:
Quippe volubilibus:paruisq; creata figuris:
At contra mellis constantior est natura:
Et pigri latices magis:& cunctantior ictus.
Hæret enim inter se magis omnis materiai
Copia:nimirum quia non tam lęuibus extat
Corporibus:neq; tam subtilibus atq; rotūdis.
Nāq; papaueris aura potest suspensa:leuisq;
Cogere:vt ab sūmo tibi diffluat altus aceruꝰ.
At contra lapidum coniectum spicarumq;
Nulla potest:igit̃ paruissima corpora quæq;:
Vt lęuissima sunt:ita mobilitate fruuntur.
At contra quęcūq; magis cū pondere magno
Asperaq; inueniūtur:eo stabilita magis sunt.
Nūc igitur:quoniam st animi natura reperta
Mobilis:egregie perq̄ constare necesse st
Corporibus paruis:& lęuibus:atq; rotundis.
Quæ tibi cognita res in multis & bone rebus
Vtilis inuenietur:& opportuna cluebit.
Hæc quoq; res etiam naturam dedicat eius:
Q̄ tenui constet textura:q̄q; loco se
Contineat paruo:si possit conglomerari.
Q̄ simulatq; hominem leti secura quies est
Indepta:atq; animi natura:aīæq; recessit:
Nil ibi libatum de toto corpore cernas
Ad speciem:nihil ad pondus.Mors oīa p̄stat
Vitalem pręter sensum:calidumq; vaporem.
Ergo animam totam perparuis esse necesse st
Seminibꝰ nexam per venas:viscera:neruos.
Quatenus oīs vbi e toto iam corpore cessit:

hinc licet aduertere. Animum.Motum & agitationem animi.

¶Nil. Nihil est celerius agitatione mentis. Celeri. Subitelligemagis. nulla e.i celerior operatio q̄ illa,quæ fit per mentem:hoc indicat constare ex corporibus minutissimis animum. Mens fieri proponit Mēs proponit & deliberat id fieri,hoc est vt id fiat,qđ sua intendit operatio. Inchoat.Et si aliquod opꝰ mens incipit tanta celeritate fertur vt nihil sit vtiq; velocius. Ocyus.Pernicius: vnde pabulum ocymum. se velocius inquit animus mouebit q̄ res vlla. Perciet.Mouebit,agitabit. Quorū.Animorum. In promptu. In mundo,in procinctu,in euidenti. At qđ mobile.Oportet animus constet ex paruis corporibus vt celerius moueatur. Superꝰ diximus tarda omnia constare ex atomis maioribus & hamatiorbꝰ,celeriora vero minutioribus atq; rotundioribus. Rotundis per q̄.Perq̄ rotundis id est valde rotundis. Seminibus.Atomis. Momine.Momēto, breui interuallo. Vti.Vt. Namq;.Exemplū huius rei sumatur ab aqua,quæ cum sit liquidior bruta terra, consequenterq; prædita tenuioribus atomis:terra stat:illa mouet̃. Flutat.Fluitat,labitur. Testudines cum se ad solem promouerint mergi non possunt:qua de causa flutæ vocantur ꝗ in aqua fluitant, nec merguntur. Volubilibus.Rotūdis:sub intelligeest. Constantior.Quidam codices habent cunctantior,id est non perinde liquida & mobilia. Pigri.Hęrent nec excurrunt. supple sunt. Latices. Humores mellis:vt sit idem.Quidam ad vinum referunt fulti testimonio Maronis.Regales inter mensas laticemq; lyęum.Palladium laticem Ouidius vocitat oleum:quod superius idem Lucretius pigrum vocauit. Ictus.Motus. Hæret.Glutinosa sunt oleacea corpora,& omnia pigra hamatia corporibus pręddita:qđ est in causa ne volubiliter agitentur. Materiai copia.Multitudo & grauedo corporis densi in quo sit inclusa materia multiplex. Nimirum.Cur non hæreat? Non tam lęuibus. Non tam tenuibꝰ corpuscula vt aqua. Nāq; papaueris aura potest. Mendum non contemnendum. scribe. Nam pappos minima aura potest. sensus est.corporibus leuibus insunt genitales atomi leues, volubiles,ac rotundæ:propterea agilitate maiori feruntur, q̄ ea corpora,quæ crassioribus principijs,ac hamatioribus constant: qđ genus est pappꝰ flos cardui leuis,& a minimo quoq; ventulo sublatus,cum lapides eleuari nequeant a vēto vehementiori:quoniam grauioribus,hoc est solidioribus atomis sint prædite. Pappus proprie loquendo omnis lanugo & flos euanidus,& volaticus nūcupatur. Pappum deciduam lanuginem ex congygia vocat Plinius. Alibi Lucretius. Vestem nec plumas auium papposq; volantes. Ἐξ παππούλτειν est verbum Theophrasti: qđ significat illam lanuginem dimittere agilem, ac volaticam:vt quæcunq; lanugo & iulus volaticus dici possit. Pappum auū dicimus, vel Ausonio teste ad nepotulū. Pappos auiasq; tremē

Flutare.

Pappus.

Expappulto.

Pappus anus.

Extima membrorum circum cęsura tamen se
Incolumem pręstat:nec desit ponderis hilum.
Quod genus est bacchi cũ flos euanuit:aut cũ
Spiritus vnguẽti suaueis diffugit in auras:
Aut aliquo cum iam succus de corpore cessit:
Nil oculis tamen esse minor res ipsa videtur.
Prætereaneq; detractum de pondere quicq̃:
Nimirũ:quia multa:minutaq; semina succos
Efficiunt:& odorem in toto corpore rerum.
Quare etiam:atq; etiã mẽtis naturã: animeq;
Scire licet perq̃ pauxillis esse creatam
Seminibus:qm̃ fugiens nil ponderis aufert.
Nec tñ hęc simplex nobis natura putandast:

tes Antеferunt patribus seri noua cura nepotes. Quidam nihil mutant & subintelligunt grana papaueris. Cogere. Vel superare corpuscula papporum, ac in auras efflare: vl' aura circũrotans cogit & congregat sphęram pappos, quos omnes etiam cateruatim hærentes proflat. Tibi. Si ad papaueris grana referimus exponamus in tuum incommodũ. Si ad pappos interpretabimur, te spectãte: vel erit parelcon. Diffluat. Diuerberet: in diuersum pfertur. Altus. Magnus. Cõiectum. Congeriem & aceruum. Nulla potest. Pro non potest. Figura loquendi plautina. Paruissima. Minima. Vegetius ex Lucretio paruissimos fines dixit. Leuissima. Minime scabra: sed volubilia. quanto corpora sunt leuiora politioraq;, eo magis sunt velocia. Mobilitate fruuntur. Habent annexam coniunctamq; mobilitatem. legitur alibi. mobilitate feruntur: hoc est, aguntur, & impelluntur. Aspera. Sed corpora quæ sunt asperiora ponderosiora esse solent. Eo. Põdere. Stabilita. Munita, fulta: sunt stabilia magis, consequenterq; ponderosiora. Nũc igitur. Illationem ex pręmissis elicit: cum aduerterimus naturam animi esse mobilem, consequens est vt constet ex paruis, leuibus, & rotundis atomis: qđ ex eius agilitate motuq; colligimus. Egregie. Iungitur cum mobilis: vt egregie bonus. Perq̃. Iunge cum necesse: hoc est valde necesse est. Quę tibi. Quã rationem si cognoueris ad multas res tibi vtilis erit. Bone. Bene. Opportuna cluebit. Opportuna ac vtilis apparebit & extitet. Hæc quoq;. Naturæ tenuissimę animã constare patet inde q; paruo loco continetur. Dedicat. Præsupponit & ostendit intelligenda, declarat, facit intelligere. Si possit. Prisci codices, si pos sit, hoc est compos sit. Pos dicitur ille qui potest quemadmodum impos qui non potest. Ordo. Hæc res declarat q̃ tenui natura sit animus q; pos sit se conglomerari, hoc est in tenuissima corpora cogi, quæ vocantur atomi. Sed illa glomerata erunt & rotunda vt anim⁹ sit tenuior. Qz simul atq;. Quare q̃primũ ostendunt hæc animum consistere ex natura simplici: quoniam cum mors occupauit membra abit animus: tantidẽ tñ ponderis in corpore remanet: qđ fidem facit corpus esse tenuissimæ naturæ. Hominem indepta. Mors hominem corripuit. Secura quies. Mors animum curis liberans. Ibi. In eo corpore vnde exhalauit anima. Ad speciem. Adeo corpus non immutat̃ vt videatur alterius id simulachrũ esse speciei. vel ad speciem ad formam. Ad pondus. Augetur tamen homo cadauerosus ex procliuitate ad terram. Omnia præstat. Mors nihil adimit præter sensum vitalem & calidum vaporem, quem diximus esse animum. Ergo. Colligamus igitur animam esse spiritum tenuissimum per corpus omne dispersum. Perparuis. Valde paruis. Seminibus. Principijs, elementis. Nexam. Iugali competentia dispersam. Omnis. Illa anima. probat animam esse per totum corpus fusam. Cessit. Abijt, euanuit. Circum extima mẽbrorum. Circum extremitates membrorum. Cęsura. Euulsio, & separatio animæ a corpore. a cędendo hoc est amputando verbum deflexum: quidam participium futuri volunt. Incolumẽ. Non mutilatam aut auulsam. Desit. Deest, vel deficit. Ponderis hilum. Nec minima quidem portiuncula ponderis. his rationib⁹ constare probat ex leuissimis seminib⁹ animam: quoniam animali moriente nihil ex eius corpore delibari videtur: quemadmodum si bacchicus odor exhalat nil remittitur ex illius corporis pondere: nec ex pomis cum ex eis odor suauis diffunditur in auras. Qđ genus. Similis est fex vini & vnguentorum reliquiæ, quæ spiritu exhalato resederunt: in quibus auram videmus abire, corpus tamẽ incolume remanere. Flos bacchi. Aura & odor vini: ex Plauto, qui sic inquit. Flos veteris vini meis naribus obiectus est. Eiusdem poetæ carmen hoc est. Sauciauit se flore liberi. Euanuit. Abijt in auras. ab hac dictione fit euanidus. Ouidius. Cedit & in tenues euanidus effugit auras. Spiritus. Exhalatio & redolentia, quæ penitus est spiritalis: nec semper inhęret vnguento: sed diutina temporis procrastinatione solet euanescere. Succus. Nouum argumentum idem arguens a succo, qui pomis immixtus euaporat, nec detrimentum apparet. Fugiens cum abiuratia claustria corporeis euolat. Ponderis. Quin corpus id vnde cedit anima sit magis aut minus ponderosum. Præterea. q̃uis ex vngentis, aut vino flos euanescat, tamen sunt eiusdem ponderis: quoniam remanet scoria & sedimentum. Nã the spiritus ex corporibus minutissimis constabat ideo pondus non auget, aut minuit. Odorem. Atomi minutissimæ tenuissimaq; corpuscula efficiunt odorem, qui cum abierit pondus nõ aufert. Detractum. Ex hoc q; exhalant odores ex corpore nihil delibabitur: quoniã is odor exiguissimus pondus non aufert: qđ est corporis non animæ consequens. Quia multa. Sunt multa quidem: sed tenuissima. Succos efficiunt. Sunt in causa vt succi creentur. Et odorem. Repete verbum efficiunt: qui odor cum abierit põdus non aufert. Nec tamẽ hæc simplex. Cum minutissimis corpusculis animam creatam esse ratiocinati sumus non tamen hacten⁹ dictũ puta vt rearis simplicem esse animæ constitutionẽ: quippe cũ sit compositiõis quadrifariæ capax, aerẽ, vaporẽ, aurã, & quartũ quiddã adhuc anonymõ, hoc est nois expers admittit vñ cõflat. hac anonyma, hoc est nomenclaturę expte nihil est v spiritu velocius: vnde motus sensuũ originant. Ipsa .n. primo mouetur, post calor, post calorẽ aura: postremo ingenit⁹ aer: vnde membra animantiũ motus excipiunt.

Coniect⁹.

Pos vt impos.

Cesura.

Flos odor.

Euanidus.

Origo sensuũ anonyma.

Tenuis enim quædā moribūdos deserit aura
Mista vapore: Vapor porro trahit aera secū.
Nec calor est quisq̄ cui non sit mistus & aer:
Rara q; eius enim constat natura: necesse est
Aeris in cætum primordia multa moueri.
Iam triplex animi est igitur natura reperta.
Nec tñ hęc sat sunt ad sensum cūcta creādū:
Nil horum quoniā recipit mens posse creare
Sensiferos mot⁹ quædam quæ mēte volutat.
Quarta quoq; his igit̃ quędā natura necesse est
Adtribuatur: ea est omnino nominis expers:
Qua neq; mobilius quicq̄: neq; tenuius extat:
Nec magis e paruis: & leuibus ex elementis:
Sensiferos motus quæ didit prima per artus.
Prima cietur enim paruis perfecta figuris:
Inde calor motus: & venti cæca potestas
Accipit: inde aer: inde omnia mobilitantur.
Concutitur sanguis per venas: viscera viuunt
Oīa: postremis datur ossibus atq; medullis
Siue voluptas est: siue est contrarius ardor.
Nec temere huc dolor vsq; p̄t penetrare: neq;
Permanare malū: q̄n oīa pturbent̃: (acre
Vsqueadeo vitę desit locus: atq; animai
Diffugiūt partes per caulas corporis oēis.
Sed plerunq; fit in summo quasi corpore finis
Motibus: hanc ob rem vitā retinere valemus.
Nunc ea quo pacto inter sese mista: quibusq;
Cōpta modis vigeāt: ratiōē reddere auētē
Abstrahit inuitum patrii sermonis egestas.
Sed tñ: vt potero summatim attingere: tāgā.
Inter enim cursant primordia principiorum
Motibus inter se: nihil vt secernier vnum
Possit: nec spatio fieri diuersa potestas:
Sed quasi multa eius vnius corporis extant:
Qđ gen⁹ in quouis animātū est viscere volgo.
Est odor: & quidam calor: & sapor: & tñ ex his
Omnib⁹ est vnum pfectū corporis augmen.

Natura. Animæ conditio.

¶ Moribundos. Morientes. Aura. Spiritus tenuis & vliq; subtilis. Vapore. Calore. vaporē enim & calorem synonyma vult Lucretius. Vapor trahit aera secum. Post calorem cietur aer, & trahitur hoc est impellit a vapore. Nec calor. Ratio cur a calore cietur aer: quoniam calor dedicat .i. vt pinguius loquar & aperti⁹, p̄supponit aera: calore igitur aere impulso consequēter aer innatus impellitur. Rara q;. Sensus. cum natura aeris sit minime dēsa, nec eius coalitu solo q̄d p̄tiā cogi possit: cum aere multa concurrunt vt animæ cœtus & compositio conflettur: opus est igitur nedū aere, calore qui est aereus, aura q̄ nihilo secius: sed q̄rta natura: cui⁹ vim agnoscimus, nomēclaturam minime. Eius. Aeris. In cœtū. Vt aer cogatur, sitq; compositionis capax, confletq; animæ naturam. In priscis exemplaribus legitur. Aeris interitut quā lectionem si probas interitum sume pro interpositione, interiectu: quoniam auctore Seruio mors vocatur interitus: quoniam interacitur, hoc est interponitur corpori & animæ. non probo nec reprobo. Satis sit admonuisse. Primordia. Animæ semina & originalia principia. Moueri. Concurrere. Reperta. Iam indagauimus tres partes vnde cōfletur anima, aerem, auram, vaporē. Hæc. Eæ partes non sunt idoneæ vt anima conflettur. Ad sensum. Vt sensiferi motus creentur. Recipit. Animus credere non potest.

Recipit. Persuadetur. Quæ. Mens nō p̄suasa. Volutat. Voluit & cogitat. Quarta. Cum trina animę compositio sit a nobis euētilata, quartam necesse ē excogitem⁹: cui nomen non inuenimus, qua nihil sit neq; mobilius neq; tenuius. His attribuatur. His tribus partibus applicetur & iungatur, quæ nomenclatura careat. Nec magis. Subintelligē constet. Didit. Diuidit per syncopam.

Prima. Hæc pars quarta constans ex leuissimis corporibus prima est in motu: præbetq; reliquis tribus partibus mouendi principium. Cietur. Mouetur. Perfecta. Quæ constat ex leuissimis corporibus iisq; tenuissimis. Inde. Deinde. Motus. Accipit hoc est post primam partem mouetur calor. Venti. Aeris. Cæca potestas. Vis inuisa nec oculis adprensa. Nam auctore Lucretio. Sūt eq dem venti nimirum corpora cæca. Oīa. Hominis interanea. Mobilitantur. Identidem mouentur. Concutitur. Agitatur. ab hac incipit motus sanguinis. In reuerendę fidei exemplaribus scriptum est. Concutitur sanguis: tum viscera persentiscunt oia: quā lectionem satis probo. Nam sanguine agitato cætera viscera commouentur. Postremis datur ossibus. Vltimo loco intremunt, & vibrantur ossa motu p omnes corporis caulas inundante. Siue voluptas. Vel accidit motu voluptifico moueri corpus. vel dolorem conciliante hoc motu mouetur & exęstuat. Contrarius. Motui voluptatem parāti.

Ardor. Impet⁹ & turbo. Huc. Ad hāc quartā animi ptē dolor nec alia pturbatio temere pōt irrepere. Acre. Vehemēs. Oia. Quarta

Sic calor:atq; aer:& venti ceca potestas
Mixta creant vnam naturam:& mobilis illa
Vis initum motus ab se quæ diuidit illos.
Sensifer vnde oritur primum p viscera mot⁹.
Nã penit⁹ prorsum latet hec natura:subestq;:
Nec magis hac infra cuiq̃ est in corpe nostro:
Atq; animast animę proporro totius ipsa.
Quod genus in nostris mẽbris:& corpe toto
Mista latens animi vis est:animæq; potestas:
Corporibus quia de paruis:paucisq; creatast:
Sic tibi nominis hæc expers vis facta minutis
Corporibus latet:atq; animę quasi totius ipsa
Proporrost anima:& dominat' corpore toto.
Consimili ratione necessest ventu s:& aer
Et calor inter se vigeãt commista per artus:
Atq; aliis aliud subsit magis:emineatq;:
Vt quiddam fieri videatur ab omĩbus vnum:
Ne calor:ac ventus seorsum:seorsumq; ptãs
Aeris interimant seorsum:diductaq; soluant.

parte agitata cuncta concutiuntur. Vitæ de sit locus. Per vitam intelligimus animam, q̃ locum certum statũq; nõ habet: sed per om̃e corpus spargitur. Partes animai. Quatuor illæ partes animæ. de quibus in superioribus affatim. Per caulas. Per conceptacula. Sensus est. omnia agitantur perturbatione oborta. quoniam anima per totum corpus est diffusa: nec stabilem sedem aut locum habet in aliqua corporis portione. Sed plerũq;. Sed cum omnia perturbentur in homine motus violenti conquiescunt in summo corpore, q̃ causa est vt nos resistamus illis & viuere porro queamus. Fit finis motib⁹. Cessant motus. Hanc ob rem. Propter motuũ ad summa corporum quietem. Vitam retinere valemus. Possumus viuere. vita enim quietem appetit. Ea. Principia. Compta. apta: hærentia. Vigeant. Ex illo nexu stabiliantur. Auentem. Desiderãtem. Abstrahit. Abducit ab hac narratione, in qua deficere medi tor. Inuitum. q̃uia nolentem & insistentem negocio citra securitatem. Patrij. Romani. Summatim. Breuiter. Inter enim cursant. Per dialyton p intercursant, hoc est frequenter intercursũt. Quatuor res istæ aer, vapor, aura, & id quartum innominabile cõcurrunt simul & eandem naturam participant, quorum principia alternis inserta continẽtur vt nihil qd sit animæ compositũ seorsum sit: atq; seiũctum: nec vlla via animæ spatio disiungitur cunctis illis principijs adeo conuenientibus vt vnius corporis esse credi possit, quemadmodum exemplo euidentissimo patet: in eodem animali videmus diuersarũ rerum genera in vno conuenire, atq; confluere: vnũq; corp⁹ efficere: vt sapor, color, odor diuersa q̃ dẽ sunt: sed in eodem loco cõmunicant. Aduertas tamẽ velim primordia a nobis in loco communicare dici, hoc est inter se teneri ea serie & coalitu vt nihil diuulsum, & secretum appareat. Pariter nec absimili ratione, calor, aer, aura, & id anonymon conflant animam: sed hæc quarta natura, quæ nomenclaturam non accipit, totius animæ princeps est, & caput: a reliquaq; anima non secus cohibetur q̃ a corpore anima vniuersa. Postremo hæc inter se sunt distincta principia: quoniã modo hoc subest: modo illud recedit alio emergente: vt ab omnibus vnũ conficiatur: qd nisi se hoc pacto haberet quatuor hæc elementa sensuum omnem tenorem commensumq; conuellerent atq; perturbarent. Secernier. Secerni & seligi vnum tertium. Spatio. Ex hoc motu nascitur quidem spatium, atq; discrimen quo cognoscuntur quatuor animæ partes non esse eędem: non tamen possunt dici partes istæ esse seiunctę. Sed quasi. Verũ conueniunt ista & admodum coalescunt: vt sint diuersa & idem: sicut nostrum corpus est idem diuersum vero qd ex qualitatibus diuersis conflatur. In quouis animantũ. In quolibet animali. Viscere. Scribo visere & iungatur cum est. Est visere hoc est animaduertere possumus. hac figura loquendi Gelius vtitur. Odor & calor & sapor. Subintellige diuersa sunt: sed cõmunicant in loco. Est vnum. Cogitur vnum augmentum corporis. Augmen. Augmentum, coalippus: peræque ex his omnibus creatur vna natura, quæ de vapore participet & vento. Illa. Natura creata. subintelligatur est. Illa vis. Illa quarta potentia. Initum. Gratia metri p initium. Tamen aliud est initium aliud initus si spectes etymologiam. Initium dicitur ab initiando, init⁹ ab ineundo: cum tamen cõueniant in significatu. Ordo. quæ vis animę diuidit ab se illos motus apposititue initũ, hoc est initium subintellige mouendi. Sensifer. Sensuum vis originalis. Nã penitus latet. Intime latet hęc quarta pars nominis expers: & adeo dominatur & excellit vt animæ vocari possit anima. Subest. Latet & premitur. Hec. Parte quarta animæ. Cuiq̃. Nonnulli codices habent quiddam. Animæ anima. Caput, princeps, essentia, & vigor. quemadmodum enim anima corpus vegetat & viuidum reddit: perinde hęc para animam. Proporro. Valde vel pręterea. Q d genus. Hæc natura latet in animo nostro & ei miscetur, non tamen inhęret aut inseritur: quia est minuta corporibus facta. Corporib⁹. Atomis. Tibi. Parelcon est. Nominis hæc expers vis. Hæc potentia quarta nomine carens dominatur animæ, clauumq; regit. Facta. Cõposita. Latet. Artuatim corpori includitur. Corpore toto. Pro toti corpori. Simile illud Maronianum in sexto. Et magno se corpore miscet. Consimili ratione. Eadem ratione concedendum est aera per corpus omne vagari vt ex tribus vnum corpus fiat ne potestas aeris si temperata non sit interimat sensum. Subsit. Subiaceat, depressior sit. Emineat. Excellat & superet. Vt quiddam. Necesse est ex ijs duob⁹ vnum gignatur ne si ventus & calor separentur, corpus interimant. Coniuncta namq; temperant corpus, disiuncta conficiunt. Diducta. Separata.

Augmen.

Initum p initium.
Sensifer.

Animę anima.
Proporro.

Est etiam calor ille animo: quem sumit in ira
Cum feruescit: & ex oculis micat acri9 ardor:
Est & frigida multa comes formidinis aura:
Quæ ciet horrorem mēbris: & cōcitat artus.
Est etiam quoq; pacati status aeris ille:
Pectore tranquillo qui fit: vultuq; sereno.
Sed calidi plus est illis: quibus acria corda:
Iracundaq; mens facile efferuescit in ira.
Quo genere in primis vis est violenta leonū:
Pectora q fremitu rūpunt plerunq; gemētes:
Nec capere irarū fluctus in pectore possunt.
Aut ventosa magis ceruorū frigida mens est:
Et gelidas citius per viscera concitat auras:
Quæ tremulum faciūt mēbris existere motū.
At natura boum placido magis aere viuit:
Nec nimis irai fax vnq̄ subdita percit
Fumida suffundens cęcæ caliginis vmbras:
Nec gelidi torpet telis perfixa pauoris:
Inter vtrosq; sitast ceruos: sęuosq; leones.
Sic hominū genus est: q̄uis doctrina politos
Cōstituat pariter quosdam: tamen illa relinq̄t
Natura cuiusq; animi vestigia prima.
Nec radicitus euelli mala posse putandumst:
Quin procliuius hic iras decurrat ad acreis:
Ille metu citius paulo tentetur: at ille
Tertius accipiat quędam clęmentius æquo.
Inq; aliis rebus multis differre necessest
Naturas hominū varias: moresq; sequaces:
Quorū ego nūc neq̄o cęcas exponere causas:
Nec reperire figurarū tot nomina: quot sunt
Principiis: vnde hæc oritur variantia rerum.
Illud in his rebus video firmare potesse:
Vsq; adeo naturarum vestigia linqui
Paruula: quæ nequeat ratio depellere dictis:
Vt nihil impediat dignam diis degere vitam.
Hæc igitur natura tenetur corpore ab omni:
Ipsaq; corporis est custos: & causa salutis.

Iracundiores qui.

¶ Est etiam. Ex his principiis in animātium moribus oritur discrimen: iracundiores habentur qui caloris magis sunt participes: secus accidit his qui auram habent. Nā hi meticulosiores euadunt: aereæ naturę magis capaces quietam mitemq; naturā degunt. Animo hūano insunt orbiculares ęquaq; atomi miro inter se nexæ magisterio: adeo vt fruamur æuo non secus ac dii immortales, serie, ordine, æquilibrio horum seminū ad vnguē disposito: qua dispositurę temperie nobis salus & vita ministratur. hæc elementorum lepide coagmentata series dirimi citra interitū animalis non potest: nec corpus sine anima durare potest: sed vt primum ab ea dirimitur diffluit. Animo. Cum quis ira vexatur calore illo stimulatur qui est innatus aiæ. Cū feruescit. Cum quispiam feruore quodā agitatur in iram pronus. Ex oculis. Ira pecuniariter in oculis apparet vel Ouidio teste. Ora tument ira, nigrescunt sanguine venæ: Lumina gorgoneo sęuius angue micant. Venustissima est apud Architrenium libro sexto iræ descriptio sic. Ira malum deforme viris, quo pectus acescit: Sēsus hebet, languet studium, sollertia sopit: Cęcatur ratio, pietas tepet, alget honestas. Admiranda est illa Demonactis apud Lucianum sentētia. Sine ira rem aggredere: pauca loquere & multa audi. i. ἀόργητος ἔφη.καὶ ὀλίγα μὲν λαλῶν.πολλὰ δὲ ἀκούων. Scribit Aristoteles libro ethicorum secūdo difficilius esse etiam, vt Heraclito placet, voluptati repugnare q̄ irę. Subdit libro tertio moralem sententiā princeps peripateticorum. Qui nāq; nō irascuntur pro quibus oportet: & vt oportet: & quibus oportet fatui sunt. In sacris literis scriptum est Ira perdit etiam sapientes. Irati signa apud Gelium sunt ista: Oculi truces, os turbidum, immaniter clamare, in spumam ruborem ve efferuescere, pudenda dicere aut pœnitēda, trepidare, gestire. Frigida aura. Inest animæ frigidiusculus ventus, qui formidolosos agitat: sicuti calore stimulante iracūdi. Multa. Multum. Comes formidinis. Auctor timoris.

Irae descriptio.

Pauca loq̄re.

Fatui qui non irascūtur.

Ciet. Imprimit ipsa aura vel incutit. Horrorem. Horridum timorem. Concitat. Mēbra tumultuari facit. Status aeris. Cum videmus hominem esse tranquillum & pacatū huius rei causa est aer tranquillus & seren9 ad hunc statum animam illiciens. Sed calidi. Sed ii qui agitantur ira plus caloris habent.

Acria. Vehementia, feruida, iracunda. Efferuescit. Ebullit, & effunditur. Quo genere. In numero quorum sunt leones, qb9 ira p̄cipue dominat. Ordo. quo genere est in primis violēta vis leonum. Pectora rūpūt. Lædunt arterias. Fremitu. Horrisono vlulatu.

Gemētes. Vlulantes. Iratum fluctus. Aeque Virgilius iram feruēti comparat aheno.

Aut ventosa magis. Scribe. At vētosa magis. corpora ceruorum quæ vehemētiori formidine quatiuntur magis sunt ventosa, hoc est plus vitalis venti participant & minus caloris. Et gelidas. Actutum aura illa quæ mēbratim sparg tur, agitatur: vnde formidine ceruus concitatur. Quæ. Auræ concitatæ.

Nam cõmunibus inter se radicibus hærent:
Nec sine pernicie diuelli posse videntur.
Quod genus e thuris glebis euellere odorem
Haud facile est:qn intereat natura quoq; ei⁹:
Sic animi atq; animæ naturam corpore toto
Extrahere haud facile est:quin oĩa dissoluant:
Implexis ita principiis ab origine prima
Inter se fiunt consortia prædita vitæ:
Nec sibi quęq; sine alterius vi posse videtur
Corpis:atq; animi seorsum constare potestas:
Sed communibus inter eos conflatur vtrinq;
Motibus accensus nobis per viscera sensus.
Præterea corpus per se nec gignitur vnq̃:
Nec crescit:neq; post mortem durare videt.
Non eñi vt humor aquę dimittit sępe vaporẽ
Qui datus est:neq; ea causa conuellitur ipse
Sed manet incolumis:non inquã sic animai
Dissidium poterunt artus perferre relicti:
Sed penitus pereũt cõuolsi: conq; putrescũt:

Motum tremulum. Periphrasis timoris, quo mẽbra vndabundo metu tremunt. Ac natura. Sensus est. sed natura boum inter iracundiam & formidinem posita lenis & mitis participat aliquid de natura leonis & natura ceruí. Placido. Tranquillato, miti, placato. Irai. Iræ. Fax. Calor, iracundia. Percit. Stimulat, incitat, agitat. Fumida fax. Calorificus vapor & ignescens. Telis. Impetu & ictu. Sita est. Natura bouina. Sic hominum. Quidam q̃uis studio iracũdiam pene naturam exuerint: illaq; perturbationib⁹ animi resistant antidoto: non potest tamen ars aut virtus, aut ethicum studium prorsus ingenita mala radicitus euellere: quippe cum mala radices altius arbor agat. Iracund⁹ erat Horatius qui de se scribit. Irasci facilẽ tamen vt placabilis essem. Illa natura. Qualitas insita & naturalis. Et notandum a. produci exemplo græcorum apud quos α. dichronõ elementum est hoc est anceps: vt minus obirasci debeamus Architrenio poetę, qui pro nutu corripit & producit: quale illd Italici libro Punicorũ decimo tertio. Felix Aeacida cui tali contigit ore Gentibus ostendi. Nil prohibet hanc vocem, illa, iungere cum vestigia siue cum doctria, & natura per sextum casum pronunciare hoc ordine. Tamen illa doctrina reliquit prima vestigia in natura animi cuiusuis hominis. In nonnullis priscis exemplaribus legitur. Naturæ cuiusq; animus vestigia prima. Radicitus. Stirpitus, imitus, funditus, ita vt nihil subsidat. Hic. Quis politus lima doctrinæ. Procliuius. Pron⁹ q̃ alter literaturæ dolatorio non leuigat⁹, qui multam participat auram. Tentetur. Concitetur: nec radicitus euellere possumus quin homo timidus aliquo pacto non timeat. Tertius. Ille qui neq; est iracundus neq; timidus: sed clemens. Inq; aliis. Non in his dumtaxat morib⁹: sed in q̃ plurimis aliis multa sunt in humana natura discrimina ab hac ratione proficiscentia. Sequaces. Qui sequuntur cuiusq; naturam. Cæcas. Obscuras, non apparentes. Variantia: Varietas. Illud. Illam sententiam proferre possum. Firmare. Confirmare, asserere. Potesse. Posse. Naturarum. Particularum corporum leuigatiorum, orbiculatiorumq; atomorum & egregie connexarum: vt nos simus sicut dii immortales, & æuo frui queamus propter tenuissimas partes, quibus anima humana componitur. Naturam vestigia. Tenuissima exactissimaq; atomorum interordinia & dispositissima series: quę non atomus, sed vmbra & vestigium atomi videtur. Linqui. In anima subsidere. Quæ nequeat ratio. Resultent in hoc etiam sapiente quędam etiam pturbationum reliquiæ: quas non potest ratio, neq; philosophia dictis sapientibus abstergere. Cæterum illa subtilium dispositurarum vestigia non adeo premunt animam: vt illa ad cęlestẽ origniẽ se possit exerere immortaliq; quodãmodo æuo frui. Nihil impediat. Hęc naturarũ vestigia nihil impediũt animã q̃n agat diuinam vitã. Dignã diis. Cęlestẽ vitã deorũ vitę cõsimilẽ. Hęc natura. Sẽsus. hæc tẽperata dispositura suggerit nobis salutẽ & vitã. nec a corpe citra animãtis interitũ separari põt. Tenet corpe ab omni. Inclusa est & per omẽ diffusa corp⁹. Corporis est custos. Adminiculatur vires corpori. Nam communib⁹. Communiter & inuicem annexis. Sensus. natura hæc & huiusmodi animæ compositio, ipsaq; anima cohærent mutuo, nec diuelli sine animantis pernicie queunt: & quẽadmodum e thure non potest odor auferri, quin thus pereat: perinde natura animæ ab anima. Radicibus. Contiguis causis. metaphora ab arbore sumpta. Eius. Thuris, cui⁹ in pręstantia odoris commendatio est. Extrahere. Aeque non potes euellere naturam animæ a corpore. Implexis principiis. Catenatis atomis & inuicem mutuo confinio cohærentibus. Consortia vitæ. Prisci codices habẽt. cõsorti vita, hoc est cohęrente & mutua origine. Nec sibi. iũge, vocem sibi cum cõstare. Sine alterius vi. Sine alterius natura atq; pricipio. In priscis exẽplaribus legit: nec quicq̃ sine vi alterius sibi posse videtur. Sed cõmunibus. Mot⁹ animę corporisq; est causa vt sensus accẽdat per nostra corpora. Pręterea. Probat necessarios eẽ sensus ex hac ratione. q̃m sine sensib⁹ neq; augeri corp⁹, neq; diminui põt. Humor aquæ. Oĩa discedẽte a corpe aĩa peunt: sensus & artus intermoriunt: nec euenit sensibus vt aquæ, a qua calefacta discedit feruor remanẽte corpore aquatico illęso. Dimittit vaporẽ. Relinqt humorẽ cõceptũ. Qui dat⁹ est. Qui est insinuat⁹ aquæ p ignẽ subditũ. Ipse. Humor. Ea causa couellit. Ob hanc causam nõ intermorit humor q accidẽs caloris sit inductũ, vel abductũ. Incolumis. Incorruptus. Dissidium. Sepationẽ: a dissidẽdo. qdã codices habẽt distigiũ, hoc est distantiã & absentiã animæ. Relicti. Separes a corpore. Sunt qui conuulsi interpretant & fracti, iuxta illud epigrãmatici. Nunc plorat speculo sollers ancilla relicto, Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis. Conq; putrescunt. Computrescunt, in putredinem resoluuntur & pereunt.

A pducit.

Variantia; Potesse.

Relictum;

Ex incunte æuo sic corporis atq; animai
Mutua vitalis discunt contagia motus:
Maternis etiam membris: aluoq; reposta
Dissidium nequeat fieri sine peste: maloq;
Vt videas: quoniam coniunctast causa salutis:
Coniunctam quoq; naturam cõsistere eorum.
Quod superest: si quis corpus sentire refutat:
Atq; animam credit permistam corpore toto
Suscipe hũc motũ: quẽ sensum nominitam9:
Vel manifestas res contra: verasq; repugnat.
Quid sit enim corpus sentire qs efferet vnq̃?
Si non ipsa palam qđ res dedit: ac docuit nos?
At dimissa anima corpus caret vndiq; sensu.
Perdit eñ qđ non ꝓprium fuit eius in æuo:
Multaq; præterea ꝑdit cum expellitur æuo.
Dicere porro oculos nullam rẽ cernere posse:
Sed ꝑ eos animũ vt foribus spectare reclusis:
Difficile est: contra cum sensus ducat eorum.
Sẽsus enim trahit: atq; acies detrudit ad ipsas:
Fulgida ꝑsertim cum cernere sæpe nequimus
Lumina luminibus: quia nobis prępediuntur:
Qđ foribus nõ fit. Neq; eñ qua cernim9 ipsi
Ostia suscipiunt vllum reclusa laborem.
Prętera si pro foribus sunt lumina nostra:
Iam magis exemptis oculis debere videtur
Cernere res animus sublatis postibus ipsis.
Illud in his rebus nequaq̃ sumere possis:
Democriti quod sancta viri sententia ponit:
Corpis atq; animi primordia singula primis
Apposita alternis variare: ac nectere mẽbra.
Nam cũ multo sint animai elementa minora:
Q̃ȝ quibus & corpus nobis & viscera cõstãt:
Tũ numero quoq; concedũt: & rara per artus
Dissita sunt: duntaxat vt hoc ꝑmittere possis
Quantula prima queant nobis iniecta ciere
Corpora sensiferos motus in corpore: tanta
Interualla tenere exordia prima animai.

¶ Ex incunte æuo. A principio ætatis & natiuitatis. Sensus est. videmus animam & corpus mutuis hærere compagibus quando ab vsq; primo ortu discimus ex cõtagio corporis læsi animum lędi: ex contagio animi læsi lædi & ipsum corpus. Mutua cõtagia. Mutuas transitiones: quando morbus corporis transit in animũ: versaq; vice morbus animi transit in corpus. Vitalis motus. Illius agitationis naturalis, quæ corpe agitato ipsum agitat animũ. Discunt. Cognoscunt. Maternis membris. Cognoscimus etiam hoc cõtagium foetui nocere cum corp9 est effectũ.

Reposta. Reposta. Recondita. vel longe reiecta. quare Maro sedes repostas appellat. Dissidiũ. separationem. non potest ab altero separari sine detrimento. Coniuncta est causa salutis. Cum videamus animũ valere salubri corpore, dicere possumus ægrotante animo corpus ægrotare: quoniã oppositorum eadem est disciplina. huic argumento Lactãtius ita respondet libro septimo. Argumentum Lucretianum hoc est. quoniam cũ corpore anima nascitur cum corpore intereat necesse est. At non est par vtriusq; ratio. Solidum enim & comprehensibile corpus est & oculis & manu. Anima vero tenuis & tactũ visumq; fugiẽs. Corpus ex terra fictum, atq; consolidatũ est. anima in se nihil concreti, nihil terreni ponderis habet: vt Plato disserebat. Nec eñ tantam posset habere sollertiã: tantam celeritatem: nisi originem traheret e cælo. Corpus igitur quoniam fictum ex ponderoso & corruptibili elemento & tangibile est & visibile, corrũpitur atq; occidit: nec vim repellere potest: quia sub aspectum, & sub tactum venit. Anima autem quia tenuitate sua omnem tactũ fugit, nullo ictu dissolui potest. Ergo q̃uis inter se coniuncta & sociata nascantur, & alterũ qđ est de terrena cõcretione formatum quasi vasculum sit alteri9, qđ est a cælesti subtilitate deductũ: cũ vis aliqua vtrunq; discreuerit, quæ discretio mors vocatur: cum vtrũq; in naturam suam recedit: qđ ex terra fuit, id in terram resoluitur: qđ ex cælesti spiritu, id constat ac viget semper: quoniam diuin9 spiritus sempiternus est. Deniq; idem Lucretius oblitus quid assereret, & qđ dogma defẽderet hos versus posuit. Cedit idem retro de terra qđ fuit ãte In terram: sed qđ missum est ex ætheris oris, Id rursus cæli fulgentia templa receptant: qđ eius non erat dicere, qui perire animas cum corporib9 disserebat. sed victus veritate est & imprudenti ratio vera subrepsit. Nam si terrenum & fragile corp9 post secessum animæ non statim diffluit, in terrãq; tabescit, ex qua illi origo est: ergo anima quæ fragilis nõ est in æthernum manet: quoniam origo eius ętherna est. Respondi tamẽ Lactantio potest. sed libens religiosis, & pijs laqueis innodor, videns libenter errando Lucretiũ nõ errasse. Refutat. Renuit, negat: docet oẽm nostrã vim ex aĩa simul & corpe coalescere. nec. n. aĩa aut corp9 sentit: sed mistũ illud & compositũ. Suscipe. Si qs ẽq dixerit nullũ eẽ motũ pricipiũ sensuũ, vel aĩam mouere corpus, q̃ ꝑ corporis partes est diuisa: il-

Lucretius immortalẽ aĩam dixit.

Nam neq; pulueris interdũ sentim⁹ adhæsũ
Corpore: nec mẽbris incussam sidere cretã:
Nec nebulam noctu: neq; aranei tenuia fila
Obuia sentimus quando obretimur euntes:
Nec supera caput eiusdem cecidisse vietam
Vestem: nec plumas auiũ: papposq; volãteis:
Qui nimia leuitate cadunt plerũq; grauatim.

le penitus erat: & pugnat contra res manifestas. Vel manifestas. Quis manifestas: valde notas. Quid sit em̃ corpus. Per interrogationẽ legendum hoc sensu: qd dicem⁹ esse corp⁹ nisi sit sensibus insignitum. Sentire qs afferet? Quis dicet ipsum corpus sentire nisi sẽtiat per rationem supradictam. Si non. Si non sentiat per id qd res dedit. rẽ aũt interpretare motum illũ vitalem: q sensibus dux est. Docuit nos. Qui motus nobis est i dicto sensi accidere corpori. Qd nõ pprĩũ fuit. Corpia pprĩũ nõ esse sensũ inde colligit q id moriẽs sẽsus amittit: qd exẽplo ẽ nõ eẽ suos. Perdit. Sẽsus ẽ. cũ corp⁹ spoliat aia pdit illa, q̃ sibi ppria nõ fuerãt. cũ ergo sẽsus amittit, videre licet sensus nõ fuisse pprios corpori sed aimę. In æuo. Dum viueret: dũ eẽt incolume. Multa. Tá dù rò. Expellit æuo. Excludit vita. Dicere porro. Nec assentior opinioni illorũ: q dicũt oculos nihil aspicere: organi vicẽ exhibere. sed p eos aim tanq̃ p fores aspicere. Reclusis. Aptis. Sensus eorũ. Cũ sensus oculorũ aliud esse diiudicet: cũ videam⁹ cõtrariũ esse: & id manifestũ ex oculorũ fide. Sẽsus. Probat ocl'os nostros nõ aspicere tanq̃ p fores. qm̃ fulgẽtiora nõ possumus aspicere. sed illis obtut⁹ impedit: qd indicat ocl'os fungi ministerio videndi, & ob hoc nõ esse quasdã tanq̃ fores. Fulgida lumia. Lucẽ fulgẽtiorẽ & illustriorẽ vel bi gratia lucẽ solis. Nobis. In nobis vel nostri obtutus. Prępediunt. Impediunt: vt ad surgẽdũ nõ sufficiãt.

Oculi nostri nõ fores
Fulgida.

Qua. Per q̃ ostia. ofidit oculos non esse fores. qppe cũ fores nobis aspiciẽtib⁹ nullũ laborẽ patiat: cũ ocli patiantur fulgida tolerare nõ valẽtes. Reclusa. Aperta. Præterea. Reddit aliam rationem: qua probat oculos nõ esse fores: quæ talis est. Si oculi fungerentur in hoie vice forũ animi: deberẽt ita videre cũ exẽpti sũt q̃ cũ adsũt. qm̃ sublati eẽnt veluti postes. Pro forib⁹. Loco forũ. Exẽptis. Cũ exẽpti erũt oculi. Debere videtur. Verisimile est q videat. Sublatis postib⁹. Exemptis oculis: quos postium vices afferre dicebant.

Nequaq̃ sumere posis. Non debes eligere Democriti sententiam tanq̃ magis idoneam. Democriti. Cõfutat opinionem Abderitani Democriti: qui asserebat singula animę corporisq; primordia alternis apposita variare ac nectere membra: & quodlibet animę semẽ animę principio cõiungi: istoq; atomorũ ordine vniuersorũ animantium naturã conflari: qd nequaq̃ cõgruit vt in sequentibus apparebit. Sancta. Pro sancti viri. vel ab antiquitate cõsecrata: quã non liceat attingere. Sanctaria scrinia & secretiora repositoria Plinius his appellat libro naturalis historiæ vigesimotertio. In sanctarijs Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commẽtario ipsius manu cõpositionẽ antidoti. Ponit. Cõfirmat: scriptisq; mãdat ac dedicat. Non dissimiliter Horati⁹ inquit in arte. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Primordia. Principia & elementa corporis & animæ. Primis. In primis. Alternis. Per vices alternas modo quędam esse atomorum principia: quędam corporis. Variare. Varium situm varijs locis apponere. Nectere. Contũgere & simul vnire. Nam cũ multo. Argumẽtat cõtra rõnem Democriti hoc pacto. Cũ lõge exiliora minutioraq; sint animę elementa q̃ ea qbus corpus struit: numero pinde pauciora oportet existant: ideoq; rarius per mẽbra disposita maiores meatus maioraq; cõficiũt interualla: quo fit vt inter duo q̃uis aimę primordia pmulta corporis semina contineantur. exẽplo id etiam docet. quoniã neq; pulueris adhęsum: neq; pulicũ culicum ve primos sentimus ictus: nimirum quia corporis nostri cõpages cum maior & minor existat pri⁹ q̃ animæ atomos cieri atq; agitari oportet. Quã quibus. q̃ ea principia qbus cõstat corporea nostra moles.

Democriti opinio.
Sanctaria.

Numero cõcedunt. Discedũt a numero, hoc est pauciora sunt q̃ ea quibus aia cõstat. Cõcedere aliquando est discedere. Plautus. gliscit rabies: concedi optumũ est. Rara. Raris dispositurus. Dissita. In diuersas ptes sita. Permittere. Admittere tãq̃ cognitu facillimum. Quãtula. Sensus est. in pricipijs aiæ & corporis sũt interualla magna qppe cum prius agitẽtur cõmoueanturq; corporis atomi q̃ animę. quoniam plures sunt & maiores. Sed non adeo acri pceleriq; commouentur ictu. quoniam animæ atomi tãq̃ stipatiores atq; densiores obdurant leuiculis ictibus: nec telas sentiũt aranei: aut pulueris adhæsum. Nobis iniecta corpora. Corpuscula nostrum corpus attingẽtia. Tanta interualla. Anima parua nõ sentit hærentia corpori propter interuallum. Exordia prima. Elementa quæ principium præbent & ortum animæ, vnde composita est anima. Nam neq;. Quã inter primordia corporis & animæ permulta sint interualla patet. quoniam corpus tãgitur leuiter in superficie nec id sentitur ab anima. Adhæsum. Adhærentiam. quartæ inflexionis dictio q̃si adhęsionem dicas. Incussam. Iniectam. Sidere. Inhærere. Cretam. Puluisculum ex terra creta.

Adhęsus.

Nebulam noctu. Non sentimus noctu quando nos præmonere nequit oculus tenebris præpeditus, nebulam corpori sidere. Arani. Pro aranei. sequitur græcæ diphthongi naturam. e. & . i. quæ quandoq; separantur quandoq; coniunguntur. Quidam aranei legunt vt deliquium in. e. vocali fiat: vt in deinde, suetus, & id genus reliqua. Obretimur. Implicamur instar retis. Ille namq; scutulatus orbis aranei rete dicit & cassis & diminutiue casssiculus. Supera. Supra. Vietam. Mollem, flexibilem, solubilem, tenuitatis byssinę aut bombicinæ. Horatius. Vietum media correpta protulit eo carmine. Qui sudor vietis & q̃ malus vndiq; membris Crescit odor cum pene soluto. Porphyrio. Vieta autem dicuntur ex necessitate contorta vt Terentius ostendit. Vietus: veternosus senex necessitate contortus. Quã viere contorquere significet vnde vimina, docuimus in plautinis enarrationibus. Marcellus inquit Viere vincire, & inflectere. Varro vtitur hac dictione in libris de re rustica. Pappos. Lanugo carduorum peculiariter appellatur. apud Theophrastum pappulto verbum est: qd significat lanuginem illam emitto: quæ summa carduorum capita circunsidet. omnes quoq; iuli lanuginesq; volaticæ pappi dici possunt. Grauatim. Grauitate quantulacunq;. cum non supetit vis auræ illos eleuantis in sublime. Quidam grauati scribunt pro degrauati & depressi.

Arani.
Obretire.
Cassiculus
Vieta.
Viere.
Pappus.
Pappulto.
Grauatim.

Nec repentis itum cuiusuis cunq; animantis
Sentimus:nec prima pedum vestigia quęq;
Corpore q̃ in nostro culices:& cętera ponũt:
Vsq; adeo prius est in nobis multa ciendum:
Q̃ primordia sentificent concussa animaí
Semia corporibus nostris immista per artꝰ:
Et q̃ interuallis tantis tuditantia possint
Concussare:coire:& dissultare vicissim.
Et magis est animus vitai claustra coercens:
Et dominãtior advitam:q̃ vis animai.
Nã sine mẽte: animoq; neq̃ residere p̃ artꝰ
Tẽporis exigui partẽ pars vlla animaí:
Sed comes insequitꝰ facile & discedit ĩ auras:
Et gelidos artus in leti frigore linquit.
At manet in vita:cui mens:animusq; remãsit:
Q̃uis est circuncęsis lacer vndiq; membris
Trũcus adẽpta anima circũ mẽbrisq; remotis
Viuit:& ęthereas vitaleis suscipit auras:
Si non omnimodis : at magna parte animai:
Priuatus tamen in vita cunctatur:& hęret.
Vt lacerato oculo circum si pupula mansit
Incolomis:stat cernẽdi viuata potestas:
Dũmodo ne totum corrumpas luminis orbẽ:
Et circũcidas aciem:solamq; relinquas:
Id quoq; enim sine pernicie non fiet eorum.
At si tãtula pars oculi media illa peresast:
Occidit extẽplo lumen: tenebręq; sequuntꝰ:
Incolomis q̃uis alioqui splendidus orbis:
Hoc aĩa:atq; animus iũcti sunt fœdere semp̃.
Nũc age:natiuos animantibus & mortaleis
Esse aĩos:animasq; leueis vt noscere possis:
Conquisita diu:dulciq; reperta labore
Digna tua pergam disponere carmina vita.
Tu face vtrunq; vno subiungas nomen eorũ:
Atq; animã:verbi causa cum dicere pergam
Mortalẽ eẽ docẽs: aĩmũ quoq; dicere credas:
Quatinus est vnum inter se:cõiũctaq; res est,

Itus. ¶Nec repẽtis. Serpẽtis incedentis more reptiliũ. Itum. Ictionem,profectionem,iter. Cætera. Leuius incedentia:pedem nõ infigentia. Est multa ciendum. Est multum cõmouendum. valde commoueri corpus debet. nomen pro aduerbio. Simile illud Maronianum libro tertio gęorgicõ. Et pede terram Crebra ferit. Sẽsus Lucretij hic est. cum corpus sit compositum ex rebus pluribus grauioribus necesse est multo tactu anteq̃ sẽtiat. Primordia animai. Principia animę quæ sunt sensuum causa.

Sentifico. Sentificent. Prolectent ad sentiendum:sentire faciãt. Concussa. Mota:agitata frequẽti tactu. Animai semina. Animæ primordia & elementa quibusdam interuallis dissita. Tuditantia.

Tuditãtia. Frequenter tundentia,hoc est agitantia corpus. Pompeius. Tuditantes significat negotium tundentes.i.agẽtes:aduocaturq; ab eo Lucretianum hoc carmen. Nec tuditantia rẽ

Cõcussare. cessant extrinsecus vllam. Concussare. Frequenter se concutere. Coire. Conuenire, cogi. Dissultare. Dissilire. Dominantior advitam. Vires habet maiores animus ad vitam q̃ aia:plusq; illi q̃ anima dominatur. Vitai claustra coercens. In potestate enim est animanti vitam claudere seruareq; in corpore & reserare. Nam sine. probatio propositæ rationis. Comes insequitur. Vita comitatur statim mentem & animum corpora relinquentem. Facile. Actutum , repente. In leti frigore. Superuiuẽte mortis frigore. At manet. Hinc apparet mentem & animũ magis in corpore dominari q̃ animã:quippe cum laniato laceroq; corpore,adempta anima,viuit tamen animo sospite. In vita. Cui mens viget & pollet. Animusq; remansit. Et cui animus remansit in vita. Trãsit enĩ more poetico a tempore ad tempus. Circũcęsis. Ex omni parte cæsis & laceratis. plus in homine dominari animum q̃ corpus ostẽditur. q; etsi ex omni parte corpus quandoq; laceratum sit:tamen viuit ob animi potentiã. Circũcæsis a circum & cędo. Lacer. Laceratus:vt semilacer. Truncus. Corporis moles amputato capite. Priami cadauer auulso capite Maro truncum vocat. vel truncatus animus. Viuit. Ille truncus. Omnimodis. Ex omni parte. si non omnino truncus ille sit anima priuatus:viuit tamẽ adhuc sospite & superstite mente. At. Saltem tamen. In vita cunctatur. Moratur in vita q̃uis sit ex magna sui parte lacerum. Hæret. Insidet,perstat. Vt lacerato oculo. Exemplum propositæ ratiõis. quemadmodum si loca adiacẽtia oculo sint circũrosa:& pupilla sit integra:oculus est nihilominus aptus ad videndum:similiter etsi semilacerum sit corpus: nec animus infectꝰ: nihilominus viget & viuit homo. Pupula. Pupilla. Ouidiꝰ in amoribus. Huic pupula duplex Fulgurat:& geminum lumen ab orbe venit. Incolumis. Non læsa,inoffensa. Viuata. Viuificata, viuida,non infecta,non corrupta. Orbem. Lumẽ & oculum orbicularem. Circũcidas aciẽ. Oculo ptes adiacentes circũquaq; seces & amputes:imo oculũ ipm radicitus

Principio quoniam tenuem constare minutis
Corporibus docui: multoq; minoribus esse
Principiis factam: q̃ liquidus humor aquai:
Aut nebula: aut fumus. Nã longe mobilitate
Præstat: & a tenui causa magis icta monetur:
Quippe vbi imaginib⁹ fumi: nebulæq; mouẽt.
Qđ genus in somnis sopiti vbi cernimus alta
Exhalare vapore altaria: ferreq; fumum.
Nam, pcul hæc dubio nobis simulacra gerũt.
Nunc igitur quoniam quassatis vndiq; vasis
Diffluere humorẽ: & laticẽ discedere cernis:
Et nebula: ac fumus: quoniã discedit in auras:
Crede animã quoq; diffundi: multoq; perire
Ocyus: ac citius dissolui corpora prima:
Cum semel omnibus e mẽbris ablata recessit.
Quippe etenĩ corp⁹: qđ vas quasi cõstitit ei⁹
Cũ cohibere nequit cõquassatũ ex aliqua re:
Ac rarefactum: detracto sanguine venis:
Aere qui credas posse hanc cohiberier vllo?
Corpore qui nostro rar⁹ magis incohibescit?

desquãmes. Id. Circũquaq; oculũ desquãmare. Eorum. Oculorũ. Corrũpentur oculi pupula corrupta. potest & hoc referri ad pꝫtes oculo circunsitas: & hoc per interrogationem legetur exemplo Quintiliani sic libro oratoriæ institutionis primo scribentis. Nõ igitur hæc omnia oratori necessaria? In eadẽ significatione num dicimus & non interrogandi figura. At si tãtula. Minima pars oculi & pupulæ cũ primum læditur via optice hoc est visiua statim deperit & euanescit. Tantula.
Media. In meditullio oculorum sita. Alioqui. Alias. sic producta tertia profert ab Horatio. sequente vocali imitatiõe græcorũ dicimus alioquin. Sequente vero consonante vt seruetur euphonia alioqui. Alioqui. Alioquin. Splẽdidus. Lucidus, luminosus. Orbis. Totus ambitus oculi. Fœdere. Cõcordia: vt vno vigente vigeat alter: vno interempto alter intereat.
Nunc age. Animam siue animum (indifferenter enim sumentur a nobis) esse mortalẽ tractare Lucreti⁹ auspicatur: generationẽ mortẽq; pati. Videm⁹ enĩ nebulas & fumos inanes euanescere: idẽ accidat aĩmis ẽ necesse q̃ pricipijs minutionb⁹ sũt pditi. Natiuos ẽe aĩos. Generari atq; mori doceamus aĩos.
Leues. Epitheto cõiũxit aĩam aĩo cũ sup⁹ aliquod discrimen inter animum fecerit & aĩmam. Dulci labore. In omnibus enim satietas nobis obrepit præterq̃ cum discimus. labor ille leuamen est & animi dulce pabulũ. Satietas omnium.
Digna tua vita. Carmina diuina & cælestia cantabo digna tua vita & mente ad cælestia indaganda nata. Disponere. Seriatim ordinare. Tu face. Tu fac memoria teneas cũ docebo animam esse mortalem putato me idem dicere de animo. quoniam animus & anima duæ res sunt maximæ connexæ. Subiungas. Subintelligas per nomen animæ per animum: animi nomen. Verbi causa. Exẽpli gratia. Dicere credas. Putato me dicere animum esse mortalẽ cũ animã nuncupabo. Quatinus est vnũ inter se. Inquantum. & cũ hoc pateat animã vel esse animum vel paulum differre.
Principio. Docuimus animã minutis constare corpusculis: multoq; minoribus principijs q̃ aqua: fumi: tenuiaq; simulacra quæ cũ defluãt & in auras abeant: abit quoq; in auras anima: citiusq; q̃ hęc omnia, dissoluit.
Tenuem. Animam. Præstat mobilitate. Excellit mobiliori natura, hoc est magis est mobilis. Et a tenui. Animam nebulis mobiliorem & tenuiorem esse hæc ostendũt q; velocius q̃ hæc ipsa mouentur. Vbi imaginibus. Cum apparet ipsam anima cieri extranjs imaginibus vnde patet minutis atomis esse cõpositã.
Mouẽtur. Animæ. Qđ genus. Sicuti. quas imagines, fumos, & nebulas cernimus somno oppressi cum videmus altaria exhalare vapores. In somnis. Iunge cum verbo cernimus. Vapore. Thymiamate, hoc ẽ incenso thure. vide Maroni aræ thuricremæ. Ferre. Efferre, in sublime educere. Nã procul hęc dubio. Figurate dictum pro nam hæc procul dubio. Nobis. In animo nostro. Nunc igitur. Videre licet vasis disruptis & perfractis omnem aquam effluere: itidem animus in corpore morbo vel senectute affecto cohiberi nequit: sed vel in nihilum vel in sua principia remigrat. Quassatis. Pertusis & diffractis: vnde plautus quassam nucem vocat. Sensus. cum videamus aquam e vase in diuersas fluere partes: & nebulam petere auras: similiter anima tenuior his rebus diffracto corpore vase suo abit in auras & effluit. Diffluere. In diuersas partes fluere. prisci codices habent diffugere. res parui momenti. Laticem. Humorem aquaticum. Diffundi. In diuersum abire ac dispargi. Ocyus. Velocius. E mẽbris ablata. Reuulsa e membris. Quippe etenim. Cum corpus quassum morbo aut prægraui senectute non possit animam continere: quonam pacto credibile est in aere cõtineri animã loco pflatili ac aperto cum in corpore cohiberi cõnectiq; nõ possit. Quid. Corpus. Vas eius. Conceptaculum animæ. Cum cohibere nequit. Cũ corp⁹ aĩam retinere nõ potest. Sũt q legũt quã cohibere: & referunt ad aĩam hoc pacto. Quã aĩam corp⁹ victũ & resolutũ cohibere nõ põt: aĩm⁹ ne cohibere poterit? Cõquassatũ. Agitatũ, fractum. Rarefactũ. Euacuatũ frequẽti missiõe sanguinis. Detracto sanguine venis. In quo credebatur anima delitescere: in quã sententiã vergunt Maroniana verba. Purpuream vomit ille animã. Qui credas? Qua fultus viuida ratione credere poteris corpore quassato posse animã in aere cõtineri. Qui significat quomodo: pandaq; virgula debet insigniri, hoc est circũflexo accentu vel porphyriõe monẽte in expositione huius carminis Horatiani. Qui fit mecœnas vt nemo quã sibi sortẽ. Hanc. Aĩmam. Qui quõ.
Cohiberier. Cohiberi, contineri. Qui. Aer. non potest aer animam cohibere rarior cum sit nostrum corp⁹ rarefactum sanguinis emissione frequenti. Incohibescit. Non cohibet: nec continere potens est animam. In negat. cohibescere idem qđ cohibere. Incohibescere.

Præterea gigni pariter cum corpore:& vna
Crescere sentim⁹:pariterq; senescere mentē.
Nam velut infirmo pueri:teneroq; vagantur
Corpore:sic animi sequitur sententia temp⁹.
Inde vbi robustis adoleuit viribus ætas:
Cōsilium quoq; maius:& auctior est animi vis.
Post vbi iam validis quassatū'st viribus ęui
Corpus:& obtusis ceciderunt viribus artus:
Claudicat ingenium:delirat linguaq; mensq;:
Omnia deficiunt:atq; vno tempore desunt.
Ergo dissolui sic conuenit omnem animai
Naturam:ceu fumus in altas aeris auras.
Quādoquidē gigni pariter:pariterq; videm⁹
Crescere:& (vt docui) simul ęuo fessa fatisci.
Huc accedit:vti videamus corpus id ipsum
Suscipere immaneis morbos:durūq; laborē:
Sic animū curas acreis:luctumq; metumq;:
Quare participem leti quoq; conuenit esse.
Quinetiam morbis in corporis auius errat
Sæpe animus:dementia enim deliraq; fatur.
Interdumq; graui lethargo fertur in altū:
Aethernumq; soporem oculis:vultuq; cadētis:
Vnde neq; exaudit voces:nec noscere vultus
Illorum potis est:ad vitam qui reuocātes
Circunstant lachrymis rorantes ora:genasq;:
Quare aīm quoq; dissolui fateare necesse'st:
Quādoquidē penetrant in eū cōtagia morbi:
Nā dolor:ac morb⁹ leti fabricator vterque'st:
Multorum exitio perdocti q̄d sumus ante.

¶ Præterea. Hoc quoq; fidem facit animā eē temporariam atq; mortalem q: cum corpore augetur ac minuitur. Nā quemadmodum pueritia minus est apta consilio q̄ adolescentia:perinde senect⁹ repuerascit atq; desipit anima decrescente:cum in viris ætatis maturæ consilium augeatur. in quibus adultior & auctior est anima. Negabit hoc pius immortalitatis assertor. q̄uis enim corrumpatur corpus:anima immunis est a tabe. qd exemplum dactylotheca demonstrat. licet enim ipsa corrūpatur:inclusę tamen in ea gēmæ dentes non sentiunt ætatis. Lactantius ita diluit hāc rationem. Quoniam crescit,inquit,sensus in pueris:& in iuuenibus viget: apparet esse mortalem. primum nō idem est mens & anima. Aliud est enim qd viuimus aliud qd cogitamus. Nam dormientiū mēs non anima sopitur:& in furiosis mens extinguitur:anima manet:& ideo non exanimes sed dementes vocantur. Mens ergo id est intelligentia vel augetur vel minuitur pro ætate. anima in statu suo semper est:& ex quo tēpore spirandi accepit facultatem:eadem vsq; ad vltimum durat:donec emissa corporis claustro ad sedem suam reuolet. Deinde q: anima q̄uis sit adeo inspirata,tamē quia tenebroso domicilio terrenæ carnis inclusa est scientiam non habet quæ est diuinitatis. Audit ergo ac discit omnia:& sapientiam dicendo & audiendo capit:& senectus non minuit sapientiam sed auget. Si tamen iuuenilis ætas virtute decursa est:et si nimia senectus fregerit membra:non est animę vitium si visus euanuit:si lingua torpuit: si auditus obsurduit:sed corporis. At enim memoria deficit quid mirum si labentis domicilij ruina præmitur mens:& pręterita obliuiscitur:non aliter futura diuina q̄ si carcerem quo cohibet effugerit. Mētem. Animum vel animam. Idem namq; his tribus dictionibus inaudimus. Nam velut. Probat hoc exemplo qd proposuerat:quemadmodum pueri sunt infirmo corpore ob ętatem:perinde infirmum habent animū. sequitur ergo vices suas mētem pati:cum corpore. Quoniam de pueritia in trāscursu offertur ansa addamus id qd in symposio pro pueris Plato monet. Sunt inquit duo quę a pueritia per omnem vitam ducere illum debent qui sit præclare victur⁹. In rebus turpibus verecundia:honestis studium. Hęc autem nobis neq; gen⁹ neq; diuitiæ:neq; honores pręstare ciuia ac melius q̄ amor possunt. Q: ætates septem planetis septem sint cōgruę:prima lunaris:secunda Mercurialis:tertia venerea,quarta solaris,quinta martia,sexta Iouia,septima saturnia,lege quę scite Proclus vt mita tradit libro de anima & dæmone. Sententia. Opinio ludicra,puerilis & vana:quæ cum sit mētis operatio & debilis euadat colligo cum corpore mentem mutari. Tempus. Aetatem puerilē & infirmā. In quibusdā exēplarib⁹ scriptū est tenuis vt sit tribrachus:expone infirma,puerilia,non scopum rationis attinges. Sors enī puerorum est ludus:iuuenum ambitus: senum quies. Quare Neuius senium vocat tardigemulum. quoniam tardū est & gemitu plenum. Apuleius gemulum cātum bubonis appellat. Proinde Horatius de puella loquēs infit. Circa virenteis est animus tuæ Cāpos iuuēcæ:nunc fluuijs grauē Solantis æstum:nunc in vdo Ludere cum vitulis salicto prægestiētis. Inde vbi. Deinde quando. Adoleuit. Creuit,roborauit. Maius. Subintellige adolescit. Auctior vis. Maior consilij virtus & robur. Post vbi. Cum senium hominem debilitat:& ipse animus infringitur:vnde senes repuerascere dicūtur:cessitq; in prouerbium apd gręcos Δὸσ παιδεσ γέροντες. Validis viribus æui. Postq̄ iuuenilis ætas exoleuit & valida quando senes canunt. Fuimus. Iuuenes fuimus. Pueri dein erimus. Laconica cantio fuit:quā Maro respiciens illud cecinit. Fuimus troes. Sunt qui fuimus timentur altius tanq̄ per id verbum nulla virtus aut potentia significetur. Scribit enim libro contra gē

Mens Aia differunt.

Verecūdiā & studium sequamur.

Aetates planetis cōgruunt.

Sors ætatū

Tardigemulū seniū

Gemul⁹ cātus bubōis

Bis pueri senes.

Fuimus. Sumus. Erimus.

Pensitatū puerbiū fuim⁹ Troes.

tiles secundo Theologus Aquinas:q virtus & potentia rei non se extendit ad id qđ fuit:sed ad qđ est vel erit vnde & in præteritis impossibilitas locum non habet. Obtusis. Debilitatis & tefractis. Artus. Membra in iuuentute virentia.qđ his lepidissimis versibus Laberius Mimographus apud Aurelium lōgq̃uū deplorat. Cur cum vigebam membris præuiridantibus Satisfacere populo & tali cum poteram viro Non flexibilem me cōcuruasti vt carperes? Nunc me deijcis quo? quid ad scęnam affero? Decorem formæ an dignitatem corporis? Animi virtutem an vocis iucundæ sonum? Vt hedera serpēs vires arboreas necat:Ita me vetustas amplexu annorum necat. Sepulchris similis nihil nisi nomē retineo. Ceciderunt. Elanguerunt. Claudicat. Titubat, vacillat. Delirat lingua. Verba delirantis lingua profert:& a via rationis aliena. vnde perdelitia & deliramenta. Vno tempore. Vno momento cum senectus irrepsit:quæ mala vocatur ætas & lontica. Ergo. Illatio est animam dissolui & in auras euanescere. Sic. Alibi codicum legitur quoq. Ceu fum⁹. Vt fumus dissoluitur. Quandoquidem. Quippe cum anima quum in corpore crescat & decrescat. Fessa. Soluta, languida, victa. Fatisci. Subintellige cōuenit. interpretare fatisci:æuo ac debilitate infringi & hebetari. quidam codices habent fatiscit. Huc accedit. Ad hanc rem facit q cum animus ægritudine præpeditur:& varijs doloris vicibus agitatur:immortalis haberi non potest:quippe valetudine grauanti prædominante succūbet & terga dabit. Lactantij responsio hæc. Verum eadem dolori ac luctui obnoxia est & ebrietate dementit:vnde fragilis & mortalis appareat. Iccirco igitur virtus & sapientia necessaria est: vt & mœror qui contrahitur indigna patiendo ac videndo fortitudine repellatur:& voluptas non modo potandi:sed etiam rerum cæterarum abstinentia superetur. Nam si careat virtute:si voluptatibus dedita molliatur:mortificet obnoxia quoniam & virtus immortalitatis est fabricatrix & voluptas mortis. Mors autem non funditus perimit ac delet. sed æthernis afficit cruciatibus. Nam interire prorsus anima non potest. quoniam ex dei spiritu:qui æthern⁹ est originem cepit. Anima etiam inquit morbum corporis sentit:& obliuionem sui patitur:& sicut egrescit sic etiam sæpe sanatur. hoc est ergo cur maxime virtus adhibenda sit ne illo corporis dolore frangatur:& obliuionem sui non anima, sed mens patiatur:quæ quoniam certa corporis regione consistit cum eam partem vis aliqua morbi vitiauerit, mouetur loco:& quasi conquassata de sede sua emigrat reditura scilicet cum medela & sanitas domicilium suum reformauerit. Nam quia anima est iuncta cum corpore:si virtute careat:cōtagio ei⁹ egrescit & imbecillitas de societate fragilitatis redundat ad mentem. Cum autem dissociata fuerit a corpore vigebit ipsa per se:nec vlla iam fragilitatis conditione tentabitur. quia indumētum fragile proiecit. Sicut oculus, inquit, euulsus a corpore ac separatus nihil potest videre: ita & anima separata nihil sentire. quia & ipsa pars est corporis. Falsum hoc & dissimile est. Anima enim non pars corporis:sed in corpore est:sicut id qđ vase continetur vasis pars non est:nec ea quæ in domo sunt, partes domus esse dicuntur: ita nec anima pars est corporis quia corpus vel vas est animæ vel receptaculum. Id ipsum. Alibi lego, & ipsum. Immanes. Intolerabiles, impatibiles. Sic. pariter secum. Acres. Vehementes exulcerantes. Participem leti. Cum in omnibus participet conueniatq cum corpore, in mortalitate quoq conuenit. Quinetiam. Nexum corpus esse animo & animum corpori hæc fidem faciunt q scilicet egro & affecto corpore animus afficit. Morbis in corporeis. In morbis corporeis. Auius. A rationis via discedens. Dementit fatur. Possemus legere dementit, hoc est ineptit & delirantia fatur. Delira. Verba aberrātia a proposito. & hoc accidit animo ob corp⁹ affectum:igitur vinculum maximum est inuicem corporis & animi. Lethargo. Lethargus morbus est: quē latini veternum dicunt:vnde veternosi qui prægraui somno premuntur. Chaldæi subetiam vocant Lethargus vocatur:quod est obliuio deses & omnium rerum pigrities:de quo nos olim nimis multa. Altum. Profundum:peculiare somni epitheton. Iuuenalis. Securus vt altum dormiret. Vultuq cadenti. Ouidius. Et cadit a mēto languida facta manus. Idem libro metamorphoseos vndecimo:cum de somno loqueretur. Tardaq deus grauitate iacentes Vix oculos tollens iterumq iterumq relabens, Summaq percutiens nutanti pectora mento Excussit tādem sibi se. huc facit illud Plautinum. Columnam mento fecit suo. Potis est. Lethargicus non potest homines adstantes etiam familiares agnoscere tanta tenetur capitis pressi grauedine. Reuocantes. Reuocare illum & a somno recutere tentantes. Rorantes. Lachrymas emittentes vt rorem:& his inficientes ora. Cognati enim lethargico circumfusi complorant hominem non secus ac desperatum. Quare colligit animum perire cum corpore quando contagio corporis affligitur. huius nefariæ & a pijs mentibus abstergendæ sententiæ fuit Plinius: cuius verba subscripsi ex libro septimo naturalis historiæ. Post sepulturam aliæ atq aliæ manium ambages. Omnibus a suprema die eadem quæ ante p̄rimū. Nec magis a morte sensus vllus aut corpori aut animæ q̃ ante natalem. Eadem enim vanitas in futurum se propagat:& in mortis quoq tempora ipsa sibi vita mentitur:alias immortalitatem animæ:alias transfigurationem:alias sensum inferis dando:& manes colēdo:deumq faciēdo:qui iam etiā homo eē desierit:ceu vllo modo nisi spirando ratio hominis a cæteris animalibus distet. Aut non diuturniora in vita multa:reperiant: quibus nemo similem diuinat immortalitatem. Qđ autem corpus animę prosequitur materiam? vbi cogitatio illi? Quomodo visus auditusq? Aut qui tangit? qui vsus eius? aut quod sine his bonum? Quæ deinde sedes? quanta ve multitudo tot sæculis animarum: velut vmbrarum? puerilium ista deliramentorum. Pie magis sentit Hermes sic apud Lucium Apuleium loquēs. Mors igitur efficit dissolutione corporis labore defessi & numeri completi:quo corporis membra in vnam machinam aduersus vitales aptantur. Deinde subiigit. Cum fuerit animæ a corpore facta discessio:tunc arbitrium examenq meriti eius transiliet in summi dæmonis potestatem. Isq si eam piam iustamq prouiderit in sui competentibus locis manere permittet. Sin autē delictorum illitam maculis vitijsq oblitam viderit:desuper ad ima deturbans procellis turbinibusq aeris igni & aquæ sæpe discordantibus tradet:atq inter cælum & terram mundanis fluctibus in diuersa semper æthernis pœnis agitata raptabitur: vt in hoc obsit animæ æthernitas q sit immortali sententia ætherno iudicio subiugata:quem secutus Maro cecinit. Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos:alijs sub gurgite vasto Infectum eluitur scelus:aut exuritur igni. Contagia. Transitiones & applicationes. Fabricator. Machinator artifex & causa. Qđ. Sensus. morbum & dolorem efficere mortem ab exitio multorum didicimus. Per docti. Didicimus multorum internetione dolorem ac morbum conflare mortem.

Deploratio iuuentutis amissæ.

Perdelitia Deliramēta

Anima nō obliuiscitur sed mens.

Colūnā mēto fecit suo

Plinij opinio de aia.

Hermę opinio.

Pro Virgilio.

Et quoniam mentem sanari: corpus vt ægrũ:
Et pariter flecti medicina posse videmus.
Deniq cor hominum cum viri vis penetrauit
Acris: & in venas discessit diditus ardor:
Consequitur grauitas mẽbrorũ: pr̨epediunt
Crura vacillãti: tardescit lingua: madet mẽs:
Nant oculi: clamor: singultus: iurgia gliscunt:
Et iam cętera de genere hoc q̃cunq sequãtur:
Cur ea fiunt: nisi q vehemens violentia viri
Cõturbare animam cõsueuit corpore in ipo?
At quęcunq queunt conturbarí: imq pediri:
Significant: paulo si durior insinuarit
Causa: fore vt pereant: æuo priuata futuro.
Quinetiam subito ví morbi sæpe coactus
Ante oculos aliquis nostros: vt fulminis ictu
Cõcidit: & spumas agit: ĩgemit: & tremit art9:
Disipit: extentat neruos: torquetur: anhelat
Inconstanter: & in iactando membra fatigat.
Nimirum quia vis morbi distracta per artus
Turbat agẽs aĩam spumãti vt in æquore salso
Ventorum validis feruescunt viribus vndæ.
Exprimitur porro gemitus: q amẽbra dolore
Afficiuntur: & omnino q semina vocis
Eliciuntur: & ore foras glomerata feruntur:
Qua quasi consuerunt: & sunt munita viai
Desipiẽtia fit: cum vis animi: atq animai
Conturbatur: & (vt docui) diuisa seorsum
Disiectatur eodem illo distracta veneno.
Inde vbi iam morbi reflexit causa: reditq
In latebras ater corrupti corporis humor:
Tũ quasi vacillans primũ cõsurgit: & omneis
Paulatim redit in sensus: animamq receptat.

Et quoniã. Probat a cõtrario animum cũ ipso corpore dissolui: quoniam medela adhibitis reualescente corpore animus obruit. Flecti. Ad sanitatem reciprocare vt lęsum corpus. Possemus respondere: virtutes animæ sensibus applicitas egro corpore nutare animũ vero nequaq̃: qui nullis corporis supplicijs mancipatur: nec inde consequens animum esse læsum lęso corpore: sed reliqui potius inhabilem ad sua munia capessenda.

Viri. Veneni. quidam codices habẽt vini: sequentia namq epitheta vino ascribuntur haud illepide. Discessit. Manauit. Didit9. Diuisus, dissipatus. Ardor. Acerrima flãma: quã venenũ generat. Prępediũtur. Impediuntur, implicantur, destituunturq a viribus proprijs ad gressum idoneis. Vacillãti. Titubãti homini ob crura pręppedita. huic consimilia Plautus. Malus luctator est vinũ pedes captat primum. Tardescit. Tardesu

Tardesco.
Madere.

os affectus exprimit. Madet. Tãq̃ ebria vacillat. Madere significat ebrium esse & consequenter titubare: quo verbo Tibullus elegiographorum facile princeps sic vtitur. Nõ festa luce madere Est pudor: errãtes & male ferre pedes. Madulsam habet, priscorum more tuit adagio in ebrium. Nant oculi. Caligãt: more fluctuum eorum lux it & redit. Quæsit Aristoteles in problematis encyclicis διὰ τί τοῖς μεθύουσι σφόδρα, κύκλῳ πάντα φαίνεται φέρεσθαι καὶ ἤδη ἁπτομένοις μᾶλλον τῆς μέθης ἀριθμεῖν τὰ πόρρω οὐ δύνανται. hoc est cur penitus vinolẽtis res oẽs circunferri videntur: & cum iam amplius vinum attingit nequeũt quæ p̄cul posita sunt enumerare.

Vinolẽtis res circũferri videntur
Singultus quõ tollitur

Singult9. Docet Plato in symposio quonam pacto singultus in conuiuio obrepẽs tolli possit. Inquit eñ. Si vis aliquã diu spiritum cohibere singultus cessabit: sin minus id placet, saltem aqua multa infusa alluę fauces: & si forte vemens est, nares modice stimula vt irritetur sternutatio. Nam si id semel aut bis feceris: etiam si frequentissim9 sit tolletur. Iurgia. Iurgatores magni sunt qui ebrietate tenentur: vnde sunt qui cornua Baccho hac ratione adpacta meminerint.

Gliscere.

Gliscunt. Crescunt. Gliscere significat crescere. vnde dicti glires: qui cum dormiũt maxime crescunt. Martialis. Tota mihi dormit hyems sed pinguior illo Tempore sum quo me nil nisi somnus alit. Gliscere cœnę laudatissimæ dicuntur: in quibus semper gliscit aliquid: quibus cum eadem ratione semper aliquid adijciatur vocãtur adijcialea. addebãtur enim in his partes obsoniorum post partes priores: qd ætas insequẽs comperit cum illi primi homines omnia simul apponerent vnde natum apud gręcos hoc adagium. μέρος οὐ πνίγει, hoc est pars non suffocat.

Gliscere cœnæ.
Adijcialis.
Pars non suffocat.

Et iam cætera. Quæcunq accidunt huiusmodi vt vexato corpore manifeste videamus animum percelli: proueniunt ex hoc q ex nostri corporis affectione mouetur anima. Viri. Vini vementis & acris. Omne qd mutat rei adiunctæ naturam virus appellatur quale vinum esse solet. At quæcunq. Sensus est hic. anima cum patiatur cum corpore aliquoq pacto moueatur: eadem adueniẽte vi maiore adeo deturbabitur vt pereat: qd accidere potest animæ cum illam huc & illuc compelli cõstet. Imq pediri. Impedirique. Durior causa. Vehementior impetus: qui causa solet esse vt anima depereat. Insinuarit. Intromiserit ie ad id sternendum. Aeuo priuata futuro. Spoliata futura vita, hoc est non viuet amplius. Quinetiam. Exempla sunt probantia animum perire cum corpore. Subito vi morbi. Quidam codices habent subitis vi morbi, hoc est subitario

libidinis impulsu. Coactus. Vi prostratus. existimo hunc intelligere de morbo comitiali: qui Herculaneus: sacer: infaustus: vulgo caducus appellatur: quo agitatus quispiam ore spumas emittit. Comitialiter hominē casabundum lepide describit his Apuleius in prima defensione. Est enim miser morbo comitiali ita infectus vt ter aut quater die sæpenumero sine vllis cātaminibus corruat: omniaq; membra conflictationibus debilitet: facie vlcerosus: fronte & occipitio conquassatus, oculis hebes, naribus hiulcus, pedib⁹ caducus. Subdit. Hic ibidem pro tribunali oculos trucis in te inuertisset: faciem tuam spumabundus conspuisset: manus contraxisset: caput succusisset: postremo in sinu tuo corruisset. Mirum refert idem Lucius incensum Gagatē lapidem pulchre & facile hunc morbum explorare: cuius odore etiam venalitiarij vulgo sanitatem aut morbū venalium experiantur. Etiam orbis a figulo circumactus non difficile eiusdem valetudinis hominem vertigine sui colligit. Sic enim legendum in Apuleio duco. Plato philosophorum Achilles in illo p̄clarissimo Timæo cœlesti quadam facundia vniuersum orbem molitus: postq̄ de nostri quoq; animi tribus potestatib⁹ solertissima disseruit: & cur quæq; membra nobis diuina prouidētia fabricata sint: aptissime demōstrauit: causam morborum omnium trifariam percenset. Primam causam primordijs corporis attribuit: si ipsę elemētorum qualitates humida & frigida, & his duæ aduersæ non congruant: id adeo euenit cum quæpiā earum modo excessit aut loco demigrauit. Sequens causa morborum inest in eorum vitio: quæ iam cōcreta ex simplicibus elementis, vna tamen specie cohæuerunt: vt est sanguinis species & visceris & ossis & medullæ. Porro illa quæ ex hisce singularibus mista sunt. Tertia in corpore concrementa varij fellis & turbidi spirit⁹, & pinguis humoris nouissima ægritudinum incitamenta sunt: quorum e numero præcipua sit materia morbi comitialis de quo dicere ea orsus sum. cum caro in humorem crassum & spumidum inimico igni colliquescit: & spiritu indidem parto ex candore compressi aeris albida & fumida tabes fluit. Ea namq; tabes si foras corporis p spirauit maiore dedecore q̄ noxa diffunditur. pectoris enim primorem cutim vitiligine insignit & omnimodis maculationibus conuariat. Sed cui hæc visu venerit nunq̄ postea comitiali morbo attentatur: ita ægritudinem animo grauissimam, leui turpitudine corporis compescit. Enimuero si perniciosa illa dulcedo int⁹ cohibita & bili atræ sociata venis omnibus furens peruasit: deinde ad summum caput viam molita dirum fluxum cerebro immiscuit: illico regalem partem animi debilitat: quæ ratione pollens verticem hominis velut arcē & regiam insedit. Eius qppe diuinas vias & sapientiæ meat⁹ obruit & obturbat: qd facit minore pernicie per soporem cum potu & cibo plenos comitialis morbi prænuntia strangulatione modice angit. Sed si vsq; adeo aucta est vt etiam vigilantium capiti offundatur: tum vero repentino mentis nubilo obtorpescunt; & moribundo corpore cessante animo cadunt. Eum nostri non modo maiorem & comitialem verum etiam diuinum morbum, ita vt græci, nuncuparunt: videlicet q animi partem rationalē quæ longe sanctissima est: eā violet. Super hoc diro despuēdoq; morbo scripsimus affatim in Plautinis cōmentarijs. Obiter adde morbum quēdā esse qui sonticus appellatur. vnde seniū sonticū a prisco poeta dictū: & a Tibullo cantatū. Nō illi sontica causa est. Sed nimius luteo corpora tingit amor. vbi p causam iuuenē nō esse causariū, hoc est deteriorē intulit. Scribit Iulianus digestis de vsucapiōibus morbum sonticū etiā inuitis litigatoribus ac iudice diem differre. Sonticus autem ita ęstimandus est qui cuiq; rei agendę impedimento est litigāti. Fulminis ictu. velut percussus a fulmine repētino vulnere. Tremit artus. Circū artus membra tremit. hoc imitatus Maro, Et tremit artus inqt de equo. Dissipit. Pro desipit, hoc est sapientiā deponit. Extentat. Frequenter extendit. Neruos. Signū comitialis. Nimirū. Rationē reddit cur hoc faciat: & rationē turbulēti furoris violētię morbi ascribit. Turbat. Conturbat, agitat. Quādoq; turbare est conuellere. i. decoquere: & aio fugiēdi colligere sarcinulas: in quā significationē id accipiat iurisperiti: Si pistor turbauerit. i. decoxerit: cui Maro concinit. Et septēgemini turbāt trepida hostia Nili: hoc est iā Cęsaris audito noie fulminātis ad euphratē cūctaq; felici fortunæ afflatu sternentis, de conuellēdo cōuasandoq; cogitant. Seruiana interpretatio nihil habet eruditi. Cum vates epigrāmaticus ait. Cōturbabit atlas & non erit vncia tota Decidat tecum qua pater ip se deunx ad hanc significationem detorque: & Cōturbator aper vilius esuro. conturbatorem nāq; vocat epigrāmatarius aprum decoquendi auctorem quoniā ad eum condiendum tot opus est condimentis vt decoquere & solum vertere mox cogatis si gulæ indulgeas. Agens. Violentans, crucians. Spumanti. Quēadmodum in fluctuabundo mari cuncta turbantur atq; vexantur. Quidā legunt spumantes & referunt ad vodas: abijciuntq; s pro sibilo. liberum sit iudicium. Ventorum viribus. Violentia ventorum. Feruescunt. Bulliunt & tumultuantur. Exprimiturq;. Elicitur etiam ab inuito homine: quē dolor agit ac vexat. Afficiuntur. Vexantur. Semina vocis. Particulæ vocis & simulacra. gemitus em̄ voces appellari non possunt. qm̄ non sunt scriptiles & articulati: verum eloqueriter seminia vocis dicuntur quoniam vocem generant. prius em̄ gignūtur gemitus q̄ vox sincera & pura. Glomerata. Inuoluta, commista. Qua quasi consueruot. Sensus. Sed cum illi mugitus sunt interclusi: & consueuerunt in homine vt excludi non possint: homo fit insipiens. potes legere quæ cū diphthongo. vel qua viai pro qua via. Munita. Et cū claustra vocis præ redundantia spumarum sunt oblimata continuo interclusis meatibus cerebri homo fit insan⁹. Diuisa seorsum. In diuersas disclusa partes cū pori cerebri perturbati sunt: nec mens potest facere officiū suum. Disiectatur. In diuersas partes subinde iacitur. Eodē veneno. Eodem morbo corpus afficiente: & ęgritudinē pariente. Reflexit causa. Sed cū primū bilis atra reflexit cursum a cerebro homo desipit primū mox retrocedit ad se: & ad rationē pristinā: quę fidem faciunt animā corrupto corpore corrūpi. In latebras. In sua latibula, sedes, & mansiones: hoc est postq̄ bilis atra ad suū locum reuertitur. Ater humor. Melancholia, bilis atra, quæ morbum comitialē suscitat. Superius enim docuimus dulcedinē intus cohibitā & bili atræ sociatā venis om̄ibus furētē peruadere: deinde ad summō caput viā molitā dirū fluxū cerebro immiscere: illico regalē partē animi debilitare. Corrupti corporis. Cum quispiā desipit aut morbo comitiali attentatur: caro in humorē crassum & spumidū inimico igni colliquescit. Tum quasi. Scribendū. Tumq; vacillans id quasi vas quoddam esse videtur. Id corpus fluctuans & nutans impulsu bilis atræ & spumidæ tabis anima vacillante mutatur & agitatur: non secus ac pars alteri parti cohærens. Vas. Animæ vagina & conceptaculum. Animum recepsat. Resorbet iterumq; exhaurit eadem animam.

Comitialis morbus.
Comitialiter casabundus.
Gagates lapis.
Orbis figuli.
Comitialis causa.
Morb⁹ maior diuinus
Sonticus morbus.
Cā qd pro Tibullo.
Extentare.
Turbai qd Iurisperiti Maronis & Martialis locus.
Conturbator quid.

Hæc igitur. Cum hæc anima morbis corporis affligatur putandum non est illam viuere in aere. Iactentur. Agitentur ac vexentur. Distracta. Cruciata: anxietudine præpedita. Eadem. Agmina simulacraq; animarum. Cum validis ventis. Minime putandum est animam suspendi ad ventos: & varijs illorum flabris agitari: qđ tetigit sic Maro libro sexto.

Ergo exercentur poenis veterumq; malorum
Supplicia expendunt. aliæ panduntur inanes
Suspensæ ad ventos: alijs sub gurgite vasto
Infectum eluitur scelus: aut exuritur igni.

Purgatio triplex.

Subdit Seruius. Loquitur quidem poetice de purgatione animarum. Tangit tamē qđ & philosophi dicũt. Nam triplex est omnis purgatio. Aut in terra purgātur: quę nimia oppressæ sordibus fuerunt deditæ scilicet corporalibus blandimentis: id est transeunt in corpora terrena: & hæc igni purgari dicũtur. Ignis enim ex terra oritur: quo exuruntur omnia. Nam cęlestis nihil perurit.

Ignis cælestis nil vrit.

Aut in aqua, id est transeunt in corpora marina si paulo melius vixerint. aut certe in aera transeundo scilicet aeria corpora si satis bene vixerint. qđ & in Statio legimus vbi de augurijs tractat. Sed quia mutatæ, nostraq; ab origine versis Corporibus subiere notos. Vnde etiam in sacris omnibus tres sunt istę purgationes. Nam & tæda purgantur & sulphure: aut aqua abluuntur: aut aere ventilantur: quod erat in sacris Liberi. hoc est enim quod dicit in secundo georgicon. Tibiq; Oscilla ex alta suspendunt mollia pinu.

Pro Iuuenali.

Nā genus erat purgationis: id qđ apud Iuuenalem tāgitur. Quoties hinc talis ab illos Vmbra venit: cuperēt lustrari si qua darētur Sulphura cum tædis: et si foret humida laurus. Q: animæ quæ satis bene vixerunt subeant aera non concedo obstāte Herma & Marone dicente. Exercentur poenis & mox subdit. Aliæ panduntur inanes Suspensæ ad ventos. Castigatius locutus esset si æthera dixisset: nisi eum intellexisse credamus animas: quæ minoribus fuerunt delictis obnoxiæ. Et quoniam. Anima corpore medicinis ad salubritatem redacto, salubritatē nanciscitur: perinde hoc argumento probatur a contrario illam corpore deficiente deficere. Corpus vt egrum. Vt primum corpus affectum ad sanitatem reuocatur. Flecti. Reuocari ad vitam. Id præsagit. Hęc ratio prædiuinat & dedicat. Mortalem. viuere. Ita animam cum corpore viuere vt sit mortalis. Addere. Hæc affirmat animum mortalem. quoniam inquit immortali rei nihil potest addi nec detrahi: sed cum animo detrahatur & dematur: mortalis est animus igitur. Ordine traijcere. Quicunq; vult animum esse immortalem: illum æquum est faciat pati quāpiam mutationem: qđ immortale qđ est non admittit. Aequū est. Iustum est atq; conueniens vt ille qui animum immortalē autumat, ordinis saltē quāpiam mutationem dedicet. De summa.

Hęc igitur tantis vbi morbis corpore in ipso
Iactentur: miserisq; modis distracta laborent:
Cur eadem credis sine corpore in aere aperto
Cum validis ventis ætatem degere posse?
Et quoniam mentem sanari: corpus in ægrū
Cernimus: & flecti medicina posse videmus:
Id quoq; præsagit mortalem viuere mentem.
Addere enī ptes: aut ordine traiicere ęquūst
Aut aliquid prorsum de sūma detrahere hilū.
Commutare animū quicūq; adorit̃ is ipsum:
Aut aliam quāuis naturam flectere quærit.
At neq; transferri sibi parteis: nec tribui vult:
Immortale qđ est quicq̄: neq; diffluere hilum.
Nam quodcunq; suis mutatum finibus exit:
Cōtinuo hoc mors est illius: qđ fuit ante.
Ergo animus siue ægrescit: mortalia signa
Mittit (vti docui) seu flectitur a medicina:
Vsq; adeo falsę rationi vera videtur
Res occurrere: & effugium pręcludere eūti:
Ancipitiq; refutatur conuincere falsum.
Deniq; sępe hominem paulatim cernim9 ire:
Et membratim vitalem deperdere sensum:
In pedib9 primū digitos liuescere: & vngues:
Inde pedes & crura mori: post inde per artus
Ire alios tractim gelidi vestigia leti:
Scinditur: atq; aīmo hæc qm̃ natura: nec vno
Tempore sincera existit: mortalis habendast.
Q: si forte putas ipsam se posse per artus
Introrsū trahere: & parteis cōducere in vnū:
Atq; adeo cunctis sensum deducere mēbris:
At locus ille tamen: quo copia tanta animai
Cogitur in sensu debet maiore videri.
Qui: qm̃ nusquamst: nimirū (vt dixim9 ante)
Dilaniata foras dispergitur: interit ergo.
Quinetiam si iam libeat concedere falsum:
Et dare posse animā glomerari in corpe eorū:
Lumina qui linquūt moribūdi particulatim:

Mortalé tamē esse animā fateare necessest.
Nec refert vtrum pereat dispersa per auras:
An contracta suis e partibus obrutescat.

De natura animi tota. Commutare. Qui aggreditur & audet asserere animum mutari: is hue elabitur vt dicat naturam animi flecti & conditionē mutare: qua flexa sequitur animi corruptio: quippe cum id quod est immortale partes alio non transfert nec immutatur. Tribui. Scribo minui: hoc est pati naturæ suę detrimentum. Diffluere. Decidere. Hilum. Tantillum: nec quidem minimā particulam. Nam quodcunq. Fultura propositæ rationis. Si colligimus animum mutari: concedamus est necesse animum corrumpi: & consequenter esse mortalem: quoniam tunc aliquid corrūpi aut deficere dicitur cum a propria natura deflectit. Suis finibus. Meta sibi a natura non errante præfixa. Exit. Egreditur limites suæ naturæ. Continuo. Repente: statim. Illius. Animantis. Quod fuit ante. q̄ hęc alteratio naturæ illum a propria protulisset essentia. Ergo. Illationem facit argumēto bicipiti nixus. Si medicina flectitur animus: & pharmacis reuocatur ad salubrem statum: est ob id mortalis & temporarius. Seu patitur ægritudinem perinde intermoritur. quoniam varia pathe suscipit: quæ caducæ naturę sunt signa. Mortalia signa. Indicia significantia illum esse mortalem. Flectitur. Sanescit. Subintelligatur habeo animū esse mortalem. Vsqadeo. Quidam hoc superioribus annectunt hoc sensu: rationes nostræ euidētes sunt & liquidæ: req se produnt: & precludunt iter ei, qui contra senserit. quidam hec tria carmina iungunt sequenti sententiæ. Occurrere. Interpellare & eam præposteram argumentari. Effugium præcludere. Obsistere: repugnare. Eunti. Obuiā huic rationi occurrenti. Ancipiti. Ab ancipite & vtrinq ferientē argumēto pseudographus & falsum sectatus cōuincitur incassum nugari nugas. potes etiā interp̄tari. iste confutat̄ cōuincere falsū hoc est rē falsam vincere fallacibus argumentationibus esse veram. Dicitur ille conuincere falsum ancipiti quādo dubio argumento & tantum faciente fidem vult falsum conuincere hoc est nobis insinuare quæ falsa sunt esse vera. Deniq. Vtitur argumento nouo vt probet animam esse temporariam & mortalem. homo moribundus paulatim partiliterq intermoritur. qđ fidem facit animā mori per partes. Sed hoc immortali naturę repugnat: quæ cum tota non moriatur, minime quidem per partes intermoritur. huic rationi superius satisfecimus asserendo moriente digito mori virtutes animæ quasdam: sed essentiam animæ non perire: quæ immortalitatem dedicat: vt flamma in prunas recidente lux perit: non autem ignis: cuius virtus in pruna delitescit. Lactantius. Iam illud argumentum multo magis inane est quo animam ait quia non citius emittatur e corpore mortalē videri: sed paulatim se ex omnibus membris explicet a summis pedibus incipiens: tanq̄ si esset ætherna vno temporis momento erumperet: quod fit in his qui ferro intereunt. Quos autem morbus interimit spiritum diutius exhalant: vt paulatim frigescentibus membris anima effletur: quæ cum materia sanguinis cōtineatur sicut lumen oleo: & materia febrium calore consumpta, necesse est membrorum summa quæq frigescere. quoniam venæ exiliores in extrema corporis parte porriguntur: & extremi ac tenuiores riui deficiente vena fontis arescunt. nec tamen quia sensus corporis deficit, animæ sensum extingui & occidere putandum. Non enim corpore deficiente, sed corpus anima decedente putrescit: quia sensum omnem trahit secum. Cum autem præsens anima sensum tribuat corpori: & viuere id efficiat: fieri non potest vt non ipsa per se viuat & sentiat: quoniam ipsa est & sensus & vita. Ire. Obire: in fata recidere. Liuescere. Pallescere lurido buxantiq pallore.

Ire. Serpere: insinuare. Tractim. Carptim, saltuatim. Vestigia leti. Signa preuia morti. Scinditur. Cum sit hoc verum q̄ distrahatur membratimq tabescat hic animus. Natura. Cum hæc sit animi natura vt iugi sinceritate non perstet: eum mortalem asseramus inquit Lucretius. Nec vno tempore. Nec quidem paruo tempore passionibus vacet: corpori namq compatitur. Sincera. Intemerata. deductum a melle recentiore: quod cera caret. Qz si forte. Tacitæ obiectioni respondet. nonnulli tentur cum moritur homo, secumq sensus euanescit & amittitur: animam partes in vnum retrahere: quo pacto vis sensifica de membris abducitur. qđ a poeta commentitium putatur. Nam si sinus ille vspiam compareret: quo se animæ partes recipiunt: nobis esset agnitus: quippe eo maiorem auctioremq sensum subministrante ex animæ copia illuc se recipiente & mortalem agonem fugiente. Sed contra videmus accidere. Nam minimum. s. sensus corpori moribundo relinquitur. vnde iterū colligit animam mori & intercidere cum corpore. nec autumes ipsam ab obitu per plagas aereas vagari: quoniam omnis eius functio est cum corpore: qđ tamen impium est crederet & rationi dissentit. manent enim post abiurata vitæ claustra in anima operationes intellectus: quæ vero per organa corporea exercētur sicut sunt operationes animæ nutritiuæ & sensitiuę, eæ non manent. Introrsum trahere. Retrahere se ad quendam sinum corporis interioris. Partes. Suas quas habebat per totum corpus dissipatas. Conducere. Cogere: congregare. In vnum. In certum corporis locum simul coactas. Deducere. Auferre cum se retraxerit. At locus. Respondet prælibatæ rationi. Si in quendam sinum se totam deduxerit anima: sinus ille robustior & viuidior erit reliqua parte corporis. Sed hoc non procedit: non igitur ad sinum delitescit anima. Quo. In quem locum. Copia. Vis animæ copiosior & auctior. Sensu maiore. Habere debet robur maius ac vigorem: & vt ita loquar, locus ille totius animæ capax consequenter erit cæteris corporis partibus sensatior. Qui. Sinus ille cum nusq̄ compareat in corpore: prædelirum est igitur ista comminisci. Dilaniata. Separata: in multas diducta partes. Quin etiam. Præterea si concedere libuerit rem penitus falsam animam scilicet in vnum locum particularem cogi: per hoc nō euades quin anima sit mortalis. Falsum. Si rem quæ penitus falsa est cōcedamus. Dare. Cōcedere. Glomerari. In vnum glomerem & orbem cogi. Lumina. Vitam. Silius. O blandum coeli lumen. Particulatim. Cum non in vno artus moriātur: sed alter post alterum. Ordo. quin etiam si libeat concedere falsum: & si libeat dare animam eorum posse glomerari in corpore: qui moribundi particulati linquunt lumina. vel particulatim moribundi. vel linquūt particulatim. Contracta. In vnum peculiarem locum coacta. dum sit mortalis anima flocci facio quo pacto moriatur. Obbrutescat. Hebetescat. Marcellus. Brutū dicitur hebes & obtusum. Lucretius libro tertio. An cōtracta suis e partibus obrutescat. Pacuuius in hermiona. Et obnixū esse aut brutum aut elinguē putes. reperi in nonnullis exemplaribus: obputrescat: quod non probo.

Tractim.

Sincera.

Obbrutescere.

¶Quando hominē. Animam sensim deficere videmus cū particulatim vires amittit. Vitae minus. Cum artus vicissim praemoriātur.

Et quoniam. Hac quoq; via probat animā esse mortalem. Nam videmus animam, siue libeat mentem indifferenter appellare: esse partem corporis vt manus, oculi, nares: q̄ membra corpore deficiente deficiunt: perinde anima, quam partem corporis innuimus, corpore languente languescit. Fixa manet certo. Hoc non admitterent exactiores. immo animam putat Aristoteles per totum corpus esse dispersam. Velut aures. Quae propriam sedem habent. Qui vitā cūq;. Pro quicunq; vitam. Sensus em̄ sunt organa & instrumenta viuendi. Et veluti. Sicuti membra a propria seiuncta sede nō viuunt: idē acidit animę.

A nobis. A corpe nostro & loco sibi peculiari. Linquuntur. Destituuntur a vita. Tali. Quando anima relinquitur a corporeis organis. Non quit. Non potest esse. Homine. Vel corpore vel composito.

Homo duplex.

Plotin⁹ enim duplicem hominem esse sentit interiorem videlicet ac exteriorē.

Anthropos cur.

Homo graece dicitur anthropos quasi anarrhon. i. contemplans quae opopen id est vidit. Auctor Plato.

Hō perfectissimus aialium.

Solus homo teste Alberto libro de animalibus primo perfectissimus est animaliū. Solum enim hominis membra secundū positionem proportionantur perfectissimo: qd̄ est mundus & coelū & continentia mundi totius: & ideo perfectissimum corpus homo esse inuenitur. Superiora enim regentia & formalia in homine diriguntur secundum situm ad superius mundi: & intelligentia mouet & regit in eis sicut facit superiora mundi.

Cauda cur homini nō est.

Cur homo caudam non habeat scire iucundum erit & expediens. causa est q; cauda principaliter est ad tegendum anum ne infrigidetur: homo aūt habet coxas multum carnosas sufficienter anum tegentes: & carnositas ipsa ad se trahit substantiā caudae. Praeterea cū homo sit erecti corporis cauda impediret motū eius & incessum & sessionē: & ideo homo optime cauda priuatur. Auctor Albertus libro. xiiij. de animalibus. Quare Aristoteles libro decimo metaphysicae inquit.

Hō mēsura oim.

Protagoras vero mensurā omniū hominē esse dixit: perinde atq; si scientem aut sentientem dixisset: & hoc ppterea q; alter sensum: alter scientiā habet: quae quidem subiectorum mensuras dicimus esse: vnde colligimus libro sequēti

Emēdat⁹ Aristoteles.

Pytagora apud Aristotelem scriptū esse p Protagora: & subinde apud Plyniū: cū aucto

Pythagoras nihil scripsit.

re Rufino nihil Pythagoras posteritati cōmēdauerit. Quod. Aliquod. potest q; accipi pro quia: animus nō potest esse sine corpore q; quasi vas illius esse videtur. Siue aliud. Homo vel corpus est animę quoddam quasi vas & si quid potes vase fingere coniunctius.

Ei iābus

Ei. Animo. iambus est. Probus in institutionibus grāmaticis ad Cęlestinū. Ita minus q̄ finitae qualitatis pronomina is. ea. id. masculino & neutro genere nominatiuua singularis breuem syllabam recipit: foeminino vtrasq; breues. Genitiuus omnium trochęum capit:

Iābus in heroico.

eius datiu⁹ iambum ei. apud Homerum iambum in heroico repperi sic. ὃυ Χρεῖ παμῦΧιορ

Qn̄ hoiem totū magis: ac magis vndiq; sēsus
Deficit: & vitę minus & minus vndiq; restat:
Et quoniā mens est hominis pars vna: locoq;
Fixa manet certo: velut aures: atq; oculi sunt:
Atq; alii sensus: qui vitam cunq; gubernant:
Et veluti manus: atq; oculus: naresve seorsū
Secreta ab nobis nequeunt sentire: neq; esse:
Sed tamen in paruo linquuntur tempore tali.
Sic animus per se nō quit sine corpore: & ipso
Esse homine: illius quasi qd̄ vas esse videtur:
Siue aliud quiduis potius coniunctius ei
Fingere: qn̄quidem cōnexu corpus adhęret.
Deniq; corporis atq; animi viuata potestas:
Inter se coniuncta valent: vitaq; fruuntur:
Nec sine corpore enim viralis edere motus
Sola porest animi per se natura: nec autem
Cassum anima corpus durare & sensibus vti:
Scilicet auolsis radicibus vt nequit vllam
Dispicere ipse ocul⁹ rem seorsū corpore toto:
Sic anima: atq; anim⁹ per se nil posse videtur
Nimirum quia per venas & viscera mistim
Per neruos: atq; ossa tenēt̄ corpore ab omni:
Nec magnis interuallis primordia possunt
Libera dissultare: ideo conclusa mouebunt
Sensiferos motus: quos extra corp⁹ in auras
Aeris haud possūt post mortē eiecta mouere
Proprerea quia non simili ratione tenentur.
Corp⁹ em̄: atq; animā ferat aer: sic cohibere
Sese aīa: atq; in eos poterit cōcludere mot⁹:
Quos āte in venis: & in ipso corpore agebat.
Quare etiā atq; etiam resoluto corporis omī
Tegmine: & eiectis extra vitalibus auris:
Dissolui sensus animi fateare necessest:
Atq; animā: quoniā cōiūctast causa duobus.
Deniq; cum corp⁹ nequeat perferre animai
Dissidium: quin in tetro tabescat odore:
Quid dubitas: quin ex imo: penitusq; coorta

Emanarit vti fumus diffusa animæ vis.
Atq; ideo tanta mutatum pute ruina
Cōciderit corpus penit9: quia mota loco sunt
Fundamenta foras animæ : manātq; ꝑ artus:
Perq; viarū omneis flexus: in corpore qui sūt.

ἔνθ᾽ ἄρ βουληφόρος ἀγορά. quem Maro sic imitatus est. Emicat Euryalus: & munere læt9 amici. Item. Ostendēs artem pariter arcumq; sonātem. Item apud Homerum. μεσόφα δ᾽ οὐκ ἐλαθερ ἰαχῆ πίφορτα πὲρ ἔμπυς. Iuuenalis satyra decima. Ergo superuacua aut pernicio sa petuntur. Paulopost. Pallidulus mi Brutidius ad martis fuit obuius ędem. Et. Eloquio sed vterq; perit orator. Idem in sexta. Quicquid dixerit astrologus credet a fonte relatum hāmonis. Præterea. Magnus ciuis obit & formidatus othoni. Idem satyra quinta. Dum sedet & madidas siccat in carcere pennas. Horatius sermonum secundo. Si mala cōdiderit in quem quis carmina. Ennius referente in officijs Cicerone. Vos ne velit an me regnare hera: quid ve ferat fora. Ennius quoq; citante Hircio in Hispaniensis belli commentario. Hic pede pes premitur: armisq; premuntur & arma. Manlius primo astronomicon. Das animū vireisq; facis ad tāta canenda. Cum Fabius Quintilianus inquit versum heroicum non recipere iambum loquitur de vsu non abusu. Flaccus libro argonauticon primo. Protinus Inachijs vltro tyrinthius argis Aduolat: arcadio cuius armata veneno. Et libro quarto. Et pauor & monstri subijt absentis imago. Lucanus in nono Pharsaliæ. Ciuis obit inquit multo maioribus impar. Probus tamen in artibus inquit hunc esse septimum modum positionis cum correpta vocalis desinit in vnam consonantem: in qua pars orationis finitur: quēadmodum fert opinio multorū: vt omnia vincit amor. vt Tibi Pampineo grauidus autumno. Audi tamen quid Donatianus inquit. Omnis enim vltima syllaba in
versu adiaphoros erit. Item diligenter attende q; omīs syllaba, quæ partem orationis finit in omni versu simi
liter indifferenter accipitur: vt est. Inualidus etiamq; tremens: etiam inscius æui. dus syllaba indifferens. Pro- Syllaba
pertius. Nunc tu siue legis vmbrosæ fluminis syluæ. In metris heroicis igitur iambus intrat arte non inscitia: vltia adia
vt in iambicis trochæus auctore Terentiano licet tarenter: qđ cū Momus quidē triuialis ignoraret frustra Plau phoroa.
tinos sales temeritate pædagogica concacauit. Plautus eñ q̄uis raro pedem trochęū iambis inseruit. Conne In Momum.
xu. Cum sit inter corpus & animū ferrumen glutinumq; tenax adeo vt sine alterius pernicie alterū non possit
auelli. Adhæret. Catenatur aio nexu propemodū adamantino. Deniq; Simile propemodū argumentū Trochęus in-
animā sine corpore nequire subsistere æque ac corpus euanescente anima deficit radicibus amissis. Viuata. trat iābicos.
Viuifica. In quodā exemplari sic scriptū reperio. animai innata. appellat potestatē innatā qm̄ genitali prope
modū nodo cōnectuntur. Cōiuncta. Altrinsecus vitales sensus his suppeditātibus. Per se. Sine corpore. Viuata.
Cassum. Priuatū, orbatū. Scilicet. Quēadmodū radicit9 euulsus oculus nihil dispicere potest: perinde anima a corpore seorsa vires amittit. probat animū & corpus adhærere per exemplum oculorū nostrorū: quemadmodum inquit oculus noster diuisus a corpore nullam rem despicere potest: perinde non potest animus aliquid pollere diuisus a corpore. Dispicere. Acute aspicere. Nimirum. Rationē reddit cur anima sine corpore non polleat: quoniam videlicet tenentur vna nec auelli possunt. Mistim. Copulatione mista. adeo eñ complicitum est corpus animo & animus corpori: vt alter ab altero sine exitio amborum separari non possit.

Tenentur. Mistim copulantur corpus & animus. Nec magnis. Aliud argumētū affert: animū sine corpore vigere nō posse. qm̄ cū ipse cōstet ex principijs nūc mouet existens in corpore: separat9 vero minime mouet: q a post mortem cessant motus qui erant in animali. Primordis. Principia: ex quibus homo constat: quæ libere moueri non possunt cum sunt extra corpus: cui erāt applicata. Dissultare. In diuersum salire & se mouere. Cōclusa. Corpori insinuata. Sensiferos motus. Principia solum in homine ciebunt motus. qui faciunt
sensus. Quos. Sensiferos motus. Extra corpus. Cum animus exclusus est & liber vt asseris ab huma- Sēsiferi
no corpore. In auras aeris. In ventos aereos: quos animam ab ergastulo corporis liberatam cōtra sentientes motus.
philosophi fantur. Eiecta. Emissa prima principia. Propterea. Rationem reddit cur in animo separato principia non mouentur: quoniā, inquit, in eo corpore non simili ratione tenentur. Corpus enim. Ostendere festinat animā corpore spoliatam in auras penetrare non posse: quoniā in aere haberet eosdem motus, quos habebat in corpore. Serat. Sequeretur vt sereret. corpus & anima essent aereæ naturæ si posset in auras aereas anima penetrare. Serat poni pro obserat hoc est claudit notum est: vt apud Plautum cumbo pro decumbo & huiusmodi sexcenta: & hic erit sensus: aer concludit & corpus circumplectitur corpus & animam: cū erit in aere coniuncta corpori circumfuso q̄uis aereo, tamen motus eosdem exercere debebit quos in hoc microcosmo exercere consueuerat. In priscis codicibus legitur. corpus enim æque animis erit aer. tali ferme sensu: cū anima erit in auras relegata pro hoc solito corpore nanciscetur corpus aereum: in quo aere fungente vice corporis nil obstat animam motus eosdem agere, quos exercebat in corpore. Ceterum hæc ratio non collimat: non enim omne corpus est animæ conueniens. Sic. Hoc pacto in aere conclusa. Cohibere. Continere conuenireq; ad eosdem vitales motus: quos antea in venis agebat & in corpore. Quare. Ex præmissis animam esse mortalem colligit. Resoluto. Corrupto. Tegmine. Corpore: carne. Vitalibus auris. Spiritibus & organis: quæ ei vitam subministrabant. Extra. Corpus. cum ventus ille vitalis sit exclusus a corpore sequitur fatearis dissolui sensus animi. Causa. Dissolutio inhæret ex proprietate interiori corpori & animo. eadem est causa resoluendi animam quæ fuit resoluendi corpus: cum corpus & anima sint nexu inenodabili composita adeo vt alterum sine alterius noxa non consistat. Deniq;. Probat ab exemplis manifestarium esse animam ex mortali corpore exhalare: quod exemplo cadaueris ostendit: quod floret existente anima: putret absente. Perferre. Tolerare: pati. Dissidium. Discordiam: dissidentiam. Tetro. Tabido. putrido. Tabescat. Putreat. Penitus. Ex toto corpore. Coorta. Exhalans: incipiens
eijci & excludi. Emanarit. Effluxerit: exhalauerit. Ideo. Propter exhalationem animæ. Pute. Puti- Putē.
dū: putrefactū: vnde verbū putescere: quod signat fœdū odorē & putidū expirare. inclinat a verbo puteo. Putescērē
Persius. Qz multa fidelia putet. vnde putisco Ciceroni de sue loq̄nti. Animū illi pecudi datū ꝓ sale ne putisce Putisco.
ret. Fundamenta. Fulturæ basesq; animi: quibus sustinebatur. Foras. Mota sunt foras: hoc est in partes

Atq; foramina multimodis vt noscere possis
Dispertitã animæ naturam exisse per artus:
Et prius esse sibi distractam corpore in ipso:
Qꝫ prolapsa foras enaret in aeris auras.
Quinetiam fineis dum vitę vertitur intra
Sępe aliqua tamen e causa labefacta videtur:
Et quasi supmo languescere tempore voltus:
Molliaq; exangui cadere oĩa corpore mẽbra.
Quod genus aut aĩo malefactũ cũ ꝑhiberet:
Aut aĩam liquisse vbi iã trepidatur: & omnes
Extremũ cupiunt vires reprehendere vinclũ:
Cõquassatur eñ tum mẽs: animęq; potestas
Omnis: & hęc ipso cum corpore cõlabescunt:
Vt grauior paulo possit dissoluere causa.
Quid dubitas tãdẽ quin extra perdita corpus
Imbecilla foras in aperto tegmine dempto
Nõ modo nõ omne possit durare per æuum:
Sed minimũ quoduis neq̃at cõsistere tẽpus?
Nec sibi eñ quisq̃ moriens sentire videtur
Ire foras animã incolumem de corpore toto:
Ne prius ad iugulũ & supas accedere fauces:
Verum deficere in certa regione locatum:
Vt sensus alios in parti quenq; sua scit
Dissolui: q; si immortalis nostra foret mens
Non tam se moriens dissolui conquereretur:
Sed magis ire foras: vestẽq; reliq̃re vt anguis
Gauderet: pręlõga senex aut cornua ceruus.
Deniq; cur animi nunq̃ mens: consiliumq;
Gignit̃ĩ capite aut pedib⁹ mãibusve sedimis
Sedibus: & certis regionib⁹ omnibus hęret:
Si non certa loca ad nascendũ reddita cuiq;
Sunt: & vbi quicq̃ possit durare creatum:
Atq; ita multimodis de totis artubus esse
Mẽbrorũ: vt nunq̃ existat prępostęrus ordo:
Vsq; adeo sequitur res rem: neq; flãma creari
Fluminib⁹ solitast: neq; in igni gignier algor.
Præterea si immortalis natura animaist:

exteriores. scriberẽ tamen foris hoc est q̃ fundamenta animæ foris erant in ipso videlicet exteriori corpore. Manant per artus. Sensus vitales euaporauerunt per singula membra corporis. Qui. Flexus.

❡ Atq; foramina. Anima cum reliquit putre corpus & tabidum tum primum per breuissimos meatus egreditur: & prius per totum corpus diuiditur q̃ emergat: & eremiget aera. hoc totum. atq; foramina, iũgo cum superiori: fũdamenta manant per artus atq; foramina.

(Multimodis.) Multimodis. Multipliciter. Et prius. Repete illud verbum vt noscere possis. Sibi. A propria natura. Distractam. Diuulsam: laceratam. Prolapsa. Progrediens. (Enare.) Enaret. Enataret, emergeret, vagaretur. dictum hoc quem admodum illud Virgilianum. Nare per æstatem liquidam suspexeris agmẽ. & in æneidos sexto. Gelidas enauit ad arctos. Quietiam. Intermori animã & labi vna cum corpore probatur his verbis: quoniam videm⁹ illam titubare ob aliquam ęgritudinem mutariq; vt vultus assolet: ita vt cætera membra nõ satis faciant officium suum. Vertitur. Dum errat circa fines vitę: & adhuc a morte non attingitur. hoc est. dum adhuc est coniuncta corpori.

Labefacta. Quassata: de sede mota. Quasi supremo. Aeque ac quispiam esset in confinio mortis. Voltus. Vultus. subintellige videtur. color natiuus humanæ faciei videtur lãguidior fieri ob ictum animæ: quem est ipsa perpessa. Mollia. Resoluta: flaccida. Cadere. Tanq̃ quispiam neruis careat. Quod genus. Simili morbo concutitur anima cũ quis (Paretos.) paretos est & animo defectus: cui membra cadunt velut nullis essent compagibus annexa. Animo malefactum. cum aliquid mali est obiectum animo. Tales dicuntur animo relinqui. hos græci, vt Plynius auctor (Lipopsychi.) est, λειπόψυχους vocãt. lipopsychia vel (Lipopsychia.) lipotimia animi defectio vocatur. græci παρέτευσ defectos appellant: & πάρεσιν defectionem: de qua Plautum in amphitryone intel(Lipotimia.)lexisse contenderim. Enimuero prægnanti oportet malum dari vt quod obrodat sit: ani(Paresis.)mo si male esse occeperit. Mendum est apud (Themistius mẽdo purgatus) Themistium latinitate donatum libro de somno & vigilia his verbis. Cum enim quis animo liquitur & iacet in mortuum: quod genus lyposiepsiam appellant. Scribatur lipopsychiam id est animæ defectionem. Cum perhiberet. Sincerior est lectio. cum perhibetur. genus morbi tale est cum dicitur malefactum esse animo: iuxta id Plautinum in amphi. aliquid obiectum est mala manu: id est venefica vel incantatrice: vnde maleficia magicæ vocantur artes. Animum liquisse. Vel talis morbus est ille cum dicimus animo linqui: & q; sensus corporei linquunt animam.

Trepidatur. Quando corpus intremit a viribus naturalibus destitutum. Vires. Animi potentiæ. Reprendere. Recolligere. Extremum vinculum. Nexum vltimũ quo compaginatur anima corpori: qd appellatur extremum quoniam vltimo loco nos destituit: vel q; postremũ est, cũ anima corpusq; separantur, qd resoluatur. Potestas.

Et sentire potest secreta a corpore nostro:
Quādo (vt opinor) eā faciēdū st sēsib9 auctā.
Nec ratione alia nosmet proponere nobis
Possum9: īfernas animas Acheronte vacare.

Omnis animę vis dissipatur. Collabescit. Collabuntur & decidūt. A labor verbo prima intenta fit labescere. a labo. as. prima correpta labascere. Vt grauior. Nec mirum est si extremum corporis vinculum paresi & lipotimia dissoluitur: causa enim huius morbi fortior ē & robustior corporeo glutine. Dissoluere. disijcere compagem corpoream. Quid dubitas. Resoluto corporeo vinculo minime dubitandum est animam relinqui intermortuā & imbecillam: quoniam quicquid habebat fulturæ & regiminis id habebat a corpore. Perdita. Cōquassato corpore in perditionem & in diuersum abiens anima. Imbecilla foras. Debilis ac sine viribus foras prorepēs. In aperto. Sub dio: in aere: in coeli tegmine perflatili. Tegmine dēpta. Spoliata carne: qua tegebatur: cuius corpus velamētum erat. Non omne possit. Scribe. non omne vt possit. nedum nudata corpora anima æternum perdurat sed nihilum superstes est. Minimum quoduis. Minimum quodlibet tempusculum. Nec sibi. Si immortalis est anima cur nemo valetudinarius illam sensit incolumē e corpore serpere? Incolumem. Incorruptum a dente temporis & mortalitatis. Ne prius. Scribo. nec prius. cur si emicat incolumis anima prius non ad iugulum q̄ ad fauces proserpit. Iugulum. Pars in collo anterior: per quā vox meat: dictus q̄ illic collo caput annectitur. Plynius libro vndecimo. Vni homini sunt duo iuguli dextrum & sinistrum. Letifer ille locus inquit Ouidius. vnde manauit verbum iugulare. Superas. Superiores. in vestibulo oris positas. Incerta. regione Duplex dictio incerta hoc est stata & decreta. Locatum. Situm: positum. melius est locatā scribere & ad animam referre. Quemq. Quemcunq. Singularem: hoc sensu. quicunq noui sensus alios dissolui: & quemq sciit dissolui in sua parte, hoc est in ea regiōe quam tenebat, intermoritur. Scit dissolui. Pro dissoluitur: poetarum more dat iudicium rebus iudicio carentibus. Q si immortalis. Quare si mens esset immortalis non conquereretur se a corpore reuelli: sed vt anguis cum vernatione senium deponens gauderet corpus amittere tegmen ærumnosum. cui Lucretianæ rationi sic occurritur si asserimus animam in discessu non conqueri veritam corruptelam sui: quoniam immortalis est: verum queritur, naturaliq desiderio tabescit: quoniam nexū sensilem relinquit: cuius vegetationis ipsa cum adesset corpori, causa fuit: non secus q̄ omnis causa effectum suum mori dolet. Lactantius. Nam quod ait: q si immortalis nostra foret mens Nō tam se moriens dissolui conquereretur. Sed magis ire foras: vestemq relinquere vt anguis. Et quidem nunq̄ vidi qui quereretur se morte dissolui. sed ille fortasse Epicuræum aliquem viderat, etiam dum moritur prophetātem ac de sua dissolutione in extremo spiritu disserentem. Quomodo sciri potest vtrum dissolui se sentiunt an corpore liberari: cum in exitu lingua mutescat? Nam dum sentit & loqui potest: nondum dissolutus est. vbi dissolutus est nec sentire iam nec loqui potest Ita queri de dissolutione sui nondum potest. aut iam non potest. At enim priusq̄ dissoluatur intelligit se dissolutum iri. Quid q videmus plerosq morientium nec dissolui conquerentes: vt ait: sed exire se & proficisci & ambulare testantes: idq aut gestu significant: aut si adhuc possunt etiā voce pronuntiant? vnde apparet non dissolutionem fieri: sed separationem: quæ declarat animam permanere.

Sed magis. Iunge cum verbo gauderet. Vestem. Exuuias & pellem veterem: quā vernationem Plynius appellat. Animæ mortalitas hinc noscitur: q conqueri videtur anima discedens: quæ gauderet si esset immortalis q vestem deponeret & extraheretur corpore tanq̄ carcere suo & ergastulo. Prælonga cornua. Cerui pressi senio gaudent abijcere cornua: quibus præpediuntur: super qua re Plynium audi. Cornua mares habent: soliq animalium omnibus annis statuto veris tempore amittūt: ideo sub ipa die q̄ maxime inuia petūt. Latent amissis velut inermes. Sed & ipsi bono suo inuidentes. Dextrū cornu negant inueniri ceu medicamento aliquo præditum: defodi ab his putant. Et his cum serpente pugna. Inuestigant cauernas: nariumq spiritu extrahūtur renitentes. proinde cecinit epigrammaticus poeta. Ceruinus gelidum sorbet sic halitus anguem. Sed quod pro Lucretio facit Vita ceruis in confesso longa: post centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis: quos Alexander magnus addiderat. Sed quoniam oblata est ansa agedum Horatianum nodum enodemus. Scribit Plynius de currente ceruo. Alias semper in fuga acquiescunt: stātesq respiciunt: cum prope ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes. hoc fit intestini dolore tam infirmi vt ictu leui rumpatur intus. At multiscius Horatius ad cerui naturam graphice respiciens inquit carminum libro primo. Quem tu ceruus vti vallis in altera Visum parte lupum graminis immemor Sublimi feries mollis anhelitu. appellauit enim sublimem anhelitum propter ceruum stantem & se, vt tutius circumspiciat: erigentem, insequentes lustrantem cum est delassatus in cursu in quo adquiescit: & cum prope ventum est fugæ præsidia repetit: qd fit ex intestini, vt narrauimus, infirmitate. Deniq. Superius docuit animi sedem stato loco positam puta in corde vel præiacentibus cordi: in qua dumtaxat regione moratur: multo magis igitur priuata corpore certa sua sede disperibit. In capite. Sentit animum potius inhabitare cor q̄ caput. Imis sedibus. Infimis sedibus cordis. cor enim imum vocabitur si capiti comparetur: quod tanq̄ arcem multi sensus inhabitant. Si non. Nisi q. Reddita. Destinata: attributa. Possit durare. Propriæ sedes attribuuntur animæ: quas colat: & in quibus commorari possit: nedum animæ propria loca decernuntur: quæ peculiariter incolat: sed creatis omnibus: in quibus sua natura vegetatur. Ita. Cum omnibus membris sedes sua destinata sit & attributa: nullus est membrorum ordo præposterus & inuersus. Multimodis. Infinitis: multiplicibus. De totis artubus. Ex ordine & numero omnium membrorum. Esse. Subintellige potest. Membrorum. Iunge cum sequentibus. Præposterus. Non rectus: non aptus: non concinnus. Ouidius. Omnia naturæ præpostera legibus ibunt. Sequitur res rem. Quæcunq res habent inuicem proprietatem quampiam: quam cum alijs non habent: vt flamma habens proprietatem cum calore non ex aqua gigni potest. Gignier. Gigni. Algor. Frigus. dicimus & algus. vnde legi apud Plautū pereo algu, fame, spe.

Præterea. Si aīa esset immortalis separata nō careret organis: & cū esset nudata sensibus, sensus tamen haberet. Eam faciundum est sensibus auctā. Quando opinari debēt animæ immortalitatem profitentes eam va-

Collabesco.
Labasco.
Iugulus.
Cur aīa discedēs queritur.
Nemo se mori qrit
Vernatio.
Cerui abijciūt cornua.
Serpētes a ceruis spū trahūtur.
Nod9 Horatianus enodatus
Præposterus.

cuam corpore sensibus esse prȩditam. Secreta. Seiuncta. Nec ratiōe alia. Nisi dixerimus animā nostrā claustris corporeis abeuntis liberā vagari & sortiri sensus: pati nō poterit inferorꝫ tormēta: quȩ si pati pōt, vt dicitis, sensus habere necesse ē. Proponere nobis. Ratiōi nīc ꝑfigere: & vt ita loquar, ꝑsupponere. Acherōte vacare. Pro acherōti vacare. tale illud Maronianū lib. ęne. vj. Et magno se corpore miscet ꝓ corpori: hoc est infernis tormētis affligi. dicimus eñ vaco huic rei pro hęc res me exercet: & habet me sibi vacantē & hȩrentem.

Pictores itaqꝫ: & scriptorum secla priora
Sic animas introduxerunt sensibus auctas.
At neqꝫ seorsū oculi: neqꝫ nares: nec man9 ipsi
Esse potest aīa: neqꝫ seorsū līgua: neqꝫ aures
Auditum per se possunt sentire: neqꝫ esse.
Et quoniam toto sentimus corpore inesse
Vitalem sēsū: & totum esse animale videm9:
Si subito medium celeri prȩsciderit ictu
Vis aliqua: vt seorsum partē secernat vtranqꝫ
Dispertita proculdubio quoqꝫ vis animai:
Et discissa simul cum corpore disiicietur.
At quod scinditur: & partē discedit in vllam:
Scilicet ȩthernam sibi naturā abnuit esse.
Falciferos mēorāt currus abscindere mēbra
Sȩpe ita de subito permista cȩde cadenteis
Vt tremere in terra videat ab artub9 id: qđ
Decidit abscissum: quando mēs atqꝫ hoīs vis
Mobilitate mali non quit sentire dolorem:
Et similis pugnȩ studio cui dedita mens est:
Corpore cū reliquo pugnā: cȩdesqꝫ petescat:
Nec tenet amissam lȩuam cū tegmine sȩpe
Inter equos abstraxe rotas: falcesqꝫ rapaces:
Nec cecidisse alius: dextrā cū scādit: & instat.
Inde alius conatur adempto surgere crure:
Cū digitos agitat ꝓpe iā moribūd9 humi pes:
Et caput abscissum: calido viuentēqꝫ trunco:
Seruat humi voltū vitalē: oculosqꝫ patenteis:
Donec relliquias animai reddidit omneis.
Quin etiam tibi si lingua vibrante minantis
Serpentis caudam procero corpore: vtrunqꝫ
Sit libitū in multas parteis discindere ferro:
Omnia iam seorsum cernes incisa recenti
Volnere tortari: & terram cōspergere tabo:
Ipsam seqꝫ retro partem petere ore priorem

¶ Pictores. Quibus etiā monstra licet fingere vel Horatio auctore. Pictoribus atqꝫ poetis Quidlibet audēdi semper fuit ȩqua potestas.

Animas introduxerunt. Hanc falsam opinionē prisca secula in vulgus adegerunt animas sensus habere: quod facilius persuaserūt ostendētes ob hāc solam causam inferna posse pati cruciamenta. Auctas. Prȩditas. At neqꝫ. Anima diuisa & auulsa a corpore non sentit: quod euidentissime cernimus in membris quȩ secreta a corpore ab internetione nō sunt immunia. Esse potest anima. Scribēdū. Esse potest animȩ. Auditum sentire. Exercere sensum auditus. Esse. Persistere in rerū natura. Totum. Compositum corpus per se aut anima non sentiunt. Sed nexus corporis & animȩ. Totū. Compositum constatumqꝫ ex anima & corpore. Animale. Vitali sensu prȩditum. Si subito. Cum primum. probare contendit animam esse mortalem.

Aiale.

Omne quod separatur in partes non est ȩthernum. Anima separatur in partes. ergo anima non est ȩtherna. minorem probo. Concedamus vt casu eueniat corpus homini dimidiatim subita vi diuidi: tunc necesse est ad diuisionem corporis anima diuidatur: quoniam est in particulis singulis corporis posita. Seorsum. ab inuicem. Disiicietur. In diuersas partes saliet. Medium. Corpus animale. Prȩsciderit. Prȩsecauerit: amputauerit. Secernat. Diuidat. Ouidius. Et liquidum spisso secreuit ab ȩthere coelum. Dispertita. Subintellige erit. vel iunge cum disiicietur. Discissa. In diuersum scissa. At quod. Sēsus est. illa pars animȩ quȩ amputato corpore amputatur: mortalis sit necesse est. In vllam. In aliquam. vel legatur in vnam hoc sensu: cum manus a corpore secernitur tunc anima quȩ vegetabat manum interit. Abnuit esse. Negat se habere naturam ȩthernam.

Falciferi currus.

Falciferos. Rationi addit exemplum: videmus quandoqꝫ currus solitos per confertissimos exercitus duci falcibus curruus prȩditos & armatos membra tam subito ictu lacerantibus: vt pars abscissa celeri ruina tremat: quȩ omnia docent animam diuidi in partes. De curribus falcatis ad lacerandos artus humanos inuentis post cȩteros meminit Liuius in bello Antiocheno. Cadentes. Quidam legunt cadentum: hoc est peditum morientium rapina falcium. Scribitur & calentes hoc est feruentes humano sanguine falciferi currus.

Ab artubus id quod decidit. Illa pars quȩ cadit a membris laceris & amputatis tremit.

Hominis vis. Facultas sensilis ex truci vulnere adeo membra stupefacit vt ictus nō sentiant illatos. Mobilitate. Scribo nobilitate hoc est insigni & excedente sensum vulnere. Nobile insigne vocatur: & est dictio media tam ad bonum sicut ad malum. Nobile aliquando notum significat. propterea nobilis locus clade dicitur a Liuio: vt nobilis scor-

Nobile.

Volneris ardenti: vt morsu p̃mat icta dolore.

tum. Similis pugnę. Mens hominis ardens in feruore pugnæ similisq; illi calori bellico, & in eũ tota transmutata membris priuata vt alio transfusa non sentiat. Corpore cum reliquo. Cũ cætera parte corporis: quæ sibi superfuit. Petescat. Frequenter petat & ardenter. Leuam. Sinistram. homo ardens & concitatus immo totus attonitus in stuporem pugnę, prælium init putans se habere sinistram manum: quæ a falciferis curribus cum clypeo abrepta cecidit. Nec tenet. Non discernit: nõ diiudicat. vnde Plautinus iocus. Si tenetis ducite ne disrumpamini. Tegmine. Pelta: clypeo: aut macula ferrea: qua manus cum lacerto tegebatur. Abstraxe. Abstraxisse. Nec cecidisse alius. subintellige tenet. Dextram scandit. prostratus assurgere conatur in dextram. Instat. Frequens est vt assurgat auxilio dextræ. Adempto. Mutilato. alius prostratus molitur exilire: nec tenet se factum esse monoscelon. i. vnicrurem. Prope iam moribundus. Morti fere propinquus quidam codices habent propere moribundus: qđ si placet dictionẽ propere iunge cũ verbo agitat. Et caput abscissum. Accidit sæpicule caput abscissum esse: in quo tamẽ truncus calidus est & viuidus. nedum in trunco: sed in capite vultus seruatur integer & oculi patentes. Scribit Aelius Sabinus, qđ prætermittendum non fuit, tantam pulchritudinem oris in filio Maximini fuisse: vt etiam caput eius iã morte nigrum, iam sordens, iam maceratum defluente tabo velut vmbra pulcherrimus videretur. Deniq; cum caput Maximini pilo circumferretur: & ex hoc ingens gaudium esset: prope par mœror erat: q̃ & filij caput pariter portaretur. Trunco. Truncus ramus arboris aliquando dicitur: aliquando corpus amputatum a capite vt in hoc loco. Et apud Virgilium in secundo. Iacet Ingens littore truncus: Auulsumq; humeris caput: & sine nomine corpus. Truncum demum vocamus omne quod est mutilum. Reddidit. Efflauit. Quinetiã: Probat ab exemplo caudæ viperinæ animam esse in partes diuisibilem: quoniam videlicet cum corpus serpẽtis amputatur cauda nihilominus torquetur: signum est igitur & in corpore serpentis truncato animam delituisse: & in ipsa cauda quæ mouetur. Ordo. si sit libitum tibi in multas partes ferro discindere caudam serpentis minantis vibrante lingua: omnia iam cernes & reliqua. Augustinũ in libello de animę quantitate dubium reddit in hac quidem harena exemplum vermiculi: cuius verba subtexenda duxi. loquitur Adeodatus filius. Nihil haberẽ fortasse nisi recordarer quantum pueri mirari soleremus palpitantes lacertorum caudas amputatas a cætero corpore: quẽ motũ sine anima fieri nullo modo mihi persuadere possum: neq; quo pacto fiat vt nullum sit animæ spatium quando pręcidi etiam corpore potest intelligo. Suscipit Augustinus. Possem respõdere aerem & ignem: quæ duo per animæ presentiam tenẽtur in corpore terreno & humido: vt omnium quatuor fiat temperatio: dũ post eiusdem animę abscessum ad superna euadunt ac sese expediũt, mouere illa corpuscula tanto concitatius quanto plagæ recẽtiores subito erumpũt. Deinde porro motum languescere: postremo desinere dum minus minusq; fit qđ effugit ac deinde totũ euolat. Sed ab hoc me reuocat qđ his hausi oculis pene serius q̃ credi potest: sed certe non serius q̃ deberẽ. Cum enim nuper in agro essemus Liguriæ: nostri illi adolescentes, quia tunc mecũ erant studiorum suorum gratia, animaduerterunt humi iacentes in opaco illo reptantem bestiolam multipedem: longum dico quendam vermiculum: vulgo notus est: hoc tamen quod dicã nunq̃ in eo expertus eram. verso nãq; stilo quẽ forte habebat vnus illorum: animal medium percussit. Tũ ambæ partes corporis ab illo vulnere in contraria discesserunt tanta pedum celeritate ac nihilo imbecilliore nisu quasi duo huiusmodi animantia forent. quo miraculo exterriti causæq; curiosi ad nos alacriter viuentia frusta illa detulerunt: neq; nos parum commoti ea currere in tabula quaquauersum poterant cernebamus: atq; vno ipsorum stilo tacto contorquebat se ad doloris locum nihil sentiente alio ac suos alibi motus peragente. Quid plura? Tentauimus quatenus id valeret atq; vermiculũ immo iam vermiculos in multas partes concidimus: ita omnes mouebantur vt nisi a nobis illud factum esset & compararent vulnera recentia, totidem illos separatim natos ac sibi quemq; vixisse crederemus. Paulopost subdit idem Augustin⁹. Si maxime causa lateat cur in cõcisione quorundã corporum illa cõtingat vno non cõtinuo nos hoc ita perturbari oportere: vt tam multa quæ superius luce clariora tibi visa sunt falsa esse arbitremur. Fieri enim potest vt huius rei causa nos lateat quæ vel humanæ naturæ occultata est: vel sit alicui homini cognita: nec iste a nobis interrogari possit: aut etiã hoc ingenio simus vt satisfacere nobis interrogatus non possit. Num quidnam ex eo quicquid ex contraria parte firmissimum didicimus ac verissimum esse cõfitemur: labi nobis atq; extorqueri decet? At qui si illa maneant integra: quæ interrogatus certa & indubia esse respondisti: nihil est q̃ istum vermiculum pueriliter, metuamus q̃q̃ viuacitatis & numerositatis eius causam non valeamus afferre. hunc vermiculum Plynius millepedam vocat. Albertus libro quarto de animalibus vocat multipedem & quadraginta quatuor: quem sectum precipue in loco succinctorij siue diaphragmatis partiliter viuere prodit: & præcipue hoc fieri quando caput non secundum se: sed cum parte corporis quæ est in loco pectoris, amputatur: quia tunc retinetur spiritus vitalis calore cordis. Sin autem caput solum amputetur, statim & residua pars moritur. Lingua vibrante. Lingua se frequenter exerente: qđ tanta celeritate fit ab angui vt credatur esse trilinguis & bilinguis vnde Plautus inquit. Fac me pro serpentem bestiam duplicem vt habeam linguam. Maro. Linguis micat ore trisulcis.

Minanti. Scribe minantis & iunge cum dictione serpentis. Procero. Longo. subintelligenda est copulatiua. Vtrũq;. Quẽcunq; nodum caudę serpẽtinæ. Seorsum. Seiuncta membra serpentis mouebuntur. Recenti vulnere. Recenter & nuper illato. Incisa. Prisci codices habent ancisa id est vndiq; cęsa. Tortari. Frequẽter torqueri: in spiras gyrosq; complicari & in orbes volutari. Ab hoc prisco verbo vernacula simplicitas equos succussatores, quoniam torquentes & vni modo gradu non incedentes exasperant insessorem, tortores appellat. Quidam codices habent vulnere tornari: cui lectioni si applaudis tornari expone in orbem & gyrum similem toruo conuolui. Tortari tamen pro torqueri dicebatur. Pomponius Bononiensis. Vbi insilui in cocleatum equuleum: ibi tollutim tortori. sed ibi legendum erat clodeatum pro claudo quam vocẽ in Marcello reperies. Tabo. Sanioso venenatoq; sanguine effluente. Ipsam. Et cernes ipsam serpentem ore dentibusq; appetere & inuadere priorem partem vulneris. Ardenti. Ore ad vindictam exasperato: concitato.

Morsu premat. Appetit dentibus mordicusq; suam sibi caudam lędit. Immo auctore Augustino, separata illa frustella idem factitant & pressa torquentur.

Petesco.
Tenere ambiguũ
Monoscelos.
Vnicruris
Os filij Maximini etiam mortuũ pulchrũ.
Truncus
De cauda viperæ
Lacertorũ caudæ palpitantes.
Multipes bestiola.
Millepeda.
Quadraginta quatuor
Diaphragma succinctorium.
Lingua serpẽtis.
Ancisa.
Succussatores equi.
Tortores
Tortari.
Clodeatũ equum in Põponio lego.

Omnibus esse igitur totas dicemus in illis
Particulis animas: at ea ratione sequetur
Vnã animãtẽ aïas habuisse in corpe multas.
Ergo diuisast ea: quæ fuit vna simul cum
Corpe: quapropter mortale vtrũq; putãdũst:
In multas quoniam parteis discinditur æque.
Præterea si immortalis natura animai
Cõstat: & in corpus nascentibus insinuatur:
Cur sup ante actã ætatẽ meminisse neqmus
Interiisse: & quę nunc est: nunc esse creatã?
Nec vestigia gestarum rerum' vlla tenemus?
Nam si tantopere animist vitiata potestas:
Omniũ vt actarũ exciderit retinentia rerũ:
Non (vt opinor) id ab leto iã longius errat.
Quapropter fateare necessest quę fuit ante
Interiisse: & quę nunc est: nunc esse creatam.
Præterea si iam perfecto corpore nobis
Inferri solitast animi viuata potestas
Tũ cũ gignimur: & vitę cum lumen inimus:
Haud ita cõueniebat: vti cum corpore: & vna
Cũ mẽbris videatur in ipso sanguine cresse:
Sed velut in cauea per se sibi viuere solam
Cõuenit: vt sensu corpus tamẽ affluat omne.
Quare etiã atq; etiã neq; originis eẽ putãdũst
Experteis animas: nec leti lege solutas.
Nã neq; tantope adnecti potuisse putandũst
Corporibus nostris extrinsecus insinuatas:
Quod fieri totum cõtra manifesta docet res.
Nãq; ita cõnexæ per venas: viscera: neruos:
Ossaq;: vti dentes quoq; sensu participentur:
Morbus vt indicat: & gelidai stringor aquai:
Et lapis oppressus subitis e frugibus asper.
Nec tam contextæ cum sint: exire videntur
Incolumes posse: & solas exoluere se se
Omnibus e neruis: atq; ossibus: articulisq;.
Qz si forte putas extrinsecus insinuatam
Permanare animã nobis per membra solere:

¶ Omnibus. Aut dicendum erit in singulis particulis membrorum singulam animam inesse: quod præposterum est. aut, quod ex veritate philosophica depromptum est, debemus asserere animam per totum corpus esse dispersam: & in partes diuisibilem: q; si diuisibilis est: necessario mortalis erit. Particulis. Membrorum frustellis auulsis: in quibus dicendum quidem est totam inesse animam: quoniam auctore Aristotele anima est tota in toto & tota in qualibet parte. sed cum manus separatur eadem se retrahit ad reliqua membra fouenda: vt in argento viuo liquet: & id quod palpitat dicitur a nonnullis esse quędã viuacitas & humor spiritalis, & humidum vt dicitur radicale: quod nondum exhalauit.

Sequetur. Concludetur: erit consequens. Vnã animantem. Vnum animal. Multas. qđ patet ex membris seorsum abscissis. Diuisa. Seiuncta fuit igitur a reliquo corpore illa anima moriens in moribundis artubus seiunctis. Vtrũq;. Et corpus & anima. Discinditur. In diuersum scinditur atq; diuiditur non secus ac corpus. Præterea. Alia ratio astruens humanã animam esse mortalem. Si concedis inquit aïam esse immortalẽ cur nõ dicendum est illam tanq̃ q̃ semper fuerit habere memoriã rerũ oïm: q; si per ortũ vitiata est animę potestas: concedere necessario debes vitã esse mortẽ. hoc argumentũ Platonem impugnat: qui dixit animã diuinitus impressũ moli corporeę obliuisci omniũ sciẽtiarũ: quas prius tenebat: vnde corp' σῶμα dici tanq̃ σῆμα hoc est sepulcrũ: quo inumbrata & infuscata obliuiscitur oïm: si quid demũ labore & exercitio capit, nõ discit: sed reminiscitur. in quẽ inuehitur libro posteriorum primo philosoph': qui nostrũ ingeniũ albũ quoddã asserit nõ pictũ: sed omnibus obuiũ picturis: qđ agraphon dicitur. Ab ea dictione σῶμα Plato in Phedone philosomatõ vocat malũ philosophię imitatorem: qua dictione corporis amator nõ sapientiæ significatur. Qui enim ventrẽ corpusq; curat expedite philosophari nõ potest. Impedimenta pene innumerabilia corpus p̃bet: vt inquit idem Plato, propter necessariã eius alimoniam. Præterea morbi nobis hinc incidentes inuestigationem veritatis impediunt: amoribus, cupiditatibus, timoribus, multiplicibusq; imaginibus. Insinuatur. Infunditur a deo: quã verissimam opinionem theologi nostri sequuntur. Ante actam ętatem. Cur non habemus in memoria quæ fuerũt.

Interiisse. Cur non reminiscitur anteactam ætatem euanuisse: & præsentem nunc esse creatam. Vestigia. Præteritarum rerum nec quidem minimam tenemus vmbram aut indaginem: sed si immortalis esset anima cuncta teneret. Nam si tantopere. Qz si iuxta Plaonem respondebis animam quidem habuisse cognitionem omnium rerum: verum in hoc corpore tanq̃ in cœno gemma lucidissima inuoluta, vires proprias amittit: colligam vitam esse mortem: quod non inficias it Xenocrates. Animist. Scribendum. Est animi. Vitiata. Infecta: cum hoc corpus tanq̃ carcerem occupauit. proinde a Maro:

Soma corpus.

Ingeniũ nostrũ album.

Agraphon.

Philosomatos.

Corpus impedit.

Tanto quæq; magis cũ corpore fuſa peribit.
Qđ permanat eñ:diſſoluitur: interit ergo.
Diſpertitur eñ per caulas corporis omneis.
Vt cib9in mẽbra:atq; artus cũ didit̃ omneis
Diſperit:atq; aliã naturã ſufficit ex ſe:
Sic anima:atq; animus q̃uis integra recẽs in
Corpus eunt:tamen in manando diſſoluunt̃:
Dum quaſi per caulas omneis didunt̃ in art9
Particulæ:quibus hęc animi natura creatur:
Quæ nunc in noſtro dominat̃ corpore nata
Ex illa:quæ tunc peritat̃ partita per artus.
Quapropter neq; natali priuata videtur
Eſſe die natura animæ:nec funeris expers.

ne dictum. Clauſę tenebris & carcere cęco.

Exciderit. In obliuionẽ abierit. Excidit nomẽ inquit epigrãmatiſta, pro eo qđ ẽ obliuio mihi irrepſit in nomine. Retinẽtia. Nomen eſt primæ inflectionis pro tenacitate & memoria capit̃. Id. Amiſiſſe retinẽtiã oim rerũ ideo q; natus ſis. Ab leto. Ab morte.

Exc1do.
Retinẽtia.

Longius errat. Hoc nõ multũ diſtat a morte. Sunt qui longiter ſcribunt in eodẽ ſignificatu. Quapropter. Hac ratione pſuaſus dicas neceſſe eſt aiam p ſemen imprimi de nouo:& illã q̃ fuit añ interiſſe. Quæ nunc eſt. Animã q̃ nũc pręſenti aſſiſtẽtia corpora noſtra vegetat. Præterea. oſtendit non poſſe deforis animũ imprimi corpori. Perfecto corpore. Si nõ cõnaſcitur corpori per traducẽ:ſed venit deforis cũ corpus pfectũ fuit.

Inferri. Poſt corpus abſolutũ imprimi. Viuata. Per ſe vitã habẽs ſine corpe,immo ſua pſentia vitã afferẽs corpi vt forma. Lumẽ inimus. Cũ vitã ſalutamus: & cũ hãc lucem auſpicamur. Haud ita conueniebat. Si aia nõ eſt de pprietate hois: ſed p traducẽ infunditur aut alia via: colligo eã nõ habere aliquã operationẽ cũ corpore: ſed tanq̃ forinſec9 veniens viuet in eo tanq̃ in cauea. Vti cũ corpore. Non videt̃ eſſe cõgruũ vt aia ſit in ſanguine ſi deforis venit verum dicendũ erit illam eſſe quidẽ in corpore vt pica in cauea: & gladius in vagina. Cum membris. Si deforis inſinuat̃ ais corpori coſequẽs eſt vt corpori inſit ab eo ſeparata. Creſſe. Creuiſſe. In cauea. Carcere. p prie cauea ſecluſoriũ vimineũ ẽ: in quo aues peculiariter amœne canẽtes alũtur. Martialis. Ponit̃ i cauea mortua pica mihi. ſignificat & theatri cõſeſſum. Senſus corpus affluat. vt ois ſenſus ſit in corpore nõ in animo.

Viuata.
Creſſe.
Cauea.

Quare etiã. Quãobrẽ concedere debemus nõ omnino nõ mori aias: & nõ eſſe ſolutas ab origine: hoc eſt aſſeramus illas habuiſſe principiũ. Expertes originis. Sine origine. Nec leti lege ſolutas. Immunes a fato quo cuncta corripiunt̃ animantia. Oia tpe marceſcere Simonides inquit. Nã neq;. Credere non poſſumus aiam deforis venientẽ tñ poſſe corpori necti & applicari vt ſine pernicie reuelli non poſſit. Extrinſec9 inſinuatas. Si deforis venirent aiæ & corporibus noſtris inſinuarent: non ſic hærenter ſe corporeæ moli glutinarent. Totum. Omnia in contrariũ cedũt: quinimmo hęrent & vix reuellunt̃. Dentes. Qui duriſſimę cũ ſint naturæ nõ ſunt ſine anima: qđ patet cũ quid obterimus durioris per imprudentiam. Morbus. Dentium dolor oſtendit ſenſum in dentibus eſſe. Nullum aũt oſſium, vt dicũt Galenus & Auicenna, præter dentes habẽt ſenſum. De dentibus aũt dicũt q; experimentũ demõſtrat habere ſenſum: & hoc ſagacitate naturæ factum. Dedit eñ eis ſenſum cum virtute ſenſus: q̃ a cerebro deſcẽdit: vbi ipi & inter calidũ & frigidũ diſcernãt. Dẽtes anteriores vocant̃ inciſores: pter quos, in quibuſdã paucis tñ hoibus, naſcunt̃ quattuor dẽtes: ita q; in extremitate cuiuſlibet mãdibulæ naſcit̃ vnus: & iſ ideo vocant̃ dentes ſapientiæ & intellectus eo q; vt frequentius naſcuntur in ętate intellectus q̃ eſt annorũ triginta. Inueniunt̃ tamen, vt ait Albertus, naſci a tẽpore quo ſpermatizare incipit homo vſq; ad tempus in quo ſtat crementum ſuum in diuerſis temporibus: & vidit Albertus vnum virum in ſenectute. lxxx. & amplius annorum cui nati ſunt. Stringor. Refricatio: leuiſcula percuſſio. a ſtringendo hoc eſt leuiter feriendo fit ſtringor. Cum aquam gelidam bibimus ferimur dẽtes leuiter.

Oia tẽpore marceſcũt.
Dentes nõ ſine anima.
Dentes ſenſiti.
Inciſores.
Sapiẽtiæ & intellectus dentes.
Aetas intellectus.
Octogenario dens natus.
Stringor.

Lapis. Dentes habere ſenſum animalem conijcere poſſumus ex oppreſſiuncula lapilli: qui in pane conuolutus dentibus occurrẽs illos acerbe ſtringit. Nec tamen contextæ. Cum ſint animæ ita ferruminatę vinctæ q; corpori non videntur ſine pernicie inde incolumes exire poſſe. Solas. Corrupto corpore ſolum interitus immunes. In quibuſdã codicibus legit̃ ſaluas hoc eſt incolumes intemeratas a dentibus corruptionis. Q; ſi forte putas. Pręterea nõ potes declinare aiam eſſe mortalẽ etiã ſi cõcedã illã deforis accedentẽ corpi iſinuari. qm̃ qđ infũdi põt diſſolui põt & cõſeqnter obire. Nã cũ eſca potuſq; p mẽbra nr̃a penetrãt: mutant̃: & naturã priſtinã interpollãt: alioqui nutrimentum nõ eſſet efficax. Permanare nobis. Implicari per membra noſtra.

Quoq;. Ois aiæ potentia. Fuſa. Inſinuata corpori. Qđ permanat. Quod infunditur & mẽbratim penetratur adeo mutat̃ vt propriã naturã deponat. Interit. Id qđ permanat ſi diſſoluit̃ interire neceſſe eſt. vel anima interit ergo cũ comparari poſſit rei in aliena mẽbra penetranti. Diſpartitur. Diuiditur. Per caulas. Per ſinus: traſennas: conceptacula. Diditur. Diuidit̃. Diſperit. Valde perit. Sufficit. Subminiſtrat: gignit. Cibus in aliam naturam tranſiens parat ſanguinẽ: ſemen: excrementa: alienamq; naturã induit a ppria deſiliẽs.

Integra. Non diminuta nec immutata. raro ſecũda intenta reperit̃ hæc dictio. huius exemplo Horatius inquit. Integrũ perdunt ſacco vitiata ſaporẽ. Diſſimile exemplũ eſt apud eundẽ. Ira graues inimicitias & funebre bellũ. ea vis eſt liquidæ. Recens. Subintelligenda eſt particula connectens. Manando. Dũ permanãt & tranſeũt per neruos: oſſa: ſanguinẽ. Diſſoluũtur. Quinq; ſyllabarum dictio poetice poſita. Vt apud Horatiũ. Aurarũ & ſiluæ metu. Diduntur. Diuiduntur. Nata ex illa. Similia illi: quæ poſt corpus interit in auras euaporans. Peritat. Perit. Plautus. qui per virtutem peritat non interit. Partita. In diuerſum lacerata: & ob hoc intermortua. Quapropter. Quare colligamus principium aiam ſortitam eſſe. Natali die. Habet anima ſuũ natalẽ diem: quo ſumpſit originem vna cũ corpore geminans. Funeris expers. Extra obit9 experientiam. Sicut enim naſcitur anima ſic etiam interit.

Integrum.
Funebre.
Perito.

Semina preterea linquuntur nec ne animai
Corpe in exanimo?q̃ si linquunt̃ & insunt:
Haud eritvt merito immortalis possit haberi
Partibus amissis:quoniã libata recessit.
Sinita synceris membris ablata profugit:
Vt nullas parteis in corpore liquerit ex se:
Vnde cadauere rancenti iam viuere vermes
Expirant?atq̃ vnde animantũ corpora tanta
Exos & exanguis tumidos perfluctuat artus?
Q̃ꝫ si forte animas extrinsecus insinuari
Vermibus:& priuas si corpore posse venire
Credis:nec reputas cur milia multa animarũ
Conueniãt:vnde vna recesserit:hoc tñ est:vt
Quęrendũ videat̃:& in discrimen agendum:
Vtrum tandẽ animę venentur semina quæq̃
Vermiculorũ:ipsæq̃ sibi fabricent̃ vbi sint:
An quasi corporibus perfectis insinuentur.
At neq̃:cur faciant ipæ:quare ve laborent:
Dicere suppeditãt: neq̃ eñ sine corpe cũ sũt
Sollicite euolitant morbis:algoq̃:fameq̃.
Corpus eñ magis his vitiis:& sine laborat:
Et mala multa animus contagia fungitur ei9.
Sed tamẽ his esto q̃uis facere vtile corpus
Cum subeant:at qua possint via nulla videt̃.
Haud igitur faciunt aię sibi corpora & artus:
Nec tamẽ est:vt qui cũ perfectis insinuentur
Corporibus:neq̃ eñ poterunt subtiliter esse
Connexæ:neq̃ consensu contagia fient.
Deniq̃ cur acris violentia triste leonum
Seminiũ sequit̃:vulpes dolus:& fuga ceruis
A patribus dat̃:& patrius pauor incitat art9:
Et iam cętera de genere hoc cur oĩa membris
Ex ineunte æuo generascunt:ingenioq̃:
Si non certa suo quia semine seminioq̃
Vis animi pariter crescit cum corpore quoq̃.
Q̃ꝫ si immortalis foret:& mutare soleret
Corpora:permistis animãtes morib9essent.

Semia. Aliud argumẽtũ idẽ pbare nitẽs.
peto a te nunquid in exanimi corpore aliqua
aiæ semia relinquunt̃? Si relinqui dixeris ha-
bebo animã esse mortalẽ. q̃m partes aliquas
amiserit:& diminuta deintegrataq̃ recesse
rit. Sin totam abijsse dices: petã vnde in cor-
pore putrido tanta vermiũ copia pruriat: cũ
cadauer oĩbus seminib9 animandi priuatum
animalia aĩa ꝑdita gignere nõ debeat. Lin-
quũtur nec ne. Subintellige responde. In-
sunt. Relinquunt̃ in penitis cadaueris parti-
b9: nõ erit immortalis: quippe cũ in corpore
subsederit. Libata. A corpe temerata & ex-
hausta: in cuius sinib9 virtutẽ gignendi relin-
quit. Sinceris mẽbris. Nõ ꝑfloratis partib9
suis. Ablata. Educta e corpe. Vñ. Q̃uo
cãm esse dices si nihilo tabido corpori subsi-
tit aiæ q̃ vermes ex eo cateruatim scaturiũt.
Rancens. Rancenti. Rancido, tabido, fetutio. a ver-
Rancor. bo rãceo vñ rancor: q̃ voce Palladius vtitur.
Rãcidulũ. reperit̃ rãcidũ & rãcidulũ. Satyrus. nulla vn-
q̃ obsonia fiũt rãcidula. Viuere expirant. vi
tã expirãt ac efflant hoc est viuũt. metapho-
ra a maiorib9 animantib9. Sunt q scribũt. vñ
cadauere iãq̃ recẽti viuere vermes spirantes.
non displicet dictio rãcenti q̃m nõ queũt ani
malia suboriri talia nisi corpore in putredinẽ
resoluto: qđ est in cã vt vermiculi ex cadaue
Exos. re ꝑserpant. Exos. Sine ossibus. vermiũ &
tinearũ periphrasis. Apuleius lib. j. de asino
aureo. Inq̃ flexib9 tortuosis eneruã & exos-
sem saltationẽ explicat cũ omniũ qui adera-
mus admiratione. Exanguis. Insecta hoc
est annulata & id genus sanguinẽ nõ habent.
sed humorẽ proximũ sanguini. Tumidos.
Sanie cadaueris pastos & sagiatos. Perflu
ctuat. Flectit: inũdat vt poetæ in osceno car
mine fluctuans lumbus. Non enim spinam
vermes habent qua flexus illi multi nodi re-
tardentur. Vel perfluctuat figurate dictum ꝑ
fluctuat per. Q̃ꝫ si forte. Si respondes aĩas
vermibus infundi ex exteriori causa. Ex
trinsecus. A causa extera non ab anima: quę
ibi resederit. Insinuari. Infundi: imprimi.
Priuum. Et priuas. Singulas. Priuũ antiqui singu-
lũ vocant vñ priuilegia: & res priuatæ q̃ non
sunt publicæ. Si corpore. Si in corpore ali
unde veniũt aię puta a sole aut putrefactiõe.
legit̃ alibi in corpora eodẽ sensu. Animaq̃.
Vermiculorũ animatorũ ex corpore scaturi-
entiũ. Cõueniant. Cõfluant in corpus illud:
qđ rationalis anima destituit. Vnde. A quo
cadauere. Hoc tñ est. Hoc tñ supest vt cre-
damus. In discrimẽ agendũ. Hoc est con-
tentionẽ ducendũ est vtrum animę vermicu
lorũ animam sibi venentur & negocient̃: an
in cadauere: an a calore vel putrefactione: &
quoniã lis adhuc est sub iudice dicere debe-
mus illos a cadauere vitalem sumere spiritũ.
Venentur semina quæq̃ vermiculorum.
Quęrendũ duco an vna quæq̃ anima fabri-
cet̃ vermiculi corpus: & immigret corpori ꝑ
fecto? non dicẽdũ est immortales animas ta
bidis immigrare corpusculis. Venari semina
corporũ aut vermium dici possunt animę: q̃
nil queunt sine corporibus vermiculorum:
qui vegetant animam. Ipsæ. Animæ ver-

miculorum. Fabricent. Astruāt corpora tabida & caduca. Vbi sint. Illa corpora: in quib⁹ viuāt. Insinuētur. Immigrent in corpa vermiū pparata pstrataq; anq̄ aiæ migrarent in cadauer. At neq;. Preterea si aiæ nō na scunt cū corpe: neq; sunt de pprietate corpis: cur morbo, fame, frigore afficiunt. cū nō debeāt patiēte corpe, si de eius essentia nō sunt, pati. Faciāt. Nō pnt isti dicere cur aiæ exeant in opationes cū dixerint illas nō esse de corporis essentia. Quare. Cur laborāte corpe laboret aia. Neq; suppeditāt dicere. Non suppetūt verba illi vt dicat. Euolitāt morbis. Effugiūt morbos & pturbatiões hmōi reliquas. Corpus em̄. Cū pturbationibus quibusdā fluctuat aia cōtagiōe corporis id euenire cōcedat. Vitijs. Passionib⁹. Fine. Cōfinio & contagio. cū aia confini corporis noxa tabescat, id patit qm̄ est iuncta corpori: nō aūt ex ppria eius natura qua cælestis est.

Alij suppeditat legūt.

Contagia. Morbos cōfini noxa tangentes & inficientes aiam: vnū illud. Cōtagia vites. Hæc etiā pecori dāna nocere solent. Contagiū Naso trāsitionē appellat ita canēs. Multaq; corporib⁹ transitione manēt. hoc quadā periphrasi circūloquit poeta satyrographus. Vuaq; cōspecta liuore ducit ab vua. Fungit. Defungit: perpetit: tolerat. Cū accusatiuo profert hoc verbū Lucretius exemplo Terentiano in adelphis. Aeschinus tuus neq; boni neq; liberalis functus est officiū viri. Plautinū id quis ignorat? Parasitus octo hoim mun⁹ facile fungitur.

Contagia. Transitio. Fungor cū actō.

Eius. Corporis. Esto. Sit. Concedētis aduerbium grecū. Ponamus corpus vtilitatē maximā & nobilitatē ab his animis petere: tm̄ viā nō reperio quo pacto extrinsec⁹ irrepāt corpori. Facere. Cū videam⁹ animas afferre vtilitatē corpori sine quibus mutilum, debile, nihiliq; esset. Subintellige. videamus cognoscat vl tale quidpiā. Cū subeant. Cū corpori accedant illæ aiæ. At. Sed. cū cōstet aias vtilitatē corporibus afferre quia reddunt illa viua & vegetata. sed quonā pacto id faciāt nō video. Via nulla videt. Nō discernitur a me aliquis modus: rationē nō comperio cur nobilitare corpus aiæ possint aduentu externo. Haud igit. Cōcludit aias sibi nō adstruere corpora: nec perfectis corporib⁹ accedere: supest igit vt per traducē insinuētur. Nec tamē est. Non superent dicendū. Vt qui cū. In priscis exemplaribus quasi cur. ostēdit nō posse perfectis corporibus aias insinuari: qm̄ nō erūt cōnexæ corpori: cui cū cōnexæ nō sint non consentient corpori ad excipiēda contagia sua. Quasi cur. idē est qd̄ quasi q̄. Perfectis. Post perfecta & absoluta corpora. Insinuentur corporibus. Immigrent in corpora. Neq; em̄. Si animæ perfectis corporibus insinuarentur non cohęrerent corpori textu tenuissimo: sed inessent nullo vinculo inenodabili vt aqua modio. Consensu. Sympathia: reciprocatione: cū aio dolente corpus consentit: & corpore affecto anim⁹ afficit. Cōtagia. Trāsitus ab vno in aliud. Deniq; cur acris. Declarat ab exēplo oportere aiam innatā esse cū semine. Videmus em̄ hoc liquidius in quadrupedibus pcipue in leonib⁹: qui oēs violēti sunt: vulpes dolosæ: cerui fugaces: & ita in cæteris: causa est q̄ a patrib⁹ hæc dant. Qd̄ ni foret mistis moribus pgignerent animalia & pene confusis: columbæ insequerent accipitres: cerui, canes: agnę, lupos. Propterea Maro significare volēs innatū esse & ingenitū vt formositatē quicunq; desideret: & nos trahat vt illā pfloremus: & illi peculiariter addicti simus: vt domestico obiecto animū inuitante: vt igniculū nos pędari contēdam⁹: alias vero susq; deq; faciamus pdas: sic erudite cecinit in buccolico ludicro. Torua leęna lupū sequit: lupus ipe capellā. Florētē cithysum sequit lasciua capella. Te corydon O Alexi. trahit sua quęq; voluptas.

Locus Virgilij.

Triste seminiū. Semē genitale austerū & horridū: qd̄ grace sperma. de quo hęc magn⁹ Albert⁹ libro de animalib⁹ tertio. Sperma est supfluū qd̄ separat a quarta digestione q̄n tā celebrata in venis tertia digestione humor distillare incipit a venis in mēbra: & tn̄ est coagulatus & assimulatus & vnitus membro particulari. Idē inferi⁹ inquit. Hippocrates aūt Cous sperma omne dixit a capite descēdere per duas venas: quas spermaticas vocauit: & sūt post aures cōtinuatæ cū vasculo memorię, quā nucā vocāt, in superiori parte cōiunctionis capitis & colli: & deinde perueniūt ad renes: & ideo delectatio coitus sentitur in renibus: & deinde perueniunt ad mentulæ canalē: & huius signum esse dixit q̄ quibusdā vulneratis in bello vsq; ad abscissionē harū venarū accidit sterilitas & amplius nō spermatizarunt. Galenus autē dixit se nescire vtrū hoc sit verū qd̄ dixit Hippocrates. sed qd̄ pbabilius de hac sententia dicit pōt esse q̄ sperma, qd̄ est supfluū quartę digestionis, exudat ab omnib⁹ mēbris & maxime a capite: & forte etiā in capite accipit decoctionē & fermentationē fieri ad hoc q̄ cōpleat citius: eo q̄ in capite sunt vires aiæ nobiliores. p spongiosam qualitatē aūt mēbrorū similiū descendit & attrahit a testiculis sicut a cucurbita ventosa attrahitur sanguis: & in testiculo albat: & accipit digestionē eā virtute formandi q̄ est a corde: & tunc completum est ad generationem.

Sperma. Venæ spermaticę post aures.

Addit idē Albertus libro quinto: sperma conueniens & bonū esse in tertij septenarij cōplemēto: tūc em̄ vt freq̄ntius stat lōgitudinis diameter: & corpus incipit spissari secundū diametros latitudinis & pfunditatis: & iō tūc sperma spissius & glādulosius efficit: & suus calor efficit calidior supflua in ipa exiccata humiditate: propter qd̄ cōuenietius est ad generādū. Paulopost ait idē. Homo masculus circa. xxx. annos habet semen perfecte maturū. Idem libro decimo sexto inquit. Est em̄ sperma substantia aquea butyrosa pinguis cōueniens in multis cū substantia olei: & est in ipo subtile: terreū sicut in pinguibus: vincens tamen in eis quę talia sunt est spirituale humidū aereū.

Spma bonū quando. Glādulosius sperma.

Chrysostomū audi in Matthaeū ita loquentē. Alij nanq; sunt fontes spermatis hominū: ac aliunde certe prumpunt. Quidā a cerebro, quidā a lūbis illū inquietissimū asilū pficisci cōtendūt. Ego vero nō aliunde dixerim q̄ a lasciuia mentis & cogitationis delectu. quippe modestia mentis facit vt naturales motus nulliū afferāt detrimentū. Lego apud Auerrhoem primo naturaliū: q̄ in spermate apud generationē hois nō cessant partes spermatis corrumpi: & partes hois fieri donec forma hois fuerit completa: & hoc est verū si forma recipit partitionē. Sin autē nō, illud necessario accidit in accidentibus pprijs formæ generatæ.

Asilum inquietissimū.

Vulpes dolus. Sequit. A patribus datur. Subita violentia aut dolus aut celeritas cū dētur a patribus verisimile est aiam p semen infundi. Patrius. Infusus a paterno semine. Cætera de genere hoc. Huiusmodi reliq̄. Ex ineūte æuo. A pricipio ętatis. Generascūt. generant. Ingenio. Natura: & insita aiali conditione. Ingeniū significat ingenitam qualitatē. Apuleius cum de sulphure loqueret. Vt est ingeniū hui⁹ metalli. Iurisconsulti vtunt hac voce. Seminio. Vi & proprietate q̄ p semen infunditur. plautina vox. Corpore quoq;. Corpore quocunq;. Propertius. Nam decimo admittor vix ego quoq; die. Plautus ex vno quoq; eijciā crepitum polentarium. Vis animi. Potentia crescit eadē, & inolescit animo q̄ fuit deforis insita. Immortalis. Redarguit palingenesian aut metempsychosin hoc ē regenerationem & transanimationem pythagoræ: qui dicebat animas transire e corporibus in corpora. hoc inquit poeta verisimile nō est. quoniam si hoc

Generasco. Ingenium. Quoq;. Metempsycosis.

esset verum, sequeretur q animalia dotes suas ingenita s non haberent. Lupus enim fugeret ouem: cum anima lupi mutari posset in ouibus.

Hircanus canis.

¶ Canis hircano de semie. Qui natus sit ex semine tigridis hircanae. eq namq in silua hircanica copiose pueniebant: vnde Maro. hircaneq admorunt vbera tigres. Legi Persas

Tigrides cani miscētur.

ad generationē praestantissimorū canū consueuisse canes catulientes hoc est coitū appetentes religare in siluis: quibus cum tigrides miscerētur, gignebāt canes acres maximeq pernices. hoc & Galli faciunt. canib' enim lu-

Lycisca.

pi superueniūt: vnde lyciscas gigni multi pdiderunt. Sententiae nostrae Plynius astipulatur lib. viij. naturalis historiae. E tigrib' eos indi volunt concipi: & ob id in siluis coit' tēpore alligant foeminas: primo & secūdo foetu nimis feroces putāt gigni: tertio demum

Seruius ptectus.

educant. hoc idē e lupis galli. vñ Seruius excusat: qui si Plynium de lyciscis loquentem allegat i ad haec verba respexit. q̄uis de voce lycisca tacuerit Plynius rē tamen aperuit. In Cyrenensi agro lupi cū canibus coeunt: & laconici canes ex vulpe & cane generāt. Author Aristoteles octauo de animalib'. Au-

Aura p ora

ras. Pro oras hoc est regiones. au em in o longum cedit: vt in ola aula, plostro plaustro & similibus apparet. Desiperent. Insanirent: cū homini tamē dos peculiaris sit sapientia: desipiētia brutorū. Secla. Greges, agmina, multitudines. Illud. Oppugnat metēpsychosin pythagoricā: de qua sic Hieronymus lib. ij. contra Iouinianū. Probabo nō Empedoclis nos dogma sectari: q ppter metēpsychosin hoc est trāsanimationē omne qd mouetur & viuit edendū non putat. Seruius lib. aeneidos sexto inquit Cenei fabulā ostendere Platonicū illud aīas p metēpsychosin sexum plerūq mutare. Flecti. A corpore humano deflecti desilireq ad ferarū corpus.

Qd mutat. Si aīa traijcit a corpore in corpus necesse est vt mutetur. ergo qui metēpsychosin ponit ait illam esse mortalē: quoniam concedit illā mutari. Traijciunt. Confirmatio rationis. Partes. Anima cū per partes suas transeat in suem ex homine: totaq non transeat: necessum est dicere illam mutari. q partiliter a corpore humano trāseat in ferinū corpus euidens est: quoniā cōcedemus in suem animae ceteras transire partes praeterq̄ intellectiuam: qua sol' homo dotatur. vel simpliciter intelligat q anima particulatim hoc est pars post partem secundis corporib' transmuatur. Ordine. Seriatim: altera post alteram. motus enim cum fiat in tpe fit successione partium. Per artus. Si migrat anima in nouum corpus ordine & partiliter: igitur articulatim hoc est particulariter dissolui poterit & consequēter interire. Deniq. Subintellige fieri pōt. Vna. Simul. Sin aias. Obiectioni taciteq respōdet. Si quis pythagoricorū dixerit animas hominū post morte transire in hoies: suū in sues: canum in canes: & sic de singulis: quero cur aia sapientis in corpus stulti desiliēs ipa fit stulta: cū prius sapiens esset cur aia prudētius in puerū desiliēs fit imprudēs. E sapiēti. Cur ex aia sapiēte fit stulta. Nec prudēs sit puer vllus. Preterea cum

Effugeret canis hircano de semine saepe
Cornigeri incursum cerui: tremeretq p auras
Aeris accipiter fugiens veniente columba:
Desiperent hoies: saperent fera secla ferarū.
Illud em̄ falsa fertur ratione: q aiunt
Immortalē aīam mutato corpore flecti:
Quod mutat em̄: dissoluitur: interit ergo.
Traiiciuntur em̄ partes: atq ordine migrant:
Quare dissolui quoq debēt posse per artus.
Deniq vt intereant vna cū corpore cunctae.
Sin animas hominū dicent in corpa semper
Ire humana: tamen quę res cur e sapienti
Stulta queat fieri: nec prudens sit puer vllus?
Nec tā doctus equę pullus: q̄ doct' equus sit?
Si non certa suo quia semine: seminioq
Vis animi pariter crescit cū corpore quoq?
Scilicet in tenero tenerascere corpe mentem
Confingent: quod si iam sit: fateare necessest
Mortalē esse aīam: quoniā natura per artus
Tantopere amittit vitam: sensumq priorem.
Quove modo poterit pariter cū corpe quoq
Confirmata cupitū aetatis tangere florem
Vis animi? nisi erit consors in origine prima?
Quid ve foras sibi vult mēbris exire senect'?
An metuit conclusa manere i corpore putri?
An domus aetatis spatio ne fessa vetusto
Obruat? at nō sunt iā immortali vlla pericla.
Deniq connubia ad veneris partusq ferarū
Esse animas praesto: deridiculū esse videtur:
Et spectare immortaleis mortalia membra:
Innumero numero certareq eas pperanter
Inter se quę prima: potissimaq insinuetur.
Si non forte ita sunt animarū foedera pacta:
Vt quę prima volans aduenerit: insinuetur
Prima: neq inter se contendāt viribus hilum.
Deniq in aethere nō arbor: nō aequore in alto

Nubes esse queūt: nec pisces viuere in aruis:
Nec cruor in lignis: nec saxis succus inesse.
Certū ac dispositū st vbi quicq̃ crescat & insit.
Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola: neq; a neruis & sanguine longius esse.

puer habeat per transanimationē pythagoricā in suū corpua infusam aiam sapientis cur nō sit sapiēs? Equi pullus. Equule⁹. hippotelas hos teneriores equulos gręci vocāt. Equus, vt inquit Magnus Albert⁹ libro de animalibus vigesimo secūdo, dicit̃ ab æqualitate siue paritate: eo ꝙ pares antiquitus curribus iungebant̃. Si non. Nisi ꝙ. Serta. Stata: particularis potestas: q̃ minime cæteris participat. Scilicet. Si respōdentes obiectioni ꝓpositæ pythagorici dicent immortalē quidē esse animā: quā minime mutari rere etiā si corpora mutet: sed in diuersis corporib⁹ alios atq; alios mores induere: vt in puero induit puerilē naturā: in sene senilem: vt cera verbi gratia ad diuersos annulos signatorios diuersam induit faciē: minime tñ in totū mutat̃. Idē accidere aiæ pythagoricus sentit. Respōdet Lucretius nihilomin⁹ interire ipam: & hoc euenire qm̄ mutata per artus tantopere amittit vitā sensumq; priorē. Augustinus libro de quantitate aiæ respōdet Lucretianis his argumentis: qui inquit animā nō decrescere cū obliuiscimur: nec crescere cū recordamur. cū dicimus animā minui dediscendo translato verbo rem monstramus. tantum illud cauendū est ne quasi spatium loci magis occupare videat̃ dū dicit̃ crescere: sed maiorem quandā vim pariter q̃ imperitior habere ad agendum. an imperita sit rerū oim & bruta anima: quā in puero recens nato inspicimus: ibidē Augustinum lege quęstionē soluētem. Tenerascere. Teneriorē & puerilιorē fieri. Potest videri Plato libro de regno Lucretio concinere si verba duntaxat quispiā ventilarit. Et quib⁹ (inquit) genæ barbatæ prius erant: iam barba deposita in priorē speciē restituuntur: pubescentiū quoq; corpora pilis positis mollescūt: sensimq; singulis diebus & noctib⁹ decrescentia in puelli naturā redeunt: atq; in his tā animæ q̃ corpora habitum subeūt puerorum. Quod si iam sit. Qd si detur. Quoniam natura. Corrige. quoniam mutata. Sensumq; priorem. Qui sensus cum sint partes animæ: & eos anima mutet: necesse est dicere illam mori morte qua pōt. Quoue modo. Non video quo modo sentiant animam flecti a corpore: nec ab eo imprimi facultatem & mores. Quoq;. Quocunq;. Florem. Fastigiū & finem crescendi: ad qd̄ suapte sponte feruntur omnes. Consors. Coniuncta & vnita: eiusdē essentiæ & naturæ paris cū homine. Quid ve foras. Probat itē aiam esse mortalē. Si anima esset immortalis aduenıente senio non cuperet effugere. quoniā neq; seniū neq; morbus rei immortali nocent. Exire. Subintellige cupiens vel satagens. Senectus. Non desunt qui senectis scribunt tanq̃ a priscis diceret̃: Senectus senecta, um. vt ætate senecta. An metuit. Subintellige minime. Domus. Corpus animę vagina: vel est metaphora a corpore deducta. At non sunt. Sed anima timere nulla pericula pōt quis corpus tabescat. quoniā qd̄ immortale est carnē sentire non potest. Pericula. Non potest subire interitus aleā res immortalis. Denīq;. Sed vt vno verbo me expediā maxime dissentaneū est coalescere & coniungi naturam caducā cū immortali: cū his duob⁹ nihil sit magis dispar. preterea, de quo nūc agitur, esset ridiculū putare cum coeunt animātia aiam esse presto: quę ilico post stata seminis tempora transmigrēt i corpus: siue de hominib⁹ siue de feris agatur. Cęterū pia religio in hoc a Lucretio nō discrepat: asserens corpori ferarū animas fundi mortales. Soli vero homini immortales ad nutum dei insinuari non per traducē & vim seminatiuam: sed deforis accidere: hoc est cælitus: nec absonū est hoc a deo curari tanq̃ in rerū natura pulcherrimū munus. Hallucinari pythagoricæ sectæ dogmatistas quis non videt/ q brutorū perpetuas tradiderūt animas. Nulla eñ operatio sensitiuæ partis esse sine corpore pōt: in animab⁹ aūt brutorū nō est inuenire aliquā operationē superiorē operationib⁹ sensitiuę partis. non eñ intelligūt neq; ratiocinant̃: qd̄ ex hoc apparet quia oia animalia eiusdē speciei similiter operant̃ quasi a natura motæ & nō ex arte opationis. Ois eñ hirundo similiter facit nidū: & ois aranea similiter telā. nulla est igit̃ opatio aiæ brutorū: q̃ possit esse sine corpore. cū igit̃ oia substantia aliquā opationē habeat: nō poterit aia bruti absq; corpore esse: ergo pereunte corpore perit. Itē omnis forma separata a materia est intellecta in actu: sic eñ intellectus agens facit species intelligibiles actu inquantū abstrahit eas. sed si aia bruti manet corrupto corpore: erit forma separata a materia: ergo erit forma intellecta in actu: sed in separatis a materia idem est intelligens & intellectū: vt Aristoteles dicit in tertio de aia: ergo aia bruti si post corpus manet, erit intellectualis: quod est impossibile. huic astipulatur Aristoteles libro de anima secundo: qui ait ꝙ intellectiua pars aiæ separat̃ ab alijs sicut incorruptibile a corruptibili. Ex his excludit̃ opinio Platonis: q posuit etiā brutorū aias esse immortales. Cōnubia ad veneris. Ad coitū: venereāq; copulā. Esse p̄sto. Prestolari: manere in procinctu vt exceptēt horam conceptus qua insinuentur in corpus. & sentētia Pythagorę vana videt̃: qui cēset etiā feris deforis aiam accedere: & humanā in belluas transferri: iuxta illud Ouidianū. Spiritus eq; feris humana in corpa transit. Immortales. Humanas aias in corpus belluinū transfusas. Innumero numero. Numero sine numero: hoc ē sine fine certare: iuxta illud Plautini epitaphij. Innumeri numeriq; oēs simul collachrymarūt. Certare. Certatim quadā velut æmulatione aias cōtendere oēs priores ad vitā hauriendam. Properanter. Propera & veloci celeritate. Inter se. Iunge cū certare: & transfer ad aias. Potissima. Pro potissimū hoc est q̃ celerius in corpus se immergat. Si nō. nisi. Iocatur poetice opinionē pythagoricā subsannans. necesse est contendant aiæ quęnā prima ad corpus aduolarit illa digna sit participatiōe corporis. Foedera pacta. Nisi inter se ita cōuenerunt. Volans. Alatas enim animas Plato fingit & volucres: quis hoc metaphorice prolatū videri possit. Insinuet̃. Corpori infundat̃. Cōtendāt. Non luctant̃ aię insinuare se in corpus: qm̄ viribus non pollent. sed prima se immergit cedentibus facile cæteris. Hilum. Nec minimam contentionem. Deniq;. Cæterum omissis aliorū multifarijs opinionibus colligo habere loca disposita: quib⁹ insit quidq̃ & vbi res crescere possint: & sicuti in saxis humor esse nō potest: arbor in æthere: sic animus originem suam habere sine corpore non potest. Certum. Decretorium: determinatum. Dispositum. Statum & constitutum locum habens. Sola. Vt corpori non sit annexa. Longius. Non potest esse diuisa a neruis & sanguine.

Hippotelę.

Aia nō crescit nec decrescit.

Tenerascere.

Flos.

Anima deforis venit.

Innumer⁹ numerus.

Properanter.

¶Hoc si posset. Dato vno incōuenienti plura sequunt'. Si locus status animæ in corpore non esset vis animi:ita posset in pedib9 esse,sicut in calcibus hoc est calcaneis. Tādē. Vt semel finiā. Vase. Corpore:qđ vas quasi constituit eius. Manere. Subintellige posset. Quidam codices habēt maneret. Qđ. Quæ anima vel quæ cōditio. Constat. Hęret:applicitum est. Inficiandum. Negādū.

Geni. Geni. Generari. Priscianus in. x. Gigno genui:pro quo geno vetustissimi protulisse inueniunt'. Varro. Sed q̄ hæc aliquid genunt. Infinitiuū passiuum Lucreti9 protulit geni.

Quare. Colligit q̄ primū corpora pereūtise cū interire animā esse necesse. Periisse. Scribo.periję ne. Necesse est. Iunge cū verbo cōfiteare. Distractā. Laceratā. Quippe. Insipientia mera est iungere immortalē animā cū corpore mortali.caduca nāq; & immortalia coalescere non possunt. Fungi mutua. Mutuis fungi inter se vicissitudinibus. Diuersius. Disparatius, vt dicitur:& magis dissentaneū. Discrepitans. Summope discrepans. Mortale. Corpus. Immortali. Animæ. Perenni. Sempiterno. In concilio. In compositione:cū corpus & anima simul iuncti sunt. Saluas procellas. In priscis exēplaribus legitur. sæuas pcellas:& exponim9 tuges vicissitudines:quę animā percellunt & agitant. Præterea. Docet animam non esse æthernā. quoniā illud est æthernū qđ temporis aut corruptionis aut finis ictū nō patitur.

Manent ætherna. Sunt ppetua. Solido corpore. Quali prima principia consistunt.

Intus partus. Scribēdū partes. hoc sensu. Illa sunt perpetua q̄ int9 hoc est in pprio corpore partes nō dissociant. Et materiei. Lege cū priscis exemplaribus materiæ ceu. hoc est qualia sunt corpora materiæ. Quorum. Primorū corporū:de quib9 egit in superioribus libris. Aut ideo. Recte sentim9 corpora prima æthernum durare causa multiplici: sed peculiariter, quia ict9 deforēs pati nō possunt. Expertia plagarū. Sine percussionū experientia. Sicut inane. In hoc genere corporū ictus nō admittētiū est inane: de quo in superioribus. Manet intactum. Tāgi non potest. Figitur. Vulnerat':percutit'. Hilū. Tātillū:nihil. Aut iō. Alia ratio quare corpora sint corruptionis immunia:quādo non superest aliquod corpus in qđ discedere possint:& hoc τῷ παντὶ hoc ē ordini vniuersi potest adscribi:cuius moles minime corrumpitur. quoniā non patitur motum:qui fit p loci cessionē:& consequenter corrūpi non pōt cū omnis corruptio dedicet motum. Dissolui. In diuersas partes cedēdo trahi. quadrisyllabū verbū poetica licentia: quale illud Horatianū. Aurarum & syluę metu. Summarum. Cunctarū rerū. Sūma. Vniuersarum rerū ordo:quem superius docuim9 infinitum esse. Extra. Summā rerū. Quis. Aliquis.

Quo. In quem locum corruptione carentē. Diffugiant. Quo se corpora recipiant.

Neq; corpora. Summa vniuersi nō recipit ictum deforem:& si reciperet non corpora reperiuntur:quæ vrgere vulnerib9 illa possint.

Hoc si posset enī multo prius ipsa animi vis
In capite:aut humeris:aut imis calcibus esse
Posset:& innasci quauis in parte soleret:
Tādē in eodē hoīe:atq; in eodē vase manere.
Quod quoniā nostro quoq; cōstat corpe: certum
Dispositūq; videt':vbi esse:& crescere possit:
Seorsum aīa atq; anim9:tāto magis inficiādū
Totū posse extra corpus durare:geniq;.
Quare corpus vbi interiit:periisse necessest
Confiteare animā distractā in corpore toto.
Quippe etenī mortalē ętherno iūgere:& vnā
Consentire:putare:& fungi mutua posse:
Desiperest:quid enī diuersius esse putandūst:
Aut magis inter se disiunctū:discrepitansq;
Quā mortale quod est:immortali atq; perenni
Iunctū in concilio saluas tolerare procellas?
Præterea quęcūq; manent æterna:necessest
Aut quia sunt solido cū corpe:respuere ictus:
Nec penetrare pati sibi quicq;:qđ queat art9
Dissociare intus partus:& materiei:
Corpora sunt:quorū naturā ostendim9 ante:
Aut ideo durare ætatem posse per omnem:
Plagarū quia sunt expertia:sicut inanest:
Quod manet intactū:neq; ab ictu figit' hilū:
Aut ideo:quia nulla loci sit copia circum:
Quo quasi res possint discedere:dissoluiq;:
Sicuti summarū sūma ē æterna:neq; extra
Quis loc9 est:quo diffugiāt:neq; corpa sūt:q̄
Possint incidere:& valida dissoluere plaga.
At neq;(vti docui)solido cū corpore mentis
Naturast:quoniā st admistum rebus inane.
Re tamē est vt inane:neq; aūt corpora desūt
Ex infinito:quę possint forte coorta
Corruere hanc mētis violēto turbine molē:
Aut aliam quāuis cladē importare periclí:
Nec porro natura loci:spatiumq; profundi
Deficit:expergi quo possit vis animai:

Aut alia quauis possit vi pulsa teneri:
Haud igitur leti præclusast ianua menti.
Quod si forte ideo magis immortalis habendast
Quod vitalibus ab rebus munita tenetur:
Scilicet a vera longe ratione remotumst:
Aut quia non veniunt omnino plena salutis:
Aut quia quæ veniunt aliqua ratione recedunt
Pulsa prius: quam qui noceant sentire queamus.
Præter enim quam quod morbis cũ corpus ægrotat
Aduenit id quod eam de rebus sæpe futuris
Macerat: inque metu male habet: curisque fatigat:
Præteritisque admissa malis peccata remordẽt.
Adde furorẽ animi propriũ: atque obliuia rerũ:
Adde quod in nigras lethargi mergitur vndas.
Nil igitur mors est: ad nos neque pertinet hilũ:
Quandoquidẽ natura animi mortalis habet̃:
Et velut anteacto nil tempore sensimus ægri:
Ad confligendum venientibus vndique pœnis:
Omnia cum belli trepido cõcussa tumultu
Horrida cõtremuere sub altis ætheris auris:
In dubioque fuere vtrorũ ad regna cadendum
Omnibus humanis esset: terraque: marique.

At neque. Aiam non esse æthernam per sua principia probat. quoniam admissum est in rebus inane: animã esse inanẽ. at quæcunque inane participant: illaætherna esse nõ possunt. quoniã æthernitas corporibus solidis contingit, vt principijs & naturæ. Re tamẽ. quamuis anim⁹ non proprie participet inane: tamẽ nescio quid inani cõfine participat. Aia aũt proprie non recipit inane: quoniam illud solis corporib⁹ cõtingit. Vt inane. Simile inani. Neque aũt. Insurgit nouis rationib⁹ poeta probare conatus animã esse morti cõfinẽ. Nã cum tot ac tanta corpora quotidie succrescãt: si deforis aia veniret: iam defecisset: & ille animarũ aceruus defecisset. Copora desunt. Cessant suboriri. Ex infinito. Ex innumera vniuersi congerie fluens. Corruere. In ruinã perditionemque dare. dicimus ruo hanc rem hoc est in ruinam do. Maro. Cumulosque ruit male piguis harenæ. Turbine. Ictu & percussiõe turbinea. Molem. Animarũ vastitatẽ & cõgeriem. Aut alia. Repete. quæ possint. Quauis. Quacũque. Leti ianua. Aditus ad mortem. ergo morti confinis est anima. Quod si forte. Quidam disceptabant immortalẽ esse animã quoniam in eã nihil cadit caducũ momẽtariũ & internecinũ sed hæc corpus affligunt: aia vero vitalibus gaudet fulturis: vñ ex pelago corruptiõis ere migat. hæc esse falsa cõperies Lucreti⁹ inquit: quippe cũ dolor & cæteræ pestes, quæ vigilant in vestibulo ditis, animã inuadãt. Munita tenet̃. Circunstipat̃ a vitalib⁹ auxilijs ne in eã diræ pestes cadant: quæ corpus affligunt. Scilicet. Certe muniri mente ne sentiat aliquos ict⁹ est falsum. huc vergũt Ouidiana verba. Mens est quæ diros sentiat ictus. Aut quia. Rationẽ reddit cur falsum sit animã nõ sentire ictus. quoniam inquit multa accedũt aiæ: quæ non sunt salutifera: immo doloris effertissima vt quæ passiones appellant̃: aut si quæ illi offendicula occurrũt recedunt prius ipulsa quam cur noceant sentire possim⁹. Preter enim. Vltra quod. Egrotat. Vel interpollat heroici metri legẽ vel corripit̃ e. propter sequentes liquidas: quo exemplo facile redarguuntur illi qui hanc dictionem cũ diphthõgo scribunt: in hac tamen voce eger relinquit̃ dubiũ: quæ prima semp intenta pfert̃: cũ inter egrũ & egrotũ sit mira cognatio. Quidã volũt mutari diphthongũ in breuẽ vt in voce ærumnas quã propertiũ prima correpta ptulisse disceptabat quidam neotricus nõ pedanæ vir sentẽtiæ: licet a posteris, etiã Beroaldo videã id carmen emendari. Sit adhuc lis sub iudice. ad eruditos prouoco. Sensus. præter quam quod anima morbis corporis afficitur: maceratur etiam spe: metu, dolore. De reb⁹ futuris. Timor est de futuro malo: quo grauissime cõflictat̃ anima. Male habet. Male tractat: affligit: excarnificat animã. Remordẽt. Conscientiã repercutiunt & refodiunt. Simile illud Papini. Scelerisque patrati Suppliciũ expendunt curæ: quod nedũ animũ. sed corpus vexat. Opinioni Lucretianæ videt̃ Euripedes assentiri in tragœdia: cui titulus est Icetides vbi corp⁹ in propria dissolui tradit: nihilque esse in homine propriũ. inquit enim. ὅθεν δ' ἕκαστον ἐς τὸ σῶμ' ἀφίκετο ἐνταῦθ' ἀπῆλθε, πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα τὸ σῶμα δ' ἐς γῆν· οὔτι γὰρ κεκτήμεθα ἡμέτερον, αὐτό, πλὴν ἐνοικῆσαι βίον. illis igit̃ cõgruere videt̃ Euripides qui putant in auras aiam efflari. Adde furorem. Quod aia nõ sit vitalibus munita rebus inde docemur quod furorẽ patit̃. Obliuia. Obliuio adeo memoriæ irrepit vt reperti sint qui proprij nominis obliuiscerent̃. atqui hoc ẽ animæ πάθος. Lethargi. Veterni hoc est grauissimi somni: quã recẽtiores medici barbare subetiã vocant. Nigras vndas. Tartareas obliuiones similes illæ proueniunt ex potu vndæ infernæ lethes: de qua Martialis. Gustata lethes pene reuersus aqua. Et velut anteacto. Mors nihil pertinet ad nos. quoniã mala præterita non sentimus nec futura sentiemus: sicuti animus nihil ægri passus est cum Hannibal concutiebat Italiam: quoniam non erat: perinde post mortem nihil mali formidabimus quia non erimus. Confligendũ. Vt conferrent manus cum Romanis. Vndique. Cateruatim. Pœnis. Afris. qui tera populo Romano desciuerunt: de quibus Plautus infit. & pœni victi pœnas sufferant. Trepido. Celeri. Maro. ne trepidate meas teucri defendere naues. Auris. Pro oris hoc est regionibus. Fuere. Certatum est cũ Carthagine æmula imperij non solum de victoria & imperio regionum Sardiniæ & Siciliæ. sed de orbis terrarum possessione. Vtrorum. An Romanorũ an Carthaginensium. Ad regna. Ad iuguum & seruitutem regni sub eundã. Orbis terrarum in dubio fuit cuius imperio famularetur an Pœnis an Romanis. Cadẽdum. Recidendum: Omnibus humanis. Omni humano generi.

Egroto prima breui.

Hominis nihil propriũ.

Obliti proprij nominis.
Letharg⁹.
Subetia.
Lethe.

¶ Sic. Subitellige eueniet. erit quãdo nõ erimus hoc est post mortẽ quẽadmodũ fuimꝰ ante ortũ nostrum. Tunc enĩ nihil timuimꝰ: perinde nihil timebimus a morte, hinc manauit illud Plynianum libro septimo naturalis historię. Quæ genitis quies vnq̃ si i sublimi sensus animæ manet: inter inferos vmbræ. At quãto facilius certiusq; sibi quẽq; credere ac specimen securitatis antegenitali sumere experimento. Dissidium. Cum mors superuenerit: quæ separatio est corporis & animi. Dissidium est separatio. Propertius secundo elegiacon. Dissidiũ vobis pximꝰ annus erit. alio nomine diuidia: vnde dixit idẽ Propertius. Diuidias mentia conficit omnis amor. Diuidos antiqui diuisos dixere. Quibus. Corpori & animo. Apti. Apposite iuncti. Vniter. Iunctim: vna. i. simul. Hęsimus. Applicati fuimꝰ, & vniti aptissimo vinculo. Nec si materiã. Si sæcula nostrum corpus absument: nosq; cinefactos atterent: id nihil nobis offuerit qñ truncus ille sensu carebit omni. per materiã corporis intelligimꝰ molẽ aię honerosam cũ animꝰ sit forma. posset excogitari tenuior sensus si legamus materiã nostri. hoc sensu. ad nos nihil attinebit si de nobis post obitum materia memoriaq; supererit: & si nõ supfuerit quippe qñ nõ erimus: nec laudea pconiaq; nostra non capiẽt. huc vergit illud Persianũ. Cinis & manes & fabula fies. Collegerit. Reseruauerit & perire non sinet: sed fama tua facinora loquetur anus. Haud nobis quicq̃. Nihil id ad nos pertinebit. Cum nõ erimus. scribe q nõ erimus. Accidere. Nihil emolumẽti nobis accedet ex laude vel vituperatione. Nõ si terra. Si omnia elemẽta cõmisceanť: & oĩa legibus eant naturæ pposteta: sensum nostrũ tãtillũ mouebunt: qui morte cõfusus erit q̃uis materia deciderit in ętatẽ hoc est in tps. Cum execrari quidpiam volumus dicimus. aqua misceať terræ: qđ vsurpauit Nero: qui moriens optauit vt aqua terræ cõfunderetur. Ex hoc Lucretiano loco deprõpsit id satyrographus. Quis cælũ terris nõ misceat: & mare cęlo. hoc est quis nõ dicet seriẽ rerum omnium futurarũ pposterã: si fur veri furacissimo displiceat: & homicids Miloni. Silius punicorũ libro decimo tertio. Errorq; infido gressu & discordia demẽs Permiscere fretum cælo. Liuius libro quarto ab vrbe cõdita. Quid tã dem est cur cælum ac terras misceamus. Cur in me imperꝰ modo pene in senatu sit factꝰ:

Et si iã nostro. Alis ratio est probans animã nil facere ad nos etiã si post cineres sentiat: quippe cũ nos corpore constemus & animo: anima vero sola est hõ. Comptu. Aptitudine, vinculo, glutino: qui sumus fabricati pulchritudie opificij corporis & animi. Nobis igitur anima sola non competit. Coniugio. Cõiunctione: vinculo. Vniter. Concorditer. Apti. Iuncti. Nec si. Licet compositio corporis & animi nostri distrahať: suscitetur noua natura: nihil hoc ad nos. quoniã semel nostræ compositionis organũ est discerptum: cui si nouũ succedit non est idẽ sed diuersum. Redegerit. Reposuerit ea figura

Dissidium.
Diuidia.
Diuidus.
Vniter.
A q̃ misceatur terræ.
Comptus.

Sic vbi non erimus cũ corporis:atq; animai
Dissidiũ fuerit quibus hæsimus vniter apti.
Nam si materiã nostram conlegerit ætas:
Scilicet haud nobis quicq̃ cũ nõ erimus : tum
Accidere omnino poterit:sensumq; mouere:
Non si terra mari miscebitur:& mare cælo.
Et si iam nostro sentit de corpore postq̃
Distractast animi natura:animæq; potestas:
Nil tamẽ est ad nos: qui comptu : coniugioq;
Corporis atq; animę cõsistimus vniter apti:
Nec si materiam nostrã collegerit ætas:
Post obitũ:rursumq; redegerit:vt sita nũc ẽ:
Atq; iterũ nobis fuerint data lumina vitæ:
Pertineat quicq̃ tamẽ ad nos id quoq; factum
Interrupta semel cum sit retinentia nobis:
Et nunc nil ad nos de nobis attinet:ante
Qui fuimꝰ nec iam de illis nos afficit angor:
Quos de materia nostra noua proferet ætas.
Nam cum respicias immensi temporis omne
Prӕteritum spatiũ:tum motus materiai
Multimodi q̃ sint:facile hoc adcredere possis:
Semina sæpe in eodẽ: vt nũc sũt:ordĩe posta:
Nec memori tñ id quimꝰ reprehẽdere mẽte:
Inter enĩ iectast vitai pausa:vageq;
Deerrarũt passim motus ab sensibus omnes.
Debet enĩ miser & quist forte:æ greq; futurꝰ
Ipe quoq; esse in eo cũ tẽpore:cui male possit
Accidere:id q̃ñ mors eximit esse perinde
Illum cui possint incommoda cõciliari
Hęc eadẽ:quibꝰ & nũc nos sumus:añ fuisse.
Scire licet nobis nil esse in morte timendum:
Nec miserũ fieri:qui nõ est:posse: neq; hilum
Differre:an nullo fuerit iã tempore natus:
Mortalem vitã mors cũ immortalis ademit.
Proĩde vbi se videas hominẽ indignarier ipm
Post mortẽ forevt aut putrescat corpe posto:
Aut flammis interfiat:malisve ferarum:

Scire licet non sincerum sonere: atq; subesse
Cæcum aliquem cordi stimulū: quis neget ipe
Credere se queq̄ sibi sensum in morte futurū.
Nō (vt opinor) enī dat quod ꝓmittit: & inde
Nec radicitus e vita se tollit & icit:
Sed facit esse sui quiddam super ipsius ipse.
Vnus enim sibi cum proponit quisq; futurum
Corp⁹ vti volucres lacerent in morte: feræq;
Ipse sui miseret: neq; enim se diuidit hilum:
Nec remouet satis a proiecto corpore: & hilū
Se fingit: sensuq; suo contaminat adstans:
Hinc indignatur se mortalem esse creatum:

qua nūc est. Id quoq; factū. Si fiat id vt renouata sit pristina figura. Retinentia. Cathena: copulatio. Nobis. Iūge cū ptineat. hoc est nihil ad nos ptinebit. prisci codices habēt nostri. hoc est nostræ corporeæ compagis & aialis vnionis. Ad nos attinet. Nihil ptinet ad nos. De illis. Sicuti curā nō habem⁹ vllā de ijs q nō fuerūt: ita nec curare debem⁹ q futuri sum⁹: cū post mortē sensus null⁹ supsit.

Retinētia.

Afficit. Sollicitat: angit: cruciat. vñ mēbra Celso affecta: & affecti animi Liuio libro primo de scđo punico bello. In quā suiam Properti⁹. Iuppiter affectę tandē miserere puellę. Quos de materia. Qui sūt futuri nostrę sobolis & seminis. qd paulo supra per materiā Lucretius intelligit hic docetur. Noua. Sequens. Proferet. Producet. Aetas. Tempus: sæculum. Nam cum respicias. Cum videris varios materiæ motus & q̄ multiplices, credere licet semina habere ordinem quē nūc habēt: sed id memoria capere nō possum⁹. Similiter mortē quā mēte cape nō possumus, tanq̄ rem alienam capere nō valem⁹. Multimodi. Multiplices. Claudianus. Multimodum discrimen arat. Accredere. Credere: fidem adhibere. Vox Plautina. Posta. Posita: vt calda pro calida. Quimus. Possumus. Reprendere. Capere & indagare. Inter enim iacta est. Pro interiecta est enim. hoc est interposita. Sensus. motus materię multimodi sunt: sed sistuntur & firmantur coacti in homine cum nouam vitam corpus accipit. Vitai. Vitæ. Pausa. Cessatio: quies. Vagæ. Materiæ vel vitai. Patrius est casus.

Affectamēbra.

Multimodum.

Posta.

Pausa.

Deerrarunt. Ab ordine sui motus transiluerunt ad commistionem corporis. vel obliti sunt motuum pristinorum. Passim. Vniuersatim. Debet enim. Cum rationibus multiplicibus a nobis disputatum sit animam perire cum corpore: possum facillime cognoscere hoc miseris expedire: qui vitæ finem terminatum habentes non semper erunt miseri. Qui est. Quoi sunt qui legant & fortuitum interpretantur. sed futurum scribunt. Sunt qui ita legant. Debet. n. miser &. quist forte ægerq; futurus. vt forte sit aduerbium. Cum tēpore. Tum scribatur. hic sensus. ille cui quid fortuiti accidit: & ille cui possit ægre accidere: tunc temporis debet esse similis illi: cui felicitas post infelicitatem exhaustam afflat. hoc est. ille qui miser est, felix esse potest. Hic sensus applicari potest. Cum euentilauerimus mortalem esse animam: nec timebit ille qui futurus est miser post mortem iuxta Platonem: nec timebit qui bene vixerit. sed ambo mala futura habebunt perinde ac si essent præterita: & viuens erit vt timens cruciatus animę: qui cum non fore conueniat, erit perinde ac si prętentas incommoditates imagine conciperet. Id quoniam mors eximit. Quoniam mors eximit infelicitatē Iuxta illud Plautinum. In morte nihil est quod timeas mali. Perinde illum. Similis illi. Incommoda. Infortunia. Conciliari. Accidere: euenire. Ante fuisse. Putare debemus propter materiæ continuum motū nos ante cum eramus in materiæ vi fuisse his ęrumnis implicitos: quibus nunc implicamur: & ob hoc rerum genitalis origo creauit animam vt e tenebris & męrore illam educeret. Scribet enī inferius. An credo in tenebris vita ac męrore iacebat Donec diluxit rerum genitalis origo. Quibus. Incommodis. Et nunc nos sumus. Subintellige impliciti. Qui non est. Et putare debemus illum fieri miserum non posse post mortem qui iam esse desiuit. Hilum differre. Nihil differre. An nullo. Nihil differt hominem mortuum natū fuisse vel non fuisse cum vita moriatur: mors vero sit immortalis: hoc est omnia orta occidere, aucta senescere faciens. Proinde. Cum videris hominem curare sepulchrum: crede illum epicureum non esse: sed voto quodam inani superuiuendi excitari. proinde significat itaq;. Indignarier. Indignari. Putescat. In putredinem habeat: putidum olenticetumq; cadauer fiat. Ad hoc declinandum ægyptij corpora seruabant: & inter mensas afferebant: & hodie multi balsamo cadauera perungunt. Aut flāmis interfiat malisq; ferarum. hoc carmen in priscis exemplaribus sic legitur. aut malis interfiat is malis ve ferarum. vbi interfiat expone intereat & consumatur: abeatq; in cinerulentam minutiem. Malis. Maxillis. aut abiectus & proiectitius maxillis ferarum absumptus diminuatur. Sonere. Sonare. credere potes hunc non habere mentem sinceram: pura castigataq; philosophia saginatam. Cum volumus significare subesse verbis in sinceritatem: dicimus illa mendose sonare. Persius. Sonat & percussa maligne Respondet viridi non cocta fidelia limo. Condilo ei digitorum cucumarum & vasorum samiorum. i. ex argilla fictorum sinceritatem probamus. Sono. as. dicimus & sono. is. indiscriminatim: quemadmodum antiqui. Exempla priscorum super hac re Marcellus concenturiauit. Cæcum stimulum. Inscitiam stimulantem hominem ad sepulchri curam. Non dat quod promittit. Non pręstat se factis eum virum audacem & imperterritum: quem verbis ꝓtendit. Verbis enī contemptor est mortis: factis autem meticulosus & de funere anxius. Et inde. Quidā codices habent abūde: quę vox significat penitus. tanq̄ dicere vellet. non hic penitus & omnino se tollit e vita. Radicitus. Extirpatis oib⁹ credulitatis circa vitā reliquijs. Icit. Expellit: eicit. Sed facit. Verū credit hic supesse sibi aliqd post mortē cū verbis velit cōtēptor haberi. Esse sup. Supesse: supuiuere. Quiddā. Aiam. Ipsius. Hois. pars hois est vita. Vn⁹ ei. Cū aliqs insipientiū ꝓponit sibi futurū si abiiciat vt corp⁹ suū volucres lacerēt vt canes: tūc miseret sui: & liq do ꝑ se fert curā non mediocrē corporis habere. Vn⁹. Iūge cū qsq;. i. vnusq sq;. Cum ꝓponit. Cum reminiscatur & recogitat. Corpus. Cadauer. Ipse. Homo sepulchra ꝓpria curās. Sui. Corporis proprij: tanq̄ sua intersit an vermes an canes corp⁹ lacerēt. Se diuidit. Nec separat se mēte a corpe suo: imo illius

Nō timebit qui bene vixerit.

Egyptij cadauera in mensas ferebant.

Interfiat.

Sonere.

Nec videt in vera nullũ fore morte alium se:
Qui possit viuus sibi se lugere peremptum:
Stansq; iacentem se lacerari:vriue dolere.
Nã si in morte malumst malis:morsuq; ferarũ
Tractari:non inuenio qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flãmis:
Aut in mole situm suffocari:atq; rigere
Frigore:cũ summo gelidi cubat æquore saxi:
Vrgeriue superne obtritum pondere terræ.
At iam nõ domus accipiet te læta:neq; vxor
Optima:nec dulces occurrent oscula nati
Præripere:& tacita pectus dulcedine tangẽt.
Non poteris fatis florentibus esse:tuisq;
Præsidium:miser o miser aiunt:omnia ademit
Vna dies infesta tibi tot præmia vitæ.
Illud in his rebus non addunt:nec tibi earum
Iam desiderium rerum super insidet vna.
Quod bene si videant animo: dictisq; sequãt:
Dissoluant animi magno se angore:metuq;.
Tu quidem vt es leto sopitus:sic eris:æui:
Quod supest:cunctis priuatus dolorib9 ægris:
At nos horrifico cinefactum te prope busto
Insatiabiliter deflebimus:æthernumq;:
Nulla dies nobis mœrorem e pectore demet.
Illud ob hoc igit quęrendumst:quid sit amari
Tãtopere:ad somnum si res redit:atq; quietẽ:
Cur quisq̃ æterno possit tabescere luctu.
Hæc etiam faciunt vbi discubuere:tenentq;
Pocula sæpe hoĩes:& inumbrant ora coronis:
Ex aĩo:vt dicãt:breuis hic est fruct9 homullis:
Iam fuerit:neq; post vnq̃ reuocare licebit.
Tanq̃ in morte mali cum primis hoc sit eorũ
Qđ sitis exurat miseros atq; arida torrat:
Aut aliæ cuius desiderium insideat rei.
Nec sibi enim quisq̃ tum se:vitamq; requiret:
Cum pariter mẽs & corpus sopita quiescũt.

curam habet. Hilum. Minimam portiunculam & particulam. Hilum se fingit. Particulam sui fingit esse corp9: quod patet cum illud intueatur, & illius curam gerat. Sẽsu suo. Sententia sua quæ polluta est a superstitione & ab appetitu gloriæ. Contaminat se. Quietem suam corrumpit & confundit: taciteq; ad immortalitatem animę vergit. Astans. Circa curam sepulchri & superstitionem implicitus.

¶ Nec videt. Hic qui talia opinatur q̃ fallatur non videt. magnum enim solatium capere potest q; videt in morte animam non superesse quæ viuat: & lachrymis pro morte sua conceptis illum infestet. In vera morte. Vera mors dicitur quæ totum compositũ extinguit. Alium se. Non supererit alter verbi gratia Socrates: qui fleat seipsum & cadauer insepultum: aut non egregie curatum. Sibi. Secum. Se. Qui nunc per metem psychosin viuit: paulo ante vero fuit extinctus. Stansq;. Et per transanimationẽ Socrates iterum viuus nõ dolebit suum corpus maxillis ferarum lacerari: & flammis rogalibus vri: quod angit animã immortalẽ tanq̃ propria domus comburatur. Nam si. Si malum est animæ immortali ac perenni corpus suum videre proiectum ĩ cibum ferarũ: perinde cruciabitur illa cum rogus cadauer rediget in cineres: pariq; dolore si est immortalis anima vexabitur aspiciẽs vaginam suã
Tractare. comburi & feris distrahi. Tractari. Frequẽter trahi in diuersum & lacerari. Qui non. Quomodo non. Torrescere. Torreri & vri. In mole. In sepulchro maximis & superbissimis ædificijs excitato. Rigere. Gelare. Cubat. Resupinatus est ac stratus.

Aequore. Superficie ac planicie. Saxi. Sepulchralis marmoris. Mole. Strue lignea: quæ & pyra dicitur. Suffocari. Fumo ac ignibus impleri. Vrgeri. Calcari: honerari. Pondere terrę. Cumulo effossitię terræ: qua siti teguntur. de qua epigrammatari9 false. Sit tibi terra leuis molliq; tegaris arena Ne tua non possint eruere ossa canes. Supne obtritum. Superiori parte cõculcatum. tanq̃ Lucretius innuat. Si in morte non est malum quare sepulchra curare debes? nihil sane attinet ad eum qui non est quonam genere sepulchri donetur a posteris: an igne: an marmore concludatur: an terra vili: tumultuario cespititioq; monimento tegatur. quippe nihil sentiet. in quam sententiam pedibus iuit Maro. Facilis iactura sepulchri. In fidelissimis exemplaribus legitur cratis non terræ: vt olim crediderim a poeta mentionem fieri de crudeli mortis genere. hoc sensu. non videtur mihi lenius & mitius flammis cadauera cremare: aut mole ad hominis collum pręligata proijci: cum eius cadauer a fluctibus maritimis nudum in scopulum editiorẽ expuitur: nec illi mitius iacent: qui ob aliquod delictum crati terra honerata in profundum maris aut fluminis deturbãt: qđ Eupolidi poetæ cõtigisse tradit: q̃ illi q lacerãtur dẽtib9 fe-
Tormentũ sub cratim. rarũ. De hoc tormẽto sub cratim supponẽdi hoies Plaut9 his verbis meminit in pœnulo. Sub crati vt iubeas se suppõi: atq; eo lapides

imponi multos vt sese neces. De hoc genere supplicii Liuius meminit. hoc tormentum signauit Cornelius
Tacitus libro vigesimo primo. Proditores inquit & transfugas arboribus suspendunt: ignauos & imbelles
& corpore infames cœno atq; palude iniecta insuper crate mergũt. hoc supplicio veluti gẽtili & peculiari vtũ
tur Pœni: de quo Polybiũ sensisse libro primo historiarũ crediderim cum tradit Gisgonẽ fractis cruribus ad
huc viuũ in scrobẽ quandã coniectum. Prior tamen lectio sincerior est & apertior. Crates & cratitiæ tabulæ pa Crates.
lis & viminibus intextæ vocantur. Cratem costarũ pro contextu & cõpositione spinæ vocat Apuleius. At Cratitiæ.
iam. Quidam codices habẽt. at tua. verba sunt nepotũ dolentium mortem defuncti maioris. Sed addere de
berẽt. non mortuus aut naufragus domum propriam videbis: sed ne quidem eius desiderio teneberis cũ nul
lus sit post vitam sensus. Occurrent præripere. Occurrent vt præripiant & anticipẽt te in osculis. Tale illud
Maronianum. Et dulces pendent circum oscula nati. Tacita. Viscera introrsum titillante. Fatis florẽtib⁹.
Verba quæ dicuntur a gemẽtibus raptum. Nam si iste superfuisset potuisset fortasse felici sidere frui. Præ
sidium. Auxilium: munimentũ. Horatius. O & præsidium & dulce decus meum. hinc præsidia & præsidiona Præsidia.
les appellati milites, qui in arcibus disponebantur. Miser o miser. Tanq̃ ille miser esse possit qui mortuus Præsidiona
sit & sentire non queat. Hinc manauit Persianum illud. O miser inq; dies vltra miser. Vna dies infesta. Vna les.
dies, quæ mortem rem infestissimam attulit. verba præficarum sunt. In his rebus. Inter has conquestiones
non addunt. spoliatus es quidem voluptatibus vitæ: sed cum sensu careas, illas non desiderabis. Insider.
Inhæret: infixum est. quidam codices habent incidit hoc est incidenter appetitũ titillat. Bone pro bene. Si
aduertant homines in morte nullum esse sensum, se magno angore animi dissoluant. Leto. Scribe lecto
in somno. Sicuti cum dormis stratus in cubiculo nihil sentis: sic eris in morte. Sic eris. Ita sopitus eris.

Aeui qđ superest. Reliquo futuro tẽpore post mortem: hoc est carebis sensibus in morte, quẽadmodum in
somno. At nos. Cum tu in morte sensibus sis omnib⁹ spoliatus: nos tamen te in cinerem redactum ita de
flebimus ac si mente viuas ac sapias. Te prope. Iunge cum satiabiliter hoc ordine. nos deflebimus te cine
factum prope insatiabiliter. quidam codices habent de prope hoc est mox, paulopost. Horrifico busto. Se
pulchro horrorem meticulosis incutiente. Cinefactum. Cinerem factũ: in busto pyra vel hoc est strue ligno Cinefact⁹.
rum in cinerem redactum. obiter sic Marcelli codicem emacula. Cinefactum in cinerem dissolutum. figuratio
vt tepefactum & labefactum. Lucretius. At nos horrifico tepefactum te prope busto. Scribe cinefactum. in Marcellus
sequenti dictione apud eundem omnia mendis inuoluuntur. oliuarum nomina sic. oleo conditaneo radium emendat⁹.
maiorem, salentinam, horti tempus, cansirginam, abituram. Tu scribe. oleam conditaneam: radium maio
rem: salẽtinam, orchitem, pausiam, serginam, albiceram. Aeternum. Perpetuo. hæc videntur cum ironia
dici & eorum subsannatione: qui deflẽt homines cinerulentos. Illud ob hoc. Superest quærere quid homi
nes ita gemant amariter cum res ad somnum redacta sit: hoc est cum homo sit a fatis in quiete positus. A
mari. Tristitiæ. quærenam tanta sit hominum tristitia hominibus in funere quærendum. iunge vocem amari
cum tantopere. Ad somnum si res redit. Si mortuus homo somniculoso sit similis. Tabescere. Macie
scere cruciari: cũ defleat hominẽ in quiete perpetua collocatum. Hæc & faciunt. Insipiẽtes homines mortem
timentes duabus contrariis perturbationibus mouentur. anguntur enim dolore in morte: ante mortem deli
tiis indulgẽt breuem fructũ breuissimæ vitæ capientes: subinde illud sardanapalitium repetentes. Ede: bibe:
lude: & cum te mortalem noueris mortalib⁹ exple Deliciis animum. post mortẽ nulla voluptas. Quis Persia Deliciis in
num illud non nouit? Indulge genio. carpam⁹ dulcia. nostrum est Quđ viuis: cinis & manes & fabula fies. Epi dulgendũ.
grãmatista. Frange thoros: bibe vina: rosas cape: tingere nardo. Ipse iubet mortis deme minisse deus. Discu
buere. In cõuiuio sedere. Inumbrãt ora. Coronis vmbrosis & foliosis faciẽ opacãt & inuestiunt. Coronatos Coronati
discũbere solitos docuimus in Plautinis enarrationibus. Ex aio. Serio non iocose. sed q; ita futurũ rentur. discũbunt.
Discũbentes conuiualibus cantilenis amœnitates sectari solebant: qualis illa fuit, de qua Plato in Gorgia me Cãtilena cõ
minit. Optimũ esse bene valere. Secũdo loco esse formosum. Tertio habere diuitias nulla fraude quæsitas. uiualis.

Fructus. Est hoc breue præmiũ: qđ homo colligit ex vita. Nã authore psalmographo. Oĩa caro fœnũ: & si
cut flos fœni. alibi legit̃ fluctus: vnde eñ vita nostra similis est. Chrysostom⁹ eiui homilia ad Theodorum in
quit theatralibus scœnis præsentem vitã non esse dissimilẽ: & subdit. Huius enĩ vitæ diuitiæ & illicitæ volupta Vita scœna.
tes somno similes vmbrisq; transcurrunt: in quibus anteq̃ peccato terminus detur, delectatio cupiditatis ex
tinguitur. Audi ergo cuiusdã venerabilis viri vocẽ. Tempus inquit vitæ meæ leuius cursoribus fuit. Vt enĩ Euolat an
illi prius q̃ bene stent, exsiliũt: ita hæc euolat anteq̃ veniat. Quare nos in threno nostro sic lusimus. Vita breuis teq̃ veniat.
nimiũ: fluuiiq; sequacib⁹ vndis Assimilis. Sciebam⁹ enĩ Ouidiũ ex dogmate pythagorico ita lusisse libro de
cimoquinto metamorphoseos de tẽporis alterno motu. Ipsa quoq; assiduo labũtur tẽpora motu. Non secus
ac flumẽ: neq; enĩ cõsistere flumẽ Nec leuis hora põt: sed vt vnda ipellit̃ vnda: Vrgeturq; eadẽ veniẽs vrgetq;
priorem: Tempora sic fugiũt pariter: pariterq; sequũtur: Et noua sunt semp. Homullis. Homũculis: nullel
lis hoibus: qui a breuitate vitæ nõ corporis homulli dici possunt: & homones & homũciones. greœ dicuntur Homulli.
ἀνθρωπάρια. Timõ scopæos vocat: aliqui stilpones. Iã fuerit. Iã dicetur hoies fuisse: & mox non erunt: neq; Anthropa
post hac tẽpus amissum reuocari poterit nisi præcaueas & festinus repẽte præripias. In hãc sentẽtiã extat epi ria.
grãma graphicũ & perelegãs græci poetæ Philodemi deplorãtis Antigenen & Banchiũ extinctos: qui cũ pau Scopæi.
lo ante floruerint, mox strati sunt morte. latinũ sic olim fecimus. Est rosa iam, & florẽs erebinthus amœna re Stilpones,
soluunt Ora: nitẽt caules sosile prototomi. Et mænæ crepitans. Alityre resoluis honestã Cæsariẽ: & gra Philodem⁹
ti noia lactis habẽs. Littora nos nunq̃ legim⁹: specularia signa Nõ capimus. semp vt prius eure rotas. An
tigenen here laudabãt & Banchion ipsum: Quos hodie fati pressit acerba qes. Neq; post. Post mortem re
manere nõ licet: vt Her. Platonicus sit fabulosus. Nã auctore Propertio libro quarto. Cum semel infernas in Her. reuixit
trarunt funera leges Non exorato stant adamãte viæ. Tanq̃ in morte. Falluntur isti miseri comessatores: q
genium defraudare nefas esse ducunt tanq̃ si nõ ppotauerint in vita sint in morte sitim ppessuri: vt ille Para Canthato
situs q inqt. & arẽti meo cineri cãtharo facite. Qz. tãq̃. Torrat. Pro torreat. Quidã codices habẽt terra. pca cineri facite
murei ne defunctis terra superiposita arescat: sed irrigetur humore vernãti. liberũ sit iudiciũ. In mediũ fide pri Torrat.

scorum exemplarium adducere non omittimus: vt sedulus perspicaxq; lector veritatē facilius eliciat ne sine vorsoria nauiget. Cuius. Alicuius. Insideat. Inhæreat animæ. Se. Nō habebit sequiorē curā sui quispiam cum dispiciet animā vna cū corpore perire. Quiescunt. Cū quiescere videbit cōpagem corporis & animæ dissolutam. vnde ab Horatio dictum. Mors vltima linea rerum est.

Vorsoria.

Nam licet æthernū per nos sic esse soporem:
Nec desiderium nostri nos attigit vllum:
Et tñ haud quaq̄ nostros tunc vlla per artus
Longe ab sensiferis primordia motib9 errāt:
Cū correptus homo ex somno se colligit ipe.
Multo igit̃ mortē min9 ad nos esse putādūst:
Si min9 esse potest: q̄ qđ nihil esse videm9.
Maior enim turbæ disiectus materiai
Consequitur leto. Nec quisq̄ expgitus extat:
Frigida quem semel est vitai pausa sequuta.
Deniq; si vocem rerum natura repente
Mittat: & hoc alicui nostrum sic increpet ipsa:
Quid tibi tantope est mortalis: q; nimis ægris
Luctibus idulges? qd mortē cōgemis: & fles?
Nam grata fluxit tibi vita anteacta: priorq;:
Et non omnia pertusum congesta quasi in vas
Commoda perfluxere: atq; ingrata interiere.
Cur non vt plenus vitæ conuiua recedis?
Aequo animoq; capis securam stulte quietē?
Sin ea quæ functus cunq; es: periere profusa:
Vitaq; in offensost: cur ampli9 addere quęris:
Rursū qđ pereat male? & ingratū accidat oē?
Nunc potius vitæ finem facis: atq; laboris.
Nam: tibi p̄terea qđ machiner: inueniāq; est:
Quod placeat: nihil est: eadē sunt oīa semper.
Si tibi non annis corpus iam marcet: & artus
Confecti languent: eadem tñ omnia restant:
Omnia si perges viuendo vincere secla:
Atq; etiam potius si nunq̄ sis moriturus.
Quid respondemus si iustam intendere litem
Natura: & veram verbis exponere causam:
At: qui obitū lamētetur miser amplius æquo:
Nū merito iclamet magis & voce icrepet acri
Aufer ab hic lachrymas barde: & cōpesce q̄re
Grādior hic vero si iam: seniorq; q̄ratur (las:

¶ Nā licet. Subintellige credere. Per nos. Scribo nobis. Soporem. quietē. Attigit. Ab obitu sublata est nobis omnis nostri cura. Et tamē haud quaq̄. Quis docuerim liberos homies ab obitu similes esse quiescēti atq; dormienti: nolim tamē existimes posse ad sentiendū reuocari: si illū motus sensiferi excitauerint: quēadmodū in dormiente apparet: qui modo priuat9 sensib9 videt̃: cū eos statim recolligat postq̄ experrectus est. Illa primordia. Principia vna cū aīa. Cū correptus. Qđ genus est cū homo somno corripitur: tunc illius primordia pro tpe sensibus aberrāt: ad quos postea tandē reuertunt̃. Ex sōno se colligit. Se recolligit & retrahit a dormiendo. Multo igit̃. Sensus est. mors multo minus ad nos spectat q̄ putari possit: & q̄ minus: siquidē qđ nihil est minus est q̄ min9 qđ eñ min9 est dedicat .i. presupponit aliqđ maius. Multo minus. Multo q̄ minus.

Si minus. Confirmatio rationis. q; multo minus q̄ min9 nostra mors intersit patet qm̃ mors est nihil. Q̄ quod. q̄ id qđ. Nihil esse. Disceptauimus eñ mortuum esse nihil.

Disiectus.

Maior disiectus. Maior separatio: ruina: dissidiū. a disijciēdo. magis inquit in moriēte materia disperit q̄ in eo qui dormit: cui sūt sensus obnubilati non deperditi. Leto. In morte. Nec quisq̄. Nemo reuixit ex ijs qui obiert. Hoc qdē impij tradūt & ethnici: nos vero lumiaria fidei sequuti credim9 nedū singularē possibilē esse resurrectionē: sed & generalē futurā. Quidā tñ hoc peruerse intelligentes resurrectionē corporū futurā non credūt. sed qđ de resurrectione legit̃ i scripturis ad spiritalē resurrectionē referre conāt̃: vt aliqui a morte peccati resurgāt p gratiā. hic aūt error ab ipso apostolo reprobat̃. dicit eñ secundo Thi. Profana & vaniloqa deuita: multū eñ p̄ficiūt ad impietatē: & sermo eorū vt cācer serpit: ex qb9 est Hymenæ9 & Phylet9: q a veritate fidei exciderūt dicētes resurrectionē iā factā esse. qđ nō poterat intelligi de resurrectiōe spiritali. Pręterea aīa corpori naturaliter vnitur. Est eñ cōgruum suæ essentiæ corporis forma. Est igitur contra naturā aīæ absq; corpore esse: nihil aūt qđ est cōtra naturā potest esse perpetuū: nō igit̃ perpetuo erit aīa absq; corpore. Cum igit̃ perpetuo maneat: oportet eā corpori iterato cōiungi: qđ est resurgere. Immortalitas igit̃ animarū exigere videt̃ resurrectionē corporum futuram sed qualis futura sit ista resurrectio, & de illi9 apparatu Augustinum lege copiosissime in libris de ciuitate dei, & Aquinatem Theologum libro cōtra gentiles quarto disserentes.

De resurrectione.

Expergitus. Reuocat9 & recussus a somno Expergitus dicit̃ ille, quia somno suscitat̃ a verbo expergiscor. expergefactus experrect9 quoq;. Diomedes libro primo. Expergiscor, experrect9, expgor, expgit9, expgesio, expergefact9. Sed is expergitus dicitur q̄ excitat9 somno spōte vigilat: vñ & Lucili.

Expergit9.
Expgefactus.
Exprect9.

Omnia perfunctus vitai premia marces.
Sed quia semp aues: qđ abest: p̄sētia temnis:
Imperfecta tibi elapsast: ingrataq; vita:
Et nec opinanti mors ad caput astitit: ante
Q̄ satur: ac plenus possis discedere rerum.

us ait. Ergo e somno pueros cū mane exper
gitus clamo. Experrectus aūt a quiete impe
ditus: vnde Sallustius experrect⁹ somno ar-
reptis armis. Expergefactus porro est per
alium somno excitatus. Pausa. Quies
& cessatio vitæ: q̄ nihil aliud est q̄ mors. Lu-
cili⁹. Hęc vbi dicta dedit pausam facit ore lo-
quendi. Deniq; si vocē. Per naturā tanq̄ p
sonā introductam increpat mortaliū vanita-
tes qui suauitate vitæ pellecti munerum ob-
liuiscunt: q̄ eis natura rerū cōdonauit: suadetq; homini agat qđ cōuiua: qui cum satur est discedit e triclinio:
similiter homo cum vita fruitus est diu, lubens inde discedere debet. Vocē mittat. Si te vocib⁹ admonitori-
is alloquaẽ rerum natura. Mortalis. Homo: salutatiu⁹ casus. Nam grata. Scribe. num grata. quid te defice-
re fles homo & congemis? nonne tibi condonaui anteactā ætatē gratā? sed omnia dona mea, vt canis Attali,
transmisisti: neq; degustasti. in voce grata pducitẽ. a. sequentibus duabus consonantibus. Quidā codices ha-
bent. num gratis fluxit. alij. Nam si grata fuit. Fluxit tibi. Cucurrit tibi. Pertusum in vas. In vas perfo- Pertusum
ratū: a pertūdēdo. alludit fabulæ Danaidum: q̄ vas perforatū habētes illo hauriebāt aquā: q̄ mox effluebat. de vas.
quo Ouidius. Dolia virgineis idem ille repleuerit vinis. hoc Plautus innuit ita scribens. In pertusum ingeri-
mus dicta doliū. In ingratos & inexplebiles prouerbialiter græci dicunt. vas pertusum. Si sup hac re deside-
ras plura ad plautinas quęstiones commeabis. Perfluxere. More fluctus ipsum vas transmittentis abiere eua
nida & a te minime degustata. Ingrata. Quæ in te non grata collata admisisti. culpa tua est igitur non naturæ
si fraudasti geniū tuū. q si pręuorasti delicias & degustasti: cur non facis idem qđ conuiua: qui satur libenter
thoro discedit. Cur non. Ordo. Cur tu plenus vita non recedis vt conuiua cibo plenus? Hic color Papinia
nus assumptus libro siluarum secūdo. Deprendet suprema dies: sed abire paratum Et plenum vita: & quæ se
quuntur. Securā quietem. Ocium sine cura qđ reperitur in morte. Sin ea. Q̄ si quæcunq; benigno larga
dedit natura sinu contempta perierunt, cur queris amplius addere? Rursum qđ pereat male? Vis ne, Lucreti
us interrogat, addi ætati tuæ vt rursus tempora male disponas vt superiorē vitā fecisti? Ingratum. Si natu
ra tibi triseclis Nestoris ætatē condonet ingratum id munus esset tibi aliquando deficienti. Accidat. Eueni
at. quidam catantistichon pro accedat interpretanẽ. Facis. Pro facias. Laboris. Vitæ laboriosæ. conue- Laboriosa
nit id Horatianū. Nil sine magno Vita labore dedit mortalib⁹. Nam tibi preterea. Sensus est. vt queri nō pos vita.
sis O mortalis inquit natura inueniā nouum commentū: qđ tibi placere possit: & asseram semp omnia eadem
esse & nō eadē. Nam si quispiā senuit & annis emarcuit: non doleat: quippe cū paulopost qui est florenti ado-
lescentia deflorescet & erit huiusmodi. Quidā exponunt. quoniā O mortalis odisti hanc vitam reperi anody Anodynō.
non: qđ somnū inducēs morbū lenit. placebit em̄ tibi credo mors hęc quā machinor & pręparo tibi. Si tibi
non annis. Si iuuenis moreris: nec tibi anim⁹ marcet ab annis: tñ aliqñ moriēdū erit & si Nestora vincas: ppter
ea, vt inquit Augustinus, melius est vnā mortē perpeti moriendo q̄ omnes timere viuēdo. Eadē restant.
Perinde tibi moriendū est: nihilo secius morieris. Machiner. Cōminiscar & excogitē. Inueniam est. Est in-
uenire: hoc est inuenire possum. Si nunq̄ sis moriturus deteriori sis conditione: quippe cū per decenniū nunc
senectutis toleres fastidia, tunc per infinitū spatiū tolerares dū vita alternis reuerticulis & vicibus huc vagaẽ
& illuc. Marcet. Vietū fit & resolutū. Iuxta illud Ouidianū in amorib⁹. Si vir tibi marcet ab annis. Confe- Marcet.
cti. Senio vel morbo attriti. Eadem oia restant. Si hodie morbū senectutēq; non pateris: expecta paulisper
& patieris. Vincere. Supgredi: producere. Quid respondemus. Si quispiā patrociniū naturæ sumat & pro
deat in mediū: quibusnam verbis vtemur in carpenda & accusanda natura. Queremur em̄ de natura q moriamur?
minime gentiū. quippe si sit ille senex naturā accusat immerito. quoniā nedum annosus est: sed mar-
cet annis. Si iuuenis: debebat vti paratis & p̄ripere apposita. Respōdemus pro respōdeam⁹ vel respōdebim⁹
positum. Intendere. Litem condicere: coram iudice proponere. Natura. Subintellige velit. In priscis exē-
plaribus legiẽ naturæ. Quid respondebimus si quispiam velit intendere & excutere naturæ litem iustā. At
qui. Nunquid. Amplius æquo. Miser parce magis q̄ deceret eiulabit se mortalē. Inclamet. Num rectius
obiurgabit accusabitq; te natura. Abhinc. Ab aspectu nostro. Barde. Stulte, brute, silicet. vox plautina. Abhinc.
Sic appellaẽ ab ingenij tarditate. Gallicani bardos poetas appellant virorū fortiū gesta canentes. Lucanus. Bardus.
Plurima securi fudistis carmina bardi. Bardum vi prępostera & ingenio tardum. Nā græci bardos tardos di-
cebant: qua voce vtitur Homerus bardistos fatuos appellās. Plautus in persa. Nimis tandē equidē pro bar-
da & pro rustica reor habitā esse abs te. Compesce querelas. Supprime linguam garrulam. Grandior. Pro
uectior in ætate: senior. Oia. Hæc sunt verba qb⁹ natura mortalē senem carpens & accusans vtitur. Per-
functus vitai præmia. Cum tu inquit natura functus voluptatibus omnibus, delicijs, amoribus, honoribus,
& multis ætatis annis peractis: marcealq; longa seculorum turba: quereris? At hæ querelæ sunt ineptæ atq;
præposteræ. Contribui tibi qđ potui. Sed quia semper aues. Accusa te ipsum non naturam: qui diim futu Canisatta
ra destinas: pręsentibus non frueris: & imitaris canem Attali qui cibum glutiebat non gustabat fame vexa- li.
tus insatiabili. Nam authore Seneca dum differtur vita transcurrit. præsentibus inhiandum monet vrbanis-
simus poeta. Hęc vtraq; manu complexuq; assere longo. Sępe fluunt imo sic quoq; lapsa sinu. Idem alibi.
Non est crede mihi sapientis dicere viuam. Sera nimis vita est crastina: viue hodie. Aues. Affectas. vn-
de auidus pro auaro. Temnis. Aure supina inuitantia vt occasionem surripias transis. Imperfecta. Muti
la: non perfecte potita & fruita. Nec opinati. Legendum opinanti. mors tibi institit aliud curāti: nec de bre-
uitate cogitanti. Iuuenalis versus huic sentētiæ quadrant. Festinat enim decurrere velox Flosculus: angu
stæ miseræq; breuissima vitæ Portio. dum bibimus: dum serta, vngenta, puellas Poscimus: obrepit non in-
tellecta senectus. Ad caput. Ad occiput. tale illud Tibullianum. Nescia vltorem post caput esse deum.
Satur. Iunge cum rerum. hoc est pręmiorum vitæ.

Nunc aliena tua tamen ætate omnia mitte:
Aequo aīoq; agedū iā aliis concede:necesseſt
Iure(vt opinor)agat:iure increpet:inciletq;.
Cedit enim rerum nouitate extrusa vetustas
Semper:& ex aliis aliud reparare necesseſt.
Nec q̄sq̄ in barathrū:nec tartara dedit̄ atra:
Materies opus est:vt crescāt postera secla.
Quæ tamē omnia te vita pfuncta sequentur.
Nec min⁹ ergo añ hęc:q̄ tū cecidere:cadētq;.
Sic alid ex alio nunq̄ desistet oriri.
Vitaq; mancipio nulli datur:omnibus vsu.
Respice item q̄ nil ad nos anteacta vetustas
Temporis æterni fuerit:q̄ nascimur ante.
Hoc igitur speculum nobis natura futuri
Temporis exponit.Post mortē deniq; nostrā
Nū qd tibi horribile apparet:nū triste videt̄
Quicq̄:nōne omni somno securius extat?
Atqui aīarū etiā quęcūq; Acherōte profundo
Prodita sunt esse:in vita sunt omnia nobis:
Nec miser impendēs magnū timet aere saxū
Tantalus:vt famast:cassa formidine torpēs:
Sed magis in vita diuū metus vrget inanis
Mortaleis:casūq; timent:quē cuiq; ferat fors.
Nec Tityon volucres ineūt acherōte iacētē:
Nec qui sub magno scrutent̄ pectore quicq̄:
Perpetuam ætatē possent reperire profecto:
Q̄libet immani proiectu corporis extet:
Qui non sola nouē dispersis iugera membris
Obtineat:sed qui terrai totius orbem:
Non tamē æternū poterit perferre dolorē:
Nec præbere cibum proprio de corpe semp.

¶Nunc aliena. Verba sunt naturę rerum admonētis vt aliena dimittas & afferat propria nisi vult dulcedine vitæ spoliari. Tua ætate. Hoc est cum donis naturæ congredere: q̄ ætati tuæ cōueniūt:nec dolebis amisisse vitā. Nam vt tempus anni aliam ætatem aliud factum conuenit. Aequo animo. Volenter & libenter. Agedum. Hortantis aduerbium. Alijs concede. Quæ sunt aliena a natura sua alijs ætatibus cōcede: & naturam sequere bene viuendi ducem:qđ si facies non quereris amisisse vitam. Incilet. Agitet, vexet,cōturbet. Incilare est increpare vel improbare. Acti⁹ in meleagro. Quis erit q me non spernens incilans probris sermōe indecorās turpi fama differat. Lucilius. Nūc Cal quoniam incilans nos lędis vicissim. Cedit. Nunc vanas esse lachrymas adstruit:quę ab homine moribundo profunduntur. quoniam necesse est nouitatem rerum extrudi a vetustate:& vicissim vetustatem a nouitate: vt hoc pacto sit omnium rerum sempiterna vicissitudo. Barathrum. Profundum: hyatum inferorū. Materies opus est. Opus est materia. Dicim⁹ fauor opus est:fauoris,& fauore:vel authore Marco Tullio. Ostēdit ex hoc mortē esse necessariam vt suppeditet copia materiæ ad noua corpa creanda. Postera secla. Posteritas & soboles hominū multiplex. Quæ tamē omnia. Quæ omnia tamen.i.qui effectus materiæ reuertētis in principia sua sequentur te vita functū. Nec minus. Nihilo secius quæ nascentur interibunt q̄ tunc ciderunt corpora prima. Ordo. Et nec minus ergo cadent, subintellige postera secla, q̄ tunc cecidere ante hęc:hoc est corpora quæ antecesserunt posteriora & sequentia corpora. Alid. Aliud.eclipsis figura. Ex alio. Post aliud. Nunq̄ desistet oriri. Natura nūq̄ parere lassabitur.sed vicissim alia corpora post alia suborient̄: qđ quaten⁹ verum sit discutit omnis diuina theologia. Mancipio. Sensus. vita perpetua non datur:quę sit sine fine.sed omnibus vsu.i. ad vtendū pro temporis momento cōceditur. Ouidianum exemplum huic sententiæ quadrat. Vita data est vtenda:data est sine fœnore nobis Mutua:nec certa persoluenda die. Innuit poeta doctissim⁹ genus illud seruitutis aut donationis aut vēditionis:q̄ mancupi dicit̄. Cōtrarium huius ē nemancupi. vetustus est loquendi modus mācupi dicere etiā si vsurpet̄ mancipio. Marci Tullij in topicorū libris hęc verba sunt. Abalienatio est ei⁹ rei q̄ mancipi est aut traditio alteri nexu aut in iure cessio. Planius & fusius Boetius ibidem. Oēs vero res quæ abalienari possunt.i.q̄ a nostro ad alterius dominiū trāsire, mācipi dictæ sūt. Mācipi res veteres appellabāt: q ita abalienabāt̄ vt abalienatio p quandā nexus fieret solēnitatē. Nexus vero est q̄dā iuris solennitas:quę fiebat eo modo, quo in institutionibus Caius exponit. Eiusdē aūt Caij libro institutionū primo de nexu faciēdo hęc verba sunt. Est autem mancipatio imaginaria quędam venditio: qđ ipsum ius proprium Romanorum est ciuium:eaq; res ita agitur adhibitis non minus quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus:& preterea alio eiusdem conditionis:qui libram æneam teneat:qui vocatur libripens. Is qui mancipium emit æs tenens ita dicit.hunc ego hominem ex iure quiritium meum esse aio:isq; mihi empt⁹ est hoc ære æneaq; libra:deinde ære percutit libram:idq; æs dat ei a quo mancipium accipit, quasi pretij loco. Plynius libro trigesimo tertio natu.histo. Quin & militariū stipendiorū hoc est stipis pōderādę pēsatores vocant̄ libripēdes:quę cōsuetudine in his emptionib⁹:q̄ mancupi sunt & nūc libra interponit̄. Priscianus lib.iiij. Qui

Incilo.

Mancupi vēditio.

Nemancupi.

Nexus.

Mācipatio

Libripens.

Libra interponit̄ emptionibus.

dam enim figurate frugi datiuum & nihili genitiuum vt ante dictũ est cũ alijs coniungi casibus non irrationa
biliter dicunt sicuti mancipi & nemancipi. Plautus in curculione. Egon ab lenone quidq̃ mancipi accipiam
quibus sui nihil est nisi vna lingua. Omnibus vsu. Datur omnibus vita vt illa vtãtur: sed eandem tanq̃ de-
positum reddant iubente eo qui deposuit. Dare vsu hoc est ad vtendum, contrarium est dationi nemãcipi. Il-
le namq; qui nemancipi tradit ita tradit vt alienatio perpetua intelligatur. Respicit item. Tempus præteri-
tum est quoddam velut speculum futuri. Quemadmodum enim nullam curam præteriti temporis habe-
mus: perinde futurum curare non debemus. Quæ nascimur ante. Anteq̃ nascimur. Hoc speculum. Præ-
teritum tempus futuri temporis est speculum. Exponit. Proponit tibi. Post mortem. Et vt semel finiam
quid nisi quies & securitas post mortem nostram apparet? Horribile. Q̃d horrendo aspectu timorẽ inferat.
Somno securius. Nihil enim somno potest esse securius. proinde Ouidius non minus amoene q̃ vere ceci- Somni se-
nit. Somne quies rerum placidissime somne deorum, Pax animi: quem cura fugit: qui corpora duris Fessa curitas.
ministerijs mulces reparasq; labori. Extat. Tempus post mortem. At qui animarum. Nec te mendacia
poetarum moueant: qui fingunt animas in inferno puniri diuerso suppliciorum genere: id omne fabulosum
credendum: quippe cum inferos poetæ sub obscuro velamento hunc mundum intelligant: in quo plectũtur
homines tot supplicijs quot vitijs. Lege quæ apposite Macrobius Placiadesq; conscribunt. Sunt q non
legunt, At qui animarum etiam. sed. atq; ea nimirum. per ea fabulamenta percipe quę super inferis scribunt.
Acheronte. In vastis inferis vbi fluuius est hoc nomine: de quo alibi profluentius. nascitur hic ex tartaro: vt
cocytus ex Styge. Prodita. Dicta: cantata. Nobis. Hominibus viuentibus hæc omnia contingunt.
Impendens. Imminens capiti. Tantalus. Mutat fabulam. dicunt cæteri Tantalũ in aquis positum lympi
dissimis ad vsq; sũmitatem labiorũ: afficiq; maxima siti: nec tamẽ illã explere posse eius cupiditatem fugien-
tibus aquis. Tantalus est illic & circum stagna: sed acrem Iam iam poturi deserit vnda sitim. Maro, vt sunt Tantalus.
aliquãdo in friuolis poetæ dissidẽtes, hoc Lapithis adscribit, Ixioni atq; Pirithoo. Versus Virgiliani sunt hij.
Quid memorẽ lapithas Ixiona, pirithoũq;. Quos super atra silex iam iam lapsura cadenti Imminet adsimi- Pro Virgi-
lis? lucent genialibus altis Aurea fulcra thoris: epulæq; ante ora paratæ Regifico luxu: furiarum maxima iu- lio.
xta Accubat: & manibus phibet contingere mensas. cum inquit Maro. Lucent genialib⁹ altis hoc adscribẽ-
dum Tantalo. Lege Macrobium in somniũ Scipionis, Fulgentiumq; ista scrupulose trutinantes. Philostra-
tus Tãtalum eloquentissimũ prodit fuisse: quare apud Indos propinat dulcissimum ex phyala liquorem indi
cem facundiæ. græci vero inuidi ęgre ferentes q sapientiæ facundiã disseminauerit, huiuscemodi fabulis ho Fõs & phy
minem probissimũ infamarũt. nec te moueat Hieronymũ vocasse vas idem fontem: q̃d a Philostrato phya- ala idem.
la nuncupatur. Est enim idem vt Plautino testimonio alibi docuimus & greco carmie. Quare modestiã Phi- Beroaldi er
lippi nostri requiro: qui ausus est impudentissime Hieronymi codicem conuellere. Hac lege apud inferos Tã ror.
talus punitur vt in Eridano inferorum stans nec vndis præsentibus nec vicinis eius pomarijs fruatur. Hora-
tius. Tantalus a labris sitiens fugientia captat Flumina. quid rides? mutato nomine de te Fabula narratur.
Cassa. Vana. vnde araneæ casses: cum & alia sic appellent̃ retia vel Ouidio teste. Decidit in casses præda pe-
tita meos. Panthera inter genera aucupij numeratur: de qua Vlpianus meminit libro decimo nono digestorũ Panthera.
de actionibus empti & venditi. Veluti, inquit, cum futurum iactum retis a piscatore emimus aut indaginem Iuriscõsul-
plagis impositis a venatore vel pantheram ab aucupe. Torsit me olim dictio panthera suspicantem mendo tus enarrat⁹
sum esse codicem: cæterum subuenit Bellafinus exculti vir ingenij, lingua vernacula patauina, etiam vene- Bellafinus.
ta hodie pantheram genus esse retis religiose testatus. Meminit in hanc sententiam Pollux de retibus q̃ Par- Pardales.
dales nuncupant̃. Sed magis. Hic Tãtalus religiosus indicat qui fortunam, qui casum timent, perpetuaq;
formidine torpẽt & intremũt. Alij dicũt per Tãtalũ auarũ innui: qui in medijs posit⁹ opibus torpet & illis par
cit. Diuũ metus. Deos enĩ nõ metuere sed vereri debem⁹. ꝑpostera supstitio deos metuit tanq̃ hostes terribi
les. hinc a Papinio dictum. Primus in orbe deos fecit timor. Casum. Fortuita pauent perinde ac a deo per-
uenerit. Ferat fors. Obtulerit fortuna. Nec tityon. Tity⁹ vnus e terrigenis gygantib⁹: q vasto corpe prędi
tus iecore vulturẽ pascit fibris semp succrescẽtib⁹ vt inexhaustus æthernusq; dolor nox num laceret. hic volu Tityus.
it Iouẽ ab arce cæli detrudere: sed fulminib⁹ præcipitat⁹ ẽ ad inferos: cuius corpus ibi per nouẽ iugera distẽdi
tur & pascit auẽ vulturẽ: Porrectusq; nouẽ Tityus p iugera terrę Assiduas alto viscere pascit aues. Maro. Nec
non & Tityõ terræ omnipotentis alumnũ Cernere erat: per tota nouẽ cui iugera corpus Porrigit̃: rostroq; im
manis vultur obunco Immortale iecur tondẽs: foecundaq; poenis Viscera rimaturq; epulis: habitatq; sub al
to pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. Subdit grãmaticus Honorat⁹. Tityus amor est & libido: quę
secũdũ physicos & medicos in iecore est: vt risus in splene: iracundia in felle. Vñ etiã exesum a vulture dicunt
in poenã renasci. Eteni libidini nõ satisfit re semel pacta: sed recrudescit semp: vñ ait Horati⁹. Incõtinẽtis aut
tityi iecur. Legim⁹ apd̃ interpretẽ Rhodij Apollonij li. j. Argonauticon Tityũ a mr̃e Elore nutritũ esse terra.
vñ Homer⁹ ait. καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱόν. Pherecydes inqt genitũ sub terra ad zelotypiã Iunõis
declinãdã: vñ γηγενὴς. i. terrigena dicat̃. Elore mater in enixu perijt filiũ tñ vastum parere nõ valẽs. Nec q. Gegenes
Et si nonnulli reperiunt̃ q talia fabulosa perscrutent̃: nõ poterũt saltẽ id vere dicere q Tityus tanto æuo suffi Tityus.
cere potuerit huic poenę. Ordo. Nec pfecto possent repire volucres q sub magno pectore ætatẽ hoc est semp Elore.
scrutentur. Quælibet. Quæ vastissimo. Immani plectu. maxima totius corporis explicatiõe vastissimi vtpo-
te q̃d per nouẽ iugera pateat. Qui nõ sola. Etiã si cõcedam⁹ corp⁹ Tityi totũ orbẽ terrarum vastissimo cor-
pore tenere: nõ tñ cãm reperiem⁹ cur æthernũ dolorẽ pati potuerit. Dispsis. Profusis, largis, copiosis. Iuge
ra. Iugerũ vocat̃ terræ mẽsura quantũ exarare iugũ vnũ boũ posset. mẽsurã his verbis Fabius colligit lib. j Iugerum.
rhetorices. Iugeri mensura ducentos & quadraginta lõgitudinis pedes esse, dimidioq; in latitudine patere nõ
fere quisq̃ est qui ignoret. Præbere cibũ. Alere famelicũ vulturem.

Sed Tityus nobis hic est: in amore iacentem
Quem volucres lacerãt: atq; exest anxi⁹ ãgor:

¶ Volucres. curæ & alati cupidines. Exest. Lacerat: absumit. Angor. Angina: dolor. Scindunt. Differunt & excarnificant. Torpedine. Pigritia, desidia: verbum a

Aut alia quauis scindunt torpedine curæ.
Sisyphus in vita quoq; nobis ante oculos est:
Qui petere a populo fasces: sæuasq; secures
Imbibit: & semper victus: tristisq; recedit.
Nã petere imperiũ: qđ inane est: nec dat̃ vnq̃:
Atq; in eo semper durum sufferre laborem:
Hoc est aduerso nixantẽ trudere monte
Saxũ: quod tamẽ e summo iã vertice rursum
Voluitur: & plani raptim petit æquora cãpi.
Deinde animi ingratã naturã pascere semp:
Atq; explere bonis rebus: satiareq; nunq̃:
Quod faciunt nobis annorum tp̃a: circum
Cũ redeunt: fœtusq; ferunt: variosq; lepores:
Nec tamẽ explemur vitai fructibus vnq̃:
Hoc (vt opinor) id est æuo florente puellas
Qđ memorant laticẽ ꝑtusum cõgerere ĩ vas:
Quod tamẽ expleri nulla ratione potestur.
Cerberus & furiæ iam vero & lucis egenus
Tartarus horriferos eructãs faucibus æstus:
Qui neq; sunt vsq̃: nec possunt esse profecto.
Sed metus in vita pœnarum pro malefactis
Est insignibus insignis: scelerisq; numela:
Carcer: & horribilis de saxo iactus eorum:
Verbera: carnifices: robur: pix: lamina: tædæ:
Quę tamẽ etsi absunt: at mẽs sibi cõscia facti
Prę metuẽs: adhibet stimłos: torretq; flagell̃.
Nec videt interea qui terminus esse malorũ
Possit: nec qui sit pœnarũ deniq; finis:
Atq; eadẽ metuit magis hęc ne ĩ morte graue
Hic acherusia fit stultorũ deniq; vita. (scãt.
Hoc etiã tibi tute interdum dicere possis.
Lumina sic oculis etiã bonus Ancus reliquit:
Qui melior multis: q̃ tu: fuit improbe rebus.
Inde alii multi reges: rerumq; potentes
Occiderunt: magnis qui gẽtib9 imperitarũt.
Ille quoq; ip̃e: viã qui quondã ꝑ mare magnũ
Strauit: iterq; dedit legionibus ire per altum:

pisce maritimo detortum: qui graece νάρκη vocatur: latine torpedo. quęcũq; ex his piscibus piscator attigerit, torpescit etiã per arundinẽ torpore transeunte. pisces attactos torpore maximo pisciculus hic afficit. de q̃ multa reperies nostris in Plautum quęstionibus. Magnus Albertus libro de animalibus octauo sic de torpedine. Est aũt aliquando operatio quidem piscis ex naturæ necessitate: sed hac ip̃a artificiose orit̃ operatione: sicut ostẽditur in pisce: quẽ gręci narcen: nos stupefactorẽ vocamus: eo q̃ stupefaciat se tangentium manus. hic enĩ piscis stupefaciendo per se transeuntia capit animalia & comedit ea. Tãtæ nãq; virtutis est in stupefaciẽdo vt dixerit mihi homo veridicus q̃ causa experiẽdi tetigit eũ extremitate digiti sui: & statim in tantum obstupuit sibi brachiũ & manus vsq; ad humerũ, q̃ infra mẽsem vix multis calidis loturis & fomentis emplastorũ & frictionibus sensum & motum brachij potuit recu

Albertus emẽdatus.

perare. fœdissimũ erat mendũ in Alberti codice. vbi narcẽ repositum9 barchis opice scriptum erat.

Sisyphus.

Sisyphus. Hic saxum voluit & in montẽ effert: quo cum attulerit rursum deuoluit̃ referreq; cogit̃. Ouidius. Sisyphe cui tradas reuolubile pondus habebis. Per Sisyphum inquit poeta intelligimus illũ: q ambitione correpť9 petit honores & semp hoc saxum voluit: qđ ꝓuerbiũ de his dicit̃ q semp inhærent vni negocio etiã laborioso. Horatius libro carminũ secundo. Dãnatusq; longi Sisyphus æolides laboris. Subdit Acron interpres Horati nõ omnino mal9: pro hoc flagitio tali pœna perculsus est quia ęginã Asopi filiam Iuppiter adamauit: eamq; custodię patris furtim surripuit: & factũ Sisypho confessus est: ille humana leuitate quærenti eam patri prodidit. Fasces. Magistratus & honores eos quos antecedebant fasces ex arbore betula. Sæuasq; secures. Quibus lictor ceruices nocentum frangebat: vñ Maro. Sęuũq; securi Aspice Torquatũ.

Imbibo.

Imbibit. Inhiat: anhelat: desiderio maxio tenet̃. Vict9. Cum patit̃ repulsam. Nõ minus Cato repulsam passus gaudebat q̃ honoribus. Imperium. Petere honorem inanem: & circa illum sufferre magnum dolorem: illud significat̃ ꝑ saxum sisyphium. Non datur. Non conceditur adipisci fortunæ & conditioni tuæ.

Hoc est. hoc significatur per hãc fabulam.

Nixans. Nixuriens Nixurire.

Nixantem. Nixu & conatu maximo laborantem Sisyphum. nixuriẽtem antiqui dixere: vnde verbum nixurire id est conari. Voluitur. Deuoluitur & detruditur. Plani. Aequoris campestris iugo mõtis huius suppositi. Aequora. Planitiem. Deinde animi. Præterea per Danaides vas pertusum aqua supplentes significãtur illi: qui laborant incassum: naturam pascunt & ipsi nunq̃ saturantur. Ingratam naturam. Qualitatem animi insatiabilis: quæ gratis oblata nõ accipit: sed vlteriora semper appetit.

Quod faciunt. Instar quarum Danaidum habent tempora: quę fructus ferunt annuos nec tamen illis possumus expleri. Circum

cum redeunt. Cum eisdem vicissitudinibus remeat annus fructus vberes secum ferens. Maro. Atq; in se sua per vestigia voluitur annus. Cum Aegyptij significare volebant annum voluminosum & in se redeuntem: vnde græci ἐνιαυτὸν appellant, draconem pingebant mordicus caudam appetētem: vnde a Papinio dictum. Interga reuolutur annus. Id est. Id innuit. A Euo florente. In vere & flore puellaris ætatis. Puellas. Virgines danaides. Pertusum in vas. In vas perforatum. Quod. Vas perforatum. Potestur. Potest. vnde multi sic legunt in Virgilio. Quod fieri ferro liquido ve potestur electro. q̄uis legant alij, liquido ve potest electro. Marcellus. Potestur pro potest. Pacuuius. Si qua potestur inuestigari via. Quadrigarius. Adeo memorari vix potestur. est secundus paragoges modus. Cerberus. Quæ de inferis finguntur q̄ videlicet Cerberus intonat: & id genus reliqua tormenta: sunt supplicia quæ patimur in hoc orbe. Seruius libro sexto æneidos fabulā Cerberi trahit ad sensum mysticum. Q̄ autem, inquit Seruius, dicitur traxisse ab inferis Cerberum hæc ratio est: quia omnes cupiditates & vitia cuncta terrena contempsit & domuit. Nam Cerberus est terra: quæ consumptrix corporum: vnde & cerberus quasi κρεοβόρος. i. carnem vorans. vnde & lectum est. Ossa super recubans. Nam non ossa citius terra consumit. Lucis egenus Tartarus. Infernum luce spoliatum & obscurum. Horriferos. Horrorem & terrorē incutientes. Eructans. Euomens, exspirans, eijciens.

Enfautos
Draco mordens caudam.
Potestur.
Paragoge.
Cerber⁹.

Faucibus. Ex vestibulo & angustia, quæ infera loca petit. Qui. Aestus & calores tartari. Sed metus. Sed cum hæc inferna tormenta timemus: aliquo modo videmur illa pati: non secus ac cum nocentes sumus & alicuius sceleris conscij timemus omnia tormentorum genera etsi illa absunt. Insignibus. Enormibus.

Numella. Laqueus pedum ad reos impediendos. vel nomella scribitur ἀπὸ τῶν νομῶν hoc est a pascuis. quoniam illis constringuntur animalium pedes & præcipue equorum ne exeant e pascuis. vel potest esse literæ immutatio & o, in u. cedere: vt fit in voltis & vultis: & id genus reliquis. Columella libro septimo. possunt etiam numellæ fabricari vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. Varro libro secundo de re rustica. Consuefaciunt quoq; vt alligari primum possint leuibus numellis: quas si abrodere conantur ne id consuescant verberibus eos deterrere solent. Plautus in asinaria. Qui aduersum stimulos, laminas, cruces q; compedes q;, Neruos, catenas, carceres, numelas, pedicas, boias. De saxo iactus. Tormentum illud quod subibant qui perduelliones & rei maiestatis erant. ducebantur enim in capitolium & e rupe deijciebātur.

Numella

Robur. Locus in carcere. Pompeius. Robū rubro colore & quasi rufo significari vt bouem quoq; rustici appellant manifestum est: vnde & materia quæ plurimas venas eius coloris habet dicta est robur. hinc & homines valentes & boni coloris robusti. Robus quoq; in carcere dicitur is locus: quo præcipitatus malefactorum genus: qd ante arcis robustis includebatur. De hoc carceris loco intellexit Apuleius in Apologetico cum sic inquit. Scelus dignum robore & carcere. huc transferri debere carmen id Propertianum Codicis immundi vincula sentit anus: scripsi in Plautinis quæstionibus. Pix. Tunica pice oblita: qua induebant illos qui flammis cremabantur ob insigne delictum, hanc tunicam molestam dicebant: quā his innuit epigrammaticus poeta. Tunica præsente molesta. Satyrus. Ausi qd liceat tunica punire molesta. Meminit & Seneca. Lamina. Quę lumbis ardens & cæteris corporis partibus imponebatur excruciando reo. de hoc tormento, vt omittam cæteros, meminit Apuleius. Quæ. Tormēta ista q̄uis carcerario nocenti non adhibeantur: mēs tñ rea flagitiorumq; conscia: cū mereatur omnia, timet oia. Facti. Scelerum quæ patrauit. Præmetuens. Metuendo præueniens. Adhibet. Corpori conscientiæ inurit aculeos. Torret. Excalfacit & exurit conscientia. Interea. Dū cuncta timet metam pauori non imponit vllam. Grauescant. Grauiora fiant hæc tormenta in morte. Hic acherusia. In hoc mundo stulti præparant & machinantur sibi tormenta: quæ poetæ fabulantur esse apud acherōtem. Hoc etiam. Tu qui tam ingrate vitam relinquis cur non præclarissimorum exemplis virorum solaris casum tuum: vides enim reges Romanos, Fabios, Scipiones fulmina belli cecidisse: vt tu minimus inter hos mirari non debeas nec ingemere si cecideris. Lumina. Exempla illustria & præclara, quæ prælucēt tanq̄ faces oculis posterorum. Quidam ἁπλῶς lumina pro luce vitæ capiunt: quæ dicitur relinqui in oculis: quoniam moribundis oculi claudebantur vel Ouidiano testimonio. Di precor hoc faciant vt euntibus ordine fatis Ille meos oculos comprimat: ille tuos. Plynius quoq; libro histo. naturalis vndecimo. Morientibus illos operire rursusq; in rogo patefacere quiritium magno ritu sacrum est: ita more conditovt neq; ab homine supremum eos spectari fas est: & cœlo non ostēdi nefas. Difficillimum esse oculis mederi Plato putat in Charmide inquiens. Sæpe ex peritis medicis audiui: qui quoties aliquis dolore oculorum affectus eos cōfudit aiunt oculis mederi non posse nisi prius capiti medeantur: neq; caput absq; totius corporis medicina posse curari. Non omittenda sententia Zamolxidis & Abaridis hyperborei: qui dicebant ad curationem oculi curandum esse totum corpus & ad corporis animam. In oculis vt inquit Albertus libro de animalibus primo & principaliter consistit omnis physonomiæ perfectio. Dixit enim Palemon oculos esse tanq̄ flores animæ: & animam emicare per oculos: & solam oculorum dispositionem: per quam animus introspici possit: propter quod etiā oculum verum cordis esse nuntium affirmauerunt. Albertus de sensu & sensato tradit oculum esse ex aqua: & ibi assignat causam quare potius ex aqua sit q̄ ex aere: & quare non sit ex igne. Ancus. Martius tertius Romanorum rex. s pro sibilo excluditur. Sic oculis. Placet grammaticis & his literatissimis sis legatur pro suis: vt mis pro meis. Plautus. Da diem hanc sospitam rebus mis agendis. Sis pro suis ea elocutione dicitur qua sam pro suam & eam: & sos pro suos & eos. Ennius. In somnis vidit priusq̄ sam discere cœpit. Reliquit. Vel proposuit tibi sequenda & miranda: vel reliquit hoc est amisit animam. Improbe. Immodici voti: qui cum sis capulare cadauer non tamen expletus es vita. Ille quoq;. Xerxes quoq;, qui totum orbem & numina contemnebat: qui montes nauigauit & maria perambulauit: occidit tamen a familiaribus obtruncatus. Ire per altum. Per mare: qui Hellespontiacum mare constrauit tabulis vt legiones illac permeare possent: ad imitationem cuius Caius Cęsar a Baijs ad Puteolos stagnum ponte coniunxit vt Tranquillus asserit. Ad Xerxis pontem alludit poeta satyrographus ita canens. Ipsum compedibus qui iunxerat ennosigæum.

Robur.
Robusti vnde.
Robus ī carcere.
Molesta tunica.
Lamina.
Ad curationē oculi totū corpus curari.
Physonomia ī oculo tota.
Ocul⁹ cordis nuntius.
Ocul⁹ ex aqua.
Ancus.
Sis p suis
Mis.
Sam.

Ac pedibus salsas docuit superare lacunas:

¶ Superare. Pertrāsire. in priscis exemplaribus legitur superire. Contempsit. Rerum naturæ ordinem. Insultans. Insiliens: scan

Et cõtempſit equis inſultans murmura põti:
Lumĩe adẽpto aĩam moribũdo corpore fudit.
Scipiades belli fulmen Carthaginis horror
Oſſa dedit terræ: ꝓide ac famul ĩprobꝰ eſſet.
Adde repertores doctrinarum: atq; leporũ.
Adde Helicõiadũ comites: quoꝝ vnꝰ Hõerꝰ
Sceptra potitꝰ: eadem aliis ſopitus quieteſt.
Deniq; Democritum poſtq̃ matura vetuſtas
Admonuit meõres motꝰ lãgueſcere mẽtis:
Sponte ſua leto caput obuius obtulit ipſe.
Ipſe Epicurus obiit decurſo lumine vitę:
Qui genꝰ humanũ ingenio ſupauit: & om̃eis
Reſtrinxit ſtellas: exortus vti aerius Sol.
Tu vero dubitabis: & indignabere obire?
Mortua cui vitaſt ꝓpe iam viuo: atq; videnti?
Qui ſomno partem maiorem conteris æui:
Et vigilãs ſtertis: nec ſomnia cernere ceſſas:
Sollicitamq; geris caſſa formidine mentem?
Nec reperire potes: quid ſit tibi ſæpe mali: cũ
Ebrius vrgeris multis miſer vndiq; curis:
Atq; animo incerto fluitans errore vagaris.
Si poſſẽt homines proinde ac ſentire: videre
Põdus ineſſe animo: q̃d ſe grauitate fatiget:
Et quibus id fiat cauſis cognoſcere: & vnde
Tanta mali tanq̃ moles in pectore conſtet:
Haud ita vitã agerẽt: vt nũc plerũq; videmꝰ:
Quid ſibi quiſq; velit neſcire: & q̃rere ſẽper
Cõmutare locũ: quaſi onus deponere poſſit.
Exiit ſæpe foras magnis ex ædibus ille:
Eſſe domi quẽ perteſumſt: ſubitoq; reuertit:
Quippe foris nihilo melius qui ſentiat eſſe.
Currit agens mannos ad villam pręcipitãter
Auxilium tectis quaſi ferre ardẽtibus inſtãs:
Oſcitat extemplo tetigit cum limina villæ:
Aut abit in ſomnũ grauis: atq; obliuia quęrit:
Aut etiã ꝓperãs vrbẽ petit: atq; reuiſit.
Hoc ſe quiſq; modo fugit: at q; ſcilicet vt fit:

dens. Murmura. Freta fluctuoſa. Lumine. Anima: quæ corpori lucem præbet & gratiam.
Scipiades. Scipiades. Pro Scipionides: hoc eſt Scipio maior ortus ex genere Scipionum. Lucretium ſecutus Maro ſic inquit. Duo fulmina belli Scipiadas. Horror. Timor. q; illam ſtipendiariam fecit: vel ſi de ſecundo Scipione intelligit illum vocat horrorem Carthaginis: quoniã eã imperator exuſſit. inſtaurata tamẽ fuit a Cæſare. Proinde. Pro perinde. i. æque: tanq̃ abutatur hac dictione. Differẽtia eſt tamen inter perinde & proinde. perinde ſignificat ac: tanq̃. proinde itaq;. Plynius. Proinde occupãtibus locum faueo ego
Famul. & poſteris. Famul. Famulus: ſeruus. vox eſt oſca. Repertores doctrinarum. Quos in numerum deorum retulit grata poſteritas: qd Virgilius innuit ita canens. Quiq; ſui memores alios fecere merendo. Leporum. Rerum ad cultum vitæ ſpectantium. poteſt interpretari harmoniarum, concinniorum carminum
Heliconiades. & modulationum. Heliconiadum. Muſarũ. Fulgentius. Heliconiadum vna ſum. Comites. Poetas: qui vtilia & iucunda vitæ præcepta adinuenerũt. Sceptra potitus. Exercẽs inter poetas regnum. Notandum potior cum
Potior illum rem. accuſatiuo vſurpatum: quem locum Marcellus annotauit ita ſcribens. Potior illam rem ꝑ illa re. Pacuuius in atalanta. Nunc regnum potitur permiſſu patris. vtitur q; Nonnius hoc Lucretii teſtimonio q̃uis codex ſit mendoſiſſimꝰ. Plato in theeteto ita de Homero ſentit. Poetarum in vtroq; poemate ſummi in co-
Epicharmus. moedia Epicharmus: Homerus in tragoedia. Eadem aliis. Eodem lethargo oppreſſus eſt quo cæteri poetę. Deniq; Democritũ. Multi philoſophi, inter quos Democritus cenſetur, videntes cum corpore ſeneſcere ac langueſce-
Democritus ſe excęcauit. re mentem ſe luce priuarunt. Scitu dignũ eſt qđ de Democrito traditur illum admoto propriis oculis ſpeculo radios ſolis excepiſſe: &
Elucificare. ita ſe elucificaſſe hoc eſt luce priuaſſe vt liberius philoſopharetur. Didicerat enim oculos plurimum animi meditationi nocere: qui cognitioni rerum intentus perturbatur & hebet.

Matura. Vergens in ętatem vietam & reſolutam. Memores. Omnes ſenſus præmoriuntur in ſene: præcipue memoria. Leto. Voluit pręoccupare mortem Democritus ne ſenio ſõtico obrutus viueret poſt mortem hoc eſt cadauerosſam capularemq; ſenectutem, tantum his abſimilis timidiculis qui nunq̃ explentur vita. Caput obtulit. Obiecit ſe: mortẽ præuenit. Ipſe Epicurus. Dux philoſophorum Epicurus obiit: & tu improbe indignaberis obire? Decurſo lumine vitæ. Finito: vt ſit a curſoribus ſumpta metaphora: qui decurriſſe dicuntur quando cõſtiterunt in ſtadio. poſſemus legere: decurſo limite hoc eſt cum peracto curſu vitæ conſtiterunt ad limitem.

Reſtrinxit. Offuſcauit. Stellas. Lucidos radianteſq; philoſophos: quẽadmodum ſol igniuomus & radioſus cum exoritur ſtellas minores obſcurat, perinde Epicurus cæteros ſapientes in doctrinarum luce ſuperauit.

Tu vero. Cum ſidera doctrinarum fulgentiſſima obierint tu dubitabis obire: cuius vita

Effugere haud potis ē: inuit⁹ adhæret & odit.
Propterea morbi quia causã non tenet ęger:
Quã bone si videat: iam rebus quisq; relictis
Naturã primum studeat cognoscere rerum:
Temporis æcherni quoniã velut vnius horæ
Ambigitur status: in quo sit mortalibus om̃is
Aetas post morté: quæ restat cunq; manẽdo.

semper est mortua. Prope viuo. Prope nũc viuus es mortuus: adeo nihil nisi mera curas mortuaris. Videnti. Sentienti. tanq̃ illud inmuat oculos habebant & non videbant: aures & non audiebant. Somno. Quẽ micrõ thanaton hoc est paruam mortẽ princeps me dicorum vocat. proinde dictum ab Ouidio. Stulte quid est somn⁹ gelidæ nisi mortis imago? Longa quiescendi tempora fata dabunt. In hanc sententiam Plynius libro de animalibus septimo inquit. Malignum vero & breue in his etiam quibus largissime contingit: vniuersum vtiq; æui tempus intuentibus. Quid q; æstimatiõe nocturnæ quietis dimidio quisq; spatio vitæ suæ viuit? Pars æqua morti similis exigitur aut pœnæ nisi contingit quies. nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent: nec senectæ in pœnam viuacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata morte: vt nullum frequẽtius sit votum. Vigilans stertis. Quia non sapis pleno pectore pueri instar bimuli tremula matris dormietis in vlna. Iuxta id Plautinum. Quæ ne vigilans somniat. Somnia cernere. Quæcunq; vides per nebulam vides: tuisq; luminibus est obducta densa illa caligo: de qua scienter in secundo æneidos Maro meminit: quæ te verum dignoscere prohibet ac mentem opprimit. Sollicitam. Anxiam: incõpositam. Cassa. Vana.

Somnus pua mors

Quid sit tibi mali. Ea animi cęcitate laboras vt nequeas quæ tibi profutura sint indagare. Ebrius. Tumultuario mentis freto vexatus: & a vitæ modestia sobrietateq; nimis auersus. Fluitans. Fluctuans neq; consistens. Errore. Ex inscitia tibi mentis aciem obtenebrante. Vagaris. Discedis auius a vero. Proinde. Perinde: pariter: ac. Sensus. Si possent homines sentire pondera animi sui: quæ contrahit ex multiplici delictorũ colluuie facilius viuerẽt: & a delictis magis abstinerent. Videre. Sentiunt enim grauari sceleribus animũ nõ tamen oculata fide deprendunt. Quod. Propter qđ pondus. Grauitate. Grauibus sceleribus & piacularibus. Fatiget. Exerceat ac vexet. Tanta mali tanq̃. Quidam codices habent. Tanta mali tanti. Moles. Cõgeries & officina vitiorũ. Velit nescire. Videm⁹ multos nescire quid velint. Quęrere. Iuxta illud. Quęrere vt absumant absumpta requirere certant. Cõmutare locũ. Videmus multos cõmutare patriã alio sub sole iacentẽ vt animũ mutẽt: sed vt inquit Horati⁹, patriæ quis exul se quoq; fugit: & ab eodẽ. Coelũ nõ animũ mutãt q trãs mare currũt. Honus. Honerosum flagitiũ. Deponere possit. Quasi cũ locũ mutat, mutare possit animũ. Exit. Per notissimũ exẽplũ ostẽdit homini nihil pdesse mutatione loci si animũ non mutet. Quidã, inquit, domo nauseabundus egreditur: tamen cum extra nil gratum deprendat, tristis domum reuertitur. Tale est illud Horatianum. Romæ tybur amem ventosus tybure Romam. Magnus. Vt ostendat fastidia summates etiam attingere. neq; enim auctore Tibullo Stragula picta soporem Nec sonitus placidæ ducere posset aquæ. Quem pertesust. Qui fastidio affectus est domi tam diu commorari. Reuerit. Pro reuertitur. Vox Ciceroniana & eruditorum. alij codices habent reuentat pro reuenit hoc est regreditur. Esse. Cum videat nihilo melius se foris habere q̃ domi. Currit. Inconstantiam hominis ostendit qui mouet ab vrbe magno non minus ardore q̃ impetu in villam: demum reuertitur in vrbem fastidio villæ confectus. Mannos. Equulos breues & pumillos: qui diminutiue quoq; dicuntur mannuli. Seneca de his libro epistolarum decimo tertio. q̃uis inanis ibi pro mannis scribatur. Notum est illud Propertianum: Huc mea detõsis auecta est cynthia mãnis. Martialis. Nusq̃ est mulio: mannuli tacebũt. Cęcilius in epistolis de mannulis meminit. Auxiliũ. Adeo properatur vt opem allaturus ardenti villæ festinet. Instans. Satagens, festinans, tanto decurrit ardore in villam vt prętorio deflagranti suppetias & opem ferre velit. Oscitat. Fastidientia signum oscitatio & animi ignaui, socordis & securi. Qui frequẽter ingratis oscitat oscedine laborare dicitur. Grauis. ὑγρὸβ αριο hoc est temulentus. Obliuia. Secessus, iocos, amœnitates: quibus sibi obrepat curarum obliuio. Se fugit. Ita oẽs hoc pacto se fugiunt: vt tamen se fugere non possint: quoniam cura scãdit & rates & vehicula: seq; comitatur.

Reuerto. Reuento

Manni. Locus se necæ.

Oscito. Oscitatio Oscedo.

Ad quod. Quidam per interrogationem legunt. ad quid? quid prodest inquit vt tu te fugias si non potes animum effugere. Scilicet vt fit. Hanc ne rationem adduces te fugere: quoniam ita fit: ita viuitur ab omnib⁹ vt se fugiant & asellum molarium imitentur: qui helcio spartheo per idem stadium reuolutus semper recalcat priora vestigia. Haud potis est. Non potest se fugere licet diu id moliatur. Adhęret. In vita moratur & illã odit: deponere non vult vitam quam tenet inuitus. Propterea. Ideo misellus freto mentis huc & illuc impellitur quia morbi cãm nõ tenet. Quã bone. Quã causam si perfecte cognouerit morbo cõgruas medelas adhibebit. Bone idem est qđ bene. Rebus. Trichis, molestijs & impedimentis. Iam. Statum. Quisq;. Vel quicunq; mortalis qui causam morbi ignorat. vel quibuscũq;. Studeat. Nitatur & conetur. Tẽporis ęthērni. Studeant sapientiæ: quæ instruet eos mortem ne reformident: & vitæ tantopere afflictantur: quæ breue momentum est si tempus futurum respicias: quod erit æthernum. Ambigitur. In dubietatem trahitur: vitam ne quæ breuis est horula, an complectatur tempus æthernum. iuxta opinionem eorum loquitur qui centum vitę annos ætherna sæcula putant. Stans. Conditio. deberent homines cognoscere naturam rerum: quã cum minime noscant indicium afferunt q; temporis breue momentum æthernum statum iudicant. In quo. Statu. dubitant mortales insulsissimi, in quo statu post mortem sit anima: quæcunq; restat manendo hoc est, quæ ætas dum manet in corpore superest & viuit: dum exhalat interit & deperditur.

Deniq; tantopere in dubiis trepidare periclis

¶ Deniq;. Sed vt semel colligam cur tantopere vitæ cupidi sumus vt etiam fingamus nobis superfuturam animã: quæ tartari pericula

Quæ mala nos subigit vitai tanta cupido?
Certa quidem finis vitæ mortalibus adstat:
Nec deuitari letum pote quin obeamus.
Præterea versamur ibidē atq; insumus vsq;.
Nec noua viuēdo procuditur vlla voluptas.
Sed dū abest:qđ auemus:id exuperare videť
Cętera:post aliud:cū cōtigit illud:auemus:
Et sitis æqua tenet vitai semper hianteis.
Posteaq; in dubiost fortunā quā vehat ætas:
Quid ve ferat nobis casus:quive exit⁹ instet.
Nec prorsum vitā ducēdo:demimus hilum
Tempore de mortis: nec delibrare valemus:
Quid minus esse diu possimus sorte perēpti.
Proinde licet quotuis viuendo condere secla:
Mors ęterna tamē nihilo min⁹ illa manebit:
Nec minus ille diu iam non erit ex hodierno
Lumine:qui finem vitai fecit:& ille
Mēsibus atq; annis qui multis occidit ante.

subibit & tormenta. In dubijs periclis. Cum ambiguum est ne labamur & periclitemur: timemus tamen vitæ dulcedine pellecti. Mala. Immodica: animum etiam virilem effoeminans. Subigit. Cogit. Certa quidē. Instat fato quodā certa finis homini: nec mors vitari potest. Iuxta illud Horatianum. Scilicet oībus quicunq; terræ munere vescimur Enauiganda: siue reges siue inopes erimus coloni. Visendus ater flumine languido Cocytus errans: linquēda tellus & dom⁹ & placēs Vxor: neq; harum quas colis arborum Te præter inuisas cupressos Vlla breuem dominū sequetur. quidam legere malunt Certe equidem. vt

Equidē. equidem in tertia quoq; persona dicatur more loquendi apud Salustiū cæterosq; familiari.

Adstat. Fixa est & decreta. Pote. Potest.

Insumus Ibidem. Circa eandem mortem. Insum⁹. In ea voluptate viuendi sumus si Nestoream ætatem vixerimus ac fuimus cum parum vixeramus. Noua. Recens: nunq̄ senescens aut intermoriens: verum repullulans semper.

Procudere. Procuditur. Producit aut resuscitatur. sed ea semper quæ inerat exardescit: & desideria nobis ætherne viuendi iniicit mirifica. Procudere est cudendo acuere & extenuare. Maro. Durū procudit arator Vomeris obtusi dentē. Posset significare Lucreti⁹ viuendo hoc est si vsq; & vsq; & vsq; vixerim⁹ nulla voluptas insita nobis & igenita viuēdi nō procuditur hoc est non imminuitur & attenuatur: sed illa semper magis exulceratur & exæstuat. Sed dū abest. Premimur desiderijs non mediocribus & illis inuicē oppositis: dum non est præsens qđ cupimus: volumus illud. cum vero potiti fuerimus: spernimus: & ita κατὰ πλεττόμα noster appetitus perforato vasi simillimus est. Auemus. Desideramus & cupimus. Sitis æqua. Cupiditas vnimoda: nunq̄ diuersa. Hianteis. Maximopere desiderantes.

Postera. Postea. Lego postera pro sequenti & succedente. mors eligibilior est q̄ vita quoniam dum viuimus timemus ne fortuna labascat & ne subeat infortuniū. Ordo. & est in dubio quā fortunā ferat ætas posthuma. Quam. bonā ne fortunam an sinistram. Vehat. Importet. Exitus. Mors: finis. Nec prorsum. Preterea cum fatum instare necessariū cognoscas: nec diu viuēdi aliquid ex morte demi: indignari si moreris non debes. Hilum. Nec quidē minimam portiunculam.

Delibrare Delibrare. Perpenso & librato iudicio euentilare: & æqua lance suspendere non possumus. si hodie morimur: quid minus viximus q̄ ille: qui post annū morietur: quoniā mors æthema: tamē nihilominus illa manebit. Delibrare in hoc loco est

Libra. valde librare hoc est perpendere: aliquando idem qđ deglabrare & corticem teneriorem deradere: qui libra vel liber vocatur vnde libri sunt appellati. Sunt qui pro deliberare positum contendant. Esse diu. Quid vixisse diu nobis contigit si hodie aut cras morimur? nihil enim diuturnum est quod temporarium finem sortitur.

Sorte perempti. Forte humanis hodie vel cras excedentes. Licet condere. subintellige si. quare si nobis liceat euoluere multa tēpora: finis tamen instabit aliquis. vel est a censu metaphora quo tempora cuiusq; redigebantur in publica vasaria. Mors æthema. Quę perpetua te quiete sepeliet. Nec minus nō erit. hoc est ęque is se post mortem habebit, qui post multa sęcula obijt annosus: ac ille qui cras vitam abiturauit. Ex hodierno lumine. Ex hodierna vita. Ille non minus viuit qui hodie moritur q̄ qui perendie. Et ille. Ac ille q ante multos menses obijt.

Interpretationis in Tertium Lucretij Librum finis Auctore Pio.

EIVSDEM PII INTERPRETATIO IN QVARTVM LVCRETII LIBRVM.



Via Pieridum. Auspicaturus poeta Librum Quartum circa opticen hoc est vim visuam versantem: docet id sibi precipue iucundum esse q; illustrem philosophiæ lucem mortalibus ostendat. profitetur enim se loca peragrare auia & inaccessa: per quem collem superatu difficilem nullus ante Lucretium tetendit. opus arduum: sublime: difficile. sed cum tendat in ardua virtus: gaudet q; dux regat examen: & posteri poetę sua sint adoraturi vestigia. q; in hac dicendi facultate & stilo palmā & coronā obtineat causam reijcit in sublimitatem operis: dein sibi placet q; verba & hypothesin, materiamq; senticosam, quæ vix orationi pedestri possit inseri, ornat carmine dulci: comi: nectareo.

De Simulachris in hoc libro agitur, nubibus, somnijs, de amore & re venerea: & res ante vsum natas edisseruit: & huiuscemodi plura.

Pieridum. Musarum. Solo. Pede. Solum est crepidę seu calcei suppactum corıũ: de quo Martialis. Et mordere luto putre vetusq; solũ. Plautus in trinũmo. Soccis suppingam solũ. Idẽ in Trinũmo Quo⁊ vn⁹ rapuit cursori solũ. Integros. Indelibatã materiã & facultatẽ scribẽdi quã nemo attigit ante me. Haurire. Vberẽ vndã ex illis fontibus minime preflloratis educere. Flores. Floridã materiã. Iuxta illud epigrãmatistæ. Vt rosa lecta iuuat, metiẽ q̄ pollice primo Sic noua nec mẽto sordida charta placet. Insignẽ. Nobilem: sublimẽ vtpote philosophicã: quę oib⁹ anteit. Vnde. Ex qua materia. Velarint. Vmbraculo opacæ coronæ texerint. Primũ. Ostendit cur insignem coronã petit. qm̃ scilicet de nobilitate materiæ sermonem habiturus est.

T.L.C. DE RERVM NATVRA LIBER QVARTVS.



Avia Pieridũ peragro loca: nullius ante
Trita solo: iuuat integros accedere fõteis:
Atq; haurire: iuuatq; nouos decerpe flores:
Insignẽq; meo capiti petere inde coronam:
Vnde prius nulli velarint tempora Musæ.
Primum q̄ magnis doceo de rebus: & arctis
Relligionum animum nodis exoluere pergo:
Deinde q̄ obscura de re tam lucida pando
Carmina musæo contingens cuncta lepore.
Id quoq; enim non ab nulla ratione videtur.
Nam veluti pueris absynthia tetra medẽtes
Cũ dare conantur: prius oras pocula circum
Contingunt mellis dulci flauoq; liquore:
Vt puerorum ætas improuida ludificetur
Labrorum tenus: interea perpotet amarum
Absynthi laticem: deceptaq; non capiatur:
Sed potius tali a tactu recreata valescat:
Sic ego nunc: qm̃ hęc ratio plerũq; videtur
Tristior esse: quibus nõ est tractata: ideoq;
Volg⁹ abhorret ab hac: volui tibi suauiloq̄nti
Carmine pierio rationẽ exponere nostram:
Et quasi musęo dulci contingere melle:

Nodis arctis. Difficili materia. danda est mihi insignis corona: quoniam hominum animos a religione libero. Deinde. Ardua molimur: sed nulla nisi ardua vincunt dixit Ouidius. pariter Lucretius se meritum refert insignem coronam: quoniam res obscuras versibus lucidissimis illustrat: quæ summa in oratore dos est. Musæo. Quali vtuntur musæ carmina pangẽtes. Musæ auctore Platone in Cratilo dicunt a Mosthe: qd̄ est indagare. qm̃ in eas earumq; sectatores rerum inquisitio refertur. vel auctore Cassiodoro quasi homiusę id est simul canentes. Plato in Phędro cognomine ligias appellari prodit: siue propter speciẽ cantus: siue propter musicum genus illud ligion & canorum cognomen habent. Ferũt, ait idem Plato in Phędro, cicadas olim hoies ante musas fuisse. natis deinde musis cantuq; monstrato illorũ nonnullos voluptate cantus vsq; adeo delenitos vt canentes cibum potũq; negligerent: imprudenterq; perirẽt: ex quibus deinceps cicadarum genus sit natum munus hoc a musis nactum vt alimonia non indigeat: sed absq; cibo potuq; q̄diu vixerit cãtet. Postea vero ad musas proficiscatur quã quis hominum musam hic colat renuntiaturum. Ergo Terpsichore nuntiantes, qui præcipue illam in choris coetibusq; celebrauerint, eam ipsis propitiam reddunt. Erato autẽ eos qui in rebus amatorijs honorauerint: atq; alijs eodem modo pro sua cuiusq; venerationis specie. Calliope autem antiquissimę, eamq; sequenti Vraniæ eos qui in philosophia viuunt coluntq; ipsarum musicam, referunt: quæ prę cæteris musis circa coelum atq; sermones tam diuinos q̄ humanos versantur: vocẽ pulcherrime modulãtes. Obiter occasionẽ nacti quantũcũq; docere volumus instrumentũ illud, qd̄ vulgus semidoctum monachordum vocat, recte a Pythagora vocari monochordõ: & ita dici: quoniam in illius vna & eadem chorda sonant oĩa pneumata secundõ tact⁹ diuersarũ diuisionũ. Aristoteles libro politicorum octauo inq̄t. Iuppiter nõ cãtat aut citharã pulsat secũdũ poetas: imo illos q talia faciũt appellam⁹ viles: & op⁹ illud nõ viri neq; sobrij sed iocãtis. Interp̃s Apollonij Rhodij in liminari pagina libri tertij argonauticõ ita scribit. Dr̃ ex musis q̄ Clio repẽ historiã: Thalia georgiã & circa plãtas exercitiũ: Euterpe vero disciplinas: Eruditionẽ Terpsichore: Erato saltationẽ: Polymnia lyram: Melpomene cantilenã: Vrania astrologiã: Calliope poeticã. Id quoq;. Qz de obscuris reb⁹ cano nõ sine lepida dicẽdi venere & mellica dulcedine nõ fit citra rationẽ. his eñ dulcib⁹ vocũ modulamẽtis & illicijs tanq̄ melle inuito studiosos ad austerã sapiẽtię paterã hauriẽdã: quæ gustu vt absynthium amara est: saluti commoda & vtilis. Non ab nulla ratione. Id fit aliqua ratione. Videtur. Subintellige fieri. Nam veluti. Exẽplũ qd̄ & superius posuit. exemplo sane Homerico suos met repetit versus. Tetra. Amarulenta. Medentes. Medici. Oras pocula circũ cõtingunt. Cõtingunt pocula circũ oras. Hij versus in superiorib⁹ a nobis expositi: quare nunc omittentur ne incassum bis idem repetatur.

Musæum Musæ.

Ligiæ

Cicadæ musę fuerunt.

Monachordon.

Si tibi forte animum tali ratione tenere
Versibus in nostris possem:dũ perspicis oẽm
Naturam rerum ac persentis vtilitatem.
Atq; animi quoniã docui natura quid esset:
Et quibus e rebus cũ corpore cõpta vigeret:
Quove mõ distracta rediret in ordia prima:
Nũc agere icipiã tibi q̃d vehemẽter ad has res
Attinet esse ea:quę rerũ simulachra vocam⁹:
Quę quasi mẽbranę summo de corpore rerũ
Direptę volitant vltroicitroq; per auras.
Atq; eadem nobis vigilãtibus obuia menteis
Terrificant:atq; in somnis cum sæpe figuras
Cõtuimur miras:simulachraq; luce carentũ:
Quę nos horrifice languẽteis sępe sopore
Excierunt:ne forte animas acherõte reamur
Effugere:aut vmbras inter viuos volitare:
Neve aliquid nostri post mortẽ posse relinqui:
Cũ corpus simul atq; animi natura perempta
In sua discessum dederint primordia quæq;.
Dico igitur rerum effigies tenuesq; figuras
Mittier ab rebus summo de cortice earum.
Id licet hinc q̃uis hebeti cognoscere corde.
Sed quoniã docui cunctarum exordia rerum
Qualia sint:& q̃ variis distantia formis
Sponte sua volitent alterno percita motu:
Quoq; modo possit res ex his quæq; creari:
Nũc agere icipiã tibi q̃d vehemẽter ad has res
Attinet esse ea:q̃ rerũ simulachra vocamus:
Quę quasi mẽbranę vł cortex nominitãdast:
Q̃z speciẽ & formã similẽ gerit eius imago:
Cuiuscunq; cluet de corpore fusa vagari.
Principio quoniã mittũt in rebus apertis
Corpora res multæ partim diffusa solutæ:
Robora ceu fumũ mittũt:ignesq; vaporem:
Et partim cõtexta magis:condensaq;:vt olim
Cum teretes ponunt tunicas æstate cicadæ:
Et vituli cum mẽbranas de corpore summo

Præsentis. Legitur alibi codicũ persentis
hoc sensu. volui carmine pierio rationẽ expo
nere nostram dum perspicis omnẽ naturã re-
rum:& dum persentis vtilitatem quam affert
philosophica tractatio. nec hæreas in vltima
verbi syllaba. s enim vim hanc habet vt quã-
doq; reddat ancipitem:quãdoq; productam:
sed in sentis vltima corripi non potest:q̃d pa-
tet in sentitis: vt dormis. is vltima producit:
q̃d in dormitis patet. Obiter carmen Proper-
Properti⁹ tianũ emenda ex secundo libro sic. Me lędet si
emẽdat⁹. multa sibi dabit oscula mater: Me soror & cũ
qua dormis amica simul. scribe dormit sibi. i.
cynthiæ. ordo sequẽtis versiculi pentametri.
& me lędet soror cum qua simul dormit ami-
ca cynthia. quasi velit innuere. licet prætẽdãtur
sanguinis & cognationis nedum affinitatis
vincula:tamen si videro sororem cynthię cõ-
dormientem:suspitione pellicatus ebulliam:
& acerbam diem propter zelum exigã. sine
commatica diuisione legitur ille versiculus.
me soror & reliqua. Apud eundem Propertiũ
est pro nobis exemplum illud ex secũdo quo
q; libro. Nõ audis & verba sinis me ludere: cũ
iam Flectãt Icarij sidera tarda boues. Atq;
animi quoniã. Sed cum docuerim quid sit na
tura rerum:& quo pacto corpus absq; animo
vigere non potest: nec animus sine corpore:
nunc ea referam:quæ maxime ad hanc rẽ per
tinent: esse quædam simulachra & vmbras: q̃
discedunt a corpore & illud comitantur: hæc
dicimus esse illa, quæ oculis nostris occurrũt:
& quæ nos tanq̃ sint lemures territãt. Com-
pta. Apta, iuncta. Distracta. Separata hæc
Ordia. natura. In ordia. In primordia. mutauit enĩ
dictionem gratia metri. Attinet. Valde per-
tinet ad negotiũ p̃sens. Rerũ. Q m̃ gignun-
tur & fugiunt a rebus. Mẽbranę. Similitudi
nes tenues instar mẽbranarũ. Epicuri senten-
Imagies tiã sequitur Lucretius:qui dicebat spolia quę
fluunt a dã & exuuias effluere ex capite rerũ & ad ocu-
corpibus los nostros pertingere:qui ab his simulachris
lacessitis res videbãt. super qua re Gelius. Au-
tumatq; Lucretius admittẽdo potius q̃ emit-
tendo vim opticen consistere: cui Plato Ari-
stotelesq; repugnant. Cæterum tradunt Lu-
cretiani dogmatistæ illas exuuias quæ fluunt
a rebus esse persimiles his vanis imaginibus
quas aut videmus aut videri metus insinuat
noctu: qñ nocturnas nos aspexisse laruas cre-
dimus. Censet Epicurus ab oibus corporib⁹
iugi fluore quæpiam simulachra manare. quã
opinionẽ refellit Macrobius libro saturnaliũ
De oculo vltimo. De oculi positura & situ Magnus Al
bertus libro de animalibus primo capite septi
mo non parum multa doctissime exequitur:
quarum pauca pro tẽpore coegim⁹. Oculi tu-
Tunicæ nicæ septem & tres humores. Tunicarum pri
oculi se- ma dicitur retina: quæ est in posteriori parte
ptem. oculi orta a neruo optico: qui componitur ex
neruis & arterijs. Altera autem ex parte poste
riori dicitur secũdina: cuius ortus est a pia ma
tre cerebri: quæ est pannus inuoluẽs cerebrũ.
Tertia autẽ posterius claudens humores ocu-
li dicitur scliros: quæ oritur a dura matre cere-
bri. has enim duas pelles secum ad substantiã
oculi trahit neruus opticus in experimentum

Nascentes mittunt:& itẽ cum lubrica serpẽs
Exuit in spinis vestem:nam sæpe videmus
Illorum spoliis vepres volitantibus auctas.
Quę quoniã fiũt: tenuis quoq; debet imago
Ab rebus mitti summo de corpore rerum.
Nã cur illa cadant magis ab rebusq; recedãt:
Qꝫ quæ tenuia sunt:ostendit nulla potestas.
Pręsertim cum sint in summis corpora rebus
Multa minuta iaci quæ possint ordine rerum
Quo fuerint:solitã & formę seruare figuram:
Et multo citius quanto minus indupediri
Pauca queunt:vt sunt in prima frõte locata.
Nam certe iacere:ac iaculari multa videmus:
Nõ solũ ex alto penitus:ceu diximus ante:
Verum de summis ipsum quoq; sæpe colorẽ:

sui.Quarta autem vocatur a quibusdam aranea specialiter:& est ante in oculo exorta a prima posteriori. Quinta autẽ dicitur vuea: quæ oritur a secundina posteriori. & sexta est cum cornea:quæ oritur a reliquijs iustitiæ posterioris. Septima autem coniunctiua : quæ oritur a pelle subaranea:quæ est in exteriori parte sedis oculi. Primus autem humor est vitreus. Secundus cristallinus siue glacialis : qui insidet vitreo. Tertius est albugineus: qui est purgamentũ glacialis. Direptæ. Detractę. Sũmo de corpore rerum. A superficie corporis. In oculo tres humores.

Obuia. Apparentia hæc simulachra. Contuimur. Agminatim fluere videmus. Luce carentũ. Mortuorũ. hoc suis pręlicenter inseruit Maro. Terrificãt. Terrore afficiunt. Horrifice. Magno horrore & tremore. Languentes. Fessos:debilitatos:marcidos. Sõnus enĩ membra soluit & languidiora reddit. Exciere. Excitauerunt : recusauerunt: suscitauerunt. Ne forte. Cum has vmbras volitare videmus:illas nostri corporis simulachra esse reamur:non autẽ aias defunctorũ: quæ nullæ sunt. Vmbras. Laruas. Ne ve aliquid. Nec putemus aliquid relinqui hominis post mortem cum humana compages redit in principia sua. Dederint discessum. Discesserint: effugerint. Dico igitur. Repetit bis idem vt planius auditor intelligat:& tenacius menti perhęreant. Pulchra enĩ bis & ter repetenda sunt auctore Platone.

Mittier. Mitti. Cortice. Sup̃ficie. Id. A superficie corporũ tale simulachrũ iaci licet cognoscere q̃uis hebeti & obtuso cordi. Volitent. Assidue a lterna plaga celeriter moueantur. Percita. Percussa a superioribus corporibus. Ex his. Ex istis elementis. Quæ. simulachra rerum. Membranæ. tenuissimæ pelles: quæ a corpore animalis diripiantur. Cortex. Tenuissimæ exuuiæ similes libris arborũ. Nominitandast. Quæ simulachra sunt nuncupanda membranæ aut cortices. Qꝫ speciem. Quippe cum imago corticis eius & tenuissimæ superficiei corporeæ gerit formam similem vmbræ: quæ vagari potest. Cuiuscunq; vmbræ. Cluet. Apparet: videtur. hinc patet cluere simpliciter loquendo non idem significare quod esse. Cluet. De corpore. Ex humano corpore translata: & illius similitudinem gerens. Fusa. Translata. Principio. Probat esse verum quod proposuit de his scilicet corporum simulachris. quoniam videmus aperte omnia corpora vmbras quasdam iaculari. In rebus apertis. Vt manifeste videri possint. Corpora. Simulachra corporea. Solutæ Cum dissoluuntur & corrumpuntur. Diffusa. Quæ corporum simulachra funduntur in diuersum. Robora. Ligna: quẽadmodum ligna quæ dissoluit ignis fumum mittunt: perinde corpora cuncta tenuia expirant simulachra. Et partim. Simulachra a nõnullis corporibus emittuntur tenuia: a nonnullis vero crassa & densiora. Contexta. Conglobata & densa. Olim. Aliquando. Teretes. In longum productæ: quæ figura cylindracea est. Vituli. Sunt quædam squamrnæ reduuiis similes quæ emittũtur ex pelle vituli. Vituli marini zonæ Quidam ad vitulum marinum transferunt: cuius scarificata pelle corium laxatur in zonas. Nascentes. Si rectus est casus significabit secundas hoc est pelliculam qua inuoluta nascuntur animantia. Si quartus est casus incipientes reuelli interpretamur. Spinis. Attritu spinarum. Vestem. Vernationem annuam & pellis exuuias. Spolijs. Pellibus quas deposuerunt angues. Vepres. Spinas. vnde vepreta sunt spineta. Auctas. Cumulatas & honeratas anguina pelle. Quę qm̃ fiũt. Ab horũ aialiũ exẽplo exuuias ponẽtiũ docet corpora suas exuuias vtiq; deponere. Sũmo de corpore. A sup̃ficie corporea. Nã cur. Qꝫ si hanc similitudinẽ neges quærã de te cur si corpora possunt maiora exuere simulachra cur minora non possunt? Illa. Exuuiæ illæ maiores aialiũ. Cadãt ab rebus. Tollantur de corporib⁹. Recedãt. Separentur a corporibus. Qꝫ quæ tenuia sunt: q̃ hęc simulachra subtilia: quę a corporib⁹ recedũt volucri fumo simillima. Ostẽdit nulla potestas. Hoc est nihil põt ostẽdere cur hoc nõ ita fiat vt illud. Pręsertim. Colligit magis posse iaci tenuia simulachra q̃ pinguia & maiuscula. Corpora. Simulachra corporea. Sũmis reb⁹. In sup̃ficie rerũ & corporũ. Multa minuta. Pręsertim cũ sũt in sũmitate corporũ sũma corp̃a minuta: q̃ iaciunt & trãsferũt ab illis obuia mẽtib⁹ hũanis & vigilãtib⁹ & dormiẽtib⁹. Sint iaci. Possint iaci. Ordine rerũ. Prisci codices. ordie eodẽ. Quo fuerit. Quẽ ordinẽ seruauerũt corpori hũano insidẽtia. Solitã formę figurã. Hęc simulachra discedẽtia a corporibus seruãt eandẽ figurã, quã habebãt cũ corpori inhęrebãt: quare oculis nostris occurrũt hũano corpori similia. Et multo citius. Multo citius hęc simulachra p̃nt impediri & dilui quãto minora sunt. facilius ideo excipiũt ictũ a quo dissoluũtur. Indupediri. Impediri, dilui, dissolui. Ordo. multo citi⁹ pauca q̃unt ĩpediri quãto mĩn⁹ subintellige corporis habeãt vt sunt in prima frõte locata: cũ apparuere & obuia fuere primori frõti. Quidã codices habẽt. vt sũt prima sub frõte locata. Nã certe. Ab exẽplo ostẽdit id esse verũ qđ p̃posuit. Videm⁹ inq̃t multa simulachrũ iaculari & colorẽ: qualia sũt vela, q̃ p̃tenta theatris blãda quadã coruscatiõe sui coloris oculos circũstãtiũ allatrãt. Ex alto. Simulachra nõ solum emittũt res oẽs ex alto hoc est summa corporũ superficie: qđ vniuersale est: verũ id faciũt vela theatris p̃tenta. De summis. Ex sup̃ficialibus p̃tib⁹ corporũ. Ipsum colorẽ. Picturas velorũ coloratorũ. non solũ corpora simulachra mittunt: sed coloris sup̃ficiẽ: qui est accidens.

Luteus color. ¶Volgo. Vulgo:passim. Lutea. Coloris her bæ luti: qui color est auroræ similis. hunc ab Marone Lutea vocatur aurora: quæ ab Homero rhododactylos hoc est roseos digitos **Rufus.** habens. Rufa. Vnico & simplo. f. scribatur etiam in nomine proprio Rufus: qđ & ratio & prisca indicāt monimenta. Superioribus diebus effossum est Bergomi tessellatū marmor reuerēdæ vetustatis: in quo ita legitur. Pupia. M. F. Scda. V. F. Q. Sulpicio. Q. F. Ruso. iiij. vir. Q. Viro. Q. Sulpicio. Q. F. Sedato. iiij. Vir. I. D. Filio. Nuper strue congestitia in **Cluuien⁹** didem effossum est marmor vetustatis reuerētiam referēs augustiorē his verbis. L. Cluuienus. I. F. amcilo balneum & aquas dedit. vnde plurimi collegerunt illum carmine satyrographi famigeratum poetā Bergomatē fuisse: cuius stilus nescio quid patrium sapiebat.

Ferrugía Ferrugo. Ferrugina. Ferruginea: colorem habentia ferruginis. Ferrugo purpura ē nigrior Hispana vt Seruius inquit. Intenta. Explicata: extensa. Volgata. Dispersa, dissipata. Trabes. Theatris explicata ligna. Trementia pendent. Alibi codicum leges. tenentia circum: hoc est quæ vela circunquaq; passa theatrum tenent & occupant. Caueai. Caueæ. **Cauea.** Consessus thetralis cauea dicitur. Sic & Maro vocat. Subter. Sub. iunge cum verbo in- **Sçenale.** ficiunt. Sçenalem speciem. Ornatum & cultū sçenæ. Inficiunt. Colorāt. hoc est suo colore **Fluitare.** circumlatrāt. Fluitare. Intremere. micat enim is color vt intremere videatur. Et quāto circum. quanto hominum pressura & densitate locus fartus est & stipat⁹ magis, eo magis blādus ille color arridet omnibus: & concepto lepore cūcta pascit: oblectat: exornat. Mage. **Inclaustra.** Magis. Inclaustra. Inclaustrata: inclusa. a claustris cancellis & lineis tanto magis lepid⁹ ille color arridet. potes & cū priscis exemplaribus scribere inclusa. quidam hanc dictionem diuidunt. Mœnia. Ambitus, circuitus.

Corrident. Rutilant: blandum & dulce renident. Concepta. Participata. Diei. Splēdoris. Lintea. Vela. quemadmodū velaria colorem conceptum emittunt perinde faciūt effigies: a quibus aduentitia vibratur vmbra.

Fucum. Colorem non proprium, sed alienum. Debent. Si lintea succum remittunt hoc quim faciāt effigies nulla causa est. Sūt igitur. Definitio formarum. refert cæca vestigia formarum esse: quæ passim volitant tenui forma & specie. Vestigia cæca. Imagines **Filum.** obscuræ: quæ videri non possunt. Volgo. Passim, vbiq;. Filo. Specie, figura, imagine. Filum præter cætera significata notat speciem: vnde Gelio iustitia dicitur virgineo filo esse visenda. Lucio Apuleio Virgo liberali filo pro spectanda membrorum concinnentia & proportione. Singillatim. Ad vnguē: adamussim. Secreta. A corpore seiuncta. Non possumus nos videre formas has & corporeas exuuias cum a corpore separatę sunt.

Præterea. Nunc petit cur odor percipiatur & diffundatur plurifariam. quoniam inquit cū a re odorata discedit. spargitur in multas partes: nec recte peruenit ad sensum. non similiter accidit his vmbris & exuuijs corporum

Et volgo faciunt id lutea: rufaq; vela:
Et ferrugina cum magnis intenta theatris
Per malos volgata: trabesq; tremētia pēdēt:
Nāq; ibi consessum caueai subter: & omnem
Sçenalē speciē patrum: matrumq;: deorumq;
Inficiunt: coguntq; suo fluitare colore.
Et quāto circū mage sunt inclaustra theatri
Mœnia itā magis hic intus perfusa lepore
Omnia corrident concepta luce diei.
Ergo lintea de summo ceu corpore fucum
Mittūt: effigies quoq; debēt mittere tenueis.
Res quæq; ex summo qm̄ iaculantur vtræq;.
Sunt igitur iam formarum vestigia cęca:
Quæ volgo volitant subtili prædita filo:
Nec singillatim possint secreta videri.
Præterea oīs odor: fum⁹: vapor: atq; aliæ res
Consimiles: ideo diffusæ rebus abundant
Ex alto: quia dum veniunt extrinsecus ortæ:
Scinduntur per iter flexum: nec recta viarū
Ostia sunt: qua contendunt exire coorta.
At contra tenuis summi membrana coloris
Cū iacitur nihil est qđ eam discerpere possit
In prōptu: quoniam st in prima fronte locata.
Postremo in speculis: in aqua: splēdoreq; in oī
Quęcūq; apparēt nobis simlachra: necesse st
Quādoquidē simili specie sunt prędita rerū:
Esse in imaginibus missis consistere eorum.
Nā cur illa cadāt magis: ab rebusq; recedant
Corpora: res multas q̄ mittūt corpore apto:
Q̄ quę tenuia sunt: ostendit nulla potestas.
Sunt igitur tenues formarum: dissimilesq;
Effigies: singillatim quas cernere nemo
Cum possit: tamen assiduo: crebroq; repulsu
Reiectæ reddunt speculorū ex æquore visū:
Nec ratione alia seruari posse videntur
Tantopere: vt similes reddantur cuiq; figurę.
Nunc age: q̄ tenui natura constet imago

Percipe:& in primis quoniã primordia tãtum
Sunt infra nostros sensus:tantoq̃ minora:
Q̃ͣ quę primum oculi cœptãt nõ posse tueri.
Nunc tñ id quoq̃ vti confirmẽ exordia rerũ
Cunctarum q̃ sint subtilia:percipe paucis.
Primum animalia sunt iam partim tãtula:coꝝ
Tertia pars nulla vt possit ratione videri.
Hoꝝ intestinũ quoduis quale eẽ putãdumst?
Quid cordis globus:aut oculi: qd mẽbra: qd
Quãtula sũt:qd p̃terea primordia q̃q̃? (art⁹
Vñ aĩa:atq̃ animi cõstet natura: necessumst:
Nõne vides:q̃ sint subtilia:q̃q̃ minuta?
Pręterea quęcunq̃ suo de corpore odorem
Expirant:acris panace:apsinthia tetra:
Abrotoniq̃ graues:& tristia centaurea:

quæ cum tenuitate summa polleant, necesse est ad sensus nostros integre veniant. Diffusæ rebus. Sparsæ a rebus odoratis. Abũdant ex alto. Per aera abundantissime sparguntur. Dum veniunt. Dum ad sensus excedunt. Extrinsecus. A sensibus exterioribus. Scinduntur. Cedunt in diuersum.

Per iter flexum. Per multiuium iter & multiplex. Qua. Per quæ hostia. Contendunt. Nituntur. Exire. Ad sensus accedere. Coorta. Originem ducentia ab his sensib⁹. Mẽbrana. Superficies. Discerpere. In diuersas partes carpere. In promptu. Subintelligẽ ratio est:cur superficies coloris non diuersas abeat in partes. Postremo. Quæcunq̃ simulacra videntur in aquis & in specula necesse est essentiam illorum consistere in imaginibus cũ habeant specierũ inter se similitudinem. Simuli specie. Cum speciem habeãt ea silitudine p̃ditã. qua res ipsæ sunt dotatæ.

Esse eorum. Essentiam illorum simulacrorum & existentiam. In imaginibus missis. Quæ mittuntur a speculo aut quacunq̃ re alia. Sunt igitur. Concludit imagines rerum tenues:quas speculum regerit, aqua, aut alia quęcunq̃ res transapparens. Crebro repulsu. Cum crebro repelluntur & emanant a corporibus. Reiectæ. Retro iactæ. Scribit Magnus Albertus in prædicamentis Aristotelis imagines speculi ita fieri. Oculus humanus speculum inspicit, ex eo radij luminosi regeruntur & repercutiuntur:repercussi resultant ad oculum, in quo se vident:non per speculum videmus:nec imago formatur in speculo:sed in oculo, cum tamen speculum adiuuet, qđ visum regerit. hæc est causa cur expergefacti nocte lumen videmus radijs retrocedentibus ad oculum & se intuentibus. huic opinioni videtur cõsitus esse Lucretius. Ex æquore. Ex planitie. Seruari. Similitudinẽ referre. Nũc age. Ostendit simulacra corporea esse tenuissima:quoniam imitantur naturam primorum principiorum quę subtilissima sunt. Sunt infra nostros sensus. Sunt adeo minima vt a sensibus nostris comprehendi nõ possint:tanta sunt principia prima prædita tenuitate. Dicuntur esse infra sensus illa, quę minima sui portione sensum non alliciunt ad meditationis palęstram subeundam. Tanto minora. Prima principia eousq̃ minima sunt vt illa oculi nostri nequeant inspicere. Cœptant. Incipiunt. Primum. Sunt quædam partes animaliũ visibiles, quæ minimę sunt ad quas indiuisibiles venire licet:qđ si inter corporea manifestum est quid dicẽdũ est in principijs? Tantula. Tam parua. Tertia para. Corpusculi eorum si secarentur. Partim. Si diuidãtur in partes minimas. Horum. Animalium tantulorum. Intestinum. Interiora, singula hepetia, quę necesse ẽ esse minima si corpus est paruum. Quale. q̃ tenuissimũ, & minutissimũ. Globus. Orbis, aceruus. Vnde. A quibus principijs necesse est natura animi cõstet, quę ex minutioribus q̃ corpus partibus constare deprehẽditur. Præterea. Res istas hoc est imagines rerum vagari cognoscere poteris cum aliquid odoratum mouebis. Statim enim odor vbiq̃ dissipabitur. Acris. Acrem & vehementem expirans odorem. Panace. Sunt qui panacea scribunt:de qua hæc Maro libro æneidos duodecimo. Spargitq̃ salubris Ambrosiæ succos, & odoriferam panaceã. Sciẽdũ tñ, addit Seruius, Lucretium panaceã vbiq̃ sal ẽ dicere: vnde & hoc loco Virgiliano possumus salẽ intelligere. Nã oẽm pellit dolorẽ. Sed meli⁹ hęrbã:quia ait odoriferã. Viderit tñ Seruius vbi Lucreti⁹ salẽ panaceã vocet:nisi apud eũ nõ Lucreti⁹, sed Lucili⁹ facili & cõsueto scribẽtiũ lapsu recognoscere libeat. hic palam est a Lucretio fieri mentionẽ hęrbę odoriferę. Plinius libro vigesimo quinto hęc sup panace tradit. Panaces ipso nomine omnium morborum remedia promittit, numerosum & dijs inuentoribus adscriptum. Vnum quippe asclepion cognominabatur:quoniam is filiam panaciã appellauit. Succus ei⁹ est coactus ferulæ qualem diximus. Radix est multi corticis & salsi. hac euulsa scrobẽ repleri vario genere frugũ religio est ac terræ piamentum. Id qđ e Macedonia affertur buccolicon vocãt armentarijs sponte erumpentẽ succũ excipientibus. Alterũ genus heracleon vocãt & ab Hercule inuẽtum tradũt. Tertiũ panaces chironeon cognominatur ab inuentore. Quartum genus panaces ab eodem chirone repertum centaurion cognominatur. Sed & pharmaceon in controuersia inuẽtionis a Pharnace rege deductum. Sed scribẽdũ in Lucretio. Expirant acrẽ panaces. Interpres Nicandri in Theriacis sic inquit. De Chironia radice agit, quę Panacęa & Cẽtaurus appellaṫ. inuẽtã inquit Nicander a Chirone. Theophrastus huius meminit in hęc verba. Chironiũ aũt simile amaraco:maius tamen & hirsutius:flos aureus:radix longa. Diligit solũ humile:& quę sequunṫ. Lucanus in nono Pharsalię. Et panacęa potẽs:& Thessala Cẽtaurea. Abrotoni. Abrotonum:inquit Plini⁹ libro vigesimo primo, iucundi odoris est & grauis:floret æstate. Flos aurei coloris. Vacuum sponte prouenit. Cacumine suo se propagat. Seritur autem semine melius q̃ radice aut surculo. Lege quæ super hoc flore Dioscorides scribit. Inualuit mala cõsuetudo vt pro abrotono scribaṫ ambrotano perperam mediussidius & prępostere. Graues. Illiberalem odorem emittentes. Tristia. Illiberalis odoris. Scripsimus affatim de multiplici genere Centaureæ:& ob hoc tristia multitudinis numero Lucretius inquit.

Esse.
Imago speculi vt aq̃ circulus.
Tantula.
Panace.
Panacea sal.
Disputatiũ an Seruius errauerit.
Asclepion
Buccolicõ.
Heracleõ.
Chironeõ.
Centaurĩõ.
Pharnaceõ
Abrotonũ

Quorũ vnũ quoduis leuiter si forte mouebis
Q̃ꝫ primum noscas rerum simulacra vagari:
Multa modis multis nulla vi:cassaq; sensu:
Quorũ quantula pars sit imago:dicere nõ est
Qui possit:neq; enim ratioñe reddere dictis.
Sed ne forte putes ea demum sola vagari
Quęcunq; ab rebus rerũ simulacra recedunt:
Sunt etiam quę sponte sua gignuntur:& ipsa
Constituuntur in hoc cælo:qui dicitur aer:
Vt nubes facile interdum concrescere in altũ
Cernimus: & mũdi speciem violasse serenam:
Quę multis formata modis sublime feruntur
Aera mulcentes:magnorum sępe gigantum
Ora volare videntur:& vmbram ducere late:
Interdum monteis magnos:auolsaq; saxa
Montibus anteire:& solem succedere pręter.
Iñ alios trahere:atq; inducere bellua nimbos:
Nec speciem mutare suam liquentia cessant:
Et cuiuscemodi formarum vertere in oras.
Nunc ea q̃ facili:& celeri ratione gerantur:
Perpetuoq; fluant ab rebus:lapsaq; cedant.
Semp̱ enim summũ quicq̃ de rebus abundat:
Quod iaculetur:& hoc alias cũ ꝑuenit in res:
Transit vt in primis vestem:sed vbi asp̱a saxa
Aut in materiem ligni peruenit:ibi iam
Scinditur:vt nullũ simulacrũ reddere possit.
At cum:splendida q̃ constant opposta fuerũt:
Dẽsaq;:vt ĩ ꝑmis speculũst: nihil occidit hoꝝ.
Nam neq;:vti vestẽ possunt trãsire: neq; ante
Scindi: q̃ meminit leuior præstare salutem:
Quapropter fit:vt hic nobis simulacra gerãt̃:
Et q̃uis subito quouis in tempore:quanq;
Rem contra speculum ponas:apparet imago
Perpetuo fluere vt noscas e corpore summo
Texturas rerum tenueis:tenueisq; figuras.
Ergo multa breui spatio simulacra geruntur:
Vt merito celeris rebus dicatur origo:

¶Vnũ quoduis. Vnũquodq;. Simulacra. Imagines & odores per aera dispsoa. Nulla vi. Disperguñt odores hæ; rerum etiã si vio leuter moueant. Cassaq; sensu. Vacua & priuata sensu. Quantula pars. q̃ minima pars sit illi⁹ imaginis quã exhalãt, nemo est q poſsit explicare. Abit enim tenuissimus odor e corporibus odoratis. Imago. Odoris spiramẽtum: qd̃ a corpore hęrbarũ in auras euibratur. Dicere non est. Nõ apparet ratio vñ hoc explicari possit. quidam aliter exponũt hoc ordine. non est qui possit dicere quãtula ps sit coꝝ imago, nec rationẽ reddere dicta.

Sed ne forte putes. Ne putes sola corporũ simulacra vagari quæcũq; recedunt a rebus. sed in aere constituuntur imagines & simulacra, quę ꝑ aera ferũtur. Ordo. sed ne forte putes vagari demum sola simulacra rerum quęcunq; recedũt a reb⁹. quoniam præter hęc cõstituuntur in aere quędã diuersa simulacra.

Cælum. In hoc cęlo. Sub tertia regione aeris: qui locus feculentus est & crassus. Cęlũ non est aer sed aer est in cælo. Vsus tamen est Lucretius verbo: qd̃ ad aliũ referri debet iuxta Aristotelem libro Physicorum quarto ita loquentem. Cum autẽ quoddã per se, quoddã dicatur ꝑ aliud. Et locus alius sit cõmunis, in quo cuncta corpora sunt: alius ꝓprius, in quo primo quidpiam est. Nam tu nunc es in cælo quia in aere es, qui quidem in cælo est. Et rursus in aere es: quia in terra es: & in hac simili modo: quia hoc es in loco, qui nihil plus q̃ te continet. possemus ἀπλῶσ interpretari cælum aerem accipi quoniã id primum est mortalibus obuium. Qui. Hoc relatiuum refert dictionem subsequentem. Simile exemplum est in his Sallustij. locus est in carcere, qd̃ Tullianum vocant. Speciem. Ornatũ, serenitatem, pulchritudinẽ. Violasse. Turbasse, ubscurasse. Quæ. Simulacra in aere oborta. Gigantum. Hoc nostra tempestate accidit in agro Bononiensi in Salẽsib⁹ pratis: homines staturosa corporatura ꝑditi micare gladijs, & ad iusti certaminis speciem cõserere manum dicebantur. Ego auditu percepi nõ vidi q̃uis illuc patria tota ne dicam Italia ad visendum confluceret. Diuerteram forte ad regulum quendam huiusmodi terricula ridentem. Secuta tamen sunt omnis generis infortunia, quæ miserrimam patriam omni calamitatis genere confecerunt. Tremores videlicet terræ formidolosissimi, quibus ter ingenti omnium pauore noctu Bononia & Bononiensis ager intremuit: nec statim finis, verum spatio menstruo solum & si non perniciose, flutauit tamen peiorq; motu fuit timor ipse motus. Aestate deinceps patricij plebeiq; ingenio diuitijsq; conspicui decesserunt, & humanis valere dixerunt. Inter quos Beroaldus præceptor meus vir, cui musæ latinæ hærebant: genitorq; Iacobus Andalus Pius fide, animi ꝑstãtia, robore, sinceritate, pulchritudine nemini secũd⁹. Secuta ẽ cęli miserãda lues, pestisq; contagiosis malis reliquias absumẽs. Dein bellum ꝓrupit, quo patria sceptro pontificio libentissime seruit ductu auspicioq; Iulij secũdi pontificis iam

Gigantes.
Mõstra in agro Bononiensi.
Saleñia prata.

Tremores terræ Bononiæ.

Beroaldi mora.
Iacobus Pius.

Iulius pontifex.

Et quasi multa breui spatio submittere debet
Lumina Sol:vt perpetuo sint omnia plena:
Sic a rebus idem simili ratione necessest
Temporis in puncto rerum simulacra ferant
Multa modis multis in cūctas vndiq; parteis.
Qñquidē speculū quocunq; obuertimus illud
Res ibi respondent simili forma:atq; colore.
Preterea modo cum fuerit liquidissima cęli
Tempestas:perq̄ subito fit turbida fœde
Vndiq;:vti tenebras omeis Acherōte retecto
Liquisse:& magnas cęli cōplesse cauernas.

ætatis quidem vergentis in senium, sed crudę & viridis. Hic,qđ vix vnq̄ fando accipimus,castrametatus est cum viginti dialibus flaminibus,quos cardinales appellāt:nec desiterunt Bononienses:vt intrant vrbē mos est hieronicæ,ita sidereo Iulio vrbem ingredienti,partē muri deijcere:& vicario dei optimi maximi plaudere: vrbem, focos,diuina humanaq; omnia promptissime illi dedere: corde & animo strato illū excipere, exceptū amare,fouere, reuereri & adorare, felices se vocantes ac perbeatos,qui sub tam pio diuino q; numine libertatem iam propemodū extinctam recuperarunt: & recuperatam cōscriptis quadraginta viris enixissime tueri promissum est. Aperiamus si dis libet communem Bononiensium errorem,qui etiam nōnullos inscitiæ nebula disertos inuoluit. Sunt q putant Theodosium Bononiam stragibus cōplesse: vnde pœnitudine ductū illi⁹ pomœria promouisse:& in meliorē faciem dilatasse. qui est error manifestarius. hoc enim accidit Thessalonicæ nō Bononiæ. Q đ vt factis potius q̄ verbis res agatur Eusebium audi ecclesiasticę historiæ libro vndecimo ista prodentem. Per idem tēpus subreptione quadam dæmonis turpis macula Theodosio religioso principi iniecta est. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam ex militaribus vir impetu fuisset populi furentis extinctus: repentini nuntij atrocitate succensus ad ludos circenses inuitari populum,eiq; ex improuiso circūfundi milites atq; obtruncare passim quisquis occurrisset gladio iubet,& vindictam dare non crimini sed furori. Ob hoc cum a sacerdotibus italiæ argueretur,agnouit delictum,culpamq; cum lachrymis professus,publicam pœnitentiam in cōspectu toti⁹ ecclesiæ exegit. Et in hoc sibi tempus adscriptum absq; regali fastigio patienter impleuit: quibus omnibus illud quoq; mirabiliter adiecit: legem sanxit in posterum vt sententiæ principum super animaduersionem prolatæ in diem trigesimum ab executoribus differentur, quo loc⁹ misericordiæ vel,si res tulisset, pœnitentię nō periret. Addamus quæ Pollio in Censorino scribit. Extat Censorini sepulchrum,in quo grandibus literis circa Bononiam incisi sunt omnes eius honores vltimo tamen versu adscripto. Felix ad omnia infelicissimus imperator. Si datur occasio,etiam si nō datur, in patrię nostræ memoriam nobis diuertere dulce est. Sed iam historico diuerticulo repetatur omissa commentatio. Interdum. Videmus quandoq; nubes: quæ corpore vastissimo gigantum similitudinem effingunt,saxorum & rupium. Auolsa. Auulsa a montibus & in pcepsdata. Anteire. Præcellere,superare. Succedere. Subire,subingredi. Præter solem. Apud solem: vt ei⁹ faciem tegant: vnde fit pretergredi & pretenire. Bellua. Similitudo nubis bellue simulachrum exscribentis.

Diales flamines. Hieronicæ mur⁹ deijcitur. Error Bononiensiū ā Theodosium non instaurasse Bononiā. Sententiæ principum non haberent subitā executionem. Felix infelicissimus.

Liquentia. Flutantia & liquescentia,humida & tenuia corpora nubis in diuersas similitudines. In oras. In similitudines & propinquitates: malo tamen legere in ora: hoc est in effigies & habitus. Os quandoq; pro forma similitudineq; ponitur vel Lucretio superius canente. Impendent ang formidinis ora superne. Maro. Q̄ si quis ferro potuit rescindere summū Vlceris os. Nunc. Subintellige explicabo: enarrabo scilicet q̄ celeriter moueantur corpora nubium & simulacrorum. Ea. Simulacra. Lapsa. Defluxa a corpore. Semper.n. Ex omnibus corporibus aliquod simulacrum effluit: qđ cum peruenit ad aliud corpus repercussum scinditur: nec amplius apparere potest. Summum quidq̄. Omnis superficies. in prisco codice quicquid est scriptum: hoc est omnes partes superficiales. De rebus. A corporibus rerum. Abundat. Emittit simulacrum.

Q đ. Summū. Iaculetur. Superficiem emittat. Hoc. Hæc corporum superficies. Alias intes. Ad aliud corpus. Vestem. Transit illa colorata superficies in vestem. Aspera saxa. Quando peruenit in aspera saxa. Ibi. Ad illud durum obiectum. At cum. Contrarium euenit splendidis leuibusq; corporib⁹: ad quę cum simulacrum corporeum peruenit,non scinditur: vt in duro corpore: sed regeritur imago. Opposita. Opposita,obiecta. Horum. Simulacrorum. hæc simulacra,quæ perueniunt ad corpora splendida,nō occidunt vt illa,quæ ad durum obiectum peruenientia scinduntur & intereunt. alibi legitur. nihil accidit horū hoc est in his secus accidit. Nam neq;. Rationem affert cur simulacra peruenientia ad speculum illic non scinduntur: sed reseruant imaginem: quoniam illud pertransire non possunt vt vestē: sed sistunt se in speculi summitate. Ante. Iunge cum q̄. Meminit præstare. Præsto fit ad præstādum. Lęuior. Corrige leuor hoc est leuigatio & politura speculi,quæ præstare salutem simulacris dicitur: quoniā illa seruat in superficie. Quapropter. Q uia leuor speculi seruans imagines est in causa cur in nobis generentur simulacra. Texturas tenues. Paruas corporis exuuias,quæ a superficie corporis effluunt. Celeris. Celerrima. hinc conijcere potes celerem simulacrorum eē texturam. Celeris fœminino genere profertur vt veteris apud Plautum in Curculione. Vt veteris vetusti cupida sum. quidam scribunt. vt merito celer his rebus. a celere fit celerrimus superlatiuum & celerissimus si Prisciano credimus. Et quasi. Comparatio est. quemadmodum sol breui spatio suppeditat,summittit,& profert multa lumina, perinde a corporibus necesse est momento temporis proferri multa simulacra. Q uocunq; obuertimus. In quancunq; partem illud obuerterimus reddit easdem imagines. Liquidissima tempestas. Serenissimum tempus. Fœde. Spurce: colluuie quadam referta cuncta decolorante. Per q̄ subito fit turbida. Fit subito per q̄ turbida.

Lęuior. Celeris. Veteris. Celerrim⁹. Celerissim⁹.

Vti. Subintellige credere possis. Liqsse. Supple infera loca. Acherōte retecto. Apta & renudata domo Plutonia. Complesse. Redundanter impleuisse. Cæli. Q uæ sunt sub cælo. Terra,inquit Lucretius,exor=

ta fœda tempestate adeo prægnans & aquis referta redditur vt Pluto eam apperuisse videri possit, & ora relaxasse fontibus atq; fluminib⁹. Quare a Marone dictũ. Omnia sub magna labẽtia flumina terra lustrabat diuersa locis.

¶ Terra. Nigra, picea. Nocte. Caligine: dẽsitate. Impendent. Imminent, superstant.
Ora. Effigies, similitudines: ait denso & caliginoso instante nimbo ora pluriformia in feculento aere comparere. Superne. In superioribus nubib⁹. Quorum. Corporum.
Quãtula para sit imago. Corpora innumera in nubibus apparentia præ se ferunt staturam proceram & enormissimam: tamẽ ex ijs maximis corporibus imagines paruæ resiliunt: quoniam sunt pspicua & leuia: nec imago siue vmbra est corporis mensura. Nunc age. Fatetur se locuturum de celeritate mot⁹ in simulacris. Ollis. Illis: subĩtellige sit. Tranantibus auras. Trãseuntibus aera, p quem feruntur, & in quo creãtur. Breuis hora. Breue tempus, longum spatium occupet. quemadmodũ hora a tintinabulo significata breuissimo tempore transit longum spatiũ. Codices antiqui non hora, sed aura reseruant adhuc: quibus si arrides hic erit sensus. nunc explicabo celeritatẽ simulacrorum & q̃ breuissimo momento breuis aura hoc est vẽt⁹ & aer, in quo propagatur simulacrum odoris, prætereãt. Diuerso numine. Scribo diuerso momine pro diuerso momento & tempusculo. mouetur momento id est subito diuerso spatio. Nam cum spatium sit longum, momentum est breue. Suauidicis. Suauiter rationem dicentibus: quæ suauia carmina erunt meliora q̃ illa, quæ longum & insuaue loquũtur: quemadmodum paruus cycni cãtus est concinnior & acceptior q̃ clamor gruum dispersus per omne cælum. orationem suauidicam Symmachus in epistolis melleam, lenificam, suadam dictitauit. Principio. Celeritatem corporum ascribit tenuitati primorum principiorum: e quibus oriunda sunt celeriuscula: cætera vero nata e principio crassiora densioraq;. Stantes. Consistentes, compositas. alibi codicum legitur factas. E primis minutis. Ex principijs leuibus & paruis q̃ sunt atomi puulæ minuteq;. Quæ. Corpora facta ex primis corporibus minutis.

Suauidica

Mellea.
Lenifica.
Suada.

Cuduntur. Attenuantur per aera transeuntes. Interuallum. Spatium. Sequenti plaga. Cum motus vrgeat motum & impulsus impulsum. Concita. Concitata, impulsa ad celeritatem. Suppeditatur. Lumen subministrat auxilium luci & ita se res inuicem agunt. Protelo. Tenore, impulsu vicissitudinario. Lucilius. Quem neq; lucanis oriundi mõtibus tauri Ducere protelo validis ceruicibus possent. Idem. Hũc iuga mulorum protelo ducere centum Non possent. Protelare in hoc significatu est percutere, excludere. Immemorabile. Adeo prolixum vt vix mẽorari possit. prisci codices habent. Innumerabile: latum scilicet vt numerari non possit. Propellat. Vltro & ante impellat & vrgeat. Procul a tergo. Alibi scriptum

Protelum.

Protelare.

Vsq; adeo tetra nimborum nocte coorta
Impendent atræ formidinis ora superne.
Quorũ quãtula pars sit imago: dicere nemo st
Qui possit: neq; eam rationẽ reddere dictis.
Nunc age: q̃ celeri motu simulacra ferantur:
Et quæ mobilitas ollis tranantibus auras
Reddita sit: lõgo spatio vt breuis hora ferat:
In quẽcunq; locum diuerso numine tendit:
Suauidicis potius q̃ multis versibus edam:
Paru⁹ vt est cygni melior canor: ille gruum q̃
Clamor in ætheriis dispersus nubibus austri.
Principio persæpe leueis res atq; minutis
Corporibus stãteis: celereis licet esse videre:
In quo iam genere st solis lux: & vapor eius:
Propterea quia sunt e primis facta minutis:
Quæ quasi cuduntur: perq; aeris interuallum
Non dubitant transire sequenti cõcita plaga:
Subpeditatur enim confestim lumine lumen:
Et quasi protelo stimulatur folgure folgur.
Quapropter simulacra pari ratione necesse st
Immemorabile p spatium transcurrere posse
Temporis in puncto: primũ q; paruula causa
Est: pcul a tergo quæ prouehat: atq; ppellat.
Quod superest vbi tã volucri leuitate ferant̃
Deinde q; vsq; adeo textura prędita rara
Mittunt̃: facile vt q̃suis penetrare queãt res:
Et quasi permanare per aeris interuallum.
Pręterea si quæ penitus corpuscula rerum
Ex altoq; foras mittuntur: solis vti lux:
Ac vapor: hęc puncto cernuntur lapsa diei
Per totum cęli spatium diffundere sese:
Perq; volare mare: ac terras: cęlumq; rigare.
Qđ supest vbi tã volucri hac leuitate ferunt̃:
Quid quæ sunt igitur: iã prima fronte parata:
Cum iaciunt̃: & emissum res nulla moratur:
Nonne vides citius debere: & longius ire:
Multiplicisq; loci spatium trãscurrere: eodem

Tempore:quo solis peruolgant lumina cælũ?
Hoc etiam in primis specimẽ veri esse videt?
Q̃z celeri motu rerum simulacra ferantur.
Q̃z simulac primum sub dio splẽdor aquai
Ponitur: extemplo cęlo stellante serena:
Sydera respõdent in aqua radiantia mundi.
Iam ne vides igitur q̃ puncto tempore imago
Aetheris ex oris in terrarum accidit oras?
Quare etiã atq; ẽt mira hęc fateare necesseſt
Corpora:quę feriãt oculos:visumq; lacessant:
Perpetuoq; fluãt certis ab rebus odores:
Frigus vt a fluuiis:calor a Sole:ęstus ab vndis
Aequoris:exesor mœrorum littora circum:
Nec variæ cessant voces volitare per auras.
Deniq; in os salsi venit humor sæpe saporis:
Cum mare versamur propter:dilutaq; contra
Cũ tuimur misceri apsinthia:tangit amaror:
Vsq; adeo omnib⁹ ab rebus res quęq; fluẽter
Fertur:& in cũctas dimittitur vndiq; parteis:
Nec mora:nec requies inter dat? vlla fluendi:
Perpetuo quoniam sentimus:& omnia semp
Cernere odorari licet:& sentire sonare.

est,Satis a tergo. Atq; propellat. Quidam & propellat scribunt euitantes ne pro corripiant:cũ pluribus sit ad placitum vel testimonio satyri,qui ait. Protectura domo. Probũ in atrium institutis audire non erit præter p̄pter. Pro pręposítio cũ loquelaris fuerit semper producitur. vt. Nobis ad belli auxiliũ p nomine tanto. At cum casualis fuerit varie ponitur. alibi enĩ longa,alibi breuis inuenit. Est operæpretium monere quando breuis debeat:quũ lõga cõstituí. Si hãc p̄cedẽtẽ syllabã secuta fuerit altera syllaba, necessario prior corripit: vt in Lucretio. Oĩa veridico q quõdã ex ore p̄fudit. At cũ positiõe syllaba lõga fuerit cõsecuta frequẽter p̄ducit in verbis siue p̄ticipijs vt Procurrit Laurentũ:hinc dẽsi rursus inũdãt. alibi aũt breuis, alibi lõga est. In noĩbus breuis est in hoc: vt Ni faciat maria,ac terras cælumq; p̄fundũ: longa in vltimo verbo breuis ponit. In his sane varietatibus q̃ maxime auctoritas quęrenda est. Propago in nominatiuo pria syllaba breuis est. vt. Nunũ vobis Romana p̄pago. Properti⁹ Hæc quoq; p̄fecto ludebat Iasõe Varro. At in ablatiuo lõga est. vt Melius propagine vitea respondent. Q đ supest. Hęc oĩs arguũt celeritatẽ elemẽtorum. Quę foras. In codicibus antiq̃s legit. Ex alto in terras. Quę ex cęlo delabũtur in terras vt fulmina, sol, & id genus reliqua. Diffundere. Spargere. Per q; volare mare. Volare velociterq; discurrere per mare. Prima fronte. Mos loquendi prouerbialis:hoc est actutum, repente, de facili, in expedito & numerato. Emissum. Emissionem suam:qua a corpore suo effundũtur vndiq;. rationẽ affert cur hæc celerrime moueantur: quoniã obiectum non habẽt remorans & cohibens suam celeritatẽ. Quo. Tẽpore. Peruolgant. Passim complent, & vulgo.i.passim percurrunt. Hoc etiam. Exemplum per qđ ostẽditur celeritas motus in his simulacris. Speciem veri. Corrige specimen veri hoc est indiciũ & signum veritatis. Persius. Veri specimen dignoscere calles Ne qua subærato mendo sum tinniat auro. Simulac. q̃ primũ. Splendor. Splendida coruscatio. Aquai. Aquæ. verba Pacuuiana & Actiana. p̄inde iocose epigrammatic⁹ in antiquarios. Attonitusq; legia terrai frugiferai: Actius & quidqđ Pacuuiusq; vomũt. Sub dio. Sub aere, in aperto. Cęlo stellãte. Cũ stellę serenę sunt. Respõdẽt. Apparet in aqua ad cõdictum. Sydera mũdi. Astra cęli. Pũcto tẽpore. Paruo tẽpore: figura loquẽdi qua scatet hic: etsi deprendã in nõnullis exẽplarib⁹. pũcto tẽporis: qđ nisi displiceret s excluderet p sibilo. Oris. Plagis & cæli regionibus. Accidit. Alibi legitur excidit. lectori arbitrariũ relinquo. Mira. Mirabilis tenuitatis & consequenter velocitatis. In priscis tamen exemplaribus legitur. minima. composita scilicet ex lęuibus minutisq; corpusculis. Lacessant. Prouocẽt & excitẽt. Odores. Et sicuti sunt odores ex minimia atomis, qui fluunt a certis reb⁹. Sunt q abortu scribendũ cẽsent. & hij per abortum simulachra volunt, quæ subito a corporibus nascẽtia emanãt, & subito intermoriunt: vnde graphice possunt abortus dici: quippe cum imitentur fœtus abortiuos, q modo sunt, modo non sunt. Frigus. Quemadmodũ frigus fluit a fluuijs, qđ minimo corpore constat. Aestus ab vndis. Aestus marini impetus vel cõmotiones inquit Marcellus aduocans hoc Lucretianũ carmẽ. Plautus in Asinaria. Quo magis te in altum capessis æstus te in portum refert. Virgilius. Fundoq; exęstuat imo. Exesor mœrorũ. Pro exedẽs ille maritimus æst⁹ mœros.i.muros arcium & pharorũ, q̃ speculatoriæ turres propendẽt in mare. Mœrorum p murorum a Marone imitatione Lucretiana dictũ. Littora circum. Qui æstus muros allatrat circũ litora dispositos. Deniq;. Exẽplũ breues & tenuissimas exuuias fluere a corpib⁹: vtpote ab vnda maritima simulacra odorũ tenuis fluunt, q̃ in os nauigãtiũ tranãt, & nausea stomachum inficiunt: nec tñ vidẽtur. Mare propter. Apud mare. Diluta. Distemperata, vt ita loquar: & diffusa: qua vtit cathartes, hoc est purgator medic⁹. Innuit poeta ex corporibus absinthij cum diffundit emanare odoris quãdã diritatẽ, vt odoratũ inuadat amarities. Amaror. Amaritudo. hac voce ex Lucretio v sus est Maro in georgicis auctore Gelio eo versu. Tristia tẽtãtũ gustu torq̃bit amaror. Res quæq;. Omne simulacrũ corporeũ. Colligit a corpib⁹ vmbras effluere. Fluenter. Fluctus more. fluunt enim eæ a corporibus exuuiæ. Sentimus. Sensus noster accipit continuum fluxũ harũ imaginum, qđ ex odoratu patet & visu. Omnia. Simulacra, quæ licet nobis cernere & odorari. Sentire sonare. & sensu percipere sonitum, qui est imago discedens a corpore & per aerem continuatur.

Pro ad placitum.
Loq̃laris.
Prima frõte.
Abortus.
Aestus.
Mœrus.
Cathartes.
Amaror.
Fluenter.

Prçterea:quoniam manibus tractata figura
In tenebris quędã cognoscitur esse eadẽ:quæ
Cernitur in luce:& claro candore:necesse est
Consimili causa tactum:visumq; moueri.
Nunc igitur si quadratũ tentamus:& id nos
Cõmouet in tenebris:in luci quæ poterit res
Accidere ad speciẽ:quadrata nisi eius imago?
Esse in imaginibus quapropter causa videtur
Cernendi:neq; posse sine his res vlla videri.
Nunc ea quę dico rerum simulacra feruntur
Vndiq;:& in cunctas iaciuntur didita parteis.
Verum nos oculis quia solis cernere quimus:
Propterea fit vti speciẽ quo vertimus omneis
Res ibi ea contra feriant forma:atq; colore.
Et quãtum quęq; ab nobis res absit:imago
Efficit:vt videamus:& internoscere curat.
Nam cum mittitur extẽplo procudit:agitq;
Aera:qui inter se cunq; est:oculosq; locatus:
Isq; ita per nostras acies perlabitur omneis:
Et quasi prçterget pupillas:atq; ita transit.
Propterea fit vti videamus q̃ procul absit.
Res quæq;: & quanto plus aeris ante agitatᷓ:
Et nostros oculos perterget longior aura:
Tã ꝓcul eẽ magis res quæq; remota videtur.
Scilicet hęc summa & celeri ratione gerũtur:
Quale sit:vt videamus:& vna q̃ procul absit.
Illud in his rebus minime mirabile habẽdũst:
Cur ea:quæ feriant oculos simulacra videri
Singula cum nequeant:res ipsę perspiciãtur.
Ventus enĩ quoq; paulatim cũ verberat: & cũ
Acre ferit frigus:non primam quãq; solemus
Particulam venti sentire:& frigoris eius:
Sed magis invorsum: fieriq; perinde videmꝰ
Corpore tũ plagas in nostro:tanq̃ aliquas res
Verberet:atq; sui det sensum corporis extra.
Præterea lapidem digito cum tũdimꝰ ipsum:
Tangimus extremũ saxi summũq; colorem:

Quadratũ Tetragonon.

Quadratꝰ homo. Locus Platonis.

Petrarchæ error.

Internoscere.

Interbibere.

¶ Prçterea. Declarat figuras istas cognosci quando manibus tractantur etiam in obscuro ac si in luce illas intueremur. Candore. In patenti & illustri loco. Tactum. Sensus est. quemadmodum sensus tactus mouetur a figuris illis:ita sensus visus excitatur. Quadratum. Corpus quadrãgulum, qđ grçci tetragonon appellãt. Sentua. Si tangimus in tenebris corpus & tactu cognoscimꝰ eẽ quadratum corpus:cur non videntes illud in luce pariter agnoscemus,& videbimus eẽ quadratum? Aliquãdo quadratum perfectum significat. huc facit illđ Alberti libro tertio de animalibus. Pythagoras cum masculo coniungit bonum & quadratum: cum foemina autem malum & altera parte longius quadrãgulum. nec dissonat id Aristotelicũ ad Theodecten tertio. Nam si quis bonum virũ quadratum dicit translatione vsus est: vtrũq; enĩ perfectum est. Aristoteles libro ethicorũ primo. Quippe qui vere bonus atq; quadratus est sine vituperatione. graece τετραγονοσ scriptum est. vnde Plato inquit esse difficile reperire hominem tetragonon. Quare Tranquillus habitudinem Flauij quadratam vocauit .i. perfectam. vnde originem traxit Frãcisci Petrarchæ mellitissimi vatis error: qui vocis huius etymo ductus Vespasiano quadratos humeros ascripsit, cum legerit in Tranquillo illum fuisse quadratæ. i. perfectæ staturæ. Palladius libro quarto. Sint boues nouelli quadratis & grandibus membris. Cornelius Celsus libro secundo medicinæ. Corpus aũt habilissimum quadratum est: neq; gracile neq; obesum. Nam longa statura vt in iuuenta decora est: sic matura senectute conficitur.

Accidere ad speciem. Prę se ferre similitudinem. Esse in imaginibꝰ. Ex his colligo, Lucretius inquit, causam cernẽdi esse in imaginibꝰ: nihilq; cerni posse nisi qđ imaginosum est. Quę dico simulacra. Imagines illę, quas rerum simulacra peculiari epitheto libuit appellare. Dedita. Diuisa. Verum. Cum simulacra & rerum imagines vndiq; & vbiq; diuidant,& iactãtur in diuersas diuisa partes. sed causa cur solum anteriores videmus imagines est q; solis oculis cernimus: q; si toto corpore videremus pateret vbiq; imagines vagari. Speciẽ. Aciem, tuorẽ: a specio specis.

Quo. Ad quã imaginẽ. Feriãt. Ocłos suo occursu verberẽt. Internoscere. Totũ noscere: quẽadmodũ iterbibere totũ bibere. Curat. Opã dat. Nã cũ. Qñ imagines istę,& simulacra a corpibꝰ effluũt subito ipellũt sera: q ꝑuentẽs ad ocłos, illos ad aspectũ excitat.

Procudit. Propellit, agit, vrget. Qui inter se cũq; ẽ. Pro qcũq; iter se ẽ. Inter se. Inter illa corpea simulacra. Is. Aer ipulsus ab istis imaginibꝰ. Atq; ita. Pupillas ꝑtergẽs labit & discurrit. Prçterget. Præstrigit. Agitaẽ. Cũ viderimꝰ rẽ ꝓcul existẽtẽ necesse ẽ ipellaẽ maior aer. Prçterget. Prçlambit & sensim titillando sensum ptrãsit. Aura. Aer. Quale sit vt videamꝰ. Id tanta celeritate pagiẽ: vt videamus quale sit, hoc est cuiusmodi sit qđ trãsit: & vna hoc est inter discernendum qđ ꝑterit q̃ sit ꝓcul, statimq; nostros oculos trãs

Nec sentimus eum tactu:verũ magis ipsam
Duritiem penitus saxi sentimus in alto.
Nunc age:cur vltra speculũ videat᷑ imago:
Percipe.Nam certe penitus semota videtur:
Quod genus illa foris quę vere transpiciũtur:
Ianua cum per se trãspectum præbet apertũ:
Multa faciteq; foras ex ædibus vt videantur.
Ipse etenim duplici geminoq; fit aere visus.
Primus enim citra postes concernitur aer:
Inde fores ipsę dextra:lęuaq; sequuntur:
Post extraria lux oculos pertinget:& aer
Alter: & illa foris quæ vere trãspiciuntur.
Sic vbi se primum speculi proiecit imago:
Dum venit ad nostras acies procudit:agitq;
Aera:qui inter se cunque est:oculosq; locatus:
Et facit vt prius hũc omnem sentire queamus
Q̃ speculũ:sed vbi in speculũ quoq; sensimus
Cõtinuo a nobis in eũ:q̃ fert᷑ imago: (ipsum
Peruenit:& nostros oculos reiecta reuisit:
Atq; alium præ se propellens aera voluit:
Et facit vt prius hunc q̃ se videamus:eoq;
Distare a speculo tantum semota videtur.
Quare etiam atq; etiã minime mirari par est
Illis:qui reddunt speculorũ ex æquore visum
Aciebus binis:quoniam res confit vtrinq;.
Nũc ea quæ nobis mẽbro℞ dextera pars est:
In speculis fit vt in lęua videatur:eo q;
Planitiẽ ad speculi veniẽs cũ offendit imago:

uolet. Celerius fit hic motus q̃ rem ipsam discernere possumus. Q̃ procul. Iũctim pro valde procul. Illud. Petit cur non videam⁹ simulachra quæ feriunt oculos cum ipsa corpora cernere possimus. Res ipsę. Corpora quorum sunt simulacra. Ventus. Ponit exemplum rei.cum frigus nõ percutit & p̃mordet non solemus eius particulã sentire. Frigoris eius. Rigoris quem ventus creat. In vorsum. Pro in versum,hoc est in ordinem. Maro. Hic etiam flexas in versum digerit vlmos. Dicimus frigus in versum sentire quãdo seriatim partem illius nos lancinãtem pręsentimus aliam post aliam:& ita de singulis. Sumpta est ab arboretis translatio:quorum pars post partem filo quodam & linea serit᷑. In antiquis codicib⁹ legitur vnorsum:qd̃ pariliter.i.per partes significabit & vno modo non vniuersatim. Vnose prisci dicebant p simul. Sunt q scribunt vniuersum pro vniuersum. Perinde. Similiter. Plagas. Impulsus ad motum. Aliquas res. Sunt qui scribũt:aliqua reis:qm̃ apud priscos.a. litera fuit anceps:qd̃ sexcẽties exoleti poetæ & Architrenius vsurparunt. Sensum sui. vt id ip̃m sentiatur. Corporis extra. Pro corporis extrarij:quę plagę prouenĩant a corpore extra sensum posito. Preterea. Cum corpus tangimus superficiem tangimus. Tundimus. Percutimus. Extremum. Extremas ptes & superficiem. Summũ colorem. Summitatem & superficiem coloris. Tactu. Cũ superficiem tangimus saxi duriciem non perspicimus:verum cum profunde saxum tangimus,tunc saxum sentimus. In alto. Tactũ penetrãdo in p̃fũdã duriciem : q̃ si leuiter summisq; digitulis attingat᷑ nõ se p̃dit. Nũc age. Nũc enarrãdũ est cur imago vltra speculũ videat᷑. hęc em̃ non videt᷑ oculis nostris eẽ in ęquore speculi:sed vltra speculum. Nã certe. Hoc p interpositionem dictum est. illa em̃ imago penit⁹ semota videtur a speculo. Q d gen⁹. Cuiusmodi sunt illa,q̃ vere trãspiciunt᷑. Trãspectũ. Trãsaspectũ:q transpicit᷑. Facit. Ianua scilicet. Ipse. Cõcludit visum fieri a gemino aere. Primus aer est ille, qui est citra postes. Secund⁹ est lux extrinseca. Citra. A parte ad nos vergente.primo videm⁹ aerem foribus adiacẽtem : postmodo fores. Sequũtur. Visu percipiendæ veniunt post aera oculorũ mediatorẽ. Extraria lux. Postea q̃ aerẽ forib⁹ adiacẽtẽ cõtẽplati fuerim⁹:postmodo videm⁹ fores:deĩn loca,q̃ extra fores aere p̃spicuo tegunt᷑. Illa. Partes illę dom⁹ exteriores,q̃ regerũt imagines nobis citeriorẽ forũ partẽ occupãtibus. Foris. A nobis deforis venientibus. Trãspiciuntur. Trãsuident᷑. Vbi primum. q̃ primum:vt statim. Proiecit. Reuerberata est & repercussa a speculi lęuore. Procudit. Prorsus impellit. Qui inter se cũq; ẽ. Quicũq; inter se est. Et facit. Aer act⁹ & ipulsus. Hũc. Aera ĩpulsum. Sẽsimus. Vbi cognouerim⁹ imaginẽ in aere formatã ad nr̃os oculos puenire. Ipsum. Visum, hoc est rẽ q̃ videt᷑. A nobis. Ab aere ipulso ab oculis nr̃is. In eũ. In id speculũ. Quę fert᷑. Quę a nobis iacit᷑ in speculũ. Prę se ppellẽs. Añ se agẽs. Hũc. Aera ppulsum. Q̃ se. q̃ verã imaginẽ. Eo. Ob illũ secũdũ aera. Mirari par est. Carmẽ est ex his,q̃ nõ seruata regula placitisq; grãmaticorum donant᷑ i q̃nta sede spõdęo p dactylo. Tale est illd̃ Maronianũ. Cornua velatarum obuertim⁹ antẽnarũ. Cęterũ modulatior est mod⁹ versus hui⁹ in priscis exẽplarib⁹: in qb⁹ ita scribit᷑. Quare etiã atq; etiã minime mirarier ẽ par: vbi mirarier positũ p mirari. Qui reddũt visum. Qui nũcupant᷑ imagĩes. Ex ęquore. Planitie & lęuore. Acieb⁹ binis. Corrige aeribus binis. nõ mirari aliqs debet reddi imagies i speculo:qm̃ ad id duplex cõcurrit aer. Res cõfit. Res cõficit᷑ & imago creat᷑. Vtriq;. Et a speculo & ab aere exteriori. Nunc ea. Cum satis explicatum sit imaginem quæ gignitur in speculo prouenire ab aere impulso retrocedereq; ad oculos:ex his cognoscere possum⁹ cur partes corporis dextræ sint in speculo leuæ:cur vero læuæ dextræ:non secus ac si quis ceream massam illidat trabi & reflectatur, mutabit ptes suas. In lęua. In sinistra. Cum offendit. Cum ad speculi æquor objicitur.

Versum.
Vnorsum.
Vnose.
Exoleti poetæ.
Trãspect⁹.
Si aciebus est anapęstus.

¶ Nõ conuertitur. Non reflectitur ad oculos
nostros. Incolumis. Seruatis suis partibus
& integris. Recta. Recto tramite veniens.
Eliditur. Repercutitur & resupinatur a leuo
te speculi veniẽtẽ pcutiẽtia imaginẽ. Prius
arida q̃ sit. Prius q̃ arescat: qm̃ caliginosæ te
nacitatis est vt possit hærere parieti. Perso-
na. Statua cretacea. alij legũt. cretæ psonã al-
lidat palo ve trabi ve. Pilę. Colũnę, moli. est
eñi pila colũna saxea: de q̃ Maro. Saxea pi-
la cadit. Mutua. Mutuo, per vices. Porro.
Pręterea. Fugitãt. Nimio pe fugiũt & auer-
sant. Cęcat. Oculorũ aciẽ exhaurit & cæcita
tem inducit. Cõtra si tẽdere pgas. Si perse-
uerauerís incedere respiciẽs cõtra solem. hãc
naturã solis esse docent hi Labertani versus.
Democrit⁹ abdertes physic⁹ philosoph⁹ cly-
peũ Cõstituit cõtra exortũ hyp'ōis: oculos
Effodere vt posset splendore æreo: ita radijs
Solis aciem effodit luminis: malis bene
Esse ne videret ciuibus. Sic ego
Fulgentis splendorem pecuniam volo
Elucificare exitum ætati meę:
Ne in re bona videam esse nequam filium.
Propterea. Rationem reddit cur sol contra
eum si tendere pgas obscuret lumina & luce
priuet. quoniam inquit magna ipsius vis est
qua dissoluit compositiones oculorum. Si
mulacra. Imagines per aera feruntur, quę cõ-
iunctæ soli turbant oculos. Turbantia. Ve-
xãtia, diffringẽtia. Compositurás. Cõnex⁹
oculorum & cõmissuras. Pręterea. Ratio-
nem aliam reddit cur res splẽdida turbet ocu
los: quoniam scilicet splendor ille acer & ve-
mens oculorum vim turbat: quoniã in se ha-
bet ignea semina. Q. Quoniã. Gignũt.
Dolorem oculis inferunt. Insinuando. In
fundendo & imprimendo dolorem. Luri-
da. Buxãtia coloris & crocei immista quadã
admodum fuscedine. exemplũ est ratiõis su
perioris. Splendida corrumpũt oculos: quo
niam in his est semen ignis. nõ secus oculi ar
quatorũ lurida omnia reddunt quæcũq; aspi
ciunt. Similis sentẽtia Varronis est in Eume
nide his verbis. Nã vt arquatus qui est illi lu-
thea omnia vidẽtur: sic insani sani, & furiosis
furiosi videntur esse insani. Moti hac Varro-
niana auctoritate multi in Lucretio luthea nõ
lurida scribunt: quę lectio non displicet. Lu-
theus color est crocino proxim⁹ & alutę pelli
si Seruio credimus. Arquati. Pressi morbo
regio: qđ ei nomẽ hęsit qm̃ victu regio curat
græci vocant Icteron: vnde nomẽ aui, q̃ Icte
ricum morbum curat. Arquatus dicitur hic
morbus q̊ arquus sit concolor de virore: vel
q̊ ita stringat corpora vt in arcum ducat. Lu-
cilius. Q. nos esse arquatos ducũt, surgam⁹
eamus, agamus. Hic morbus in sacris literis
aurigo nũcupatur. Hieronymus in interpre-
tatione Hieremiæ. Interrogate & videte si ge
nerat masculus: quare ergo vidi omnis viri
manum supra lumbum suum quasi parturiẽ
tis & conuersæ sunt vniuersę facies in auri-
ginem. Celsus libro tertio medicinę. Aequeno
tus est morbus, quem interdum arquatum
interdum regium nominant: quem Hippo-
crates ait si post septimum diem febricitante

Persona.
Pila.
Solis radij excæcant.
Elucificare
Arquatus lutea videt
Lutheus color.
Regi⁹ morbus cur.
Icteros.
Aurigo.

Nõ conuertit' incolomis: sed recta retrorsum
Sic eliditur: vt si quis prius arida q̃ sit
Cretę personam adlidat pilęve: trabive:
Atq; ea continuo rectam si fronte figuram
Seruet: & elisam retro sese exprimat ipsa:
Fiet vt ante oculos fuerit qui dexter: hic idem
Nunc sit lęuus: & e l quo fit mutua dexter.
Splendida porro oculi fugitant: vitãtq; tueri.
Sol etiam cæcat: contra si tendere pergas:
Propterea: quia vis magna st ipsius: & alte
Aera per purum grauiter simulacra ferũtur:
Et feriunt oculos turbantia composituras.
Præterea splendor: quicunque st acer: adurit
Sæpe oculos: ideo q; semina possidet ignis:
Multa dolorẽ oculis quę gignunt insinuando.
Lurida præterea fiunt quęcunq; tuentur
Arquati: quia luroris de corpore eorum
Semina multa fluunt simulacris obuia rerum:
Multaq; sunt oculis in eorum deniq; mista:
Quę contage sua palloribus omnia pingunt.
E tenebris autem quæ sunt in luce tuemur:
Propterea: quia cum propior caliginis aer
Ater init oculos: prior & possedit apertos:
Insequitur candens confestim lucidus aer:
Qui q̃si purgat eos: & nigras discutit vmbras
Aeris illius: nam multis partibus hic est
Mobilior: multisq; minutior: & mage pollẽs.
Qui simul atq; vias oculorum luce repleuit:
Atq; patefecit: quas ante obsederat acer:
Cõtinuo rerum quædam simulacra sequunt':
Quę sita sunt in luce: lacessuntq; vt videam⁹.
Hic quoq; de speculo in speculũ vt tradat' ima
Quinq; etiã sex vt fieri simulacra fuerit: (go:
Nam quęcũq; retro parte interiore latebunt:
Inde tamen q̃uis torte: penitusq; remota
Omnia per flexos aditus educta licebit
Pluribus hęc speculis videantur in ædibus eẽ.

Vsq; adeo e speculo in speculũ tralucet imago.
Et cum læua dataſt:fit rurſum vt dextera fiat:
Indeq; retrorſum redit:& conuertit eodem.
Quinetiam quęcũq; latuſcula ſunt ſpeculorũ
Adſimili lateris flexura prędita noſtri:
Dextera ea ꝓpter nobis ſimulacra remittũt:
Aut quia de ſpeculo in ſpeculũ traferẽ imago
Inde ad nos eliſa bis aduolat:aut etiam:ꝙ
Circumagitur:cũ venit imago:propterea ꝙ
Flexa figura docet ſpeculi conuertier ad nos:
Indugredi porro pariter ſimulacra:pedemq;
Ponere nobiſcum credas:geſtumq; imitari.
Propterea quia de ſpeculi qua parte recedas
Continuo:nequeant illinc ſimulacra reuerti:
Omnia quandoquidẽ cogit natura referri:
Ac reſilire ab rebus ad æquos reddita flexus:
Qđ cõtra facere e tenebris in luce nequim⁹.
Propterea:quia poſterior caliginis aer
Craſſior inſequit̃:qui cuncta foramia cõplet:
Obſiditq; vias oculorum:ne ſimulacra
Poſſint vllarum rerum coniecta moueri.

ægro ſuperuenit, tutum eſſe mollibus tantũ modo præcordijs ſubſtantibus. Diocles ex toto ſi poſt febrem oritur etiam prodeſſe: ſi poſt hũc febris:occidere. Color autem morbum detegit maxime oculorum: in quibus qđ albũ eſt fit lutheum. per omne autem tẽp⁹ vtendũ eſt exercitatione, frictiõe, ſi hyẽs eſt balneo, ſi æſtas frigidis natationibus: lecto etiã & conclaui cultiore: clauſo loco: vti ludis: laſciuia: per quę mens exhilaretur. ob quæ regius morbus dictus videtur. Luroris. Coloris ſubcrocei: cui particula nigredinis non abſit. qua ratione Naſo venena lurida vocauit. hij qui luthea in priori verſu legũt hic lutorẽ ſcribũt a luto herba dictiõe deducta: vt a luto dicamus lutorem nihilo ſecius ꝗ a lurido lurorem. ad eruditorum prouocatorum. Eorum. Arquatorum. Simulacris obuia. Quæ ſemina rerum conſtantia in arquati corpore occurrunt imaginibus. ꝗ exeunt a corpore arquati:& ita hęc miſta inficiunt corpus infectum ab his imaginibus. Luror. Lutor.

Oculis. In eorum arquatorum. Contage ſua. Contagione & infectura: qua proxima decolorantur. Palloribus. Pallidis luroris notis. Pingunt. Colorant, inficiunt. Contages.

Et tenebris. Trãſit ad aliud pręceptum philoſophicum. Oſtendit autem nunc quemadmodum in loco abdito & tenebricoſo poſiti cernere poſſumus quæ ſunt in tenebris. E tenebris, ea pone cum nos poſiti ſum⁹ in loco tenebroſo. Propior. Vicinior. Caliginis. Obſcuritatis. Init. Subintrauit. Prior &. Qui aer erat prior:& inumbratione priori lumina fuſcabat. Candens. Igneus, coruſcus. Videmus nos ſtantes in tenebris quæ ſunt in luce. quoniam aer lucid⁹ ſuccedit obſcuro:& continuatus peruenit ad lumina in tenebris: quæ ſunt amota. Qui. Lucidus aer. Purgat eos. Clarificat oculos poſitos in tenebris. Diſcutit. Repellit. Aeris. Illius. Qui obſcuratus claritudinem tollebat & auferebat oculis. Multis partibus. Valde multis partibus excedit aera nigrum. Hic. Aer ſerenus & lucidus. Mobilior. Facilior ad mouendum. Multis. Subintellige partibus. Minutior. Subtilior & tenuior. aer lucidus & illuſtratus ſubtilior eſt aere obſcuro quoniam diſcutitur & tenuatur a lumine. Mage pollẽs. Magis vegetus & mobilis. Qui. Aer illuſtratus. Simul atq; ꝗ primum. Vias oculorum. Vim cernendi. Obſederat. Circũambiuerat & circumuallauerat. Ater. Obſcurus aer. Continuo. Subito. Rerum. Corporum. Quędam ſimulacra. Subito cum aer lucidus peruenit ad oculos imagines quædam ſubeunt & ſubintrant. Sequuntur. Subſequuntur & oculis inhærent. in priſcis codicibus legitur. Cõtinuo rerum ſimulacra adaperta ſequũtur. Sita ſunt in luce. Poſita erant in loco patenti illuſtri & claro. Laceſſunt. Illa ſimulacra in luce poſita prouocant oculos noſtros ad viſendum. Fit quoq;. Redit ad imaginem ſpeculi. Accidit inquit quandoq; imaginẽ de ſpeculo transferri in ſpeculum: cum ſpeculum altius aut per obliquum opponetur imagini. Tradatur. Tranſmittatur, traijciatur. Quinq;. Fit etiam vt quinq; imagines ſex fiãt cum ſpeculum per obliquum collocabitur. Sueſrint. Conſueuerint. Quæcunq;. Simulacra. Retro latebunt. In ima parte ſpeculi collocabuntur. Parte interiore, In parte ſpeculi profundiore. Inde. Ab illa parte interiore ſpeculi. Torte. Oblique: tranſuerſe. Educta. Extracta ex interiore parte ſpeculi. Per flexos aditus. Per obliquam viam qua imago peruenit a ſpeculo in ora & oculos, quoniam imago tranſlucet a ſpeculo ad ſpeculum. Læua. Siniſtra parte educta. Dextera. A dextra parte veniens. Conuertit. Conuertitur. Eodem. In eoſdem oculos ad quos acceſſerit. Quinetiam. Agit nunc de ſimilitudinibus ſpecularium imaginum. Latuſcula. Parua latera. Propter. Subintellige eam flexuram. Eliſa. Repercuſſa. Bis. Ab aere exteriore & interiore cum ad oculos noſtros accedit. Flexa. Orbicularis & ſphærica figura ſpeculi: docet conuerti ad nos id eſt oculos noſtros imaginem: per quæ ſpeculum volitat. Indugredi. Ingredi. amplius ſimulacra corporis quæ ſunt in ſpeculo mouentur cũ motu corpis: qm̃ cũ recedas a pte ſpeculi recedit imago tecum: ꝗ nõ põt moueri niſi mouearis. Illic. Ex eo loco quo mouiſti. Referri. Repcutere & recellere. Ab reb⁹. A corpib⁹. Qđ. Quẽ reſiliẽtẽ motũ illarũ imaginũ. Propterea. Affert rõnẽ cur nõ poſſum⁹ e tenebris aſpicere ſimulacra i luce. Poſterior aer. Aer poſt lucẽ & ſpeculũ poſit⁹: obſcurior aer: q hoĩs in tenebris poſiti obſcurat vĩ cernẽdi. Caligis. Obſcuri loci. Craſſior. Dẽſior. Ideo ẽ ad vidẽdũ minie idone⁹. Qui. Piguior aer. Foramia. Vi oculorũ in pupilla fixã. Obſidit. Circũſidit & circũuallat, ob ſignificat circũ. Sidere iſidere, ĩhęrere. obſidere vndiq; adhęrere. Init p iniuit. Obſido.

Pyrgi. Burgūdiones vnde.

¶Quadratasq; pro. Cum angulares turres aspicimus, spatiiori aere obiectis oculis euenit vt rotundæ credant & appareāt. Vrbis. Quæ prope mœnia vrbis ponuntur ad defensionē paratæ. Pyrgos græci dicunt: vulgo turriones. vnde Belgę Burgūdiones appellati q vicatim habitant auctore Orosio. Nam Pyrgus in purgum vertitur: postmodo. p. transit in. b. vt patet in Pyrrho & burrho. lege Quintilianum in primo. Angulus. ratio cur quadrangulæ turres videantur esse rotundæ. Obtusus. Obscurus, niger non satis manifeste apparens. Plaga. Repercussio euanescit imaginis anguli turris: nec potest oculos mouere. Delabitur. Alibi leges illabitur. res parui momenti. Aera. Ratio cur ictus anguli non perueniat ad angulos. quoniam dum simulachra ferunt ad angulum repercutitur aer & visum discutit.

Hebesco.

Hebescere. Hebetia, debilia, pigra fieri illa simulacra. Crebris offensibus. Crebris repercussionibus. dum crebro angulus infringit aera fit debelior effigies illius ad mouendum visum. Hæc vbi. postea q̄ hæc imago sensum ocl'i aufugit caligat visus: nec rē determinare & exacte cernere potest. Suffugit. Leuiter fugit. Sēsum. ocl'os. Simul. Similiter vbi angul⁹ omnis suffugit sensum oculi. Tuantur. Pro tueantur: oculi scilicet. Saxorum structa. Appositiue quæ turris opus videtur e saxis structum: nec liquide turris edita sublimisq; videtur. Nō tamen. Subintellige videntur. Oculus turrim videt eminus: non tamen ita tanq̄ si coram esset aut si videret rem rotundam. Ad

Adūbrati.

umbratim. Subobscure: non aperte. Simulata. Ficta: non vera. non videmus hoc op⁹ recognoscentes id esse turrim: sed tanq̄ rem simulatam. Vmbra. Præterea cum videamus vmbram sequi corpus idq; in sole: sic credere debem⁹ etiam sine sole simulacrum comes esse corpori. Si credis. Scribo. sic credas. Indugredi motus. Ingredi ad mot⁹ corporum humanorum. Nam nihil. Id qđ

Vmbra q̈d

nos vmbram vocare solemus, nihil aliud est q̄ aer lumine priuatus. Ordo. Id qđ nos vmbram perhibere suemus, nil aliud esse potest nisi aer lumine cassus id est vidu⁹. Cassus. Priuatus. Plaut⁹ in aulularia. Filiam habeo grandem dote cassam atq; illocabilem. Perhibere. Dicere. Suemus. Solemus, consuemus. Nimirum. Sequitur nos vmbra: quę lumine priuatur quādo terrestrem naturam habet: terra vero locis ex ordīe certis lumine priuatur. Locis certis. In quibusdam locis quę ordine solito lumine priuantur. Solis. Illuc non penetrat lumen solis. Quæcunq;. Legēdum quacunq;: subintellige itinere & via. Meantes. Incidentes. Officim⁹ Nocemus lumini solis. vmbra colorem non habet quoniam nos incidentes terram inumbramus: eiq; nocemus ne possit radios solis excipere: & locum a pallida vmbra possessū irradiare. Repletur. Completur lumine.

Qđ. Eius spatiū terrę qđ peragrantes transierimus. Propterea. Nō eadē corporis vmbra nos sequit̄. sed qm̄ pambulamus diuer-

Quadratasq; procul turreis cū cernim⁹ vrbis
Propterea fit: vti videātur sępe rotundę:
Angulus obtusus quia longe cernitur omnis:
Siue etiam potius non cernitur: ac perit eius
Plaga: nec ad nostras acies delabitur ictus.
Aera per multum quia dū simulacra ferūtur:
Cogit hebescere cum crebris offensibus aer:
Hęc vbi suffugit sensum: simul angulus oīs:
Fit quasi vt ad tutrim saxorum structa tuanť:
Non tamē vt coram quę sunt: vereq; rotūda:
Sed quasi adumbratim paulū simulata videť.
Vmbra videtur item nobis in sole moueri:
Et vestigia nostra sequi: gestūq; imitari:
Aera si credis priuatum lumine posse
Indugredi motus hoim: gressumq; frequētē.
Nam nihil esse potest aliud nisi lumine cassus
Aer: id qđ nos vmbrā perhibere suemus:
Nimirum: quia terra locis ex ordine certis
Lumine priuatur solis: quæcunq; meantes
Officimus: repletur item: qđ liquimus eius.
Propterea fit: vti videatur q̄ fuit vmbra
Corporis e regione eadem nos vsq; secuta.
Semp enim noua se radiorum lumia fundūt:
Primaq; dispereūt: quasi margīe lana trahať.
Propterea facile expoliatur lumine terra:
Et repletur item: nigrasq; sibi abluit vmbras:
Nec tamen hoc oculos falli cōcedim⁹ hilum.
Nam quocunq; loco sit lux atq; vmbra: tueri
Illorum est: eadē vero sint lumine necne:
Vmbraq; q̄ fuit hic eadem nū transeat illuc:
An potius fiat: paulo qđ diximus ante:
Hoc animi demum ratio discernere debet:
Nec possunt oculi naturam noscere rerum.
Proinde animi vitiū hoc oculis affingere noli.
Qua vehimur naui fertur cum stare videtur:
Hæc manet in statione ea præter credit ire:
Et fugere ad puppim colles: campiq; vidētur:

Quos agimus prçter nauem:velisq; volamus:
Sidera cessare aethereis affixa cauernis
Cuncta vidétur:& assiduo sunt omnia motu:
Quãdoquidẽ longos obitus exorta reuisunt:
Cũ permensa suo sunt coelum corpore claro.
Solq; pari ratione manere:& luna videtur:
In statione ea:quae ferri res iudicat ipsa:
Extanteisq; procul medio de gurgite monteis
Classibus inter aquas liber patet exit⁹:ingẽs
Insula coniunctis tamen ex his vna videtur.
Atria versari:& circumcursare columnç.
Vsq; adeo fit:vti pueris videãtur:vbi ipsi
Desierint vorti:vix vt iã credere possint
Non supera sese ruere omnia tecta minari.
Iãq; rubrũ tremulis iubar ignib⁹ erigere alte
Cũ cœptat natura:superaq; extollere mõteis:
Quos vbi cum supera sol monteis esse videt
Cominus ipse suo contingens feruidus igni:
Vix absunt nobis missus bis mille sagittç:
Vix etiam cursus quingẽtos saepe veruti
Inter eos:solemq; iacent immania ponti
Aequora substrata aethernis ingẽtibus oris:
Interiectaq; sunt terrarum milia multa:
Quç variç retinent gentes:& secla ferarum.

sa loca a solis radijs illustrata:ꝑter eũte corpe
fit obscuritas & vmbra illa gignit. E regiõe.
Ex opposito lateris corpi. Eadem. Parilis
vmbra nec vnq̃ immutata. Nos. Corpus
nostrũ. Vsq;. Diu,multũ. Prima. Lumia.
Margine. In aequore pectinũ.q patẽti latitu
dine praediti lanã trahũt.q dã codices habẽt
in agmie. Trahat. Carminet:in qua carmi= Carmiatio.
natiõe cũ particlatim deducit semp abit pri
or ps lanae & noua tracta a dẽtib⁹ pectinis su
ꝑinducitur. Abluit. Splẽdore deget. Hoc.
Ab hac vmbra. Hilũ. Tãtillũ. Nã quocũ=
q;. Haec vmbra sensus nostros fallere nõ põt
qm̃ qñ lumine terra replet cognoscimus illic
vmbrã nõ esse:cũ vero obscurat ab obiectu
corporis:noscim⁹ inumbratũ esse locũ. Tu
eri est. Possumus aspicere. Eadẽ. An lux
an vmbra. Illuc. Subitellige est tueri. Ocu
l⁹ videre põt an vmbra sit in hoc loco an nõ.
Sed an vmbra q̃ fuit in vno loco trãseat in a
liũ sequẽs transitũ corporis, hoc tibi declara
bit aĩmus & eruditio philosophica. Discer
nere. Diiudicare. Oculi. Sed op⁹ est sensu
corporeo & mentis agitatione ratiocinioq;.
Proinde. Itaq; cũ sit inculti aĩ vitiũ:noli cul
pãa ĩ,q insipiẽs est,attribuere oclo sẽsui cor
poreo. Effingere. Codex defecatior habet
affingere. Qua vehimur. Exẽplũ sensũ o=
culi decipi saepe.nauis em̃ cũ celeriter mariti
ma dorsa sulcat stare tñ & haerere videtur.
Haec manet. Cũ vero nauis eadẽ stat ire cre
dit. verior tñ ẽ lectio si scribis. Quç manet.
In statiõe. In portu. Prçter credit ire. Cre=
dit ꝑterire. Quos agim⁹ ꝑter nauẽ. Prope
quos nauẽ impellim⁹. Oĩa. Sidera. vident
sidera stare cũ errẽt. Ferri. Cũ in diuersas p
tes haec moueri ratio det indiciũ. Extãtes.
Eleuatos,editos,& caput cœlo inferentes.
Sẽsus. mõtes excurrẽtes in mare occurrunt
oculis nauigantium diuersi a propria sede.
Nam cum sint in continenti positi videntur
esse in mari:& per eos secare suũ iter vector
nautic⁹ autumat cum reapse radat oras illo=
rum vel alio longe nauis sit motura. Me=
dio de gurgite. Longe remotos a medio ma
ri. Classibus. Hij qui vehunt existimant se posse illorsum nauim agere si sunt ignari pelagi & viarũ. Inter
quas. Ex hoc accidit his q inter aquas maris sunt:nec sũt ꝑpe mõtes illos:faciẽ quorũ discernere non valent.
Liber. Facilis,prõptus.cũ sit difficilis obstante ꝑmõtorio. Ingens. Aliud exẽplũ.cũ nautis apparet insula
etiã si plurimũ distet,videt tñ obuersari pedibus illorũ. Atria. Trãstra nauis. Ex his coniũctis. Insula di=
stãs videt esse cõiũcta his insulis ꝑter quas imus. Circũcursare colũnae. Tẽplorũ & aedificiorũ peristylia,hoc Circũcursa
est intercolũnia vident oculis oberrare. Desierint verti. Cũ pueri se interludendum gyris exercuere:& cor= re.
pus voluminibus assiduis cõuoluerũt:oia tecta vident illius excidiũ & ruinã minari. Supera. Pro supra:vix
pueri credere possunt cũ caput phanaticũ in morẽ circumrotarũt nõ oia labi tecta in ꝑpriũ caput. Minari rue
re. Tecta minari ruinã. Iãq;. Imaginãdi sensum errare docet exẽplo solis.q cũ primũ exorit videt coruscare Iubar tre=
ꝑpe:cũ sit lõge remot⁹. Tremulũ iubar. Lux & coruscatio solis. Engere. Extollere. Alte. Ex loco subli mulum.
mi. Cœptat. Incipit. Quos vbi. Quando sol videtur esse supra quos montes:& supra erit legendum. Cœpto.
Cominus. Prope. Feruidus. Calonficus. Missus. Iactus. Bis mille sagittae. Sagittarum duum Verutum.
militum. Cursus. Iactus. Veruti. Verutum est telum breue simile veru:a quo et nomen adhaesit. Sallusti=
us libro tertio historiarum. Saxaq; ingentia e vincta trabe per pronum mittebantur: auxiliumq; manebant Parazoniũ
in modum veruti militaris. Veruta binum pedum. Telum militare q̃uis ab isto diuersum reperio: cui para=
zonium nomen erat. tribunorum militum id erat peculiare insigne:de quo epigrammatarius decimo quarto Pro Marti=
Militae decus hoc:gratiq; erit omen honoris Arma tribunitium cingere digna latus.quae res euidentius sce= ale.
lerius pater apd̃ Dionem in Traiano his ferme verbis. Quin etiam cum tribunatum militum ei traderet: pa=
razonium,quo pro dignitate accingendus erat,nudum ei porrexit. At talis inquit ensem accipe: quem pro
me ita demum strinxeris si iuste imperauero. Inter eos. Inter montes. Sol nasci videtur in cacumine mon
tium cum inter solem & montes illos sint immensa spatia coeli & terrae. Immania aequora. Vastissimae pla=
nities. Secla. Lustra,multitudines.

At commictus aquæ digitũ non altior vnum
Qui lapides inter sistit:per strata viarum
Despectum præbet sub terras impete tanto:
A terris quãtum cęli patet altus hyatus:
Nubila despicere:& cęlum vt videare videre
Corpora mirando sub terras abdita cęlo.
Deniq; vbi medio nobis equus acer adhęsit
Fluminis:& in rapidas amnis despexim9 vndas:
Stantis equi corpus transuersum ferre vidẽt
Vis:& in aduersum flumẽ cõtrudere raptim.
Et quocunq; oculos traiecimus: omnia ferri:
Et fluere hac simili nobis ratione videtur.
Porticus æquali quis est deniq; ductu:
Stansq; in perpetuum parib9 suffulta colũnis:
Longa tamen parte ab summa cũ tota vidẽt
Paulatim trahit angusti fastigia coni:
Tecta solo iungens:atq; omnia dextera lęuis:
Donec in obscurum coni conduxit acumen.
In pelago nautis ex vndis ortus in vndis
Sol fit vti videatur obire: & tendere lumen.
Quippe ibi nil aliud nisi aquã cælumq; tuent:
Ne leuiter credas labefactari vndiq; sensus.
At maris ignaris in portu clausa videntur
Nauigia aplustris fractis obnitier vndis.
Nã quæcunq; supra rorem salis edita pars est
Remorum recta'st:& recta supna gubernat:
Quę demersa liquore obeũt:refracta vidẽt
Omnia cõuerti:sursumq; supina reuerti:
Et flexa prope iam summo fluitare liquore.
Raraq; per cęlum cum venti nubila portant:
Tempore nocturno tũ splendida signa vidẽt
Labier aduersum nimbos:atq; ire supernes
Longe aliã in partem:q̃ quo ratione ferũtur.
At si forte oculo manus vni subdita subter
Pressit:cum quodam sensu fit: vti videantur
Omnia quæ tuimur fieri tum bina tuendo:
Bina lucernarum florentia lumina flammis:

¶ At commictus. Errorem sensuum manifeste videmus cum respicimus in præcipitium delabentis aquæ. Videmur enim cernere tantam depressitatem quãta est a terra ad cælum. Commictus ponitur pro leui aquæ de fluuio. metaphora deducta ab homie mictu- riente, hoc est meiente. In hac significantia micturam dicit Magnus Albertus libro septimo de animalibus. In quodam exemplari prisco scribitur & coniectus pro defluuio similiter aquæ se in preceps iacientis. Altior. Profundior. Vnum digitum. Mensuram digiti. Qui. Commictus & aquę scaturigo. Lapides inter sistit. Sistit inter lapides. Per strata viarum. Per vias stratas.

(Cõmictus. — Mictura.)

Despectum. Deuergentiam, decliuitatem. Impete. Impetu decursus. Hiatus. Patula profunditas & latitudo. Corpora mirando. Cum mireris corpora coelestia mirabilis mundi tanq̃ sint in illum hyatum depressa.

Abdita. Occulta, & sub terras delitescẽtia.

Deniq;. Præterea cum insidemus, viamq; equo vecti per profluentem faciamus: videtur equus transuersus ab vndis auferri. Stãtis. Re vera nitentis contra vndas. Sed qui nobis auferri videatur. Vis. Turbo & impetus aquę. Raptim. Velociter vis fluminis videtur equum abducere. Simili ratione. In transuersum. Fastigia. Extremitatem fastigatam & altam. Coni. Conus est figura longa in fastigio & in fine vel rotunda vel lata. Conoides hoc est cono similis figura terræ dicitur a Seruio. Cupressi quoniam baccas gignunt similes cono coniferę dicuntur a Virgilio. Cone Luciano non absimili figura est velamentum capitis. In diuersa significatione Conus apud Platonem in euthydemo fuit fidicinij magister: qui Socratis præceptor audit: de quo sic apud Platonem Socrates inquit. Vnum tamen vereor ne his dedecori sim: quẽadmodum Cono Metrobij filio citharistæ: qui me etiam in fidibus docet. pueri igitur condiscipuli me quotidie rident & Conum ipsum senum magistrũ nũcupãt. Quæ verba cum lego, literatores istos præsertim diobolares grammatistas insectari fert animus: qui malunt praue nescire q̃ prudẽter discere. O si Platõis verba legerent in Lachete q̃ lubentes scientiam inscitam & cuticularem deponerent arrogãtiæ temeritatisq; plenam & ad eruditos cõuolarent: inquit enim Plato. Si quis autem nos irriserit q tamen grandes natu pręceptoris ludum ingredi statuamus: Homeri est illud obijciendũ. ait enim viro egeno verecundiam non conferre. Ciceronis ingeniũ fuit ingenuũ: qui cum posset multa q̃ ignorabat forensi dissimulare splendore Moloni recoquendum se dedit mallẽs eẽ q̃ videri. Ingenuitas mira in Socrate apd̃ eundẽ Platonẽ elucet qui ait in euthydemo dialogo. Me igitur Dionysiodoro huic dedo quasi Medeæ ex Colchis vt me dissoluat et si velit elixet: vel quodcũq; aliud mauult in me moliatur modo optimũ virum efficiat.

(Conus. Conoides. Coniferæ cupressi. Cone. — Conus fidicen. — In grammatistas. — Cuticlaris doctrina. — Egen9 sit inuerecũdus.)

Iungens. Iungere videtur oculo paulatim se fallente. In obscurum. Donec visus hebetat9 videat porticum in coni similitudi-

Binaq; per totas ędeis geminare supellex
Et dupliceis hominū facies: & corpora bina.
Deniq; cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus:& in summa corp⁹ iacet omē quiete:
Tum vigilare tamē nobis: & mēbra mouere
Nostra videmur: vt in noctis caligine cæca
Cernere censemus solem: lumenq; diurnum:
Conclusoq; loco: cęlum: mare: flumia: mōteis
Nutare: & cāpos pedibus transire videmur:
Et sonitus audire (seuera silentia noctis
Vndiq; cū cōstet) & reddere dicta tacētes.
Cętera de genere hoc mirādo multa videm⁹:
Quę violare fidē quasi sensibus omnia q̄runt:
Nequicq̄: quoniā pars horum maxima fallit
Propter opinatus animi: quos addimus ipsi:
Pro visis vt sint: quæ non sunt sensibus visa.
Nam nihil egregius q̄ res est cernere aptas
Ab dubiis: animus quas ab se ꝓtinus abdit.
Deniq; nil sciri si quis putat: id quoq; nescit:
An sciri possit quo se nil scire fatetur.

nem formatā. Conduxit. Visu rem cœpit redigere ad conoidem figuram. Ortus ex vndis. Ort⁹ ex oceano quo in vesperam cōmeauit. In vndis. Ad illuminandas maritimas vndas. Fit vti videatur obire. Natis euenit vt sol excedere videatur. Tendere lumen. Explicare lumen ad occasum.

Aplustre.

Aplustris. Pars nauis aplustre ornamēto apta. ab. a. deflectit priuatiua particl'a & πλέω nauigo. Cicero in Aratum. Nauibus assumptis fluitantia quærere aplustra. Pomper⁹ diuerso deducit etymo. Ait enim amplustra esse nauiū ornamēta: q̄ quia amplius erant q̄ necessaria essēt etiam amplustra dicebant. Silius libro Punicorum decimo. Et transtra & mali, laceroq; amplustria velo Ac miseri fluitant reuomentes æquora nautæ. Obnitier. Obniti, hoc est repugnare. Nam quæcunq;. Amplius cum remi recti sint & firmi summersi aquis fracti vidētur. Rorē salis. Superficiem maris. Edita. Eleuata. Supra. Partes nauis superiores. Et recta. Cum sit rectus remus recte nauim prorsus agit: cōtrarium accideret si remus esset arcuat⁹. Supra. partes in naui superiores. Quæ. Illæ partes remi: hoc est palmula cum sit obruta aquis, videtur esse incurua cum tamen vt superior sit recta. Demersa liquore. Aquæ immersa. Obeunt. Circūdāt. Refracta. Recurua. lege Marcum Tullium i academicis. hoc mouit Archesilaum nouæ academię cōditorem vt assereret nihil posse sciri: qd exēplo remi colliq; colūbini cōprobabat. Supina. Incuruata. Flexa prope. Quasi intorta & fracta. Fluitare. Supernatare. Summo liquore. Iuxta superficiē aquæ. Splēdida. Nubes nō videntur nubes: sed splendida simulacra. Labier. Labi. Ratiōe. Si verū vestigare & indagare velis. At si forte. Si manu aut digitulo presserimus oculum tunc omnia videntur esse geminata. Subdita. Supponatur ita vt oculos ꝓmat. Idem vinolentis accidit vt res omnes circūferri videantur: & cum amplius vini attigerunt nequeunt quę procul posita sunt enumerare. Idem accidit inquit Aristoteles in problematis encyclicis illis: qui sub oculo premunt: qui rē obiectam geminari vident. Subterꝑssit. Parte inferiori calcauerit oculum. Cum quodā sensu fit. Sētimus nescio quo pacto nos duplicata cernere. Bina. Subintellige videntur: cū suppressserimus digito sub oculis. Idem exemplū apud satyrographum poetā. Et geminis consurgit mensa lucernis. Gemmare. Videtur geminum lumen accipere. Duplices facies. Subintellige videntur. hunc versum Porphyrio citat sup illo Horatij versu. Accedit feruor capiti: numerusq; lucernis. Deniq;. Nedū oculi, sed imaginandi potestas sæpe fallitur. Cum enī somnus nos habet vigilare videmur: & expeditis cursibus iter arripere, cū ꝑpeditis somno pedibus iaceamus. Deuinxit. Reddit enī resoluēdo neruos corpus ministerijs inhabile. Vt. Exēpli gratia fungi noctu credimus opticis .i. visorijs organis & solē aspicere: cū ocul⁹ sit clausus: & q̄uis quispiam eēt ascardamictos, hoc est inconniuens & corybantiā pateret, tn̄ non videret ob animum in semet recedentem: seseq; deferentem. quippe cum oculus sit animi fenestra. Concluso loco. Ex cubiculo lectuloq; cōcluso cernere cælum videmur. Et seuera. Particula connexiua eradenda: & dicetur per parenthesim. videmur audire sonit⁹ cum sit tēpus nocturni silentij: qd concubitum dicitur. Seuera dicuntur quasi a vero seorsa & separata. Seuera silentia noctis appellātur epitheto decēti: quoniā p id tempus anim⁹ laxis habenis erraticus est: nihilq; fere videt, qd sit veritati congruū. Et reddere dicta. Suscipere & respondere videmur. Tacentes. Cum vere taceamus. Cætera de genere hoc. Apparent multa huiusmodi: quæ oia sensus decipi significare vidētur cū penitus hoc verū non sit. Sed cum sensus errāt decipiūtur ab aio decepto & id qd nō est opinante. Mirando. Admiratiōe digna. Quæ. Iūge cū oia. Quasi. Vt ita dixerim. Violare fidē. Fraudare sensus fidem: & illos labentes & errantes appellare. Pars horū maxima. Bona pars horum obiectorū sensus fallitur: & vere nō respondet: qd argumētū est sēsus oēs falli. Opinat⁹. Opinatiōes animi: q̄ falsę possunt esse. Quos opinatus animi. Ipsi. Sēsui. Pro visis vt sint. Vt quædā ꝓ visis habeantur: quę visa nō sunt: hoc est credamus nos quædā vidisse: quæ nō viderimus. Nā nihil. Nil melius est q̄ res dubias a veris distinguere: qd animi officiū est: cui daṫ ratiocinīū discernēs. Egregi⁹. Magis egregiū. Sequut⁹ Lucretiū satyrus sic infit. Egregius cœnat: meliusq;. lege Priscianū libro prio & tertio. Cernere. Discernere. Aptas. Res q̄ apte discerni possūt

Amplustria.

Remus in aqua.

Qui sub oculo ꝓmūt.

Ascardamictos.

Opinatus.
Sensus falluntur.
Egregius.

Quas. Res dubias. Abdit. Repellit cū vera discreuerit a falsis. Deniq;. Probat sentiēs cū Platōe aio nostro & sensibus insitā eē cognitionē veri q̄ cū sēsu gignit. Verbi gr̄a cū interrogauero hoiem ignarū literarū an aliqd nouerit: rn̄debit se nihil nosse. ꝑ hāc rn̄sionē se pbat aliqd scire. qm̄ queādmodū ille q tacere se dicit nō

Qui tacere se dicit non tacet.

Exẽplũ dualitatis.

tacet: ita q dicit se nihil scire hoc vnum nouit: vt inquit ille: ꝙ nihil nouit. Platonicũ exẽplũ est apud Aristotelẽ libro posteriorum primo de dualitate hoc pacto. Si qs cõcludit manu dualitatem & aliquẽ roget qd contineat in pugno: ille respondebit se nescire: qđ cũ admonitus est illic inesse dualitatẽ, interrogabitur qd sit dualitas: numerũ parẽ respondebit: qđ indicat doctrinã esse resipiscẽtiã: nec nos aliquid de nouo discere: sed reminisci. Id quoq; nescit. Videtur per se nihil scire cum hoc vnũ nouerit ꝙ nihil sciat.

¶ Mittã contendere. Nunc immittam me vt contendã, hoc est cõtendere incipiam contra hãc causam & rõnẽ ꝓpositã. Causã. Subintellige illius. Sensus. incipiã nũc argumentari cõtra illũ: q mutata prima ꝓpositione dicebat se nihil scire cũ hoc vnũ sciret. Instituit vestigia retro. Qui retrocedit a veritateq; vestigia flectit, nõ verã viã insistit. Capite suo. A suo prio proposito. Vti cõcedã. Posito ꝙ concedã tibi hũc scire ꝙ nihil scitur: argumẽtabor sic. si hic nihil vnq̃ antea veritatis vidit, quo pacto potuit hoc scire: res naturalis ẽ sciẽtia. Nil viderit. Hic q dicit se nihil scire. Vñ sciat. Quonã doctore pcepit se nihil scire. Vicissi. Pariter. Noticiã. Si fũdamẽtũ hui⁹ notitię volueris idagare cognosces hãc ingeneratã esse sensib⁹, qđ probat sensus nõ falli nisi fallatur anim⁹. Ordo. inuenies a sensib⁹ esse rem creatã: quæ res crearit notitiam veri & falsi: & notitiam ortã esse a sensib⁹ primis: quæ probarit differre certum a dubio.

Refelli. Nec reluctari potest sensus quin adhæreat huic notitię: quoniam primis principijs omnes naturaliter adhærent. Nam maiore. Reperitur in homine quędã doctrina insita: quæ maiore fidei veritate falsitatem vincit. Quid maiore. Sed quid fidelius est ipso sensu: a quo nasci non potest falsa ratio.

Dicere nos. Subitellige cõuenit ꝙ omnis ratio est falsa: quę a deceptis sensibus prouenit. decipiuntur autem sensus ab animo decepto. An poterunt. Declaratur sensibus diuisam esse potestatem. nõ enim oculus audire potest nec auris videre. Confutabunt. Confundent, perturbabunt, altero faciente officium alteri⁹. Ita est. Vt vn⁹ sensus faciat officiũ alteri⁹. Seorsum. Seiuncte. Cuiq;. Sẽsui. Sua vis. Peculiare officium & virtus. Egelidum. Tepidũ. e diminuit. hac dictione vsus est Ouidius ita loquens. Et gelidum borean egelidumq; notum. Sed cum præceptor Ouidij Portius latro tria loca dixisset esse in poemate Ouidiano: quæ illum offẽdissent: iusso tacere Portio ipsemet Ouidius illa ex fide retulit: inter quæ hoc carmẽ dignum nota fuit. Et gelidum borean egelidumq; notum. Cum Ausonius inquit. Impiger egelido mouet arma seuerus ab istro. nonnulli egelidum pro valde gelidum capiunt tanq̃ tractus ille magis ad rigorem q̃ ad teporem vergat: & ea figura dicetur egelidũ qua eduræ coryli a Virgilio pro valde duris. nunc vitio deprauatiorum scripturas in poemate Ouidiano præcipitem positum est vbi fuit egelidum. Et seorsum. Ordo. necesse ẽ sensus seorsum sẽtire varios colores rerum: & quæcunq; sint coniuncta necesse est sentire sensus seorsum. coloribus autem coniuncta sunt corpora substantiæ. quoniam om̃is color tanq̃ accidẽs est cõiunctus corpori tanq̃ substantiæ. Seorsus. Separatus, per se. Nascuntur. Aures distincta vt audiunt.

Egelidum.

Ausonij & Ouidij loc⁹

Seorsus.

Nunc igitur contra mittam cõtendere causa
Qui capite ipse suo instituit vestigia retro:
Et tamẽ hoc quoq; vti concedã scire at id ipm
Quæram: cũ in reb⁹ veri nil viderit ante:
Vnde sciat: quid sit scire: & nescire vicissim.
Notitiam veri quę res falsiq; crearit:
Et dubium certo quę res differre probarit.
Inuenies primis ab sensibus esse creatã
Notitiam veri: neq; sensu posse refelli.
Nam maiore fide debet reperirier illud:
Sponte sua veris qđ possit vincere falsa:
Quid maiore fide porro q̃ sensus haberi
Debet? an ab sensu falso ratio orta valebit?
Dicere nos contra quæ tota ab sensib⁹ orta st:
Qui nisi sint veri: ratio quoq; falsa fit omnis.
An poterũt oculos aures reprẽhẽdere: an aures
Tactus: an hũc porro tactũ sapor arguat oris?
An confutabunt nares oculi: atq; reuincent?
Nõ (vt opior) ita st. Nã seorsũ cuiq; potestas
Diuisa st. Sua vis cuique st: ideoq; necesse st:
Et qđ molle sit egelidũ: feruensve videri:
Et seorsum varios rerum sentire colores:
Et quæcunq; coloribus sint coiũcta necesse st.
Seorsus itẽ sapor oris habet vi: seors⁹ odores
Nascuntur seorsum sonitus: ideoq; necesse st:
Non possint alios alii conuincere sensus.
Nec porro poterunt ipsi reprehendere sese:
Aequa fides quoniã debebit semper haberi.
Proinde qđ in quoq; st his visum tẽpore verũ st
Etsi non poterit ratio dissoluere causam:
Cur ea quæ fuerint iuxtim quadrata: ꝓcul sint
Visa rotunda tamen: pręstat rationis egentẽ
Reddere mẽdosæ causas vtriusq; figurę:
Q̃ manibus manifesta suis emittere quæq;:
Et violare fidẽ primã: & conuellere tota

Fundamenta:quibus nixatur vita:salusq:
Nō mō enim ratio ruat omnis:vita quoq ipsa
Concidat extēplo:nisi credere sensibus ausis:
Præcipitesq locos vitare: & cætera quæ sint
In genere hoc fugienda:sequi:cōtraria q̄ sint:
Illa tibi est igitur verborum copia cassa.
Deniq vt in fabrica si praua st regula prima:
Normaq si fallax rectis regionibus exit:
Et libella aliqua si ex parte claudicat hilum:
Omnia mēdose fieri:atq obstipa necessumst:
Praua:cubātia:pna:supina:atq obsona:tecta
Iā ruere vt quædā videantur velle:ruātq
Prodita iudiciis fallacibus omnia primis.
Sic igitur ratio tibi rerū praua necessest
Falsaq sit:falsis quęcunq ab sensibus ortast.
Nunc alii sensus quo pacto quisq suam rem
Sentiat:haud quaq̄ ratio scruposa relictast.
Principio auditur sonus & vox ōis in aureis:
Insinuata suo pepulere vbi corpore sensum:
Corpoream quoq enī vocē cōstare fatēdūst:
Et sonitum quoniam possint impellere sensus.

Non possint. Pro ne possint. Conuincere alios. Aliorum virtutem sibi asciscere.

Aequa fides debebit haberi. Quoniā est æquale fœd⁹ & p̄scriptū nescio qd inter sensus vt alter sit fidelis alteri:neq alterius virtutes inuadat. vel fides est æqua sensib⁹ hoc est sensus fidelem nō fallacē cognitionē habent. Proinde. Est quędā fidelis cognitio rerū insita sensibus:quo fit vt quicq̄d cognoscūt recte & adamussim cognoscāt. Ordo. proinde qd est visū i quocūq tēpore sensib⁹ id verū est. Sensus enim nō decipiūt. Quoq. Quocunq. Propertius. Nam decimo admittor vix ego quoq die. Et si nō poterit. Tacitæ obiectiōi respondet. posset quis dicere. Q si sensus non falluntur, sed æquali fide cūcta referūt:cur nobis etiam iuxta positis q̄ quadrata sunt rotunda videntur? Super quare rationē adducet. Quæ fuerint iuxtim. Quæ erūt quadrata qsi iuxta adstiteris illia. Iuxtim ponit̃ p iuxta. Pręstat. Melius est. Quoq. Iuxtim.

Rationis egentē. Illū qui causas rerū ignorat:neq nouit explicare cur hoc eueniat. Sēsus est. cum falluntur quandoq sensus non debes illis derogare fidem:sed rationē huius rei reddere debem⁹:nō aūt cognitionē sensuum infidam asserere. Mēdosæ figuræ. Imaginia vanæ:non certę:quā fallaciter inspicis quēadmodū illa est turris quadratæ,q̄ se rotundā mentit̃. Emittere manibus suis. q̄ ex suis manibus, hoc est ex sua credulitate sinere effiuere manifestam veritatem. Quędam manifesta. Aliquā rem manifestariā & verissimam. melius est reddere rationē cur fallantur sensus q̄ res manifestas a se excludere.

Et violare fidē primā. q̄ negare primā notitiam videlicet q̄ in sensibus est esse falsam. Cōuellere. Extirpare. Tota fundamēta. Notitiā sensuū:cui tāq̄ fundamēto ōis reliquā notitia insistit. Quibus. Fundamētis. Nixat̃. Valde nititur & adhæret prima cognitio. Vita. Qui sensua nō solū cognitionē p̄stant: sed p illos viuimus & sapimus. Nixari.

Non mō. Nō solū rueret ratio & vita:sed ōis humana salus:nisi sensibus credimus. Sensibus ausis. Scribēdū ausus & subintellige sis. nedū ratio rueret sed vita nisi sis ausus credere sensibus. Precipites locos vitare. Subintellige nisi ausi simus credere sensibus. hoc sentit. nisi simus ausi credere sensibus continuo ruat omnis ratio:& id eueniet:qd concedere absurdū est:homines non vitaturos locos præcipites. Sequi. Et si non crediderimus sensibus:sequi nō poterimus quæ sequenda:& fugere quæ fugienda. Illa tibi est igitur. Omnes illę rationes igitur allatę in medium contra sensus erunt vanæ nec egregie militabunt. Copia cassa. Omnis facultas orationis erit vana:quæ contra sensus præparabitur. Deest hic iste versus. Omnia quæ contra sensus instructa, parata ē. Ordo. Oīs copia verborū est cassa tibi q̄ & reliqua. Parata. Subītellige copulatiuam.

Deniq. Oia cognitio rerū q̄ puenit a falsis sēsib⁹ est falsa:q̄ a veris est vera:nō sec⁹ ac in architectura si amussis est distorta parietes distorti fiunt & obliqui. In fabrica. Materiaria:cuius artifices materiarij dicūtur & abietarij. Regula pria. Amussis:q̄ minio tingit̃ dirigitq materiē. de qua tñ sic Pōpeius inqt. Amussis regulariter:tractū a regula ad quā aliqd exeqt̃ q̄ amussis dr. Quidā amussim eē dicūt nō tacere:q mutire interdū dr log. Rectis rationib⁹ exit. Egredit̃ ex via & tramite suo, nō seqt̃ rectitudinē veræ amussis. Libella. Ligneū instrumentū ad colligendā mensurā profunditatū & altitudinū:quā dictionē obseruauimus & passim sic appellari. pria pducta pfert̃ discrimis differētiæq gr̃a. Ex pte claudicat. Si aberrat aut distorquet̃ a pposito. Materiarij. Amussis.

Hilū. Tantillū:& minimā pticulā. Mēdose. Nō recte. Persius. mēdose colligis inqt Stoic⁹. Obstipa. Flexa intorta. Idē Persius. Obstipo capite:& figētes lumine terrā. Cubātia. Supina, depssa. Sūt q deflectūt a cubo, hoc est mēsura geometrica:qd nō pbo. Obsons. Absona, absurda, nō modificata:nullo commēsu, nulla symmetria pfecta:nec ptiū cōcmētia:q̄ in architecto summa dos. Prodita. Prouisa & cōsiderata a iudicio falso. Nūc alii sensus. Si volueris intelligere quo pacto q q sensus rē gignat:discretim cognitionē suam nō difficulter explicabo. Scruposa. Difficilis, salebrosa, molesta. Tractū a vijs plēis scrupis:p quas difficulter hoies incedūt. Est enī scrupus lapillus puus calcat⁹ pedē lędens:diminutiue dr scrupulus. Plaut⁹ in captiuis. Non meus scruposam victus commeat viā. Principio. Incipit a sensu auditus ingens sonum audiri cū aer inclusus sensum percussit. In aures. Subintellige effundit̃. Insinuata. Inclusus aer & implicitus per organa corporis ad vocem effingendam idoneus. Pepulere. Lacessiuerunt & commouerunt sensum. Corpoream. Est enim aurea. Et sonitum. Fatendum est esse corporeum. Quoniā. Ratio cur sonus & vox corpe constent quoniā sensus possunt impellere:qd solum corpus potest efficere. Obstipa. Obsona. Scruposa. Scrupus.

Præterea. Explicat vocẽ eẽ corporeã quia offendit & pſtringit fauces cum egreditur.

Clamor. Vox clamoſa bar ria atq; ſtẽtorea.

Gradiẽs foras. Egrediens ex humano palato. Quid ſupſedeo Gelij ex libro nono verba hęc ponere. Qui auctoritatẽ autẽ reqrũt & negãt dictũ ingredi trãſgrediq; in nauigãtibus: volo vti reſpondeant quantum ex illi ment intereſſe ingredi atq; ambulare. Atqui Cato in libro de re ruſtica. Fundus inquit eo in loco habendus eſt vt & oppidũ prope amplum ſit & mare aut amnis: qua naues ambulant. Appetitas porro huiuſcemodi tranſlatiões: habitaſq; eẽ pro honeſtamẽtis orationis: Lucretius quoq; teſtimoniũ in hac eadẽ voce dicit. In quarto eñ libro clamorẽ p arterias & p fauces gradientẽ dicit: qd eſt nimium cõfidẽtius q̃ illud de nauib9 Salluſtianũ. præterea Salluſtius in eodẽ libro non eos ſolum qui nauibus veherentur: ſed & ſcaphas quoq; nantes pgreſſas dicit.

Ambulo.

Arteria. Pro arterias. Intelligit de trachia arteria, hoc eſt aſpera canalicula, p quã vox commeat: quæ a cæteris ſpiritalis dicitur. q arteria pro arterias vſurpauerit docet Nõnius. De Arterijs Magnus Albert9 libro de animalibus primo hæc. Scias igitur q apertura oris in inferiori parte ſui in duo diuiditur foramina: quorũ vnum eſt ante in gutture: qd eſt foramẽ vocis: alterum autẽ poſteri9 ſup colli ſphondylos: qd ẽ foramẽ mery ſiue iſophagi: & hoc foramẽ ſecũdum nomẽ ſuũ eſt per qd fit glutitio cibi & potus. Iſophagus autẽ eſt os ſtomachi continuatũ ori & linguę: & ideo componitur nomen eius ab ἔσω (ſic eñ ſcribendum in magno) qd latine ſonat intus: & verbo græco φάγειν qd comeſſe ſignificat. Anterius ergo foramẽ eſt arteriæ cuiuſdam maxime quæ vocatur trachea: vulgariter cãna pulmonis. Et hęc arteria ſi aliquid de cibo infra ſe reciperet conſtringeret & ſcinderet pulmonẽ: & ideo quantumcunq; parũ ingredit̃ de cibo vel de potu ſtatim accidit tuſſis vehemẽs: & pulmo nitit̃ eiicere: & cum eiecerit q̃eſcit. Sin autẽ non potuit eiicere accidit mors aliquando aut ægritudo cronica ex pulmonis corruptione: propter qd natura ſupra tracheam ordinauit membrũ quoddã apte cõpoſitum qd vocat̃ epiglottis: & eſt cõnexum apparẽs in exteriori gutturis in nodo, q eſt in gutture: qui moueri videt̃ in aptiõe & clauſione eius. Frigidũ eſt igitur qd cõmenti ſũt aliqui Iſophagum dictum eſſe a futuro huius verbi fero: qd ẽ οἴσω: nec iſthmophagos ſcribendũ eſt philoſophorũ omniũ medicorũq; reclamantib9 exẽplarib9. Arteriam putat Albertus dictam quaſi artam viam aeris eo q pulſat in ea ſpirit9 aeria p cordis diaſtolen & ſiſtolẽ pcuſſus aut aduentationem cordis attractus aut etiã tentus ad materiã vocis. omnes autem iſtæ pręter vnam cõponũtur ex duabus tunicis: & in hoc differunt a venis q̃ ſunt viæ nutrimẽti. ex aere & τηρέω, id eſt cuſtodio, arteriã dici grecia contendit. eſt eñ cuſtodia aeris & vena ſanguinis. arteriæ viæ ſunt vitæ, & virtutũ. oriũt̃ a corde. Aſpiora. Inſuauiora: aſperũ ſonitũ emittẽtia.

Arteria.
Trachia ſpiritalis.

Glutitio.
Iſophagus vnde.
Albertus eruderatus

Epiglottis

Iſthmophagus.
Contra Codrum.
Arteria vñ

Præterea radit vox fauceis ſæpe facitq;
Aſperiora foras gradiens arteria clamor:
Quippe per anguſtũ turba maiore coarcta
Ire foras vbi cœperunt primordia vocum:
Scilicet expletis quoq; ianua redditur oris
Rauca ſuis: & iter reddit qua vox it in auras:
Haud igitur dubiũ: quin voces verbaq; cõſtẽt
Corporeis e principiis: vt lędere poſſint.
Nec te fallat itẽ: qd corporis auferat: & quid
Detrahat ex hominum neruis: ac virib9 ipſis
Perpetuus ſermo nigrai noctis ad vmbram
Auroræ perductus ab exoriente nitore.
Pręſertim ſi cum ſummoſt clamore profuſus.
Ergo corpoream vocem conſtare neceſſeſt:
Multa loquẽs quoniã amittit de corpe partẽ.
Nec ſimili penetrãt aureis primordia forma:
Cũ tuba depſſo grauiter ſub murmure mugit
Et reflexa retro dãt cornua barbara bombũ:
Vallibus & cygni nece detorti ex Heliconis
Cũ liquidam tollunt lugubri voce querelam.
Haſce igitur penit9 voces cũ corpore noſtro
Exprimimus: rectoq; foras emittimus ore:
Mobilis articulat verborum dædala lingua:
Formaturaq; labrorũ pro parte figurat.
Aſperitas autẽ vocis fit ab aſperitate
Principiorum: & item læuis lęuore creatur.
Hoc vbi non longũ ſpatiũſt: vnde illa pfecta
Perueniat vox q̃q;: neceſſeſt verba quoq; ipſa
Plane exaudiri: diſcerniq; articulatim.
Seruat enim formaturam: ſeruatq; figuram.
At ſi interpoſitum ſpatium ſit longius æquo:
Aera per multum confundi verba neceſſeſt:
Et conturbari vocem: dum tranſuolat auras.
Ergo fit ſonitũ vt poſſis ſentire: neq; illa
Internoſcere verborum ſentẽtia quæ ſit.
Vſq; adeo confuſa venit vox: ĩnq; pedita.
Præterea edictum ſępe vnum prociet aureis

Omnibus in populo missum præconis ab ore,
In multas igitur voces vox vna repente
Diffugit: in priuas quoniã se diuidit aureis:
Obsignans formã verbis: clarumq; sonorem.
Atqui pars vocum non aureis incidit ipsas:
Præterlata perit frustra diffusa per auras:
Pars solis adlisa locis reiecta sonorem
Reddit: & interdũ frustratur imagine verbi.
Quę bone cũ videas: ratione reddere possis
Tute tibi atq; aliis: quo pacto per loca sola
Saxa pareis formas verborũ ex ordine reddãt:
Palanteis comites cum monteis inter opacos
Quęrimus: & magna dispersos voce ciemus.

Cur vox clamosa lędat arterias.

Quippe per angustum. Rationem reddit cur vox clamosa lędat arterias: quoniam inquit cum turba quędam vocis tumultuose incipit egredi: ianua oris expletur: & ita fit rauca viis conclusis, per quas commeat anima. Ianua. Arteria: melius os, qđ est vestibulũ vocis. Rauca suis. Sunt qui scribũt viis & iũgũt cũ expletis. cũ explẽt vię vocis & obstipãt ab agmine vocis egrediẽtis tũc vox rauca procedit. potest defendi lectio promiscua si oris pro extremitatibus intelligis: vt innuat vocem raucam reddi expletis suis oris: cũ regiones per quas vox pertransit sunt oblimatę & oppletę: quo liquida vox impedit egredi. Iter reddit. Legẽdum iter radit: hoc est offendit meatum oris. Qua. Quo itinere. Principiis. Ex elementis. cum vox lędere possit necessario fatendum est illam cõstare principiis & esse corpoream. Nec te fallat. Lego fallit. hoc sensu. non te decipiat q; vox multum detrahit e virib⁹ hominis cum loqui perseuerat: signum est igitur corporeã esse vocem. Quid corporis. Quãtum corporis. Nigrai noctis. Multum detrahit virium sermo, quẽ de prima aurora incœpisti ad crepusculum noctis. Ab exoriente nitore aurorę. Cum exoritur nitor aurorę lutheus. Profusus. Sermo. Primordia. Vocis elementa. Reflexa retro. Retrorsos intorta in similitudinẽ litui. Cornua barbara. Tubæ barbaricæ. Tubæ dictæ sunt cornua: quoniam apud antiquitatem rudem ex cornu bubulo fiebant & ex tibiis. Bombum. Vocem collisam fremitu tumultuoso. Persius. Torua mimalloneis implerunt cornua bombis. Barbara vocauit cornua sambuccam, & barbitum: quibus vtebãtur barbari. Magna est eruditorum hęsitatio in hoc carmine cum varii variam scripturam sequantur. Sunt qui legunt fulti veterum exemplarium fide. Et reuocat raucum retro cita barbita bombum. Cæterum vlterius quęrendum censeo. Quidam codices habent. Et reflexa retro dant cornua barbara bombum. Nece. Propter interitum superuenientem. Detorti. Exclusi ab impetu mortis. Quidam legunt. Et gelida cycni nece torti antro ex heliconia. Torquentur nece olores qui cum morte cruciantur cantillant: qđ fabulosum Plinius putat: cum tamen Plato illos animæ immortalitatẽ præsagire potet. Torquentur tamen in morte etiam si cantent. De his a Marone dictum. Et longa canoros Dãt per colla modos. Vel torti positũ pro extorti, hoc est extracti cycni morte ex collibus heliconis. in codicibus emendatis scriptum sic. Vallibus & cycni detorti ex heliconia: vt in detorti nihil abiceretur. quod alibi docuimus factitasse priscos. Liquidam. Puram, suauem, quam mittunt cum morituri sunt cantilenosam & modulatissimam. Articulat. Format, figurat per quædam quasi membra. Articulata vox explanata, formata, & scriptilis dicitur. hac voce vtitur Apuleius. Neruorum. Corrige verborum. verba enim scriptilia & aliquid significantia lingua profert. Dædala. Artifex & varistrix verborum. Formatura. Dispositio, series, ordo labiorum, quæ vocem adiuuant egredientem & illam figurant.

Cornua tibæ.

An cycni mortẽ præcinant.

Articulo. Articulata vox. Scriptilis.

Asperitas. Docet causam asperitatis vocis. Principiorũ. Atomorum hamatarum & asperiusculatũ.
Læuia. Vox æquata, lenis, & polita, minime aspera. Læuore. Politura. Articulatim. Explanate. Seruat. Vox. Formaturam. Formam & similitudinem rei & organi in quo creatur. Interpositum. Si a loquente ad audientem multum intersit interualli verba per longum aera confunduntur: aere propter longam distantiam non ferente illa æque structa & congesta. Conturbari. Ab ordine discedere. Sonitum vt. Modulatius est metrum si scribis. Ergo fit vt sonitum. Quæ sit illa sententia. Cognoscere nõ poteris quinam sit verborum contextus, nec ex illis sententiam colligere poteris. Inq; pedita. Pro impeditaq;. Edictũ. Scitum qđ & placitum vocatur reperio in nonnullis codicibus scriptum esse pęditum, & in sequenti carmine non præconis sed pędonis: quæ lectio non placet tum q; inquit ab ore: tum q; syllaba in dictione pęditum nõ concinit etymologia docente. Pædere namq; dicitur ἀπὸ τῶν παιδῶν. id est a pueris: q; illa ætas habet aluum lubricam, & excrementitiam. hinc exiit iocus epigrammatistæ in basam infantariam: quę cum idẽtidem pædere soleret, cum pueris versabatur vt in eos crimen regereret. Vocant autem pædones illos qui pędũt hoc est liberius deflant: quod naturale vitium Diogenes putat nec erubescendum: immo si quis inquit non emiserit flatum secundum naturam merum prodigium est. Alia ratio quare pædere legendum non placet: quoniam pudor tanti poetæ discrimen subiret: esset enim comparatio minime verecunda. Præditum significat vẽtris crepitum: honor sis honestis auribus. Catullus. Scurrile & leue præditum Libonis. Epigrammatarius. Pædere mallem. namq; hoc nec inutile dicit Symmachus, & risum res mouet ista simul. Prociet. Sonore suo commouebit. Ab ore. Honestis verbis rem verecũdam tegit. Os enim pro corona ponit & podice: vt Plautus in Aulularia gutturem vocat inferiorem: ita tamen interpretare si pædonis non præconis legere placuerit. Diffugit. In diuersas partes separata diuiditur. Priuas. Priuatas: singulas. Priuum singulum & peculiare dixerunt antiqui: vnde vocata priuilegia. Sonorem. Sonitum. Incidit. Cadit in ipsas aures.

Articulatĩ. Formatura.

Edictum. Scitum. Placitum. Pęditum. Pędere vñ. Pædones. Deflare.

Præterlata. Vltra legitimum spatium lata. Pars. Aliquæ voces strangulantur in concauis & imaginem sonoram reddunt & echo voces reuocantem. Reiecta. Reuerberata, repercussa in fornice locoq; camerato. Frustrat. Suspẽdit & decipit auditores putantes vocẽ se audire articulatã & scriptilẽ, cum incõpositum aeris

ictum percipiant. Quæ bone. Pro bñ. cum videas iſta hoc pacto ſe habere concedere potes hoc fieri ratione: quæ ratio tibi facilior occurrit. Aliis. Nedum teipſum, ſed alios i hacre dubios potes reddere certiores. Verborum. Repetit echo ea verba ſeriatim. Palantes. Erraticos, vagos, diſperſos multifariam. Diſperſos. Segreges.

Echo.

Heptaphonos.

¶ Sex etiam. Non ſolum propter fornicem crepidinum & ſpeluncarum geminatur & fit illa recinens & geminata echo: verum inquit Lucretiꝰ vidi loca, quæ ſex & ſeptem voces regererẽt. hic locꝰ erat Athenis auctore Pauſania: vocabaturq; a ſeptẽ illis vocibꝰ, quas regerebat, heptaphonos. Montium vero flexus crebriq; vortices & conflexa cubito, aut confracta in humeros iuga, concaui vallium ſinus ſcindunt inęqualiter inde reſultantẽ aera: quæ cauſa etiam voces multis in locis reciprocas facit. Vnam cum iaceres. Cum ſemel loquereris ſeptem voces pro vna redderent. Iterabant dicta referri. Duplicabãt dicta vt illa referrent. Quidam referti ſcribunt hoc eſt pleni & redundantes illa voce multiuoca. Hæc loca. Vulgus huic loco finitimũ cui nomen eſt heptaphonos: dicit ſatyros & nymphas hitare: hicq; canere & choreas ducere. Capripedes. Habẽtes pedes caprinos, per quos ſoliditas terræ ſignificatur. Noctiuago. Dicuntur enim fauni nocte vagari & pueris nocere. Silentia. Noctem ſilẽtioſam alioqui cantibus impleri. Quas. Dulces q̃relas dicunt iſti fundere ſatyros. Et genus agricolum. Pro agricolarum: vt apud Maronem. Gangaridum faciam: victoriſq; arma quirini. vbi vel auctore Seruio pro gangaridarum poſuit. dicunt agricolæ finitimi ſentire cantus & choreas horum ſatyrorum. Sẽtiſcere. Sentire, percipere. Pinea velamina. Coronam ex pinu. cur pinum ferat Seruius aperit libro primo georgicon. Semiferi capitis. Qđ ferinum eſt ex parte, ex alia pte diuinum. Effigies Panos deſcribitur a Seruio in buccolici Maroniani commentario. Vnco. Curuato dũ fiſtulam corripit & animat.

Capripedes.

Noctiuagi

Agricolũ ꝑ agricolarum.

Sẽtiſcere.

Hiantes. Foraminulentas. Percurrit. Digitos modulatorios diſcapedinans & diſtribuẽs pererrat. Ne loca. Siluas dis quoq; humana credulitas impleuit: vt iam maior deorum numerus ſit q̃ hominũ. Vt omne. Quẽ admodum omnes homines libenter audiũt.

Eſt auidum auricularum. Procliuiter homines credunt & ducuntur auribus etiam ſi illa quæ audiunt citra credulitatem ſint: mera videlicet ſomnia & ægroti veteris nugæ. Qđ ſupereſt. Inquit mirandum non eſſe ſi vox peruenit ad aures per loca, quæ viſus penetrare non poteſt. Quod ſupereſt. Ne nos ſubeat admiratio vocem per quędam loca ſe ingerere, per quæ non penetrant oculi. Hęc loca per. Per hęc loca. Aures laceſſant. Prouocẽt nos ad audiẽdũ. Colloquium. Codices alii ſic habent. Cum loquimur. hoc ſenſu. videmus vocem penetrare per loca: per quę nõ põt oculus ſe intromittere. hoc apparet cũ loquimur in coenaculo clauſo: vox tñ erũpit & egreditur extra parietes, quos oculi nõ trãſe

Sex etiam: aut ſeptẽ loca vidi reddere voces:
Vnam cum iaceres: ita colles collibus ipſis
Verba propulſantes iterabant dicta referri.
Hęc loca cappedes ſatyros: nymphaſq; tene
Finitimi fingũt: & Faunos eẽ loquũtur: (re
Quorum noctiuago ſtrepitu: ludoq; iocanti
Affirmant volgo taciturna ſilentia rumpi:
Chordarumq; ſonos fieri: dulceiſq; querelas:
Tibia quas fundit digitis pulſata canentum.
Et genus agricolum late ſentiſcere: cum Pan
Pinea ſemiferi capitis velamina quaſſans:
Vnco ſępe labro calamos percurrit hianteis:
Fiſtula ſilueſtrem ne ceſſet fundere muſam.
Cętera de gñe hoc mõſtra: ac portẽta loquũť:
Ne loca deſerta ab diuis quoq; forte putẽtur
Sola tenere: ideo iactant miracula dictis:
Aut aliqua ratione alia ducuntur: vt omne
Humanũ genꝰ eſt auidum nimis auricularũ.
Quod ſupereſt: non eſt mirandum: qua ratiõe
Per loca quas neq̃unt oculi res cernere aptas:
Hęc loca per voces veniãt: aureiſq; laceſſant.
Colloquiũ clauſis foribꝰ quoq; ſępe videmꝰ:
Nimirum: quia vox per flexa foramina rerum
Incolomis tranſire poteſt ſimulacra remittũt:
Perſcinduntur enĩ: niſi recta foramina tranãt:
Qualia ſunt vitri ſpecies quæ trauiat omnis.
Pręterea parteis in cunctas diuiditur vox:
Ex aliis aliæ quoniam gignuntur: vbi iam
Diſſiluit ſemel in multis exorta: quaſi ignis
Sæpe ſolet ſcintilla ſuos ſe ſpargere in igneis.
Ergo replentur loca vocibus abdita retro
Omnia quæ circũ fuerint: ſonituq; cientur.
At ſimulacra viis directis omnia tendunt
Vt ſũt miſſa ſemel. Quapropter cernere nemo
Se ſupra potis eſt: at voces accipere extra.
Et tñ ipſa quoq; hęc dũ trãſit clauſtra viarum:
Vox obtundit̃: atq; aureis confuſa penetrat:

Et sonitum potius:q̃ verba audire videmur:
Hæc quis sentimus succũ linguã:atq; palatũ
Plusculum habẽt in se rationis:plus opereq;.
Principio succũ sentimus in ore:cibum cum
Mãdẽdo exprimim⁹: ceu plenã spógiã aquai
Si qs forte manu premere:exsiccareq; cœpit:
Inde quod exprimimus p caulas omne palati
Diditur:& raræ perplexa foramina linguæ:
Hæc vbi lęuia sunt:manantes corpora succi
Suauiter attingunt:& suauiter oĩa tractãt
Humida linguai circum sudantia templa.
At cõtra pungunt sensum:lacerãtq; coarcta:
Quanto queq; magis sunt asperitate repleta.
Deinde voluptas est e succo fine palati
Cum vere deorsum per fauces præcipitauit:
Nulla voluptas est dum didit᷑ omnis in artus:
Nec refert quicq̃ quo victu corpus alatur:
Dũ modo qđ capias concoctũ didere possis
Artubus:& stomachi hũectũ seruare tenorẽ.
Nunc:aliis alius qui sit cibus:vt videamus
Expediã:quare ve aliis qđ triste & amarumst:
Hoc tamen esse aliis possit perdulce videri.

unt. Videmus. Vocem transuolare muros, quos oculi nõ valent. Nimirum. Ratio cur vox per flexa foramina rerum trãsire potest hæc est:q; illa in partes multas scinditur, nec scissa corrumpitur:immo cõiuncta alteri corpori cõtinuatur. sed visus & oculares radij nisi per recta foramina tranant corrumpũtur. Simulacra remittãt. scribo. simulacra renutant:hoc est effigies, quę se radijs ocularibus obtulerunt vacillant, neq; consistunt nisi per recta foramina tranẽt:qđ voci non accidit. renutant interp̃tare labascunt & titubẽt. Perscinduntur. Valde scindun᷑ & hebetãtur oculares radij & vis visiua. Tranant. Visus scilicet. Quæ. Vitri species. Omnia. Ex oĩ sua parte. Trauiat. Transit & trans corp⁹ illum viam facit oculus. Aliæ. Partes vocis. Vbi. Cum primum. Dissilit. In diuersum salijt & disparata est. In multis. Multas scribendum. dissilit vox in partes multas. Abdita. Etiam secreta loca, & inuia voces admittunt. Retro. Occultata in parte latenti & retracta. Abdita retro mẽbra domus appellantur, quæ sunt sequestrata & semota a partib⁹ in primori frõte collocatis. Cientur. Cõmouentur ab impulsu vocis vndiq; dissilientis. Simulacra. Visus & imagines, quas exceperunt oculi. Vijs directis. Per vias directas. Se supra. Supra caput & verticẽ suum. hęc ẽ causa cur vijs directis tẽdũt visus. Potia ẽ. Põt. Extra. Ab exteriori loco p̃uenientes: subitelligẽ põt. Claustra viarũ. Angustas canaliculas & arterias. Obtũdi᷑. Hebeta᷑, infringi᷑. Hæc. Lingua & palatũ. Quis. Quib⁹ his duob⁹ lingua & palato, p q̃ duo cũcta sentim⁹. Plusculũ rõnis. Parũ rõcinij ad discernendũ accõmodi: plus aũt habẽt opæ. q̃ p̃pinq̃ cũ illis velut instrumentis vtamur, sensus cõis dijudicat, & secernit. Plus opeq;. Alij codices habẽt. plus opai. Exsiccare. Euacuare cremore vel succo. Inde. Ex illo manso cibo spõgioso. Caulas. Traduces & cõceptacula. Diditur. Diuidi᷑. Raræ. Rarefactę: q̃ rarescit in gustãdo p̃pter humorẽ cibi. Perplexa. Implicita. subintellige diuidun᷑. censeo tñ ita diuidendã hac vocẽ vt sit duplex dictio: qđ si placet repeta᷑ dũtaxat verbũ didi᷑. Hęc. foramina linguę. Lęuia. Edura, mollia, rarefactaq; erũt. Manãtes. Diffluẽtes atq; distillãtes cũ fuerint mansu p̃domiti. Corpa. Sup̃ficiẽ linguę & palati. Tractãt. Subinde tãgũt ipsi succi manãtes & liq̃facti. Templa. Partes linguę sudãtes, hyãtes, atq; rarefactas. Pũgũt. Corrige pũgũt & palatũ & linguã potius q̃ oblectãt. Coarcta. Simul adstricta & coartata corpora, quę admouen᷑ ori. Voluptas. Gustus voluptific⁹. docet gustũ esse in fine palati cũ in trãsglutiẽdo est cib⁹. Hinc Eryxius ille Philoxen⁹ optabat lõgi⁹ guttur, q̃ gruis: vt diutius potire᷑ voluptate cibaria. auctor Aristoteles ethicorũ tertio. Scribit Themisti⁹ lib. iij. paraphraseos in librũ Aristotelicũ de aĩa. solo tactu posse vitã cõstare: cęteros sensus nõ ad essentiã, sed ad ornatũ fere & meliorẽ notam essentię inditos. Quãobre sublatis reliq̃s sensib⁹ aufere᷑ ornat⁹ & opulẽtia: sed stabit aĩal: sublato tactu ipsam necesse est aĩalis cõstitutionẽ & essentiã tolli. Primus visus aĩali išdit⁹: nõ vt sit aĩal: sed vt vitã in humore, aut in aere exigat, aut in p̃lucido aliquo corpore. Deiñ addit⁹ gustus vt iucundũ alimẽtũ ab iniucũdo secernat: hoc vt fugiat: illud vt sciat. Nã vt vesceret aĩal sola vis altrix quocunq; succo esculentoq; satisfacere potuisset: qđ in plantis iã cerni᷑. Tũ audit⁹ p̃stit⁹: vt ipsi ab alio indice᷑ qđ. postremo lingua adhibita ad gemina opa: & ad p̃ceptus saporũ, & ad vocis officiũ. Scribit Aphrodiseus gustũ tactũ esse quẽdã: multũq; aĩalibus cõferre, qb⁹ incedere & ingredi natura datũ ẽ. Aristoteles vero ipse tradit nõ eẽ possibile aĩal eẽ sine gustu. Nulla voluptas. Nullus gust⁹. Ois. Cibus. Diditur. Diuidi᷑. Nec refert. Probat nullã eẽ voluptatẽ gust⁹ cũ cibariũ q̃s trãsglutiuit: q̃m nulla differẽtia an amaro, an dulci cibo corp⁹ aluerīs cũ cibũ in stomachũ demisisti: vbi cõsistens nõ p̃cipi᷑ a gustu. Didere. Diuidere. Humectũ. Hũefactũ. Nũc alijs. Nũc declarabo breuiter cur alijs amarũ cibariũ dulce vide᷑, q̃busdã vero qđ dulce amarũ. Qui. Cur. vox comica. Alius. Differẽs. hoc ẽ cõpẽdio verborũ attingã cur aĩalia diuerso cibo viuãt. In his reb⁹. In alimẽtis aĩaliũ. Sup hac re Plini⁹ libro vigesimo secũdo naturalis historię sic scribit. Est & ratio subtilitatis immẽsę a Platone descẽdẽs corpuscula rerũ leuib⁹, scabris, angulosis, rotũdis, magis, aut min⁹ ad aliorũ naturã accedẽtib⁹: ideo nõ eadẽ omnibus amara aut dulcia esse. Sic & in lassitudine p̃niores eẽ ad iracũdiam & in siti. Ergo & hæc animi asp̃itas seu pot⁹ aĩæ dulciore succo mitigatur. Lenit transitum spiritus & molliores facit meatus ne scindãt euntem redeuntemq;. Experimenta in se cuiq;. nullius nõ ira, luctus, tristitię. omnis animi impetus cibo mollitur. Hactenus Plinius.

Trauiat.
Caulæ.
Diditur.
Tractio.
Eryxi⁹ philoxen⁹ collum gruis optabat.
Tactu vita constare potest.
Visus.
Gustus.
Auditus.
Lingua.
Lassi & siticulosi p̃niores ad iracundiam.
Impetus animi cibo mollitur.

Tantaq; in his rebus distātia: differitasq; est:
Vt qđ alis cibus est: aliis fuat acre venenum.
Est itaq; vt serpens hominis quę tacta saliuis
Disperit: ac sese mādendo conficit ipsa.
Prætereа nobis veratrum est acre venenum:
At capris adipes & cothurnicibus auget.
Id quibus vt fiat rebus cognoscere possis:
Principio meminisse decet: quę dixim⁹ ante:
Semina multimodis in rebus mixta teneri.
Porro omnes q̄cūq; cibū capiūt animantes:
Vt sunt dissimiles extrinsecus: & generatim
Extima membrorum circum textura coercet:
Proinde & seminibus cōstant: variātq; figura.
Semina cum porro distent: differre necessest
Interualla: viasq; foramina quę perhibemus
Omnibus in membris: & in ore: ipsoq; palato.
Esse minora igit quędam: maioraq; debent:
Esse triquetra aliis: aliis quadrata necessest:
Multa rotunda: modis multis multāgula q̄dā.
Nāq; figurarum vt ratio: motusq; reposcūt:
Proinde foraminibus debēt differre figuræ:
Et variare vias proinde ac textura coercet.
Hoc vbi quod suaue est aliis: aliis fit amarum:
Illi cui suaue est læuissima corpora debent
Contractabiliter caulas intrare palati.
At contra quibus est eadē res intus acerba:
Aspera nimirum penetrāt: hamataq; fauces.
Nunc facile est ex his reb⁹ cognoscere quęq;.
Quippe vbi cui febris bili superante coortast:
Aut alia ratione aliqua vis excita morbi:
Perturbatur ibi iam totum corpus: & omnes
Commutantur ibi positurę principiorum:
Fit prius ad sensum vt quę corpa cōueniebāt:
Nūc nō conueniāt: & cętera sint magis apta:
Quę penetrata q̄unt sensū ꝓpingere acerbū:
Vtraq; eīm sunt in mellis commixta sapore:
Id qđ iam supera tibi sæpe ostēdimus ante.

Differitas. Fuat. Saliua.

¶ Distantia. Varietas. Differitas. Differentia. Vt qđ. Vt illud alimentū qđ. Alis. Pro aliis: subintellige aialibus. Fuat. Fuerit: sit. verbū Plautinū & Maronianū. Tros rutulus ve fuat nullo discrimine habebo. Acre. Vehemēs, acerbum, graue. Est itaq;. Exemplo posito qđ ꝓposuerat ꝓbat. Saliua hois venenum est animalibus venenatis: immo q̄buſdā noxiis corpora medet. Disrūpi serpentes hois ieiuni saliua Alexander Aphrodiseus, & Plinius annotauerunt. Scribit Albert⁹ magnus libro de animalibus. xxij. saliuā hois ieiuni illitam sanare apostemata, & delere maculas siue cicatrices: & qđ mirabilius esse videtur si sagitta vel ensis tingat ore ieiuni & illa madida sagitta aliquis vulneret, toxicat: sicut referūt expti: & si saliua hois ieiuni bene subtiliata a cibi vētositate cadit in os, vel vuln⁹ scorpionis, vel serpētis, vel alterius venenati aialis: ita q; ad interiora penetret: interficit ipsum aial. Saliua hoim. saliuis humanis. Saliua sputū dicit a salsedine qua redundat. Itidē saliuā spumosam pinguedinē vocitamus: de qua Plinius meminit. vulgo pingue vini dicunt. de qua Propertius his. Et mertiuni grata saliua cadi. Persius. Et tenues sollers turdorum nosse saliuas. Dispit. Valde perit. Catullus. Disperea me nisi Lesbia amat. Dispeā si te mater amare ꝑt: hoc carmē est editū in Tiberiū auctore incerto. Cōficit. Necat & interimit. vñ ferarū cōfectores. Saliua igit hois serpēti rabiē infert, qua stimulata se cōficit. Veratrū. Helleborū. Adipes. Pinguedines. Cothurnicib⁹. Ortygas has aues gręci vocāt: regēq; illoꝝ ortygometrā. Credidit recentiores medici, milianam esse cothurnicē cū illa sit cēchria: de qua Plini⁹. Sed an cothurnices aues illę sint, q̄ vulgo quaslę dicūt scribere libere nō audeo: q̄buſdā argumētis: tū q; insubres ligua vernacula cothurnices aues quasdā dicūt, q̄ nō multū a qualeis differūt. Adde qđ Plinius tradit cothurnicē nō apponi mensis cū morbo comitiali laboret sola inter aues: cū reperiā apud Tarręū, & Lucillum id gręcū explicātes. Cothurnix seruauit Herculē fortē: hāc auē comitiales sanare, quo morbo cōficiebat Hercules. prætereа (quo ꝓcipue moueor) Magn⁹ Albert⁹ libro de aialibus quarto cothurnices inqt & philomenam eē musicas in garritu, cū vox qualeæ sit turbida & obstrepa, nullā musicā referēs ꝓter cucullianā nęniā & iteratione clamosam. Idē Albert⁹ libro. vij. de animalib⁹ ortygas & ortygometras, quas ortygias vocari testatur, a cothurnicib⁹ longe discreuit: q̄ bñ nihil ad nos. Fuerūt q̄dā auctore Alberto q q̄yā volunt esse thagorē: vtar eīn verbis ei⁹. Idē libro. xxiij. de animalibus inqt cothurnicem esse auē, quā vulgariter q̄sculā vocam⁹, quā gręci ortygē dicūt, eo q; i Ortygia insula primū visa sit. Dicitur etiā ortygometra eo qđ recte ducat acies. oia q̄ cothurnici ascribit sūt qualeæ ꝓxima, nisi qđ mēdaciū illud ait contunici q; etiā in hyeme trās mare non inueniturt sed latere potius sicut aues cæteras, quæ superfluitates viscosas digerunt. hoc experimento cognoscitur esse falsum in quaa

Propertij locus de saliua.
Disperea.
Conficio.
Confectores.
Veratrum.
Cothurnix.
Ortyx.
Ortygometra.
Miliaria.
Qualeæ.
Cothurnix morbo comitiali laborat.
Cucullia na nęnia.

Nunc age: quo pacto nares adiectus odore
Tangat: agã: Primũ res multas eẽ necessest:

lea, q̃ gregatim volans mare transit: nisi Plinio retia, quibus se implicant, obtẽdit. Nedũ cothurnices venenum habent in cibo. sed vt Galenus inquit, Napellum venenum est hominis & cibus sturni & passeris: quia sturnus cor habet frigidum & vias arctas: & ideo alteratur in sturno venenũ cibi alteratione, & non in homine: & hoc est qđ narrat Aristoteles puellam nutritam esse veneno. primo enĩ accepit parum postea plus donec in veneno consuetudo facta velut in alijs cibis. Puella enim fuerat parũ calidi cordis & strictarum viarum: in qua venenũ resolutum alteratũ est digestione cibi continue anteq̃ posset ad cor attingere: & ideo sic p nutrimẽtũ facta est venenosa: ita q̧ saliua & cæteri humores eius oẽs interfecerũt appropinquantes ei, & qui coierunt cum ea mortui sunt. Aphrodiseus quare cothurnices alantur veratro: & gallum leo timeat inquit apud medicos causas esse abditas, quarum nulla ratio reddi potest. Plinius in decimo. Cothurnicibus veratri semen gratissimus cibus. Galenus in libro περὶ κρασεως. Cicuta inqt sturno, & cothurnicibus helleborum cibus est: homini autẽ venena. Solinus. Cothurnices cibos habẽt gratissimos semina venenorum. Diodorus libro secundo tradit magnum numerum cothurnicum in littore versari ad capiendos pisces. Inclino tamen in hos q̧ qualeas cothurnices appellant, vulgoq̧ insubria errant crediderim. Cęterum nõ cẽsendi aut iudicãdi gratia hæc scripsi: sed vt in re nõ penitus aperta ingenia prouocem. Quin qđ est a Lucretio sic scribit Ouidius. Ecce cothurnices inter sua prandia viuunt: Forsitan & fiunt inde frequẽter an⁹. Notatu dignum in Nasone cothurnices prima correpta inueniri, in Lucretio ꝑducta. Harpocration in chronijs ad hanc sententiam de cothurnicibus. Ortyx omnibus nota volucris est. nõ facile tamen scitur natura ei⁹, vel vnde eius genitura. Cum enim hyemes fuerint magnæ in partibus desertę Libyę mare magnos proijcit thymnoa in litus. Hi vero vermes gignentes per dies quatuordecim aucti fiunt vt muscæ: deinde vt locustę: quę auction magnitudine præditæ fiunt volucres cothurnices dictæ. posthac noto flante, vel libanoto transeũt maria in Pamphyliam, vel Ciliciam, vel Iberiem. Frequenter borea flante pgũt ad maritima loca Syrię regionis & reliqua melanthidia terræ. sed abominabiles & falsi sophistæ dicunt eas pudicas esse ignorantes earum naturam. De cothurnicibus & earum cibo veratro plurima in plautinis commentarijs annotauimus. Poggius vir non illiteratus omnino, cothurnices vocat querquedulas: sed perperam. Audi quid Varro apud Marcellum sentiat. Pertimuere aquatiles querquedulę natantes. Si aquaticæ sunt querquedulę cothurnices esse non possunt: & si iuxta riuos & aquas cothurnices libenter versentur non tamẽ natant. Cothurnix assa saporis est exquisiti: elixa vix rusticis grata. Macrobius ergo male palati prefectos cõsuluisset: qui libro tertio saturnaliũ anates & elixas querquedulas nominauit. Id. Hæc ciborum varietas. nunc rationem affert cur qđ est alijs cibus: alijs fuat acre venenum: quæ oĩa ꝓueniũt ex principijs & atomis: ex quibus cõstãt omnia. Animalia cõposita ex rotundis atomis aliud prçoptant in cibatu: quæ ex lęuibus alia: quæ ex asperia alia: & ita ex varietate principiorum variantur qualitates intrinsecæ. Multimodis. Multiplicibus. diximus enim in sũperioribus q̧ in corporibus erant mista diuersa semina: quoniam sicut differunt extrinsecus animalia colore & cute & accidentibus: ita differunt intrinsecus. Generatim. Per singula animalium genera. Extima textura. Extera constitutio corporis: quæ est oblita circũdataq̧ vario colore. Proinde. Pro perinde hoc est similiter. Semina. Cum igitur sint animalia composita ex diuersis principijs, necesse est habeant interualla distantia, vias, & corporis meatus. Viasq̧ foramina. Et vias & foramina. p foramina vero τοὺς πόρους, hoc est meatus intellige: qui sunt in palato & lingua: per quoa saporẽ rei pcipim⁹. Esse minora. Necesse est igitur ex principijs rerũ quædam esse maiora, q̃dã minora, q̃dã triangula: q̧ sicuti distinguntur principia: ita variantur qualitates in corporibus animantiũ. Triquetra. Triquetrũ auctore Fabio Quintiliano quasi triquadrum dicitur hoc ẽ habẽs tria latera quadra: quo noĩe Sicilia dicit̃ a tribus ꝓmõtorijs, q̧bus excurrit in pelagus. a græcis dicit̃ trinacris, quo nomine sic vius est Ouidius. Trinacria a situ nomen adepta loci. Polybius libro historiarum scribit formã Siciliæ triq̃trã esse. Multangula. Multorũ angulorꝫ. grçci polygonia dictitant. Nãq̧ figurarũ. Sẽsus. quemadmodum animal habet ab altero animali diuersam figuram: perinde est in principijs diuersitas & consequenter in victu. Motus. Elementa: quæ existentia in animali sunt in perpetuo motu. Iunge hũc versum cum inferiori. Proinde. Pro perinde: hoc est nihilo secius: non aliter. Textura. Ambitus corporis cutẽ tegens. Coercet. Circumuallat. Hoc vbi. Quando quia rem dulcem gustabit sciat illam consistere ex leuissimis atomis, cum asperam & tristem ex asperis. Corpore. Corrige corpora: hoc est atomi. Contractabiliter. Non aspere sed molliter vt cibus ille sit contractabilis & mollis: qđ aspero & amaro nõ cõtingit, qui palatum & fauces intractabili & insuperabili duricia cruciat. Caulas. Meatus & foramina. Intus. In ore: quam voraturus est. Acerba. Amara. sed q̧ rem deuorabit amaram asperæ atomi & vncæ palatum eius offendẽt. Hamata. Vnca, implexa. Nunc facile. Ex his rebus cognoscere poteris corpora ex rebus disparibus esse cõposita. Nam cum quis ægrotat, prouenit ille morbus ex dissidẽtia primorum principiorum, quæ non apte inuicem conueniunt: vnde fides fit corpora prima esse in corpore non inuicem conuenientia, & q̧ oĩa corpora ex paribus rebus sunt composita. Superante bili. Cholo superfluente & excedẽte. Vis. Violẽtia. Excita. Excitata. Positura. Ordines. Fit. Accidit superueniẽte egritudine. Ad sensum. Accidit vt principia, & qualitates intrinsecę hominis non conueniant: sed discordent cum sensibus: & ex interiorum exteriorumq̧ discordia gignitur morbus. Ordo. fit vt quę corpora cõueniebant ad sensum, nunc non cõueniãt. Cætera. Vis morbi & dissidentia qualitatũ. Magis apta. Cõuenientiora sensum ꝓpellere. Quæ penetrata. Quę principia prima vi bilis & morbi transadacta sensum cõmouẽt & impellũt. Propingere. Impellere, vrgere, versare, impingere. Vtraq̧. Corporum leuissimorum cõcordia. Nunc age. Cũ multa ad vim visiuã ptinentia saporesq̧ disseruerit, nũc exequitur quæ ad odorẽ: & quare diuerso modo animalia odorentur, cum videlicet odorentur vt non vultures sagacius cadauera olfaciant, & canes venatici feræ vestigia sequãtur. Hoc accidere respondet Lucretius quoniam vnus odor vni animali magis aptus est: alter alteri. Adiectus. Appropinquatio & adhærentia: nomen est quartae declinationis. Odore tangat nares. Naribus adhæreat odore emisso adiectus ille. Primum. In primis noscere oportet a multis & diuersis rebus fluere diuersoa odores.

Napellũ cibus sturni cur.
Puella veneno nutrita.
Venenata puella coeuntes necabat.
Cothurnix prima anceps.
Origo cothurnicum
Poggij error.
Querquedulæ.
Triquetra.
Trinacris.
Polygonia
Contractabiliter.
Propigere.

Vnde fluens voluat varius se fluctus odorũ:
Et fluere & mitti volgo: spargiq; putãdum st.
Verum aliis alius magis est animantib9 apt9
Dissimilis propter formas: ideoq; p auras
Mellis apes q̃uis longe ducuntur odore:
Volturiiq; cadaueribus. Tum fissa ferarum
Vngula quo tulerit gressum: pmissa canũ vis
Ducit: & humanum longe præsensit odorem
Romulidarum arcis seruator cãdidus Anser.
Sic aliis alius nidor datus: ad sua quenq;
Pabula ducit: & a tetro resilire veneno
Cogit: eoq; modo seruantur secla ferarum.
Hic odor ipse igitur nareis quicunq; lacessit:
Est alio vt possit permitti longius alter.
Sed tamẽ haud quicq̃ tam longe fert eorum
Q̃ sonitus: q̃ vox: mitto iam dicere: q̃ res
Quę feriunt oculoꝝ acies: visumq; lacessunt.
Errabundus enim tarde venit: ac perit ante
Paulatim facilis distractus in aeris auras:
Ex alto primum: quia vix emittitur ex se.
Nam penitus fluere: ac pcedere reb9 odorẽ
Significat: q; fracta magis redolere videntur
Omnia: q; contrita: q; igni concalefacta.
Deinde videre licet maioribus esse creatum
Principiis: q̃ vox: quoniam per saxea septa
Nõ penetrat: quo vox volgo: sonitusq; ferũt.
Quare etiã qđ olet: nõ tã facile esse videbis
Inuestigare in qua sit regione locatum:
Refrigescit enim cunctando plaga per auras:
Nec calida ad sensus decurrũt nuntia rerum.
Errant sæpe canes itaq;: & vestigia quęrunt.
Nec tamen hoc solis in odoribus: atq; saporũ
In genere ẽ. Sed itẽ species rerũ: atq; colores
Non ita conueniunt ad sensus omnibus oẽs:
Vt non sint aliis quędam magis acria visu.
Quinetiã gallum nocte explaudentibus alis
Auroram clara consuetum voce vocare:

¶ Vnde. A quib9 multis rebus. Fluẽs. Fluxu quodam aereo prouenienis. Voluat. Deuoluat. Varius flux9. Multiplex decursus. Mitti. Emitti. Vulgo. Passim. Aliis. q̃ alij odores. vel iũge cum animantibus: hoc sensu. Esse quosdã odores, qui magis apti sunt aliis animãtibus: & ob hoc diuersitas est odorandi. Dissimilis. Qui odor & odorãdi modus non est vnimodus: quoniam nõ vnimoda sunt illa quæ odorant. Propter formas. Propter varietatem illarum rerũ, quas odoramur. Mellis odore. Quę dissimilitudo formarum est in causa vt apiculæ longe sentiãt odores, nec tamen perinde res cæteras. Volturij. Vultures. Catullus. Lingua exerta auido sit data vulturio. hac voce. M. Tulli9 vtitur in quadam oratione vulturios palliatos appellãs. Dicimus vultur, & vulturis, & vulturius. Hi, vt Plautus inquit, per triduum diuinant vbi cibum sumpturi sint, spatioq; triduano olorem cadauerinum sentiunt. Vulturum præualent nigri. Nidos nemo attingit: ideo etiam fuere qui putarent illos ex aduerso orbe aduolare: falso. Nidificant eñi in excelsissimis rupibus. Foetus quidem sępe cernũtur fere bini. Vmbricius aruspicum in nostro æuo peritissimus parere tradit oua tredecim. Vno ex his reliqua oua nidumq; lustrare, mox abijcere. Triduo autem & biduo volare eos vbi cadauera futura sunt. Idem fere prodit Albertus: apud quem libro de animalibus octauo comperio vultures alios eẽ frequenter tristitiam secundum augurum coniecturas præsagientes. Addit Albertus omnia fere rapacium genera, præcipue aquilarũ & miluorum, ãtiquos vocasse vultures: quare cum, vt fertur, Romæ nulli visantur vultures: quis prohibet Romulo & Remo inaugurãtibus oblatas fuisse aquilas, coruos, ac miluos? nõ decerno, diem amplio, & ad eruduos prouoco. fuerunt qui proderent nidos vulturinos, aut pullos in nostro orbe nõ esse proin se putare vultures ex alieno orbe venire: qđ ocularis argumentis conuincit Albertus, oua & pullos vulturum in Germania eẽ frequentia. quando senescit vultur elongatur vncinus rostri eius superioris & arcuatur & impedit eum accipere cibum, & retardatur volatus eius, & tandẽ moritur fame. Tradũt autem fabulæ hoc raptori accidere vulturi: q; aliquando latro fuit spolians peregrinos: & ideo a dijs immortalibus in vulturem rapina viuentem est mutatus: cui inflictum est ex iustitia deorum q; tandem moriatur egestate, quæ de alieno semper viuere quęrit. Grauis & sarcinosa auis est vultur: & ideo tribus saltibus, vt prodit libro animalibus vigesimo tertio Magnus Albertus, vel pluribus vix a terra eleuatur: & ideo anteq̃ a terra eleuetur frequenter capitur. Ego enim: inquit Albertus: ipse insequendo cepi vnum. & propter eandem grauitatem libentius in terra sedet q̃ in arbore: propter quod ab antiquis grapides vocabatur. per antiquos græcos intelligit Albertus. Vulturem a volando dictum sunt qui autument. vide ne apud Albertum geopodes legẽdum sit: quasi per

Vulturius.

Vultures aues oĩes rapaces.

An vultures veri sint oblati Romulo.

Vultur fame morit.

Vultur latro fuit.

Alberti locus.

Quẽ nequeunt rapidi cõtra cõstare leones: terram pedes semper habens. sed hoc ex cõiectura dictum sit. Fissa. Bifida. quidam, qđ catholicon magis est, fixa scribunt hoc est impressa. Promissa. Maxima, & longe vim odorandi mittẽs. Maro. Hirsutumq; supercilium pmissaq; barba. Vis. Odorandi virtus. Praesensit. In codicibus antiquis legĩ praesentit vt hoc generaliter dictum sit anserem praesentire odorem humanum etiam si longe absit. Romulidarum arcis seruator. Anser qui Romanorum arcem hoc est capitoliũ seruauit detrusis a Manlio ob hoc indictum gallis qui arci successerant. quã causam reor: vt ad aethernam rei memoriam in pluribus Italiae ciuitatibus in cacumine trabis tanq̃ arcis collocetur anser, & pueri illuc ascendãt tanq̃ in Romanum praesidium Galli. Legimus in memoriam huius rei Romanos anserem consueuisse in capitolio alimentis publicitus exhibitis nutrire: eoq; die, qua detrusi sunt galli, canes in cruce sambucea necabãtur. Lego apud Seruium in capitolio in honorem illius anseris, qui gallorum nuntiarat aduentum, positum fuisse anserem argenteum: vnde nõ nulli poetam eum huic allusisse historiae perhibent, qui anserem vocauit argenteum: nec per candidum aliud expressum a Lucretio fuisse q̃ hunc argenteum anserem: qui q̃uis de viuo loquatur hic, tamẽ innuit historiã. hęc ad ingenia prouocanda dicta sint. Aureum non argenteum in eius rei memoriã diu cultu diuino exceptũ prodit Albertus libro de animalibus vigesimo tertio. sed mendum in codice puto. non enim aureum sed argenteus legerem. Adiutat q; in eodem capite teterrima macula inoleuit. Ex ansere inquit fieri clarissimũ medicamen, qđ Plinius comager inquit. scribẽdum est comagenum a loco iudęae. Historiae Propertius allusit cũ cecinit. Anseris & tutum voce fuisse iouem. Nidor. Odor. In alia significantia nidor vocatur odor ex vstrina prouentens. proinde nidoricupinam seruum Plautus appellat, qui frequenter in culina versabatur: & culinarium scitamentorum odorem sectabatur. Ares hoc est mars culinae talis Plauto. Vulgus falconem culinae dicit. Lucius Apuleius rem nidorulentam vocat exhalãtem nidorem. Quemq;. Animantum. Ducit. Attrahit & pellicit suus odor. Cogit. Subintellige quęq;. Resilire. Retrahere se. Eo modo. Ob diuersitatem virtutis odorandi. Secla. Greges, multitudines. Domitius Veronensis in siluularum Papinij commentarijs lustra cubilia interpretatur, quae Lucretius secla vocat tanq̃ in his ferae sedeant: vel vt Pius autumat, se secludant. Sed hoc somnium an per ebur an per cornu manauerit eruditiorum iudicium sit & posterorum: siquidẽ auctore Terentiano pro captu lectoris habent sua fata libelli. Est vt possit. Subintellige talis vt alter odor lõgius diffundi potest, alter minime. Haud quidq̃ eorum. Nullus eorum odorum. Mitto dicere. Nõ dico: nõ cõmemoro. Errabundus. Odor errans & multifariam dissipatus: qui non agminatim euolat: nõ acer est: nec lõge prouenit. Venit. Ad sensus. Distractus. In diuersas partes tractus & dissipatus. Perit ante. Euanescit anteq̃ perueniat ad nares. Odore. Legendũ odores: q; odores inquit fluant & procedãt a rebus hoc indicat quoniam omnia fracta magis redolent. q; positum est pro quoniam. Non labefacta. Corrige ex priscis exemplaribus concalefacta. omnia apposita igni suauiorem emittunt odorem. Deinde. Hoc pariter animaduertendũ est maioribus atomis contextos esse odores q̃ vox: quoniam fusius sparguntur, atq; dissipantur.

Cur ad anseres p pallũ arrepit. In cruce sãbucca canes. Anser argenteus. Mendũ ex Alberto sublatum. Comagenum. Nidor. Nidoricupina. Ares culinae. Nidorulentum. Secla.

Q; q̃. Scribe quoniam. hoc exemplum qđ subsequitur docet odoramenta ex maioribus & crassioribus atomis esse composita q̃ vox sit. odor enim tanq̃ pinguior parietes nõ transit cũ id faciat vox. hoc igitur enotat vocem odoramentis esse tenuiorem. Saxea septa. Ambitus & sepes saxeas. loca saxis conclusa dicuntur saxea septa. a verbo sepire: qđ significat claudere. vnde septimenta. Quo. Per quę saxea septa. Vulgo. Passim. Quare etiam. Odorem esse voce pinguiorem & consequenter magis extinguibilem docet hoc q; rem olentem non facile inuenies. Refrigescat. Hebetatur: & consequenter perit odor. Cũctando. In mora temporis. Plaga. Percussio & agitatio rei odoratae. Calida nuntia. Odor calidus nuntiãs aerẽ odoratum. Magis acria. Hoc non solum accidit in odoribus, coloribus, & id genus reliquis, in q̃bus quędã sunt acriora, quaedã hebetiora & obtusiora. Quin etiã. Dixit paulo supra sicuti dissimilitudo est in odoribus, pariter in vicernendi: qđ patet exẽplo leonis animaliũ generosissimi, qui tamen galli cãtum maxime timet. Ordo. Quin etiã rapidi leones nequeũt contrastare, nec intueri gallum consuetum vocare auroram voce clara, nocte explaudẽtibus alis: cum noctu explodat & pcutiat alas & ex percussu plausum excitet. Cõtra. Iunge cum dictiõe gallum. Sunt qui plane leonem cõtinue febricitare quartana prodant. Albert[9] magnus cõpertissime falsum esse contendit: quia natura nullum animal facit nisi aequalitatem habeat cõplexionis suae speciei debitam: & in illa est sanum. De gallis Plinius libro decimo: quae ad intelligentiam Lucretii vergunt. Itaq; terrori sunt etiam leonibus generosissimis ferarum. Magnus similiter Albertus libro de animalibus vigesimo secũdo pdit leonẽ gallum album multũ timere: ne de omni gallo intelligeres. Idẽ libro vigesimo tertio sic inquit. Album gallũ leo timere dicitur forte propter speciei cõtrarietatem: vel quia basilisco similis eẽ dicit. Qđ aũt dicunt decrepitum gallum ouũ ex se generare: & hoc in fimo ponere: & testa carere: sed adeo durae pellis q; ictib[9] fortissimis resistat: & q; hoc ouum fimi calore foecundetur in basiliscum, qui est serpens in omnibus sicut gallus: sed caudam longam serpentis habet: ego non puto esse verum. Q; leoni gallus albus sit terrori concinit Alberto facundus Ambrosius libro hexameron sexto sic. Leo gallum & maxime album veretur. Procli ad hanc rem vergentia verba sunt haec in libro de sacrificio & magia. Deinde & animalia sunt solaria multa velut leones & galli cuiusdam solaris pro sua natura participes: vnde mirum est quantum inferiora in eodem ordine cedãt superioribus q̃uis magnitudine potentiaq; non cedant. hinc ferunt gallum a leone timeri q̃ plurimũ & quasi coli. cuius rei causam a materia sensu ve assignare nõ possumus: sed solum ab ordinis superni contemplatione: quoniam videlicet solaris praesentia virtutis conuenit gallo magis q̃ leoni: qđ & inde apparet q; gallus quasi quibusdam hymnis applaudit surgenti soli, & quasi aduocat quando ex antipodum medio caelo ad nos deflectitur. & quandoq; nonnulli solares angeli apparuerũt formis eiusmodi praediti: atq; cum ipsi in se sine forma essent nobis tanq̃ qui formati sumus occurrere formati. Nonnunq̃ etiam dęmones: quibus cum gallus obijceretur repente euanuerunt. In aureis Pythagorae symbolis haec leguntur. gallum nutrias quidem nec sacrifices. soli eñ & lunę dicatus est. Reperta est, vt hoc obiter scias, apud Macedones gallina q̃ duodeuiginti fecit oua: & quando incubauit ouis ex quolibet eorum exiuerunt duo pulli: ita q; triginta sex produxit pullos ex duodeuiginti ouis. Haec magnus Albertus libro de animalibus sexto.

Sepimẽtũ. Refrigesco. An leo febriculosus. Leo gallũ timet. An gallus ouum generet. Solaria animalia leo & gallus. Mirũ de foecunditate gallinę.

Inq; tueri:ita continuo meminere fugai:
Nimirũ:quia sunt galloꝝ in corpore quædã
Semina:quæ:cum sunt oculis immissa leonũ:
Pupillas interfodiunt:acremq; dolorem
Prębent:vt ne queãt contra durare feroces:
Cũ tamen hęc nostras acies nil lędere possint:
Aut qa nõ penetrãt:aut q penetrantibus illis
Exitus ex oculis liber datur in remeando:
Lædere ne possint ex vlla lumina parte.
Nunc age:q̃ moueãt animũ res accipe: & vñ
Quæ veniunt:veniant in mẽtẽ:pcipe paucis.
Principio hoc dico rerum simulacra vagari
Multa modis multis in cũctas vndiq; parteis:
Tenuia quę facile inter se iunguntur in auris:
Obuia cum veniũt:vt aranea:bracteaq; auri.
Quippe etenĩ mlto magis hęc sunt tenuia te (xtu:
Q̃ ꝗ̃ pcipiunt oculi:visumq; lacessunt
Corporis:hæc quoniã penetrãt ꝑ rara:cieẽtq;
Tenuẽ animi naturã intꝰ:sensumq; lacessunt.
Centauros itaq; & scyllarum mẽbra videmꝰ
Cerbereasq; canũ facies:simulacraq; eorum
Quorũ morte obita tellus amplectitur ossa:
Omnigenum quoniã passim simulacra ferunť:
Partim sponte sua quæ fiunt aere in ipso:
Partim quę variis ab rebus cunq; recedunt:
Et quæ conficiunt ex horum facta figuris.
Nam certe ex viuo cẽtauri nõ fit imago:
Nulla fuit quoniam talis natura animai.
Verũ vbi eq atq; hoïs casu conuenit imago:
Hæresscit facile extemplo:qd̃ diximus ante:
Propter subtilem naturam:& tenuia texta.
Cętera de genere hoc eadem ratione creanť:
Quę cum mobiliter summa leuitate feruntur:
Vt prius ostendi:facile vno commouet ictu
Quælibet vna animum nobis subtilis imago.
Tenuis enĩ mẽs est:& mire mobilis ipsa. (sis:
Hęc fieri (vt mẽoro) facile hic cognoscerẽ pos

¶ Inq; tueri. Pro intueriq;. Cõtinuo. Subito. Meminere fugai. Meminere fugę leones cum gallum aspiciunt. Nimirum. Non mirum est leonem gallum fugere cum sint quædam semina in corpore gallorum, quæ sunt leonibus inimica. Quæ. Semina. Immissa. Introrsus missa & infixa. Interfodiunt. Penitus fodiunt. Inter enim augentis particula sicuti interbibere ex omni parte bibere.

Feroces. leones potẽtes. Hæc. Semina, q̃ sunt in gallorum corporibus. Nostras acies. Nostros oculos. Liber datur. Si hæc semina quæ sunt in oculis leonum introrumpunt oculos nostros inueniunt exitum, nec illic commorantes nos torquent quemadmodum leonibus accidit, cuius oculos inuadentia semina torquent, & male habẽt nõ inuenientia remeandi locum. Nunc age. Hortantis est age. sed nunc accipe quę res animũ moueant. Ordo. nũc age percipe quæ res animum moueant, & vnde veniant in mente.

Quę veniũt. Subintellige in mente. Principio. In primis scire debes paruas rerũ imagines vagari & volitare per partes om̃es. hęc tenuia sunt vt aranei fila: ista mouẽt oculos: ꝓuocant visum: vnde transferuntur in animum. Tenuia quæ. Hæc simulacra cũ subtilia sint. In auris. In aere, inter se copulanť.

Bractea. Aranea. Tela araneę. Bractea. Crusta auri tenuis & subtilis, quæ ligno superinducitur:
Bractearius. qd̃ qui facit bractearius dicitur: & verbum est
Bracteare. bracteare illud idem significans, hoc est bractea tegere. Hæc. Ista simulacra quæ sensus mouent sunt tenuiora & bractea & aranea.

Lacessunt. q̃ ea corpuscula, quæ vim opticen prouocãt. Per rara. Per raritates corporeosq; motus. Cẽtauros. Quandoq; simulacra nos mouent, q̃ vana sunt: sicut in somnis vbi videmur cerberũ tueri, scyllam, & cætera miracula, quæ nunq̃ fuerunt. Scyllaꝝ
Scylla. membra. Scylla virgo fuit amata a Glauco, quem cum desideraret Circe, ad tollendã huius virguncułę cupidinẽ fontem infecit pharmacis magicis, in quo se Scylla lauabat: quo descendens lupis & canibus circũlatrantibꝰ implicata est: q bꝰ exterrita monstris se proiecit in mare: qd̃ seruauit vlulatus virginis & mugitus. Fulgentius hoc factum nõ putat. Quinimo asserit lupis hoc est scortatoribus
Lupi. cõmiscuisse se scyllam vt pote meritoriũ scor
Labrax. tum. Lupus quoq; piscis est qui a græcis Labrax appellať: q est maritimꝰ, & fluuiatilis auctore Oppiano, quẽ vulgo Luciũ dicũt si Alberto credimꝰ lib. de aialibꝰ. vij. q̃uia de Lucio meminerit in Mosella Ausoniꝰ sic. Luciꝰ obscuras vlua cœnoq; lacunas Obsidet: hic nullos mẽsurarũ latꝰ ad vsus. sed de alio a Lucio nr̃o ĩtelligit, q cœnũ vitat, & cibarius est.

Canũ. Habet. n. tria capita & colla Cerberus vñ trigeminꝰ dicit. quare cecinit Ouidiꝰ. Et tria vipeo fecimꝰ ora cani. Facies. Alibi legitur fauces. latrat enĩ trifauci clamore Cerberus. Morte obita. Peracta morte. Tellus. Sepulcrum terrenum. videntur nobis instare simulacra mortuorum, quæ tamen nulla sunt. Omnigenum. Omnium rerũ cuiuscunq; generis. Fiunt. Potes legere flutant

Quatinus hoc simile est illi: qd' mente videmus:
Atq; oculis: simili fieri ratione necessest.
Nunc igitur docui quoniam me forte leones
Cernere p simulacra: oculos quęcũq; lacessũt:
Scire licet mẽtẽ simili ratione moueri
Per simulacra leonũ: & cætera q̃ videt æque:
Nec min9 atq; oculi: nisi q mage tenuia cernit:
Nec ratione alia: cũ somnus mẽbra profudit:
Mẽs animi vigilat: nisi q simulacra lacessunt.
Hæc eadẽ nostros animos tũ: cum vigilamus
Vsq; adeo certe vt videamur cernere eum quẽ
Reddita vitai iã mors: & terra potitast.
Hoc ideo fieri cogit natura: q omnes
Corporis effœti sensus per mẽbra qescunt:
Nec possint falsum veris conuincere rebus.
Pręterea mens ipsa iacet: languetq; sopore
Nec dissentit eum mortis letiq; potitum
Iampridẽ: quẽ mens viuum se cernere credit.
Qd' superest nõ est mirum simulacra moueri:
Brachiaq; i numerũ iactare: & cætera mẽbra.
Nã fit vt in somnis facere hoc videat' imago:
Quippe vbi prima perit: alioq; est altera nata:

hoc est fluitant: & in diuersum vagãtur: a fluendo: vnde flutæ murrhenæ dictæ quæ sole exusta cute mergi non possunt: & in æquoris summo fluitant. Et quæ. Nascuntur & apparent quoq; quędam simulacra facta ex figuris horum tanq̃ vnũ simulacrum aliud gignat. Ex viuo cẽtauri. Subintelligo corpore. hoc probat simulacrum fieri ex simulacro: quoniã cũ fiat simulacrum centauri: qui nec est nec fuit: argumentum est ex homine & equo copulari imaginem & oculis tuis occurrere. Empedoclis bouigenas viros subsãnat Aristoteles libro physicorum secundo: Themistiusq; huiusmodi mõstra ridet ibidẽ nec dimidiata probat animalia. Animat. Animæ. vna anima non potest esse eadem diuersæ figuræ corporibus. in quibusdã codicibus legitur animantum. Hæresci. Simul iungitur. Tenuia texta. Propter subtilem cõpositionem simulacrorum: quæ reluctari inuicem non possunt: sed statim hærent. Ictu. Paruo motu & offensa leuicula. Ordo. quælibet vna subtilis imago vno ictu cõmouet nobis animum. Tenuis. Hęc tenuia simulacra mẽti adhærere posse docet hoc q & ipsa mẽs est tenuissima. Mire mobilis. Maxime mobilis. Quatinus. Inquãtum. Hoc simile est illi. Hoc simulacrũ qd' lacessit mẽtẽ tenuitate simile est mẽti. Nũc igitur docui. Pauloante docui quatenus simulacrum qd' videtur esset simile tenuitati mentis. Quoniam me. Corrigo. q iam me hoc sensu respondente poeta tacitæ obiectioni. At qui si effigies deforis venientes mouent visum cur illæ quę veniunt in oculos leonis visum non prouocãt: sed lędunt? respõdet. sensus nõ ab omnib9 simulacris: sed a similibus & peculiaribus & proprijs moueri. Flutæ:

Cernere. Subintellige putes. Quęcunq;. Simulacra. qd' ne iã putes per simulacra galli obstantia oculis leonis scito simile simulacrũ mouere par obiectum. Nec minus atq; oculi. Nõ min9 mens q̃ oculi cernit: sed illa tenuiora videt. Oculi tanq̃ corporei etiã obtusiora. Nec ratione. Nec afferre potes aliã rationẽ cur cũ corpus est somno sepultũ mẽti obijciant' simulacra q̃ hãc q pter oculos homo videt p mentẽ sed tenuissima simulacra. Mors vitai. Mors q̃ delet & excludit vitã. videmur noctu mortuos videre cũ imagines varię se oculis obijciant. Ordo. videmur eñ cernere quẽ mors vitai reddita, subintellige illi, & terra potita est. Terra potita est. Dicitur terra potiri aliquo quando sepultus est: manibus & matri terrę commendat9.

Reddita. Assignata. quoniam animam tanq̃ depositum tenebat: qua ad iussum creditoris spoliari deberet.

Effœti. Exhausti viribus insitis & naturalibus. offecti scribitur a nonnullis, hoc est infecti & temerati dentibus mortis & læsi. ab officio verbo. Nec possit. Qui sensus iacẽtes non possunt cognoscere verum ne hoc sit an falsum. Falsum conuincere. Somnus vsq; adeo sensus opprimit vt non possint vti viribus suis: & verũ a falso discernere. Præterea. Nedum sensus impediti sunt sopore: sed & ipsa anima iacet & lãguet: vagaturq; vbiq; vt equi quadrigarij & magistro priuata nauis: in quã sentẽtiã sic scribit Harpocration Alexandrinus in chironide ad filiam. Multi falsi sophistæ errant intellectu immortalis animę. sed ipsa se ipsam discernit. Quid est q corpus quiescit in lectulo & anima proprio loco versatur: scilicet in aere: vnde & eam aĩmam sumpsimus: & videt, quæ in alijs climatibus fiunt. Multoties autẽ vt mater filio compatitur & est sollicita pro corpore in quo habitat. Ante tẽpus pręuidet ac diuinat futura siue bona siue mala: qd' vocatur somnium: deinde reciprocatur ad corpus & proprium habitaculum & surgẽs somnium scrutatur. hic pateat tibi q aĩa est immortalis & incorruptibilis. Nec dissentit. Non repugnat. mens si in somnis hominem tanq̃ viuentem viderit qui sit priuatus vita: & hoc nos nouerimus: illa tamẽ somniosa credit ei tanq̃ viuo: qd significat mẽtem vires suas a sõno oppssam amittere. Mortis potitũ. Passiue. de quo mors triũphauit: & illo fruita est. Filius potit9 est hostiũ in eadẽ significatiõe Plautus in captiuis. Quid est superest. Non mirũ videat' hoĩes sõno pssos iactare mẽbra & brachia vibrare: quoniã mẽs et sensus q illo vigilãte regebãt hęc oĩa, eo soporato destitunt' illa vt suo auriga & remige. In numerũ iactare. Mouere mẽbra ad numeros staticulosq; saltatorios. Romani saltãtes nõ solũ pedes, sed & brachia monebãt. Ouidi9. Si vox ẽ cãta: si mollia brachia salta. Alibi. Brachia saltãtis: vocẽ mirare canẽtis. Facere hoc. Saltare. Imago. Quę tãq̃ saltãs oculis nr̃is occurrit. Quippe vbi. Nũc docet cur q̃s i sõno mouere brachia & saltare videt'. qm̃ inqt iteruenit imago: q̃ pit & altera nascit' q̃ in modum saltatriculæ figurata & psaltriæ nos ad saltationes inuitat & choros. Alio. Ex alio corpore.

Offecti. Harpocration. Aiam esse immortalẽ. Potit9 mortis. Saltantes brachia monebant.

¶ Inde. Post hanc imaginẽ. Statu prior. Illud simulacrum: qđ erat i primo loco positũ Hic. Tunc. Gestum. Positurã & motum

Gesticulatio.

corporis gesticulosum: qui gesticulatio dicitur. Reru. Ex quibus prouenitũt imagines. Copia tanta. Imagines tantæ fiunt ex copia tot rerum & tantorum corporũ vt post vnã altera succedat. Sensibus quouis. In quocunq; sensu: qui prouocatur & irritatur ab extrinsecis imaginibus. Tẽpore in vno. In breui momẽto. Particularũ. Imaginum quæ sunt tenuissimæ & merito particulæ vocari possũt. Suppeditare. Substituere, suggerere imagines sensibus.

Mltaq̃rẽdũ
Aparemphaton.

Multa q̄rẽdũ. Pro multa quęrenda. est aparemphatõ, hoc est indefinitum verbũ neq; nũeris seruiẽs neq; casibus: qua figura loquendi Plautus vtitur in amphytriõe. Iustam rem & facilem eẽ oratũ a vobis volo. In codice Ciceronis in Verrem libro septimo spectatæ fidei sic legitur. Hanc sibi rem sperant præsidio futurũ. Plautus idem in Casina. Altero te occisurũ ait: altero villicũ. cũ de ancilla loqueret. Varro libro primo de re rustica. Incõtragoso enĩ ac difficili valẽtiora parãdũ. Lucilius ad Penelopã cõuersus ait. Nupturum te nupta negas q̄ viuere Vlyxem speras. Lege Priscianum libro nono.

Clarãdum.

Clarandum. Pro clarãda multa: hoc est aperienda & declaranda. Plane. Examussim. Auemus. Desideramus. Libido. Voluntas. quærunt nõnulli cur cũ volũtas mouerit quẽpiam vt quid ageret statim mens ad ipsum cogitat.

Anne.

Anne. Dicemus ne hanc esse causam q̄ quando aliq̄d desideram⁹ statim occurrit imago: quę ad id nos incitet. Anne & an indiscriminatim dicimus. Catullus. Est ne nouis nuptis odio venus: an ne parẽtum Frustrant falsis gaudia lachrymulis? Tranquillus in Augusto. An ne refert vbi & in qua arrigas? Tuẽt. Aspiciunt & cõsequenter eius nutu p̄sto sunt. Simulac. Vt primum. Si terrã; cordist. Lege si terra est cordi. si capessere volumus iter terrenum an maritimũ nunc nobis illarum rerũ occurrit imago: quæ nos ad id lacessat & p̄uocet. Conuentus hominũ. Emporia, mercatus, cõuenticula. Sub verbo. Statim cũ dixerimus nos illo velle proficisci. Creat. Cõponit. subito natura imaginẽ & oculis nostris oggerit. Quid porro. Quã præterea causam afferemus q̄ noctu in somnis bra-

Quare saltam⁹ i sõnis

chia mouemus & pedes motu numero cõuenientes? hæc nimirũ nec alia dicet q̄ simulacra occurrentia sensibus voluntati nostræ respondere solent. In numerũ. Ad staticulos saltatorios. Procedere. Corpus ludiosum in chorum proferre: subintellige mirum est? Quid miramur nos in somnis saltitare cum se imagines saltriculas imitantes moueãt ad id inuitãtes. Mollia. Flexibilia ad saltatoria tripudia. Alternis. Alternatim, vicissim. Mittunt. Immittunt: brachio brachiũ isferẽtes: qđ & hodie audio obseruari. multinodes chorearũ ambages: de q̄b⁹ Apuleius in decimo: q̄dã huc vergere cõtendũt: idq; nec min⁹ Ouidianum. Si mollia brachia salta. Repetũt oculis gestũ. Aspiciũt & aduertũt

Inde statu prior hic gestum mutasse videtur:
Scilicet id fieri celeri ratiõe putandumst:
Tantast mobilitas: & rerum copia tanta:
Tantaq; sensibili quouis est tempore in vno
Copia particularũ: vt possit suppeditare:
Multaq; in his reb⁹ quærendũ: multaq; nobis
Clarandum est: plane si res exponere auem⁹.
Quęritur in primis: quare quod cuiq; libido
Venerit: extẽplo mens cogitet eius id ipsum.
An ne voluntatem nostram simulacra tuẽtur?
Et: simul ac volumus: nobis occurrit imago:
Si mare: si terram cordist: si deniq; cœlum:
Conuentus hominũ: pompã: cõuiuia: pugnas
Omnia sub verbo ne creat natura: paratq;?
Cum pręsertim aliis eadem in regione: locoq;
Longe dissimileis animus res cogitet omnis.
Quid porro in nũerũ procedere cũ simulacra
Cernim⁹ in somnis: & mollia mẽbra mouere:
Mollia mobiliter cũ alternis brachia mittunt:
Et repetunt oculis gestum pede conuenienti.
Scilicet arte valẽt simulacra: & docta vagant?
Nocturno facere vt possint in tẽpore ludos.
An magis illud erit verum: quia tẽpore in vno
Consentimus: id est cum vox emittitur vna:
Tempora multa latẽt: ratio quę comperit eẽ.
Propterea fit vti quouis in tempore quæq;
Præsto sint simulacra locos in quosq; parata:
Tanta his mobilitas: & rerum copia tanta:
Hęc vbi prima perit: alioq; est altera nata:
Inde statu prior hic gestum mutasse videtur:
Et quia tenuia sunt nisi quæ contendit acute
Cernere nõ potis est anim⁹: proinde oĩa q̃ sũt
Præterea pereunt: nisi q̃ ex sese ipse parauit:
Ipse parat sese porro: speratq; futuram:
Vt videat qđ consequit̃ı rem quãq; ı fit ergo.
Nonne vides oculos etiã cum tenuia quę sunt
Cernere cœperũt: contendere se atq; parare:

Nec ſine eo fieri poſſe: vt cernamus acute.
Et tamen in rebus quoq; aptis noſcere poſſis:
Si non aduertas animū: ꝓinde eſſe quaſi om̄i
Tempore ſemotū fuerit: longeq; remotum:
Cur igitur mirumſt: animus ſi cætera perdit:
Preter q̄: quibus eſt in rebus deditus ipſe.
Deide adopin amur de ſignis maxima paruis:
Ac nos in fraudem induimꝰ: fruſtramur id ipi.
Fit quoq;: vt interdū non ſuppeditetur imago
Eiuſdem generis: ſed fœmina quę fuit ante:
In manibus vir tunc factus videatur adeſſe:
Aut alia ex alia facies: ætaſq; ſequatur.
Qđ ne miremur ſopor atq; obliuia curant.
Illud in his rebus vitium vehementer ineſto:
Effugere errorem: vitareq; ptæ meditemur:
Lumina ne facias oculorum clara creata:

pēſitantq; nū geſtꝰ pedū cū vtre, id genus organi muſici, cōueniat. Pede cōuenienti. Pede rhytmo cōpetēti & cōgruēti. Arte valēt ſimulacra. Imagines nocturnę offerūt ſe ſenſibꝰ artificā imitatę ſaltationē. Docta. Perita geſticulatiōia. Facere ludos. Ludere: iocari inſtar ſaltatorū q̄ ludicrū i modū ſaltāt.
An magia. Affert aliā rationē cur hoīes in ſōnis ſaltēt. quoniā, inqt, nos cōſētimꝰ, hoc eſt ratio ſopita illis imaginibꝰ deforia venientibꝰ & nos artifici geſtu ꝓuocantibꝰ ad ſaltū.
Tēpore in vno. Corrige ex antiqa & fidei ſpectatæ codicibus. q̄a tēpore in illo. in illo tēpore quo nobis occurrit imago ludioſa cōſentimus illi & ad ſui ſimilitudinē corpꝰ mouemꝰ in numerū. Cōſentimꝰ. Aſſentimur, aīm adijcimꝰ. Id eſt. Explicat qđ intelligat p cōſentire. Cū vox emittitꝛ vna. Cū nos in ſōnis ſaltātes emittimꝰ vnā vocē cātilenoſā. Nec mirū ſit Lucretiū inuere ſaltātes canere. Id nāq; fuit Romāis peculiare: qđ ex ſticho Plautina fabula ꝑcipere poteris: vbi ſeruus ſaltās ita canit: bene nobis: bene vobis: bene meę Stephanio. ex quo teſtimonio apertus ſēſus illiꝰ Ouidiani carmis. Brachia ſaltātis: vocē mirare canētis. Hodie Germani, vt accepi, idē obſeruāt: vt ſcilicet in ſaltationibus cātillēt grato mediꝰ ſidiꝰ & iocu ſu ſpectaculo. Tēpora latēt. Ignorantꝛ ab hoīe ſopito.

Inter ſaltādū canere.

Locus Ouidij.

Sēſus eſt. Cū hō ſopitꝰ eſt obliuiſcitꝛ tēporū & cōditionis loci illius: in quo id tēporis ē: & in lecto ſaltatiōes exercet tēporis immemor & loci. Multa. Pro multū. Maro libro quarto georgicō. Nec ſera comātē Narciſſū. ꝓ ſero. Quę. Tēpora. Ratio cōpit eē. Sēſus ē. hō cū dormit obliuiſcitꝛ tēporū: q̄ ratio cū erat in vigilāte adhærēs ſenſibꝰ cognoſcebat & diſcernebat: cōperiebatq; & noſcebat ratio vigilātis lectū ſaltatibꝰ nō eſſe idoneū pauimētū. Præſto ſint. Subito apparēt. Locos in quoſq; parata. Accincta comitari mētē ad quoſcūq; locos mouerit & direxerit. Tāta mobilitas. Tāta hijs mobilitas eſt. tm̄ ſūt mobilia ſimulacra & flexibilia: in mltaſq; formas diſſilētia: q̄ mēti hoīs occurrūt. Reꝝ. A qbꝰ gignūtꝛ imagines. Alio. Ex alio corpe. q̄n pria imago euanuit: ſcđa ex alio naſcitꝛ corpe. Inde. Poſt hāc natā. Statu prior. Quę erat in priori ſtatu. Et quia. Sed cū eę imagines q̄ ſenſibꝰ offerūtꝛ ſint tenuiſſimę, nō pōt illas aīmꝰ cernere: illas aūt videre pōt in quas oculꝰ oē dirigit acumē: ꝓpterea cū priores ꝑeant & nouę ſuboriātꝛ aīo acumen viſua ſui nō ſp ad vnū ſimulacrū dirigēte. Tenuia ſ. ſūt. Sublimiſſima ſūt iſta ſimulacra. Nō potis eſt. Nō poteſt ob tenuitatē ſuā. Quę. Simulacra. Cōtēdit. Nititꝛ, elaborat acute cernere. Proinde. Itaq;. Oia. Simulacra. Quæ ſūt. Quę nata ſūt & exorta: & q̄ ſibi parauit aīmus. Præterea. Paulopoſt. Pereūt. Euaneſcūt. Quę. Simulacra. Ex ſeſe. Ex ſua directiōe: cū ſe dirigit ad rē quāpiā inſpiciēdā. Ipe. Animꝰ. Parauit. Fabricauit ſibi. Ipſe parat ſeſe. Animus obiecto relicto priſtini ſimulacri ſe accingitꝛ ad aliud inſpiciendū: cōuertit ad aliā imaginē intētionē ſuā.
Porro. Preterea. Futurā. Animꝰ cū ſe alio flectit ſperat ſibi obijci debere alterā imaginē & ſimulacrū. Vt videat. Spat. Qđ cōſeqtꝛ. Curꝰ vnū ſit cōpua. ordo. ipe aīmꝰ porro ſe ſepat: ſpatq; vt videat rē quāq̄ futurā qđ cōſeqtꝛ. Fit ergo. Obijciōtꝛ igitꝛ aīo nouę ꝑ veteribꝰ effigies. Cōtēdere. Dirigere acumē ſuū. Apria. Manifeſta: q̄s manifeſte cernimꝰ & palā videmꝰ. Si nō aduertas aīm. Si mētē nō applices illis rebꝰ. Proinde. Perinde: nō aliter eē. Semotū. Erit nō ſecꝰ ac illđ obiectū ſeiūctū fuerit & ōi tēpore ab oculis remotū: hoc eſt rē illā non cernes neq; cognoſces. Cætera. Obiecta. Perdit. Nō videt: nō cognoſcit. Preter. Subītellige illa. Quibꝰ in rebꝰ eſt deditꝰ. Aīmꝰ pdit res oēs ꝑter illas, qbꝰ ſe totū dedit: & in quas mētis cōtēdit acumē. Adopinamur. Qꝛ aīmus fallatꝛ niſi cogitat & rē ꝑpēdit: q; in ſōnis vbi vires aī lāguēt: ſtatuā, q̄ magna eſt, videmur cernere paruā. Adopinamur poſitū ꝓ opinamur: vt Plauto i caſina addubitat ꝓ dubitat. De ſignia paruis. De paruis ſtatuis. Maxia. Subītellige eē ſigna. Nos in fraudē induimꝰ. Facimꝰ noa & veſtimus circūretimuſq; fraude: hoc eſt ip lanamua circūſcribimuſq; nos ipoa. Fruſtramur. Fruſtra nos habemꝰ & illudimꝰ. Fruſtrari ſignificat fraudare: qđ patet ex illo Enniano carmīe catholico. Qui fruſtratꝛ is fruſtra ē ſi nō ille ē fruſtra.
Id ꝓpter. id opinamē. Suppeditetꝛ. Suggeratꝛ, occurrat. In manibꝰ. Dū capimꝰ amplexꝰ & felicia iūgimꝰ oſcula: cæteraq; aggredimur q̄ feciſſe iuuat, facta referre pudet. Alia facies. Adoleſcētula ſtatim i vetulam trāſformatꝛ. Curant. Faciunt ne ea miremur. Obliuia. Quę ex ſopore ꝓueniūt. Illđ in his rebꝰ. Atqui dū hæc exequor debes animaduertere ne credas vſum mēbrorū priꝰ eē natū q̄ mēbra. Immo vſus ſubſequutꝰ eſt illa. Vitiū. error vitioſus. Ineſto. ꝑ ineſt vel inſit: quod nos deflectere debemꝰ. Premeditemur. Anq̄ in illū errorē incurramꝰ ꝑnoſcamꝰ errorē talē effugere. Ne facias. Ne exiſtimes eē nata. Lumia oculorū. Orbes oculorū creatos ne dixeris poſt vſum. Clara. Iōge cū lumina. Creata. Res creatas. ꝑmeditemur effugere errorē & vitare ne facias lumia clara oculorū vt poſſimꝰ ꝑſpicere creata. Ne dixeris inqt Lucretius oculos eſſe natos vt reſpiciāt creata. q̄n q hoc cōcedūt: cōcedāt neceſſe ē res humanas regi ꝓuidētia dei: qđ Epicuræi pertinaciſſime negant. Immo inquit Lucretius ex principiis primis oculi in homine nati ſūt ita naturaliter: q tm̄ poſtq̄ nati ſunt creata cernūt. nullo tamen deo ad hunc finem & opus illos deſtinante.

Adopinari

Fruſtrari.

Mēbra an vſus pria.

Pedes non sunt nati vt eamus.

Surae.

Femina.

Cur crura campae.

¶ Et vt pferre viai. Iunge hoc cum sequenti carmie sensu pene tali. nec dixeris crura aut genua esse nata homini vt eat: sed qm̃ nata sunt ambulat. Proferre. Explicare. Proceros passus viai. Magnos gradus & spatia viae. Vestigia. Prisci codices habẽt fastigia hoc est excelsa coxarum loca: quae in loco edito sunt posita. Surarũ. Pars coxę carnulenta. vnde nomen familię Romanę auctore Plutarcho. Inest hoi tãtũ sura. Maro. Suras vincire cothurno. Feminum. Partium interiorum coxarũ. quidã colligunt nõ a latere, sed ab anteriori parte ꝑpendisse gladiũ ęneę quoniã Maro inquit. Eripit a femine: & trepidãti feruid⁹ instat. Plaut⁹. Qui vngulas subtritas habent vsq; ad femina. Fundata pedibus. Quorũ basis, fultura, & fundamentũ sunt pedes. Plicari. Torqueri, cõuolui: vnde vulgo tibias & crura campas appellant. quoniam plicantur & flectuntur καμπη graece flexura dicitur. Erucamq; in orbem conuoluitur Plautus campã vocat: & Modestus Columella eo versiculo. Voluitur ad terram distorto corpore campe. Brachia cum porro. Corrige ex codicibus eruderatis. Brachia nec porro. nec tu praeterea dixeris inqt poeta: brachia esse data vt nos iuuẽt ministerio suo: sed nos iuuant potius quoniam data sunt. Esse exapta. Esse coniũcta. Aptũ iunctum dicimus. hinc illud stellis ardentib⁹ aptũ: & aptare cõiungere: a graeco ἅπτειν.

Quae foret vsus. Quae futura sunt vsui & necessaria. Cętera de genere hoc. Et id genus reliqua: quaecunq; sunt hijs similia si qui dicunt esse data prouidentia dei vt nos iuuẽt rationẽ nõ habent. Sed a pietate nostrę Theologię hęc acerbitas & irreligio procul explodatur. Inter quaecunq; precantur. Scribo: inter quaecunq; pretantur: ꝑ interꝑtantur: hoc est ad hanc interpretationẽ trahunt data scilicet esse vt seruiant nobis. Peruersa ratiõe. Futili & cõtraria veritati. Nil ideo. Nil natum est in nobis ad vsum nostrũ: sed id natum gignit vsum, hoc est exit in vsum.

Vti. Eo scilicet membro in corpore nato.

Qd natum est. Membrũ qd est natum in corpore. Id. Membrum. Procreat vsum. Generat vsum. Nec fuit. Quum ante non fuerit visus q̃ nati sint oculi, similiter nõ dicẽdum est natos oculos ad videndum: sed videre quoniam nati sunt. Videre fuit. Nõ cõtigit ante visus homini. Oculorum lumia clara. Prisci codices. oclĩ q̃ lumina nata. hoc sensu. nõ fuit ante videre, hoc est visus, q̃ nata sunt lumina oculi pro oculorum. numer⁹ singulatiuus ꝑ pluratiuo. Nec dictis orare. Nec fuit ante orare, hoc est orationẽ habere bene dicendi artificẽ q̃ nata sit lingua. Pręcessit. Ipsam orationẽ. multo prius fuit creata lingua q̃ oratio. Eorũ. Mẽbrorum. pri⁹ nata sunt membra q̃ vsus illorum fuerit.

Vtẽdi. Vt essent vsui. non potuerunt crescere nec nasci mẽbra ad vsum. non eñ pri⁹ fuit vsus q̃ membrũ: immo vsus subsequut⁹ est mẽbra. At cõtra. Sed in his reb⁹ q̃ sequunt contrariũ apparuit. fuit eñ prior vsus q̃ res. Cõferre certamina. Venire descendereq; in

Prospicere vt possimus: & vt pferre viai
Proceros passus: ideo vestigia posse
Surarum ac feminũ pedibus fundata plicari:
Brachia nec porro validis exapta lacertis
Esse manusq; datas vtraq; a parte ministras:
Vt facere ad vitam possimus: quę foret vsus.
Cętera de genere hoc inter quęcũq; ꝑtantur:
Omnia peruersa praepostera sunt ratione.
Nil ideo quoniã natum est in corpore: vt vti
Possemus: sed qđ natum st: id procreat vsum.
Nec fuit ante videre oculorum lumina nata.
Nec dictis orare prius: q̃ lingua creata st:
Sed potius longe linguę praecessit origo
Sermonem: multoq; creatę sunt prius aures:
Q̃ sonus est auditus: & omnia deniq; mẽbra
Ante fuere (vt opinor) eorum q̃ foret vsus.
Haud igitur potuere vtendi crescere causa.
At contra conferre manu certamina pugnae:
Et lacerare artus: foedareq; membra cruore:
Ante fuit multo: q̃ lucida tela volarent.
Et vulnus vitare prius natura coegit:
Q̃ daret obiectum parmai laeua per artem.
Scilicet & fessum corpus mandare quieti
Multo antiquius est: q̃ lecti mollia strata:
Et sedare sitim prius est: q̃ pocula natum.
Hęc igitur possunt vtendi cognita causa
Credier ex vsu quae sunt vitaq; reperta.
Illa quidem seorsum sunt omnia: quae pri⁹ ipsa
Nata dedere suę post notitiam vtilitatis:
Quo genere i primis sẽsus: & mẽbra videm⁹:
Quare etiã atq; etiã ꝓcul ẽ: vt credere possis
Vtilitatis ob officium potuisse creari.
Illud item non est mirandum: corporis ipsa
Quid natura cibũ quaerit cuiusq; animantis.
Quippe etenĩ fluere: atq; recedeř corpa reb⁹
Multa: modis multis docui: sed plura debent
Ex animalibus his: quia sunt exercita motu:

Multaq; per sudorem ex alto pressa feruntur.
Multa per os exhalant' cũ languida anhelant.
His igitur rebus rarescit corpus: & omnis
Subruitur natura dolor quã cõsequitur rem.
Præterea capitur cibus: vt suffulciat artus:
Et recreet vires interdatus: atq; patẽtem
Per mẽbra: ac venas: vt amorẽ ob diuertẽdi.
Humor itẽ discedit in omnia: quæ loca cunq;
Poscũt humorem: glomerataq; multa vaporis
Corpora (quę stomacho pbẽt icẽdia nostro)
Dissipat adueniẽs liquor: ac restiguit vt ignẽ:
Vrere ne possit calor amplius aridus artus.
Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro
Abluitur: sic expletur ieiuna cupido.
Nunc qui fiat vti: passus proferre queamus
Cũ volumus: varieq; datũ sit mẽbra mouere:
Et q̃ res tantũ hoc oneris protendere nostri
Corporis insuerit: dicam: tu percipe dicta.
Dico animo nostro primũ simulacra meandi
Accidere: atq; animũ pulsare: vt dixim⁹ ante.
Inde voluntas fit. Neq; ẽm facere incipit vllã
Rẽ quisq̃ nisi mens prouidit: qđ velit ante:
Id: qđ prouidet: illius rei constat imago.

certamen: & vt dicitur ad manus. Fœdare. Cruẽtare pugnis & manib⁹. Lucida. Detersa, & ex retonsis acuminata. Tela. Missilia.
Sed potius q̃ sunt sine pœna cõmoda sumit:
Nã certa & purast sanis magis ĩde voluptas:
Q̃z miseris:etenim potiundi tempore in ipso
Fluctuat incertis erroribus ardor amantum:
Nec cõstat q̃d primũ oculis: mãibusq̧ fruãt.
Quod petiere premunt arcte:faciũtq̧ dolorẽ
Corporis:& dentes inlidunt sæpe labellis:
Osculaq̧ affligũt:quia nõ est pura voluptas:
Et stimuli subsunt: qui instigũt lædere id ipsũ
Q̃dcũq̧ est:rabies vñ illi:hęc germĩa surgũt.
Sed leuiter pœnas frãgit venus inter amorẽ:
Blãdaq̧ refrenat morsus admixta voluptas.
Namq̧ in eo spes est:vnde st ardoris origo
Restingui quoq̧ posse ab eodẽ corpe flãmã.
Quod fieri cõtra totũ natura repugnat.
Vnaq̧ res hæc est cuius quo pluria habemus
Tã magis ardescit dira cuppedine pectus.
Nã cib9 atq̧ humor mẽbris adsumitur int9:
Quę quoniã certas possunt obsidere parteis:
Hoc facile expletur laticũ frugumq̧ cupido.
Ex hominis vero facie:pulcroq̧ colore.
Nil datur in corpus p̃ter simulacra fruendum
Tenuia:q̃ vento spes raptat sæpe misella.
Vt bibere in somnis sitiẽs q̃ q̃rit & humor
Nõ dat᷑: ardorẽ qui mẽbris stinguere possit:
Sed laticũ simulacra petit frustraq̧ laborat:
In medioq̧ sitit torrẽti flumine potans:
Sic in amore venus simulacris ludit amãtes:
Nec satiare queunt spectando corpora corã:
Nec manib9 quicq̃ teneris abradere mẽbris
Possunt errãtes incerti corpore toto.
Deniq̧ cum membris cõlatis flore fruuntur
Aetatis:iam tum præsagit gaudia corpus.

¶Prima vulnera. Quæ primũ inuadũt adulescentulũ plagas amoris expertẽ. Cõturbes. Agitabis:vexabis. Plagis. Percussionib9: ipulsib9 ad expellẽdũ idoneis. Venere volgiuaga. Amore vagãte p̃ vulgus: vulgares appetente fœminas: nõ certã sedẽ q̃rente: qualis fuit Gordian9 imperator vt Capitolin9 inquit: Qui cũ esset mulierũ cupidissim9 habuisse ferũt decretas sibi cõcubinas viginti & duas: ex qb9 oib9 ternos & quaternos filios reliquit:appellatusq̧ est sui tp̃is priamus:quẽ vulgo iocãtes,q̧ esset natura prosperior, Priapũ nõ priamũ sępe vocitarũt. Cẽset Aristoteles in p̃blematis encyclicis adulescentulos eas odisse re peracta quib9 cũ fuerint cõgressi: cã est q̧ cũ summa mutatio extiterit: sequẽtis tristitię memores eã fugiũt tanq̃ fontẽ ad quã se applicuerunt: græce sic. Διατὶ οἱ νέοι ὅταν πρῶτον ἀφροδισιάζειν ἄρχωνται, ὡς ἂν ὁμιλήσωσιν μετὰ τὴν πρᾶξιν μισοῦμεν. ἢ διὰ τὸ μεγάλην γίνεσθαι τὴν μεταβολήν. τῆς γὰρ συμβαινούσης ὕστερον ἀηδίας μεμνημένοι, ὡς ἀπὸ τῶν πλησίον φεύγουσι. Vagus. Erraticus: discurrens hac & illac:incerta fluctuatione reciprocãs. Cures. Ante cures. Recẽtia. Recẽtẽ & nouũ amorẽ inferre ad recẽtiorẽ amicã antiquo amore absterso. parũ eñi refert, vt inquit Antonius, in qua arrigas. Alio. Ad nouã venerẽ hoc est amasiã. Mot9 animi. Amorẽ:qui animum mouet & agitat. Traducere. Trãsferre. Nec veneris. Ille qui nõ appetit venerẽ nec cõpedib9 amoris certę amicę inheret, is fruit᷑ fructib9 amoris. Pura. Non amatori mista. Sanis. Qui sane amãt hoc est modice. Sanũ est auctore Plautino Palinuro modice amare:immodice insanũ. Inde. ex amore.

Miseris. Amatorib9. simile est illud Plautinum. Miser est hõ q amat. Festiuissime poeta grecanic9 miseros vel in hoc amãtes appellat: q cũ ad incitas & pauptatẽ deuenerint spoliati patrimonio, q̃d munerib9 assiduis ad puellã illiciẽdã dilapidarunt: nemo nec quidẽ amica sua dignat᷑ amare. Versus ipsos meros græce facundiæ flosculos inserere opęprecitũ visum est. Alloquit᷑ Sosicratẽ ex amore medicum: quẽ amica fingebat nõ agnoscere. ἐρασθεὶς πλουτῶν σωσίκρατες ἀλλὰ πένης ὤν. Οὐκ ἔστ᾽ ἔρωτος λιμὸς φάρμακον οἷον ἔχει. ἡ δὲ πάρος σε καλοῦσα μύρον καὶ τερπνὸν ἄδωνιν, μὴν φίλα, νῦν τοι τοὔνομα πυνθάνεται τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν; ποῦ τοι πτόλις. ἦ μόλις ἔγνως τοῦτ᾽ ἔπος, ὡς οὐδεὶς οὐδὲν ἔχοντι φίλος. Illexit linguę & siue venustas vt latina facere hęc carmia tẽtarẽ. experimẽtũ habes. equi bonumq̧ facies: si trãsmarinã venerẽ nõ ad vnguẽ referre potui. Diues amas. veneris solita nõ lãpade ferues Pauper. habet tenuis pharmaca quãta fames. Te vocat ante rosã:calidũ te dicit adonim Pãthea:nũc nomẽ vix tenet illa tuum. Vnde? Quis es hoim? quænam tibi patria? nostin Verba miser? tenues nullus amicus amat. Potiundi tempore in ipso. Dum potiri volunt ipsa re desiderata, tunc anguntur. Nec constat. Sensus a superiori sententia pendens. homines qui non amant sunt in amore feliciores q̃ qui tanguntur amore. hij

Volgiuaga Ven9.

Gordianus. xxij. concubinas habuit.

Priamus Priapus.

Cur adolescentuli oderũt eã cui primũ sunt congressi.

Amator miser.

Amica fingit pauperẽ non cognoscere.

Pauperi desunt amici.

Ast in eost venus: vt muliebria conserat arua:
Affigunt auide corpus: iunguntq; saliuas
Oris & inspirant: pressantes dentibus ora:
Nequicq̃: quoniã nihil inde abradere possũt:

nanq; ignorant quid cupiũt: & cum potiti sũt re desiderata ꝑter cõplexus & brachia superaddunt liuores dentium: morsiũculas labellorũ: papillarũ molles oppressiunculas: quae om̃ia insanorum sunt potius q̃ amatorum. Nec cõstat expone non cognoscunt illi quid teneant manibus & oculis aspiciant: cum aspiciunt & amplectunt corpus desideratũ, superaddunt arctissima vincula cõplexuũ: quae quãdoq; corpus amatũ lędũt. Morsus liuores inducunt in amatoribus difficulter sanabiles: rationẽ assignat Albertus libro de aialibus septimo: Alexãdro missam fuisse puellam: ex cui' morsu moriebant hoies sicut ex morsu serpentũ: & humor saliualis in ipsa fuit venenũ. Narrat Auicẽna tẽporibus suis fuisse hoiem: quẽ venenosa pungentia cauda vel lingua fugieb ãt: & statim vt pupugerãt eũ moriebant: & ipse homo remansit illęsus: & serpens qdã magnus momordit eũ: & statim mortuus fuit serpens non inducens in viro nisi ephimerã duoꝝ dieꝝ. Adhuc inquit Albertus me praesente in Colonia agrippina multis socijs nostris offerebatur puella triũ annorum: quae statim vt dimittebatur de manibus nostris per angulos parietum discurrebat quęrẽdo araneas: & omnea paruas & magnas comedit & proficiebat ex hoc cibo: & multum prae omnibus cibis desiderauit eum. Quid fruatur. Non cognoscunt enim se frui corpore desiderato cum id aspiciunt. aspectum enim tuendo non possunt explere. Iuxta illud Virgilianum Nequeunt expleri corda tuendo. Premunt. Pressura cõplexuum asserunt: deuinciunt & astringunt. Autẽ. Boni codices habent arcte. i. stricte & applicate. inijcit enim collo amicę arctissima vincula: quae nec cõchę nec ederę vincere pñt. Faciũt dolorẽ corporis. Ita corpus opprimunt & arctissime constringũt vt amicae dolorẽ inferãt. Dẽtes. Liuorẽ hanc dentis lasciuoli notã poetę vocãt: in primisq; mellifluẽs Tibullus. Quo liuor abiret: Quẽ facit impꝛẽsso mutua dẽte venus. Liuere est verbũ: qđ significat liuorẽ dẽtib' infigere. Ouidius. Nã melius ꝓssis fuerat liuere labellis: Et collũ blãdi dentis habere notã. Affigunt. Flictu & cõtritu rabidi oris opprimũt. Pura. Hoc faciũt amatores insani: qui purã voluptatẽ non capiunt: sed eorum amatio est isana. Et stimulos. Amoris furiosi incitabula: quę stimulãt amatorem ad has flammas impuras.

Subsunt. Subministrant. Qui. Stimuli. Instigãt. Incitant. Lędere. Per liuorem offendere. Id ipsum. Corpus amatum. Quodcũq; est. Etsi cognoscãt amatores illud corpus esse gratũ & desideratũ. Vnde. A quibus stimulis. Rabies. Rabiosus amor. Illi. Amatori. Germina surgũt. Corrige ex reuerendae antiquitatis exemplaribus. germinat vrgens. a quibus stimulis rabies vrgens & exardescens germinat, crescit, & pullulat. Sed leuiter. Procederet haec rabies amãtũ ad vsq; perniciẽ: nisi voluptas q̃ ex suauitate veneris elicitur rabiẽ infringeret & tolleret. Leuiter frangit. Paululum interrumpit & debilitat. Poenas. Vulnera blandi dentis quibus amasiã conficit amator. Refrenat morsus. Cohibet liuorẽ morsiuncularũ. Sic eñ vocantur a Plauto nostro. Namq; in eo. Amator cupit cũ re amata cõgredi q; sperat ardorẽ inde posse restingui vnde originẽ sumpsit & initiũ. In eo spes est. Restingui posse ab eodẽ corpore flammã. Quod fieri. Sed natura bene viuendi dux & norma docet ardorẽ nõ extingui posse in corpore amato qm̃ haec res eiusmodi est vt quo plura habemus plus ardescim' & ferimur ad amandum. Res haec. Iste amor. Quo pluria habemus. Quanto magis explemur voluptate: tanto magis grauescit ardor. Huc vergit illa sententia Tibulliana. Sed corpus tetigisse nocet: sed longa dedisse Oscula: sed femori conseruisse femur. Totũ. Penitus. quidã codices habent corã hoc est manifeste oculata fide cõtrariũ euenire cognoscunt oẽs. Pluria. Pro plura vel auctore Prisciano. Pectus ardescit. Aestuat & plus petit. Dira. Nimia & violenta. Cupidine. Cupiditate. sed a cibo ganeato metaphora est: qui per cupedinem significatur q; maxime gustãtes maxime appetimus: vnde cupedia irritamẽtum gulae & sagina, indagoq; cibaria. Theodori libro octauo de aialibus verba sunt haec. Serpentes omnium maxime animalium vel cupediae dediti sunt. scripsit Aristoteles. λιχνότατοι. Adsumitur. Recipitur in vẽtrẽ. Quae. Cibus & humor. amor nõ aeq̃ satiare potest vt cibus & potus. haec enim duas partes corporis obsidentes illas copia sui replent. sed simulachrum pulchrae puellae nil insinuat corpori amatoris praeter imaginem tenuissimã: quae voluptatẽ & ardorẽ nõ potest explere. Obsidere. Occupare: ꝓ obsidere: sicuti dicebãt feruere ꝓ feruere. Hoc. Ab hoc. Cupido. Desideriũ edẽdi & bibẽdi. Quę. Simulacra pascentia animũ amatoris.

Spes misella. Spes miseros reddẽs amãtes: q sperãdo cõficiunt. Spes fallax dea dr ab Ouidio. Illa (inqt Tibullus) etiã dura solat cõpede vinctũ. Euripides. ἐλπὶς γὰρ κενὸν (?). Raptat. Rapit i vẽtos & irrita facit. Vidi auctore Plauto, spẽ decepisse multos. Vt bibere. Spe vana imo specula decipiũt amatores nõ secus ac sõno oppssi vident adstare fõti: nec tñ bibere pñt aut siti explere ordo. vt sitiẽs q q̃rit i sõnis bibere. Humor nõ dat. quo possit ardẽtẽ sitĩ explere. Qui. Quo hũore & liquore aquatico. Stiguere. Cã metri ꝓ extinguere & exsaturare. Laticũ. Aquaꝝ. Petit. Ille soporat' & dormitãs. Flumie. In medio imaginis: q̃ silia sit flumini. Sic. Nõ secus ac imago aq̃ ludit in sõnis sõniantẽ. Simulachris. Imaginib' q̃ obuersant amatoribus. Amãtis. Amatores. Nec manib'. Sẽsus est: cũ amoris nulla sit expletio amatores oculos spectãdo satiare nõ pñt nec manib' tãgẽdo: q̃uia rabidi libẽter si fieri posset vellẽt asportare aliqd ex illis mẽbris: qd amoris esset monimẽtũ sui. Errãtes. Dubitãtes: ignari qd faciãt. Mẽbris collatis. Cũ femori cõseruere femur. Flore ętatis. Cũ in eũt amoris ꝓlia & iuuẽtutẽ pudoreq; ꝓflorãt. Iã tum. Cũ ꝓludũt veneri velitantq; ocellis & osculis & ãplexib': q̃ vltimę amoris lineę sũt ꝓuia. Pręsagit. Pręsentit. Gaudia. Voluptatẽ venereã futurã. In eo est venus. Graphica & elocutilis figura dicẽdi significãs id venus meditat: parat. Muliebria cõserat arua. Folliculũ foemineũ: locos muliebres. Interfoemineũ hoc est interiorẽ vuluã: rẽ turpẽ velauit verbis honestis. Sic Maro cũ de equab' ageret. Hoc faciũt nimio ne luxu obtusior vsus Sit gẽitali aruo & sulcos oblimet inertes. Cõserat. Semine impleat. natura pruritũ veneris genuit ad reparationem speciei. Saliuas. Spumida basia & rabiosa. huic cõcinit id epigrãmatici poetae. Nec sint basia muta nec maligna: Nec clusis aditũ negent labellis. Inspirãt. Animũ cũ basijs insinuãt. Basia inqt Plato, dans Agathoni aiam ipse in labra tenebã. Aegra eteñ properãs tanq̃ abitura fuit. Pressantes. Valde ꝓmẽtes. Nequicq̃. Incassum simul hęrẽt implicatissimi & ambitiosissimi amatores: cũ inde nihil auferre possint. Dãni pars caret illa metu: vt festiuiter inquit Ouidius.

Morsiunculę. Oppressiunculę. Liuores non cito sanari. In puella saliua venenum. Puella araneas comedẽs. Liuor. Liuere. Pluria. Cupedo. Obsidere. Spes misella. Stiguere. Folliculus. Loci. Interfoemineum. Arua muliebria. Ambitiosissimi amatores.

Nec penetrare & abire ĩ corpꝰ corpore toto.
Nam facere interdũ velle & certare videtur.
Vsqueadeo cupide veneris cõpagibꝰ hęrẽt:
Membra voluptatis dũ vi labefacta liquescãt:
Tandẽ vbi se erupit neruis cõiuncta cupido:
Parua fit ardoris violenti pausa parumper:
Inde redit rabies eadem:& furor ille reuisit:
Cum sibi qđ cupiãt ipsi contingere quærũt,
Nec reperire malũ id possũt q̃ machina vicãt:
Vsqueadeo incerti tabescunt volnere cæco.
Adde q̧ adsumunt neruos:pereuntq̧ labore.
Adde q̧ alterius sub nutu degitur ætas.
Labitur interea res:& babylonia fiunt:
Languent officia:atq̧ ægrotat fame vacillãs.
Vnguẽta:& pulcra in pedibꝰ sicyonia ridẽt.
Scilicet & grandes viridi cum luce smaragdi
Auro includuntur:teriturq̧ thalassina vestis
Assidue:& veneris sudorem exercita potat:
Et bene parta patrũ fiunt anademata:mitrę:
Interdum in pallas aclides & iatria vertunt
Eximia veste:& victu:conuiuia:ludi:
Pocula crebra:vnguẽta:coronę:serta parãt:
Nequicq̃:quoniam medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid:qđ in ipsis floribꝰ ãgat.
Aut cũ consciꝰ ipse animus se forte remordet
Desidiose agere ætatem:lustrisq̧ perire:
Aut in ambiguo verbum iaculata reliquit:
Quod cupido affixum cordi viuescit vt ignis.
Aut nimium iactare oculos:aliumue tueri
Qđ putat:in vultuq̧ videt vestigia risus.
Atqui in amore mala hęc ꝑprio:sũmeq̧ secũdo
Inueniũtur:in aduerso vero atq̧ inopi sunt:
Prendere quæ possis oculorũ lumine aperto
Innumerabilia:vt melius vigilare sit ante
Qua docui ratione:cauereq̧:ne inliciaris.

¶ Nec penetrare. Obtundant inuicem pectora:luctentur copulatissimi amatores:hęreant cõpagibꝰ quãtũ põt firmissimis:nõ tñ alter vt Salmacis in corpꝰ alterius penetrare poterit. Abire. Trãsfũdi. In corpus. Amatũ. Facere. Id qđ supradiximꝰ penetrare & abire in corpus amatum. Cõpagibus. Copulatorıbus:vinculis. Membra liquescant. Resoluãtur in sudorẽ aut semen. Labefacta. Agitata:cõcussa. Vi voluptatis. Impetu veneris. Tandẽ. Sed cum ad finem cliui noster anhelat equus:hoc est cũ expleuerimus venerem paulisper rabies illa residet. Sed paulopost rediuiua recrudescit & recentatur. Neruis cõiuncta. Cũ incipiunt agitata tumescere virilia tormẽto citharaq̧ tẽtiora, opus est ad hãc rigidissimis neruis vt stẽt mẽbra quę iacebãt ãte.

Sine neruis nil fieri.

Nã auctore Arbitro Petronio sine neruis assũt stare nil potesse. quidã venis legunt: vt sit sensus. Quæ voluptas in venarũ interiori fomite bacchabatur.

Pausa.

Pausa. Quies. Reuisit. Retrocedit & retrogredit. Sibi quod cupiant. Ordo. dũ ipsi querunt quod cupiant sibi contingere. Quæ machina. Quod adminiculũ auxiliũ, cõsiliũ. moliũtur:machinantur: parãt oĩa amatores ad explẽdũ desideriũ:qđ tamen contingere non possunt. Vincant. Enicos scribe vincat:& refertur ad vocem machina. Incerti. Propositi sui nescij. Tabescunt. Macerãtur. Volnere cæco. Cuius origo & curatio nemini nota. nullis amor est medicabilis herbis. Adsumũt. Lege absumũt: exhauriunt, & exinaniũt. Neruos. Vires q̃ domiciliũ

Incõmoda amoris.

& sedẽ habẽt in neruis. nũc amoris incõmoda refert. In primis corpus viribus exhaurit pallidũ reddẽs & exangue. Fecit amor maciẽ: lõga internodia crurũ inquit Ouidius. Idẽ. Longus amor tales corpus tenuauit i vsus: Aptaq̧ subducto corpore mẽbra dedit. Sub nutu. Sub imperio:sub seruitio alterius:cũ nulla seruitus deterior sit q̃ voluntaria. Consimiliter Tibullus libertate se spoliatum conqueritur. Iam mihi seruitium video: dominãq̧ paratam. Iam mihi libertas illa paterna vale. Suffragatur huic sententię Propertianus ille versiculus. Nullus liber erit si quis amare volet.

Res

Labitur. Effluit:disperit. Res. Patrimonium. Ausonius in monosyllabis. Imperium:litem:venerem:cur vna notet res. Babylonia. In quibusdam codicibus legitur vadimonia vt sit hic sensus. dum quis rebus amatorijs implicat̃: periculis obuersatur:causas capitales incurrit:ad quas euitandas & declinandas vades dare compellitur.

Vadimonia.

Vadimonia dicũtur actiões illę quando qs vadẽ offert fideiussorẽ videlicet ꝑ capite suo. Iuuenalis. Differt vadimonia ꝑtor.

Vas. Pręs.

Vas fideiussor in re capitali: pręs in nũmaria. Curtiꝰ. Virtutẽ meã ꝑdẽ & vadẽ do vobis. Thales monebat declinãdũ esse vadimoniũ.

Babylonica.

Alibi codicũ Babylonica scribit̃ vbi vestes plumario & polymitario ope illusas intelligimꝰ: quæ babylone tingebãtur aut variabantur acu. vt sit hic sensus: amatorem dum sumptu electili, mundiori, nitidioriq̧ supellectile vult viuere:emere Babylonica: quæ cum magni veneant patrimonium deuorant & stringunt: pauperat se & suos. Babylonica dicebantur quę auctore Hieronymo erant varijs floribus distincta vt non intexta sed inserta credere posses: dicta Babylonica q̧ Babylon prima hijs sit vsa. Id Plyniꝰ docet libro octauo.

Colores diuersos picturæ intexere babylon maxime celebrauit:& nomẽ imposuit. Plurimis vero licijs texere:quæ polymita appellãt: Alexandria instituit. scutulis diuidere gallia. Metell⁹ Scipiõi tricliniaria babylonica sestertiũ octingẽties venisse iam tunc posuit in capitalibus criminibus. hodie tricliniaria huiusmodi aulęa vernacula simplicitas pãnos Arabiæ dictitat. Languẽt. Frigescũt officia:qbus irrequies amator anteq̃ insanisset amicis operã in foro dare solebat:nunc amicę in lecto. Egrotat. Titubat:euanescit. Vacillans. Nutans & inclinãs ad infamiã. Rident. Splendent:decent: vt blandiri risu quodam mundissimo videãtur. hac elocutione vulgus vtitur calceũ in pedibus ridere dicens cũ aptissime quadrat & cõuenit. Sicyonia. Calceamẽta muliebrib⁹ viris,fluxis & eneruib⁹ vsitata. Marci Tullij verba subscripsi libro de oratore. Vt si mihi calceos sicyonios attulisses non vterer q̃uis essent habiles & apti ad pedem:quia non sunt viriles. Lucilianũ carmen hoc est. Et pedibus lęua sicyonia demit honesta. a Sicyone vrbe græciæ dicebanturq; illic faberrime fiebant. Sicyon,inquit Suidas,de ciuitate tamẽ intelligẽs: vocata Hellas:in qua prim⁹ regnauit ægialeus. In hanc sententiã scribit Stephan⁹ Byzantin⁹. Sicyon ciuitas peloponessi. dicit̃ fœminine & masculine. eadem vocatur Mecon & Telchinia. Ciuis sicyonius:& calciamẽta sicyonia. Thalassina. Veneti coloris & marini. Docuimus alibi thalassinũ colorẽ: venetũ:glaucũ:cæsiũ:& cæruleũ eundẽ eẽ: vel nõ longe dissimilem. Thalassina vestis coloris aquæ maritimæ videt̃ amori conuenire & Veneri. q̃m illa ex spuma maris est edita. Cui allusit Ausonius. Orta salo:nutrita solo. Thalassa græcis mare dicitur. vnde Ambrosio Thalassometra: vt mẽsorem maris non indigne significaret. Veneris sudorẽ. Quẽ ebibit extractũ in cõflictu venereo. Bone pta patrum. Quę viriliter & laboriose patres & maiores nostri pepererunt. Dicũtur parta maiorum fieri anademata quoniã ex hijs bonis vẽditis anademata cõparãtur. Anademata. Redimicula,corollæ, & ornamenta capitis:ab hoc verbo ἀναδέω quod significat coronare & circũligare. hic faciũt verba Sudæ. ἀναδεῖ. ἀναπλέκει στέφει. καὶ ἀναδεῖσθαι. στεφανοῦσθαι καὶ ἀναδούμεθα στεφανούμεθα. Paulus digestis de auro & argento legato. Sicut mitrę inquit & anademata. quidam græcos secuti anadesmata scribunt. Vide ne anadema sit fascia candida: quæ circũligatur regio capiti. Mitræ. Mitra ornamentũ capitis muliebrib⁹ & effœminatis conueniens:cuius diminutiuũ est mitella:quod patet eo marontano testimonio. Copa syrisca caput graia redimita mitella. Interdũ in pallam atq; allidẽs iachiaq; vertunt. Corrige meo quidẽ periculo. Interdũ in pallas aclides & iatria vertunt: vt sit hic sensus. Tanta est hominũ cæcitas amoris vredine raptorũ vt vertant hoc est cõmutẽt arma muliebrib⁹ vestibus:& medica atq; salubria mũdo fœmineo: cũ malint amori indulgere q̃ bello salutiq; propriæ. Pallã enim scimus esse muliebre vestimentũ vel ex fabula plautina menechmia. Aclides sũt breuia iacula: de quibus Maro libro septimo. Teretes sunt aclides illi Tela. sed hæc lento mos est aptare lacerto. ἰατρεύω significat medeor ἰατρεῖον medicina hoc est officina vbi medelæ fiunt. iatria medicinalia: quæ sunt preciosissima: vtpote cũ gemmatis cõtineantur vasis:q̃ magni censentur. Reperio in nonnullis exẽplaribus. Interdũ in pallã in stlitas & iantina vertunt vt significare velit illũ permutare stlitã vestẽ hoc est lata purpura intextam. vertunt igitur mutãdo: distrahẽdo: vendendo: emẽdo: resarciendo: interpollando pallã in stlitam vel stlatã hoc est lata purpura textam:& repudiata palla & stlita optant violaceos colores. Iantina vestia est coloris violæ quæ subinde tyrio iungebatur:& tyriantina vocabatur: cui suffragatur epigrammatici vatis auctoritas. Lingonicus tyriantina bardocucullus. ἴον græci violã vocitant. huc nõnulli trahunt id Persianũ Cui circa humeros & iantina læna est. hoc carmẽ a sequenti separandũ est. Alij recognoscũt iterdũ in pallã & qualos & iachia vertunt. lectio superior accõmodatior est. Eximia veste. Parãtur conuiuia veste purpurea triclinijs ornatis parietibus & abacis. Ludi. Scenici apparat⁹: qui p̃ciosissima supellectile parabãtur. Serta. Differt sertũ a corona. est eñ catholica dictio corona. serta specialis continẽs dũtaxat coronas quę dicunt̃ seruiæ: quæ multis & multicolorib⁹ floribus contexebãtur. Nequidq̃. Quoniã curæ sequaces nos e medijs leporib⁹ abripiunt. Fõte. Copia scaturiẽte & p̃fluente. Surgit. Emergit: enascit̃. Floribus. In medio deliciarũ aceruo. Angat. Cruciet: vnde angina morb⁹ fauces occupans. Aut cũ. Nos resipiscẽtia & virtus ai vitija cõtraria retrahit a delicija: quæ nos admonet viuere desides: in ocio: in ignauia: in veterno: quod virum fortẽ planeq; virilẽ dedecet. Lustris. Lupanarib⁹: locis meretricija. vnde lustrari lupanaria frequẽtare. Confectus lustris senex dicit̃ a Plauto. Autq;. Desciscimus q̃nq; & rebellam⁹ ab amore cũ amasia verbũ in nos ambiguũ & dubiũ iecit: quod cõtra nos deprõptũ esse credam⁹: tunc suspicãtes nos illi esse fastidio deponim⁹ amorẽ. In ambiguo. Verbũ amphibologicũ qđ i nos dici sentire possum⁹. Iaculata. Iaciẽs amica. Reliqt. Infixit p̃petuo residẽs. Quod. Verbũ ambiguũ. Vt ignis. Nos icẽdit ad vltionẽ & exardescere facit ad irã. quæ vt inqt Aristoteles, est accẽsio sanguinis circa cor. Aut. Subintellige vel hoc nos retraxit ab amore cũ aspexerim⁹ riualẽ nostrũ nos irridere sensim & tãq̃ mẽsurãtes arenã subsannare. qđ Propertio p̃suasit ab amore cessandũ. Risus erã positis inter conuiuia mẽsis: Et de me poterat quilibet esse loquax. Nimiũ iactare oculos. Vndiq; frequẽter oculos versare & aspicere nũqd frustra sit: quo negocio & molestia vt multi careãt amori renuntiare malunt. Q̃ putat. Et in vultu illius risum putare inesse: qđ & ille putabat. Credebat eñ amator illũ delitia sua ridere: & qđ putabat erat. Ordo. & anim⁹ se retrahit ab amore q; putat aliquos in se nimium iactare oculos: & aliũ tueri se in amore scilicet delirantẽ: & videt vestigia risus in vultu. Atqui. Prosequitur amoris incõmoda vt ab illius flãmis animũ eruditioni deditũ retrahat. Proprio. Mutuo: reciproco. verus amor est mutuus. Summe secũdo. Valde obsecundãte & amãti ośequẽte. In aduerso. Cum multa sint incommoda in amore secũdo quãto plura credere debem⁹ esse illa: quæ amorẽ sinistrũ & aduersum comitantur quæ oĩa fide oculata p̃cipere poteris. Inopi. Sterili. Sẽper egenus & inops est amor auctore Plotino & Platone. quoniã ort⁹ est ex Penia inopiæ dea: & affluẽs est referẽs Poron patrẽ affluẽtiæ numen. hocq; in orto Iouis patratũ est. Miser est oĩs q amat auctore Plauto eo magis inops. q̃m vt inqt ille, Paup amet caute: timeat maledicere paup: Multaq; diuitib⁹ nõ patiẽda ferat. Inops est amor dict⁹ q; iopes quoq; reddit: nec tã crumenæ q̃ mẽtis: q ingẽti vastatione in musæo nr̃o peculationẽ facit p̃egrinos scholasticos adortus: q rẽ & tim perdũt: dũ malunt olere vinũ q̃ oleũ: de quib⁹ (malos & dischołos exagito) graphice cecinit Architrenius. Hi sũt q statuæ veniũt, statuæq; recedũt: Et bacchi sapiũt nõ phoebi pocula: nisæ Agmina non cyrrhæ. sed vt prædixim⁹ hoc i comessatores dũtaxat dictũ sit. paucoꝝ. n. nota nõ strigim⁹ oẽs. Prẽdere. Percipere: cognoscere.

Polymita. Tricliniaria Panni arabiæ. Ridere. Sicyonia.
Thalassina Venetua. Glaucus. Cæsius. Ceruleua. Thalassometra. Anademata. Mitra. Mitella.
Palla. Aclides. Iatrion. Stlita. Iantina vestis. Tyriãtina.
Sertum. Corona. Seruię coronæ. Lustrari. Ira.
Poros pater amoris. Sẽper egenus amor. In bibaces

Oculorum lumie apto. Oculata fide. reperio in nõnullis exẽplaribus lumine operto. Hoc sensu. amori tam euidẽtia insunt incõmoda vt & optis & ab amore pstrictis oculis possis illa pcipere. Innumerabilia. Scilicet esse incõmoda: quæ sunt in amore sterili. Vigilare. Vigilãter ac sobrie premeditari ne cadas in casses amoris. sed amorẽ sperne: quẽ q spnit nõ spernit carẽs amoris incõmodis fruct⁹ vberrimos colligẽs: vt explicauim⁹.

Cauere. Melius est te. Ne illiciaris. Ne in amorẽ traharis illicijs & suasabulis. i. psuasionibus fallacibus. qm̃ qui capit̃ difficilius exit e retibus q̃ anteq̃ capiatur cauet ne irretiatur. lego alibi illiniaris hoc est litis visco retibus includaris.

Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur
Non ita difficilest: q̃ captũ retibus ipsis
Exire: & validos Veneris perrumpere nodos.
Et tamẽ implicitus quoq; possis: imq; pedit⁹
Effugere infestũ nisi tute tibi obuius obstes:
Et pretermittas animi vitia omnia praui:
Et quæ corporis eius sunt q̃d perpetis ac vis:
Nam faciunt hoĩes plerũq; cupidine cæci
Et tribuunt ea: q̃ non sunt sibi cõmoda vere.
Multimodis igit̃ prauas: turpisq; videmus
Esse in delitiis: summoq; in honore vigere.
Atq; alios alii irrident: Veneremq; suadent
Vt placent: quoniã fœdo afflictant̃ amore:
Nec sua respiciunt miseri mala maxima sæpe.
Nigra μελάγχρως. imũda: & fœtida: ἄκοσμος.
Cęsia: παλλάδιον. neruosa: & lignea: δορκάς.
Paruula: pumilio. charitonia tota: merum sal.
Magna atq; imanis κατάπληξις plẽaq; hõoris.
Balba loqui nõ quit: τραυλίζει. muta pudens ẽ.

Plagas. Retia. Maro. Retia rara plagę.

Imq; pedit⁹. Impeditus & alligatus. Infestum. Amorẽ viris q curãt cælestia infensum & inimicũ. Apposite itaq; dixit Ouidi⁹ sup his differẽs q ad cælestes nituntur speculatiões. Non venus aut vinũ cælestia pectora fregit. Festiuissime igit̃ Palladas inqt se vxorẽ & grãmaticã ferre nõ posse. cui⁹ gręca carmia salsa prorś⁹ & vrbana subtexere visũ ẽ ꝓpꝛ̃tiũ

vxor & grãmatica ferri nõ possunt. οὐ δύναμαι γαμετῆς καὶ γραμματικῆς ἀνέχεσθαι. γραμματικῆς ἀπόρου καὶ γαμετῆς μαχίμου. ἀμφοτέρων τὰ πάθη, θάνατος καὶ μοῖρα τέτυκται. Τὴν οὖν γραμματικὴν καὶ μόλις ἐξέφυγον. οὐ δύναμαι δ᾽ ἀλόχου τῆς ἀνδρομάχης ἀναχωρεῖν. εἴργει χάρτης γὰρ καὶ νόμος αὐσόνιος. latie sonãt. nõ possũ vxorẽ & grãmaticen sustinere. grãmaticen indigã & vxorẽ pugnacẽ. ex vtrisq; passiones mors & fata parant̃. Ipsam grãmaticen vix dat̃ euadere. Non possũ autẽ ab vxore Andromache secedere: phibet charta & lex ausonia. Tibi. Vtilitatibus tuis. Obuius. Aduersus: cõtrarius. Et ꝑtermittas. Et si tu intẽtus meis rationib⁹ omittes vitia, quæ animũ tuũ oppresserũt. Vt quæ. Corrige. & quę. & poteris effugere nodos amoris si prætermittas oblectamẽta & illicia illi⁹ corporis puellaris aut puerlis q̃d petis. Et quę. Oblectamina: incẽtiua. Sunt. Propria sunt

Forma dei munus. & ei dono deorũ data. Est eñ vt inquit Paris apud Homerũ formositas donũ deorũ preciosissimũ: q̃d etiam volẽtib⁹ nõ contingit.

Eius. Puellæ. Quã. Puellam. Perpetis. Valde petis: efflagitas. Vis. Desideras.

Nã faciũt. Præterea enumerat hoc Lucre-

Deformes amantur. tius inter amoris incõmoda q amator fallitur & tanq̃ cæcus iudex eligit deformes pro formosis: quibus attribuit dotes quasdã quæ in eis nõ sunt: & si appareat nõ dotes vocãdas: sed vitia & notas. Faciũt expone fabricant sibi pulchritudinẽ amatæ: q̃ in ea nulla est. Hoies. Amatores. Cupidine. Ob nimiũ desideriũ potiũdi puella. Cõmoda. Quæ nec cõmoda nec dotes vocãdæ sunt. Vere. Si perpense & examinate appẽdere volum⁹ rem ipsam. Multimodis. Sæpenumero hæc est causa q turpes sunt in delicijs qm̃ cæci amatores ad iudicium puellarũ perspicaces esse non possũt. Prauas. Deformis figuræ puellas. Vigere. Regnare apud quẽpiam exoculatũ amatorẽ. Alios alij irridẽt. Vide hominũ vecordiã: qui inuicẽ se irrident alter alterũ dicẽtes amare turpiculũ scortillũ illepidũ atq; infacetũ: cũ ipsi habitudinis deterioris & deformioris puellã colãt & adorẽt. q̃d facit vt credam⁹ illi Catulliano. Suus cuiq; attribut⁹ ẽ error. Sed nõ videm⁹ mãticæ q̃d in tergo est. Vt placeãt. Lego vt placẽt. hoc sensu. Sũt qdã ex amatorib⁹ irrisores q cũ ipsi scorta colant scortea: alios tñ irridẽt & suadẽt vt venerẽ placẽt: & irato cupidini sacrificẽt: sedẽtq; idaliæ matris irã qm̃ ea irata

Sacrificandũ gratijs. turpiculi scorti amãti obiecit turpẽ faciẽ & personatũ monstrũ. Simile illud est q̃d accepim⁹ de Platone: q tristem nimisq; matutinæ & caperatæ frontis Xenocratẽ hortari solebat vt gratijs sacrificaret: quo esset hilarior.

Qm̃. Causa cur amic⁹ psuadet amico vt venerẽ placet hęc est. qm̃ dicit illũ implicitũ esse amori fœdo: a quo ven⁹ placata & litata liberare põt. Afflictant̃. Dicũt amicos suos affligi. Fœdo. Turpi: deformi. Nec. Et hij q consulũt alijs nõ cognoscũt se in eodẽ hærere luto. nec. n. amor suus amici supat amorẽ. Mala. Turpia amoris infortunia: q̃ hoiem sui imemorẽ alligãt tali mõstro: quã merã venerẽ putat. Iuxta illud vulgatissimũ

Amantes excordes. Nęuus in digito pueri delectat Alceũ. Nigra. Oi verborũ lepiditate subsannat deliros & excordes amãtes: q viuẽtes aliena aĩa: loquẽtes aliena lingua: audientes alienis aurib⁹: cernẽtes nõ suis oculis: minime cognoscũt vitia puellarũ: quas diligũt. Sed cũ mali & boni sit q̃dã ꝓximitas macrã vocãt agilẽ: infuscatã, q̃ sordida sit & immũda: vitia tegẽtes vicinitate decoris oculis ab amore pstrictis. Tale ꝓceptũ est Ouidi i libris de arte amãdi. Dic agilẽ q̃cũq; breuis: q̃ turgida plenã: Et lateat vitiũ ꝓximitate boni. Idem in libris amorũ vitia sibi puellarũ excusat & ad formę ꝓcõsiũ trahit. Siue ꝓcax vlla est: capior q rustica nõ est. Spẽq; dat in molli moll⁹ ẽe thoro. Siue est docta placet: raras imitata sabinas: Siue rudis: placita est simplicitate sua. Sẽsus poetę est. Si qua est nigra nõ suo vocabulo vocabit̃: verũ rẽ mollieri⁹ molli dictione. non tñ oẽs excordes sunt amatores

presertim platonici:de qbus id platõ in symposio:adolescentẽ tũc maxime erubescere cernim⁹:cũ amator eũ
turpe qd cõmittere offẽdit. Subdit ibidẽ Plato nõ supina ꝑcrastinatiõe differẽdũ:diuiniorẽ esse amatorẽ ama
to:cũ diuino furore sit rapt⁹.& ęschylũ plane delirasse cũ Patroclũ ab Achille dicit amatũ:q nõ patroclo tñ vę
rũ ẽt cũctis herotbus forma pstabat:eratq; adhuc imberbis:multoq; natu minor vt inquit Homer⁹. μελάγ
χρουσ. Scribũt nõnulli μελανοχρῶς:qua voce significaẽ puella corp⁹ nigellũ habẽs:vt verũ sit illud. Est ẽt in Melacos chros.
fusco grata colore ven⁹.& ita mollim⁹ verbis fictitijs ex gręcia detortis corporis deformitatẽ.In nõnullis exẽ
plarib⁹ legiẽ.nigra melenis:& imũda:q̃ lectio ingenuã faciẽ veritatis refert.hoc exẽplo Marsus poeta fuscam Melenis.
amicã vel Martiale teste melenida dictauit. Sed qm̃ vitia ꝓximitate boni tegere amatores ꝓpositum poetę est
dicere:proinde codices priscos illos seq̃mur i qb⁹ scriptũ est:μελιχλωρος vt suauiter viridẽ latiẽ dicere possis.
Immũda. Si aliqua nõ comiẽ:nõ ornaẽ:olida est & illiberalis: a nobis diciẽ iculta:q̃ scilicet cultũ nõ amet:cũ
ꝑcipua dos i puella sit mũd⁹ vel ansam suggerẽte Plautio sene Stalino:q mũditiãti amori deo infit se initiatũ Mũditians de⁹ amor.
esse. Apud eũdẽ Plautũ.Mũditia esca est aio amãtũ.qs ignorat id Ouidianũ.Mũditijs capimur: nec sint sine
lege capilli.apud eundẽ.Mũditiæ placeãt. Acosmos. Sine ornatu.κόσμον gręci mundũ dictitãt:a qua dictio Acosmos.
ne cosmetas Satyrus vocat ãcillas mũdũ et ornatũ dñæ curãtes:qualis erat illa Ouidiana Nape. Cæsia.Ocu Cosmantę.
los habẽs cęsios & cęruleos.Cæsius colorẽ cœli:nec ab Aristotele ꝓbãtur oculi cęsij sed caprini:cęterũ hi sunt Cęsia.
amabiles. Palladion.Pallas altera.diminutiuũ est a Pallade vt erotium & sileniũ. Hæc.n.dea ab Homero Palladion.
γλαυκῶπις diciẽ q glaucos oculos hẽat. Declarauim⁹ paulo ante cęsiũ colorẽ & glaucũ esse eundẽ. Cęsia mi Glaucopis
nerua vocaẽ q tales oculos hẽat. Neruosa.Durior & asꝑiori ꝑdita corpe. in nõnullis codicib⁹ scriptũ ẽ neuo Neuosa.
sa:qua voce significaẽ illa q̃ neuis sit ꝑdita. Putanẽ.n.neui verucule tumentes q̃ man⁹ lędũt & infestant:cęte Neui.
rasq; corpis ptes:vnde extat id Ciceronianũ.Neuus in digito pueri delectat Alceũ.Ouidius. Null⁹i egregio
corpe neuus erit.Horati⁹.Egregio insꝑsos reprendas corpore neuos. Sunt q putãt neuos maculas quasdam
subnigellas q̃ cutẽ varie collinũt similes alphis hoc ẽ vitiliginib⁹.Insubria nos vulgo dictitat.Hierony.i epi
stola ad Eustochiũ ꝓuerbialiter inqt.optimus q q̃si in pulchro corpe rara neuorũ sorde respergiẽ. Lignea.
Dura:intractabilis. Dorcas. Similis corporis aspitate dorcadi caprę: de qua epigrãmatic⁹ poeta. Deliciũ Ibices.
puo donabis dorcada nato. Iactatis solet hanc mittere turba togis. Dorcadas Plinius capreas & rupi capreas Dorcas.
vocat:inter quas enumeraẽ ibices pnicitatis mirãdę,q̃ q̃ onerato capite vastis cornib⁹ gladiorũq; vaginis:ee
se librãt vt tormẽto aliquo rotatę in petras potissimũ e monte aliquo in aliũ trãsilire cupiẽtes:atq; recursu pni
ci quo libuerit exultant. hoc aial audio stãbuchũ dici. Magn⁹ Albertus libro de aialibus octauo ait in alpib⁹
altissimis germanię esse ibices: q alio noie capri mõtani vocãtur:quorũ peculiare est pulegio plagas suas sana
re.q̃uis mẽdum sit in Alberto.Irbices.n.vbiq; scriptũ est perperã ꝓ ibices.Idẽ libro duodecimo. Apud nos
autem nullum omnino animal inuẽtũ est qd cursile sit aut agile,& tã ingentia cornua habeat sicut caper mon
tanus: quem latine ibicem vocant. huius enim cornua a capite vsq; ad clunes protenduntur: & cadens ab
alto totum corpus inter cornua protegit a collisione:et ictus lapidum magnorum excipit cornibus. Par
uula. Si breuis habitudinis est amica pumilla vocatur. Scitis enim pumillos et pumiliones latinos appel
lare quos gręci νάνους q̃uis priscus poeta dixerit nana per salicta.Magnus Albertus lib.de animalibus.xxi. Nanus pumillus.
pygmęum esse irrationabile animal tradit etiã si loquatur & memoria non careat.Causatur eñ locutio sua ex
vmbra resultãte in occasu rationis. Tota merũ sal. Q uę vndiq; salibus et vrbanitatib⁹ scatet et facetijs abũ
dat,charitonia vocatur:quoniam merum sal loquitur gratiæ refertissima et leporis:cuius os,& calliopen de
niq; eius totã et gesta quęq; ven⁹,quęq; minerua probat. Charitonia.Per hãc vocẽ gratia venalis signifi
catur: q hęc puella tãto lepore referta est vt se vendat gratia verborum: quibus extremis pedicis animos al Charitonia
ligat.χάρις gratia dicitur.ὤνιον venale. Immanis. Staturosa:excedens matronalis proceritatis habitudinẽ.
quã graphice describit Ambro.lib. vj.hexameron in hęc verba. Tum ipsa habitudo corporis suauis et grata Habitudo.
vt neq; belluina vastitas horrori sit:nec gracilitas tenuis ĩfirmitati. κατάπληξις. Subintellige diceẽ.signifi
cat hęc dictio stuporem.quę inqt pręter modũ excedẽtis est staturę κατάπληξις vocabitur hoc est stuporem Cataplexis
cũctis spectantib⁹ inijciet:vt oẽs illã suspiciãt et admirenẽ tanq̃ mole gigantea sit ꝑdita:qua admirationem
mortalibus inferat. Plenaq; honoris. Subintellige vocabitur. oẽs illã dicent iunonia quadam corporatura
donatã:honorata:sublimi:excelsa:ꝑclarissima:q̃ referat illũ Dianę reuerẽtia et maiestate plenũ honorẽ : q̃ gra
diens deas supereminet oẽs: et toto vertice supra est. Balba. Sed quę balbutit excusamus q fœminis decor
est quędã male reddere verba. Discũt posse min⁹ q̃ potuere loqui. Loqui nõ quit. Ex illo vitio loqui nõ põt
qd græci traulismon dicũt:sed tertiata verba loquitur et intercisa. Τραυλίζω. Balbutit. Τραυλίζω balbutio. Traulismos.
Τραυλὸς balbus.meli⁹ leges traulizis:& diceẽ supple hoc est balbutiẽs. Q uoniã hic fit mentio de noĩbus gręcis significãtib⁹ vitia puellarum:q̃uis hoc mulieri ꝑdifficile sit cũ natura suapte multiloqua sit:Obiter nõ erit
indecẽs aut insuaue fœminæ naturã exprimere. Facili⁹ mulier inclinaẽ ad pietatẽ et beniuolentiã q̃ viri: et ci
tius lachrymaẽ et magis est inuida & magis cõtentiosa & litigiosa & rixosa:et diligit castigare siue criminari:
& nequitia aię maior est in fœmina q̃ in viro. Est etiam debilis speciei siue fiduciæ & mẽdax magis q̃ vir et in
uerecũda & facile decipiẽ: eo q est mali iudicij:& habet ex frigiditate cõgelãte aliquid fortis memoriæ in ma
lis ex frigido cõprimente.& quia corpus eius nõ consumit neq; repellit a se cõtinuũ est pigra & segnis. Addit
Auicẽna q in rebus honestis & bonis et regimine sunt magis stultæ & magis recipiẽtes res viles:& sunt frau
dulẽtę & fraudes recipiẽtes ab alijs:& magis paratę ad malas cõsuetudines:ꝓpter quod etiã propriũ subiectũ
nõ habẽt in eis virt⁹ et honestas:& est vniuersaliter fœmina grauis mot⁹. Muta. Si q̃ est muta puella: & vix
tria aut quatuor verba ꝓnunciãs,vocabitur pudẽs:tanq̃ pudenter loquaẽ parce et sobrie. quoniã auctore.M. Tacita mulier bona.
Plauto:tacẽs mulier q̃ loquẽs melior. Vel natura balbutiat vel morib⁹:de qbus intellexit Hierony.in epistola
ad Eustochiũ:ita scribẽs. Nõ delumbẽ matronarũ saliuã delicata secteris:q̃ nũc strictis dẽtibus,nũc labijs dis
solutis balbutientẽ linguã in dimidiata verba moderanẽ:rusticũ putãtes omne qd nasciẽ. Inde illis adulteriũ
etiã linguę placet. Signũ q lingua lata mollis sit apta ad bñ loquendũ:inqt Albert⁹ lib. xij.de aialib⁹: est q
ŋ qui linguas ligatas hñt trabuli aut blesi aut alias actiões habẽt ad male loquẽdũ. Scribe tñ in Alberto trauli
nõ trabuli. Subdit. accidit autẽ hoc ipedimentũ quarũdã literarũ magna & inspissata aut magna & dilatata

At flagrãs: odiosa: loquacula: λαμπάδιον fit.
Ἰσχνὸς, ἐρωμάνιον: tum fit: cũ viuere non quit.
Prę macie ῥαδίνη: verost iam mortua tussit:
At lamiast: maniosa deost certe ipsa ab iaccho
Simula: σιλήνη: at saturast λαλοῦσα, φιλοίμη
Cętera de genere hoc lõgũst: id dicere coner.
Sed tamen esto iam quanto vis oris honore.
Cui veneris membris vis omnibus exoriatur:
Nẽpe alię quoq; sint: nẽpe hac sine vixim9 añ.
Nẽpe eadẽ facit: et scimus facere oĩa: turpis
Et miseram tetris se suffit odoribus ipsa.
Quã famulę lõge fugitãt: furtimq; cachinnãt.
At lachrymans exclusus amator limina sępe
Floribus et sertis operit: posteisq; superbos:
Vnguit amaracino & forib9 miser oscula figit.
Quẽ si iam immissum veniẽs offenderit aura
Vna modo causas abeundi quęrat honestas:
Et meditata diu cadet alte sumpta querela:
Stultitiæq; ibi se damnet: tribuisse ꝙ illi
Plus videat: q̃ mortali concedere par est.
Nec veneres nostras hoc fallit: quo magis ipę
Omnia summopere hos vitę post tenia cęlant
Quos retinere volũt: ascriptosq; esse ĩ amore:
Nequicq̃: quoniã tu animo tamen oĩa posses
Protrahere in lucẽ: atq; omneis inq̃rere risus.

lingua ad pnũciandũ indigentibus: sicut est apud latinos r & s. paruũ eñ est in magno sicut dixit Pythagoras: & nõ magnũ ĩ paruo.

Lãpadion.

Flagrans. Si vero inuenitur puella: quæ sit colore rubẽti paululũ citra decorẽ, lampadiõ nuncupabitur hoc est coruscãs & ardescens: emicansq; tanq̃ lampas. vel flagrãs interpretare excãdescẽs: exardescẽs: bulliẽsq; in irã.

Odiosa.

Odiosa. μισουμένη odio digna: quę sit nebulosæ frontis & caperatæ: vnde illi gignat odiũ. qm̃ Sępe, vt scribit Ouidi9: taces odij femina vult9 habet. Ischnos. Tenuis vocabitur: arida: sine succo in loquendo vtpote q̃ tenuiter loquatur & pręparce. ἰσχνὸς eñ macer & tenuis dicitur.

Ischnos.
Loquacula

Loquacula. Amica q̃ garrulitate superfluat: quę nimia sermocinatrix erit: lingulaca, & locuteleia vocabit. Vel eromaniõ. Id est dicacula vel vt ipse mauult loquacula. ἔρω enim apud græcos significat dico. vel quę furiose loquat. sunt qui scribũt eromenion ab amore deflectentes. Cũ viuere. Iunge hęc cum subsequẽtibus. Si quæ puella macie pellucebit vt laterna punica, rhadine nũcupabitur: quę vix præ macritudine viuere potest. Prę macie. Ob maciem corpus attenuãtẽ debilitantemq;. ῥαδίνη. Tenuis: exucca: inanis: minuta. Cæterũ in codicibus antiq̃s legitur ῥοδάνη qua voce significatur trama. Est.n. trama filũ qđ in tela subtexitur minutũ & tenuissimũ: vt decẽter macerrima puella trama vocitet subtilis scilicet & tenuicula. Simile est illud Persianũ. Mihi trama figuræ sit reliqua. Vero est iam mortua tussit. Scribe meo qdẽ periculo βήττω est iam mortua tussi. Si forte, Lucreti9 inqt, quis hęret puellę tussi quasse & vexatæ appellabit illã betto noĩe a tussi detorto. βήττω eñ apud gręcos significat tussio. Si proletariũ & popularẽ codicẽ sequi malueris hic erit sensus: appellãt tenuem puellã, cũ vero hoc est re vera sit mortua tussi nõ emaciata. Sed tussi perinde legendũ erit nomẽ: nõ tussit verbum. cõtinua iugisq; tussis pertussis dicitur.

Rhadine.
Rhodane.
Trama.
Pertussis.

At lamia. Si quæ similis erit lamijs corpe: q̃ faciem quidẽ pulchrã hñt: sed reliquũ corpis hirsutũ: hispidũ: squamosũ: vocabim9 illã ab horrido aspectu lamiã ex lamię similitudine squalentẽ. De lamijs & lamiarũ forma doloq; cantu alliciendi ad se hoĩes: qm̃ similitudinẽ pulcherrimę puellę præferũt: quos allectos deuorent: multa pscripsimus in Plautinis cõmentarijs ex sententia Ioãnis Chrysostomi. Lamiæ infãtes deuorare credunt: qđ Philostrat9 & Horatius poeta conscribunt. Maniosa. Furibunda dicitur etsi horridior sit lamia: cõfinguntq; amatores bacchis esse persimilẽ cum rapiuntur a Dionysio: μανία gręce furor dicit et insania. quid si maniodа scribis? ꝙ μανιώδης gręce dicat furiosus. Deo est certe ipsa ab iaccho. Est id est vocatur ipsa puella maniosa ab iaccho ꝙ videlicet est baccho stimulata. prisci codices: deo quę est icta ab iaccho. si furiosa erit amasia mimallonis vocabitur & baccha icta & agitata furore bacchico. Fœmina percussa tyrso rapitur: agitatur: furit. Hinc Ouidius. Fertur vt aonio baccha rotata deo. Iacchus bacch9 appellatur ἀπὸ τοῦ ἰάχειν qđ significat resonare.

Lamia.
Maniosa.
Mania.
Iach9 vnde

Simula. Habens narem simã. σιλήνη. Antiqui gręci silum nasum dixerũt simũ: vnde silones. Scribit Põpeius silum vocari nasum sursum versus repandũ. At satura est. Corrige: at satura est: hoc sensu. Si qua puella est satyricæ lasciuię vocatur lalusa & philene. Sathy prisca lingua græca significat mẽbrũ virile: vnde sathyre p subagitare et inire epigrãmatistę etsi satire forte nõ male legat. Scribit Pausanias satyros esse præ rabidæ libidinis immo pręposteræ: litoribus quorũ cũ nauis appulisset: fœminas capripedes satyri inuolarũt inscenderũtq; auerse p̃posterã venerẽ exercẽtes. In ęthiopia vltra quendã sinũ, vt Melas ait, mons altus: vt græci vocãt, Theonochema perpetuis ignib9 flagrat: vltra montẽ viret collis lõgo tractu lõgis litoribus obductus: vnde visuntur patẽtes magis cãpi q̃ vt prospici possint. Panũ satyrorũq; hinc opinio causę fidem cepit: ꝙ eũ in ijs nihil culti sit: nullę habitantiũ sedes, nulla vestigia: solitudo in diẽ vasta: et silentiũ vastius: nocte crebri ignes micant: et veluti castra late iacentia ostenduntur. Crepant cymbala et tympana: audiunturq; tibię sonãtes maius humanis. Parerga et hoc ne reticeamus: quando carbones ardẽtes facilius ore cõprimũtur: q̃ bene dicta: fuisse quendam nomine satyrũ Clazomenium: de quo scribitur in problematis encyclicis.

Simula.
Sil9 nasus.
Silones.
Sathy.
Sathyre.
Satyri auerse veneris.

ὥστε παρὰ ἐυτὴν ὥσπερ καὶ σάτυρον τὸν κλαζομένιον, ὄντα φιλολοίδορον φεύγοντα δίκην. ἵνα ὑπὲρ τοῦ πράγματος λέγῃ καὶ μὴ λοιδορῆται τὰ ὦτα ἐπέπλασεν. ἵνα μὴ ἀκούων ὡς λοιδορίαν τρίβηται παρομένου τοῦ ἀντιδικοῦ, ἀφελεῖν, μικρὰ δὲ ἀκούσας ἐπιλέγοντος οὐκ ἀπέσχετο, ἀλλ' ἀκακῶς ἔλεγε. διὰ τὸ ἀκοῦσαι νέσθαι μὲν κακῶς δὲ κρίνομ. latine. Vnde q̄ satyrus Clazomenius pronus admodum erat ad maledicendū eius aures cū accusaretur penitus obstruxerunt: vt cū de re ageretur non in cōtumelias se prouolueret. Postea tamen cum cessante iam aduersario reserassent: et pauca dicente adhuc ille audiuisset: nequaq̄ continere se potuit. sed euestigio maledicta effundere incepit. quoniā sentire iam poterat. Recte autē iudicare iam poterat. λαλοῦσα. Loquacula: lingulaca: garrulatrix. λάλειν grece garrire significat: vnde carmen Euripidis notissimū. λάλειν ἄριστος ἀδυνατώτατος λέγειν. hoc est. garrire optim⁹ loqui ineptissimus. Philęne. Amatorcula: que lasciuia quadā sibi amorē hominū conciliat. φιλεῖν amare et osculari. hic philenium plautina meretrix. in nonnullis codicibus legitur philema: quā vocē si probas osculum interp̄tare. Potuit enī hęc puella lasciua vocari philema hoc est osculum tanq̄ suis gratis verbis mereret̄ osculū. ab osculo philematiō dicit̄. vel q̄ oscula nectarea plenaq̄ ferat. turgida labra ac tumentia gustatu suauia inter osculandū p̄fecti veneris iactitant quā secuti quidā aniam labrosa scribūt nō lalusa. Cętera. Q: si contendā explicare alia noia qualibus puellas appellāt amatores lōgū facerē: et vt aiunt, Penelopę telā retexerē. Sed tamē esto. Cōcedētis est esto. cōcedamus inquit q̄ tuis formosam puellā diligi: illa tn̄ nō cōtenta forma propria adulterinis medicaminib⁹ faciē illinit & fucat. Oris honore. Pulchritudine: venustate: decoramēto. hinc honestū pulchrū dicimus. Cui. Formosę puellę. Veneris vis. Virtus et comptus imitans Venerē. Mēbria omnibus. Per oia membra. Alię quoq̄ sint. Concedamus etiā huic inesse alias dotes pręter istas aut maiores: tn̄ destruit oia bona naturę cū se fucat & expolit hijs minime contenta. Nempe. Cū indignatione p̄fert̄. q̄uis sit formositatis cumulo omni florētissima: tn̄ sine illa antea viximus: & nunc quoq̄ si sani sumus viuere possum⁹.

Lalusa.
Philęne.
Philema.
Philematiō

Ante. q̄ illam cognouerimus. Et miserā. Lege. & misera in. Tetris. Vt sulphur est: qd̄ ad colorē ascitcēdum adhibēt matronę. Suffit. Suffumigat: vnde suffimenta p̄ suffumigationib⁹. Odoribus. Odoramētis vt sit liberali halatu & colore. Longe fugitant. Tanq̄ clamosam & difficilem in cōptu: quā nunq̄ satis expolire possunt: cui morosissimę nunq̄ satisfacere valēt. Furtim. Clam ne sentiat arrogantiā eius exosā & ineptam comendi morositatē. Cachinnāt. Irrident profuso risu laxo & sardonico. Exclusus. Eiectus ab amica cōqueritur insolētiā dominę. Operit. Tibullus. Cū posti florea serta darē. nō minus ineptit Phedromus Plautin⁹ amator: q pessulos irrigat ne inter aperiendū verbū faciāt. Vnguit. Inungit: sicuti tinguit dicitur p̄tingit. Amaracino. Vnguēto delicato ex hęrba amaraco. Miser. Insanus. Quē si iā. Adulescētulos hoscine exclusos videre poteris posti supplices oscula figere: cantilenā illam Plautinā meditari. Sussilite heus pessuli sussilite. qui ijdem cū intromissi sunt feroces euadūt: & ex minima cā offensi q̄runt ipsimet egredi: & ita in quodā veluti freto positi qd̄ volūt nolunt vltro: qd̄ modo appetebāt nūc dānant. Si iam. Paulo post exclusionē: quā tantis p̄cibus appetebat. Immissum. Intromissum & reuocatū intra ostiū. Veniens. Flans. Offenderit. Nocuerit. offendūtur enī amatores ex minimis offensiunculis queādmodū hic offendit̄ a sola aura. Vna. Solus afflatus zephyri. continuo pręter decorum excādescet adolescēs referēs illud vulgatissimū. Non ibo et si me vocet. Quęrat. Videbit illū adolescentē colligere discedendi causas. Meditata. Quā ante diu p̄penderat. Est enī natura querul⁹ amor. Cadet. Excidet: effundet̄. Alte sumpta. Ex alto tracta & a magno recessu. Simile illā Maronianū. qd̄ causas petis ex alto? Ibi. Tūc apud amicā vocabit insanum: delirū: vanū: qui adscripserit sibi illa quę satis essent ipsi veneri. qualis est illa Propertiana exprobratio. Falsa est ista tuę mulier fiducia formę. Olim oculis nimium facta sup̄ba meis. Noster amor taleis tribuit tibi cynthia laudes: Versibus insignē te pudet esse meis. Mistā te varia laudaui sępe figura. Vt qd̄ nō esset esse putaret amor. Tribuisse q̄ illi. Q: id amicę tribuerit & ascripserit. Videat. Cognoscat: nunc patefacto rōnis oculo: qui pręstrictus antea ab amore lāguescebat. Ordo. ibi se dānet stultitię q̄ videat se tribuisse plus illi q̄ par est cōcedere mortali. Par est. Cōueniat. Nec veneres nostras. Amicę nostrę nouerunt hos animi nr̄i fluctus: quapropter dicūt illā sententiā Plautinā. vnū quodq̄ istorū verbū nūmis philippeis aureis nō potest auferre si qs emptor venerit. Hęc recte: quę tu in nos dicis aurū atq̄ argentū merū est. Fixus hic apud nos est anim⁹ tuus clauo cupidinis. Remigio veloq̄ q̄tū poteris festina & fuge: q̄ magis te in altum capessis tā ęstus te in portū refert. Veneres nostras amicas interp̄tare. sic enī antiqui vocabāt. Properti⁹ lib. ʃ. In me nr̄a venus noctes exercet amaras. Hoc fallit. Hoc latet. & puellę nouerūt verba amatoris esse vana, & mera incitabula veneris. Sed eruditius sic expones. Et veneres nostrę nouerūt plus amatores sibi q̄ deceret tribuisse: nec falluntur sibi talia nō esse: quę ementiunt̄ amatores falso formę fuco persuasi. Cęlant hos. Amatores clā habēt nolūt amatores cognoscere fraudes suas. Vitę post tenia. Corrigendū duco vitę p̄scęnia: exponasq̄ vitę meretricię fallacis & supparatę pretextus & velamēta: quę aliud p̄fert in fronte: aliud habet in recessu. Sunt enī insidię meretricię & doli tecti ne cognosci possint ab amatorib⁹: nō secus ac ligna p̄scęnij: q locus est ante scęnā: cariosa q̄nq̄ et nō exasceata babylonicis & peristromatis siparijsq̄ velant̄: quo locus scęnę sit comptior & honestior. Adiuuat qd̄ legim⁹ Naniū meretriculā vocatā esse p̄sceniū q̄ esset supparatę velatęq̄ p̄bitatis. cū foris proba videret̄: introrsus turpis esset. vn̄ in Amphitryone a Plauto. nānio in p̄scenio dictum. i. in fabula: q̄ inscribitur nānium prosceniū. Est enī prosceniū nō pulpiti nomē sed cognomētū meretricis. tāq̄ si diceremus in eunucho fabula. Quos. Si volunt aliquos amatores retinere in amore donec tondeāt aureum vellus: cęlant illos suos dolos opertos. Ascriptos. Metaphora militaris. Milites ascripti dicunt̄ militię q in demortuorū locū deligunt̄: qui alio noie dicunt̄ ascriptitij. Pollio i ballista adscriptitiū vacātē appellat ijs ferme verbis. Est & alia eius ep̄la qua gratias ballistę agit: in qua docet sibi p̄cepta gubernandę reipublicę ab eodē data gaudēs q̄ eius cōsilio nullū adscriptitiū. i. vacantē haberet & tribunū nullū stipatorem qui nō vere pugnaret. Neq̄cq̄. Frustra hęc facerent meretriculę si saperet amator. posset enī indagine animi indagare ista: isidiarū latibula. Oia. Oēs dolos: illecebras fallaces & insidias. Protrahere in lucē. Proferre in lumen veritatis. Inquere. Animo peruestigare. Vsus. Vtilitates. Etsi. Sensus. q̄uis puella sit mitis: lenis: et suauis: non te tibi surripiat: sinatq̄ te rebus humanis hoc est inter hūana negocia versari: tn̄ illi amori renuncian-

Suffire.
Amor querulus.
Veneres amicę.
Nanium p̄sceniū.
Ascripti milites.

Insinuauerit. Sensim irrepserit in pectora. Qui. Metus deorū est in causa vt fanis sacerdotes admoueant̄ & auro tēplorum donaria compleant̄. In orbi. In orbe. Ne forte. Narrare breuiter expediā naturā siderum ne forte multi credant sidera sita inter cęlum & terrā vti quadā arbitraria facultate & spontanea in eundo & redeundo. Lustrare. Circūuagari, circūagere. Perennes. Continuos: non intermissos. Hinc fit verbū perennare. Annā perennā Romani colebant: de qua Ouidius in fastis. Erat apud priscos vestis perennigauda nomine. Morigera. Morem gerentia: obseq̄ntia. Neue. Et expediā naturā caeli ne putem⁹ circūagi aliq̄ deoꝝ rōne: q nō reb⁹ se humanis immiscēt. Nā bone. Pro bñ q ꝓcepta nr̄a ex lib. j. didicerūt: q̄ negant deos immiscere se reb⁹: & mirantur quō sine ministerio deorū possit tāta machina moueri: rursus recidunt in easdem religiones. quoniam si credūt motū cęli fieri ministerio deorum: habeo igit̄ deos se rebus hūanis imiscere: nec securū agere aeuū. Qua rōne. Nisi diuina. Reb⁹ i illis. In cęlestib⁹ q̄ sūt supra verticē nr̄m i regiōib⁹ ęthereis. Supera positū p supra. Sēsus. Si q dubitat res agi sine voluntate deoꝝ & peculiariter illas q̄ sūt caelestes: a veritate labit̄. Referunt̄. Recidūt. Relligiones. Supstitiōes. Dños acris asciscūt. Et miseri mortales deos sibi vindicāt tāq̄ dños acres: quos miseri eē credūt oipotētes: cū nulli dij sint preter naturā reꝝ: & illa est semota a nr̄is reb⁹ seiūctaq; lōge. Dños acres deos appellat: quoniā illos hoies timēt: verentur vt serui dominos. iuxta illud Papinij & Arbitri. Primus in orbe deos fecit timor. Ignari. Ignorātes homines naturam rerum: quae

Perennare. Anna perenna. Perēnigauda vestis.

Domini acres dij.

Cum bone pręsertim multa: ac diuinitus ipsis
Iam mortalibus e diuis dare dicta suerit:
Atq; omnem rerum naturam pandere dictis:
Cuius ego ingressus vestigia nunc rationes
Persequor: ac doceo dictis: quo queq; creata
Fœdere sint: in eo q̄ sit durare necessum:
Nec validas valeant aeui rescindere leges.
Quo genere in primis aiae natura repertast
Natiuo primū consistere corpore creta:
Nec posse incolomē magnū durare per aeuū:
Sed simulacra solere in somnis fallere mentē:
Cernere cū videamur eū: quem vita reliquit.
Quod superest: nūc huc ratiōis detulit ordo:
Vt mihi mortali consistere corpore mūdum:
Natiuūq; simul ratio reddunda sit esse.
Et quibus ille modis congressus materiai
Fundarit terrā: caelū: mare: sidera: solem:
Lunaiq; globū: tum quę tellure animantes
Extiterint: & quę nullo sint tēpore natę:
Quove modo genus humanū variante loq̄la
Cœperit inter se nosci per nomina rerum:
Et quibus ille modis diuū metus insinuarit
Pectora: terrarū qui in orbi sancta tuetur
Fana: lacus: lucos: aras: simulacraq; diuum.
Praeterea solis cursus lunęq; meatus
Expediam: qua vi flectat natura gubernans.
Ne forte hic inter cęlū: terramq; reamur
Libera sponte sua cursus lustrare perenneis
Morigera ad fruges augēdas: atq; animāteis:
Neue aliqua diuū volui ratione putemus.
Nā bone q didicere deos securū agere aeuū:
Si tamen interea mirantur: qua ratione
Quęq; geri possint: pręsertim rebus in illis:
Quę supera caput ętheriis cernuntur in oris:
Rursus in antiquas referuntur relligiones:
Et dominos acreis asciscunt omnia posse
Quos miseri credunt: ignari quid queat esse:

Quid nequeat: finita potestas deniq; cuiq;
Quanam sit ratione: atq; alte termin⁹ hærẽs.
Quod supest ne te in p̃missis plura moremur:
Principio maria: & terras: cęlumq; tuere:
Quorũ naturã triplicẽ: tria corpora Memmi:
Treis species tam dissimileis: tria talia texta:
Vna dies dabit exitio: multosq; per annos
Sustentata ruet moles: et machina mundi.
Nec me animi fallit: q̃ res noua: miraq; menti
Accidit: exitium cæli: terręq; futurum:
Et q̃ difficile id mihi sit permittere dictis.
Vt fit vbi insolitã rem adportes aurib⁹ ante:
Nec tamen hanc possis oculorũ subdere visu:
Nec iacere indumanus: via qua munita fidei
Proxima fert humanũ in pect⁹ tẽplaq; mẽtis.

non oĩa facere potest: quoniã limites quidã rebus impositi sunt. Finita potestas cuiq;. Res oẽs habent finitã potestatẽ: nec dij omnia facere possunt immo se rebus nostris nõ immiscent. Qua ratiõe. Sit finita potestas ignorãt. Nesciunt quo pacto sit finita potestas: & qua ratione. Alte. In principijs intrinsecis rerum. vel impositus limes ab alta & profunda natura. Terminus. Limes pręscriptus est quẽ res transire nequeunt. Hęrens. Infixus. In promissis. Ne desiderium tuũ moret in explicandis illis, quæ pridem tibi promisi: mundũ scilicet esse corruptibilẽ: nunc exordior explicare, quod ante pollicitus sum. Principio maria. In superioribus euentilauit mundũ esse corruptibilem: idem in præsentiarũ asserit poeta: sed enarratione pleniori. Hoc ex Lucretiana opinione cecinit Ouidius. Explicat vt causas rapidi Lucreti⁹ ignis: Casurũq; triplex vaticinat̃ op⁹. Dixit eñ triplex opus Ouidius trino consistentem molẽ principio: igne videlicet: aere: terra. Tuere. Oculo mentis circũquaq; cõtemplare. Triplicem. Ex triplici contextu elementorũ compositam ex igne: aere: terra. Hęc tria dũtaxat corrumpentur. aer autẽ perpetuus erit. Texta. Cõpositiones. Aristoteles lib. j. de cælo redarguit Empedoclem & Ephesium Heraclitum qui cælũ tradiderunt modo hoc, modo illo se habere modo. paulopost subdit. Constituere vero mũdum vicissim atq; dissoluere nil aliud esse videtur q̃ ipsum sempiternum q dẽ, formã autẽ mutantẽ extruere: perinde atq; si q̃s interdũ corrũpi, interdũ esse putaret quẽpiã: q vir ex puero, et ex viro fieret puer. Est eñ perspicuum si elementa inter se conueniunt: non quẽuis, sed eundẽ ordinem eandẽq; fieri constitutionem: quare nõ vtiq; mundus, sed dispositiones ipsius fiunt ac corrũpuntur. Subdit demum contra Platonẽ. Sunt eñ quibus fieri posse videtur vt et ingenerabile quid nõ corrumpatur et ortũ vacet corruptione: vt in Timæo asseritur. Illic quidem Timęus cælum esse quidem ortum: non tamẽ esse caducum: sed reliquo semper fore tempore dicit. in hoc Epicurus et eum secutus Lucretius recte senserunt dicentes mundum ruiturum. deformatum orbem atq; desertum fore ita in sibyllinis libris dicitur ἔσαι κόσμος ἀκόσμος ἀπολυμένων ἀνθρώπων. Id est erit mundus unmundus pereuntibus hoibus. Chaldęi auctore Cicerone in libro de diuinatione primo quadringenta septuaginta milia annorũ monumẽtis cõprensa se habere delirãt. Aethernũ esse mundũ tradidit Iulius Firmicus in secundo sic. Non fuit ista genitura mundi. nec eñ mundus certum diem habuit ortus sui: nec aliquis interfuit eo tempore: quo mundus diuinæ mentis ac prouidi numinis ratione formatus est: nec eo vsq; se intentio potuit humanæ fragilitatis extendere: vt originem mundi facile posset ratione concipere aut explicare. Deflagraturum orbem minatur Heraclitus si Themistio libro physicorũ tertio credimus. Quidam vt pythagorici & Romani poetę dextrũ cęlo et lęuum ascribunt: super qua in hęc verba prorumpit Aristoteles lib. ij. Sed in hijs superum et inferum, dextrũ lęuumq; dicimus ad nos ipsos referentes. Nã aut respectu nostri lęuiq; vt augures dicunt: aut similitudine nostri: vt ea quę sunt statuę: aut ea q̃ contrario modo sese habent: positione ve. Etenim dextrum quidem id dicimus: qđ opponitur nostro sinistro. lęuũ autem contrarium: et retro ac ante simili modo. In hijs autem ipsis nullam differentiam cernimus. Si contra namq; vertatur: contraria dextra lęuaq;, supera atq; infera, et ante retroq; sine dicemus. Nec me animi fallit. Non me latet q̃ mirum videbitur et incredibile cęlũ et machinã mũdi persuadere ruina subita dissoluendã. Sed tamen credendũ est. Futurũ. Cũ mens hominũ accipiet futurũ esse exitium cæli: quod interminũ mortalitas autumabat. Futurat verbum protulit Architreni⁹ sic. Et qđ pręteritũ est nunq̃ facit: vsq; futurat. Id. Excidiũ cęli. Permittere. Insinuare mentibus hoim. Vt fit. Euenit mihi quod recẽti nuncio: qui cũ affert nouũ incredibile nemo tum primulũ nec aures nec fidẽ adhibet. Sed oẽs ei demũ cõspirãter icipiũt allubescere. Hãc. Rem quã apportas. Subdere. Subijcere oculis. cũ rẽ incredibilẽ affers nec potes ostendere: tunc neminẽ habes, qui tibi fidem adhibeat. Indumanus. In manus. & si rem nõ potes afferre quã illi manib⁹ tractẽt. Prob⁹ in artib⁹. Parẽthesia est qñ inserit̃ medietati syllaba litera ve. Litera vt hae casti maneãt in relligiõe nepotes. Syllaba vt Lucreti⁹. Indugredi sceleris qđ cõtra sęp⁹ illa. Indugredi eñ dixit p ingredi. Interdũ immissę literę syllabã adijciũt. vt mauortis iantrũ. & Nauita tũ stellis. Cõtraria est apocope figura qña demitur syllaba: q̃ vsus est Plaut⁹ rabonẽ vocãs arrabonẽ: & prenestini coniã ciconiam: qua & Ausonius do asserẽs p domo poni. qđ & Diomedes attigit. Quã. Scribo q̃. Si nõ potes rem iacere in manus quã sensus parte hominea sibi confidunt et illa credunt quę tãgunt: iuxta Platonicã sententiam. Apolloni⁹ Tyanęus apud Philostratum docet multa supra credulitatẽ esse vera. Munita. Cognitione sensuũ fulta et adiuta. Fidei. Hoc nos docet secunda producta hanc vocem proferri priscia solitam. De fide Symmachus in epistolis sic. Si fides seria cuiq̃ fuit tibi puto esse: quã pleriq; verbo ostentant ope deserũt. Proxima fidei. Apud quam cognitionẽ sensuũ est pxima fides. qñ fidenter illa credim⁹ q̃ tãgim⁹. Fert.

Finita potestas cuiq;.
Ouidij difficultas apta
Mũd⁹ ęthernus.
Contra Platonem.
Dextrũ et lęuum non esse in cęlo.
Architrenius.
Futuro.
Induman⁹
Parẽthesis.
Apocope.
Ausonius enarratus.
Fidei secũda longa.

Sed tamē effabor:dictis dabit ipsa fidē res
Forsitan:& grauiter terrarū motibus ortis
Omnia cōquassari in paruo tēpore cernes:
Quod ꝑcul a nobis flectat fortuna gubernās:
Et ratio potius q̄ res persuadeat ipsa:
Succidere horrisono posse oīa victa fragore.
Quę prius adgrediar:q̄ de re fundere fata
Sanctius:& multo certa ratione magis:q̄
Pythia:quę tripode e Phœbi:lauroq; ꝓfatur.
Multa tibi expediam doctis solatia dictis:
Relligione refrenatus ne forte rearis
Terras:& solem:& cęlū:mare:sidera:lunam:
Corpore diuino debere ætherna meare.
Proptereaq; putes ritu par esse Gigantum:
Pēdere eos pœnas immani ꝓscelere omneis:
Qui ratione sua disturbent mœnia mundi:
Pręclarumq; velint cœli restringere solem:
Immortalia mortali sermone notantes.
Quę procul vsqueadeo diuino numine distēt:
Inq; deum numero quę sint indigna videri:
Notitiam potius præbere vt posse putentur:
Quid sit vitali motu:sensuq; remotum.
Quippe et eñ nō est cū quouis corpe: vt esse
Posse animi natura putetur: consiliumq;.
Sicut in æthere nō arbor:nō æquore salso
Nubes esse queūt:neq; pisces viuere in aruis:
Nec cruor in lignis:neq; saxis succ⁹ inesse:
Certū:ac dispositumst vbi qcq̄ crescat & insit:
Sic animi natura nequit sine corpore oriri
Sola:neq; a neruis & sanguine longius esse.
Hoc si posset enim:multo pri⁹ ipsa animi vis
In capite:aut humeris:aut imis calcibus esse
Posset:et innasci quauis in parte soleret:
Tādē in eodē hoīe: atq; i eodē vase maneret:
Quod qm̄ nostro quoq; cōstat corpe: certum
Dispositūq; videt': vbi esse & crescere possit
Seorsum aīa:atq; aīas tāto magis inficiādum

Notitiā rei:quę se insinuat sensibus. Tēpla mētis. Secreta mentis & interioris animi: qui res a sensibus cognitas iudicat et discernit. ¶ Sed tamen. Cuius illi fides non adhibeatur. Motibus ortis. Cum terræ motus accident terram videbis pene reuelli sedibus suis. Illud fidem faciet quandoq; irroboratos eosdem motus disiecturos esse elementum terrenum. Quod. Periculum quassatę terrę non disijcit tellurem id casu quodam rerum prouidente, siue fœdere naturæ. Sed cum hæc prouidentia et munimentū contra terræ motus non futurū sit perpetuum: credere debemus quādoq; terrā excidio subijci debere. Flectat. Auertat. Fortuna. Sors quędam et casus quo reguntur vniuersa.

Et ratio. Sed hoc machinę cęlestis excidiū colligere poterimus a ratione magis q̄ a re ipsa. Succidere. Ad pręcipitium et ruinā.

Horrison⁹ fragor. — Horrisono fragore. Strepitu horridum faciente sonum. Quę. Cuius rationem tremoris terræ incipiam prius euentilare q̄ ad rem aperiendā deflectam. Fundere. Repete verbū aggrediar. Fata. Argumēta euidentissima fatis & oraculis simillima. Sanctius.

Sanctius. — Sanctius. Libratius & explorati⁹. Sancire est discernere.

Pythia. — Pythia. Sibylla fœmina vaticinatrix. Tripode. Ex sacrario & ore Apollinis.

Lauri folia — Lauro. Cuius folia diuinare faciunt. vnde emanasse id creditur. Laurumq; momordit.

Satyrus enarratus. — Certe Fulgētius laurum capiti suppositam vera inducere somnia testatur ex recepte auctoritatis scriptoribus. Profatur. Procul euētura fatur. Doctis dictis. Philosophia refertissimis. Solatia. Quæ cū liberent te a metu ęthernā quoq; serenitatē pstabunt. Relligione refrenatus. Liberatus freno religionis:quæ lupata inijcit. Corpore diuino. Quę tu credis habere corpus diuinū cū habeant mortale corpus. Meare. Errare.

Pręterea. In primis eorū religionē reijcere:qui dicunt eos pœnas dare:qui mortales exiſtētes scribunt de reb⁹ immortalib⁹:tanq̄ temerare cęlum sit id cum quispiā de secretis deorum est sollicitus. Putes. Nec etiam putes. est enim repetenda negatio: quæ fuit in superiori loco posita. Ritu pars esse gigātum. Scribendum. ritu par esse gigantū. hic vicem nominis gerit aparemphaton, esse. Ritu more prisco pro ritui hoc est morib⁹. tali sensu et ordine. ne putes esse illorum, id est essentiam par ritu id est conditioni gigantū: qui ratione sua disturbent mœnia mundi. Scimus enim gigantas terrigenas aggressos esse cęlum diripere et superimpositis mōtibus alternatim Iouem detrudere tentauerunt: sed Iupiter illos fulminibus dedit in præceps. Pendere pœnas. Luere: psoluere. Maro in sexto æne. Pēdere pœnas Cecropidę iussi. Immani pro scelere. Tanq̄ oculos curiosos alieno immittere cęlo non sit mediocre vitiū sed insigne facinus & impijssimū. Qui. Curiosi scioli similes gigantibus oculos cælo inijciant et manus.

Disturbent. Agant: vexent. Mœnia mundi. Ambitus cæli qui sunt multiplices. Metaphoticos hoc dictum est.

Totum posse extra corpus formamq; animalē
Putribus in glebis terrarum: aut solis in igni:
Aut in aqua durare: aut altis ætheris oris.
Haud igitur constant diuino predita sensu:
Quādoquidē nequeūt vitaliter esse animata.
Illud item non est: vt possis credere: sedes
Esse deū sanctas in mundi partibus vllis.
Tenuis enim natura deum: longeq; remota
Sensibus a nostris animi vix mente videtur:
Quæ quoniā manuū tactū suffugit & ictum:
Tactile nil nobis quod sit contingere debet.
Tangere enī nō quit: si tangi non licet ipsum.
Quare etiam sedes quoq; nostris sedib9 esse
Dissimiles debēt tenues de corpore eorum:
Quę tibi posterius largo sermone probabo.
Dicere porro hominū causa voluisse parare
Præclaram mundi naturam: prætereaq;
Ad laudabile opus diuum laudare decere.
Aethernūq; putare atq; immortale futurum.
Nec fas esse deum q; sit ratione vetusta
Gentibus humanis fundatū perpetuo æuo:
Sollicitare suis vlla vi ex sensibus vnq̄:
Nec verbis vexare: & ab imo euertere sūma.

Præclarum. Valde clarum & fulgens. Restringere. Extinguere. Immortalia. Coelestis. Notantes. Describētes tanq̄ hoc sit, illustre facinus. Quæ procul. Sed cum talia vitia non vocanda sint perscrutari scilicet naturam deorum: habemus coelestē speculationē potius nobis afferre notitiam per quā cognoscimus quid sit a vitali sensu remotum. subintellige cum. Vsq; adeo. Valde. Diuino numine. A natura dei: vt indignetur cū quis naturam suā perscrutetur. Quæ. Et cū sit indigna videri hæc in numero deorum. Præbere. Non solum incommodum est perscrutari coelestia: sed ex illa cōsideratione notitia præbetur quid sit remotum a vitali motu & sēsu.

Quippe etenim. Transit ad aliam sententiā nos putare non posse omnē animum esse corpori cōiunctum. Cōsiliū. Lego conciliū hoc est vnio & cōiunctio: non credendū est esse sēper concilium corporis cum animo. Sicut in æthere. Exemplum reddit eorum quæ proposuit: semper animum esse coniunctum corpori, sicuti in ęthere arbor esse non potest, nec in terra pisces: ita animus non potest esse alibi nisi in corpore. Non est vt putetur. Nō putari debet: nec credere licet naturam animi esse cum quouis nisi corpore: & cōciliū non potest esse animi nisi cū corpe. Si consiliū legere mauis non multū reclamo: siquidē mens, consilium, animus est idem. Succus inesse. Ita natura animi non potest esse sine corpore: nō igitur est aliqua aīa separata. Certum. Est ordinatus, prefixus, ac statutus terminus rebus: & certo foedere suos effectus natura parit: perinde canit Horatius. Sūt certi deniq; fines. Dispositum. Seriatim ordinatum. Vbi. In quo nā corpore: loco: cōditiōe. Hoc si posset. Si posset animus esse sine corpore sequeretur q; in quacunq; parte corporis esse posset indifferenter. quoniā qd potest esse sine corpe illi nihil repognat esse hic potius q̄ ibi. Quauis in parte. In quacunq; parte. Inficiandū. Negandum. Totum. Omnis animi compages. Posse. Durare. zeugma ab inferiori. Haud igitur. Si neges animas consistere posse sine corpore: infera hoc argumentum cōtra opinionē tuam: q; scilicet animæ diuinæ non sunt: quoniam non possunt viuiri in corpore animato: verū solę seorsum viuunt. Illud item non est. Nō habes hanc aniam vt credere possis. Sed sanctas. Nec credere debes animas reperiri separatas: quæ sedes habeant in coelo sanctas & beatissimas ad quas conuolent animæ claustris mortalitatis liberæ. de quibus Lucius Apuleius intelligit sic loquens libro de philosophia. Nam vinculis liberata corporeia anima sapiētis remigrat ad deos: & pro merito vitæ purius castiusve transactæ hoc ipso deorū se conditioni conciliat. Vix mēte. Vix possunt acies animi deum summū cognoscere nedū ad eius editissimam sedem tendere liceat. Quę. Natura deorum. Tactile. Quod est aptum tangi. Sedes. Deorum sedes dissimiles his nostris vt putes necesse est. Dicere. Præterea falluntur illi: qui dicunt deum parare voluisse sedes causa hominis. Ad laudabile. Lege id laudabile. & qui dicunt decere nos laudare id opus deorum laudabile, falluntur. Futurum. Coelum.

Nec fas. Et qui credunt nos animo non verbis debere sollicitare deum ne irascatur: falluntur nihilominus. Ordo. nec fas esse gentibus humanis sollicitare vnq̄ deum vlla vi ex suis sensibus q; sit fundatum perpetuo æuo. Vexare. Lędere & rationibus philosophicis inuestigando naturam inquietare. Ab imo euertere sūma. Iacere in deos verba nefanda: quibus significamus nos cupere vt summa ima fiant: & terra fiat coelum & coelum terra. Dicere porro. Hos versus citat libro septimo Lactantius sic loquens. Nam Lucretius cum diceret mundum non esse a dijs cōstitutum sic ait. Dicere porro hominum causa voluisse parare præclaram mūdi naturam: deinde intulit. Desipere est. quid enim immortalibus atq; beatis Gratia nostra queat largirier emolumenti Vt nostra quicq̄ causa agere aggrediantur. Merito enim illi nullam rationem afferebant cur humanū genus vel creatum vel instititutum esset a deo factum & hominum causa esse factum: tamen quoniam eos in sequentibus ratio defecit: non potuerunt id quod assumpserant, & quæ sequuntur. Aristoteles æthernum mūdum ponit. Plato creatum quidem, sed finem non habiturum. quorum opinationes carpit ibidem Lactantius.

Aīa non pōt esse nisi i corpe.

Aię ad coelū non volant.

Tactile.

Cętera de gñe hoc affigere: & addere Mēni:

¶ Cætera de genere hoc. Hæc & id genus reliqua similia affingere deo: est mirum merūq;

delirium. Beatis. Diuis qui agunt in coelo æuum dijs æquum. Gratia nostra. Beneuolentia & amor noster in deos. Emolumenti. Quæstus & lucri. hinc res emolumentosa lucrosa. si gratiosi sumus in deos aut secus: hoc dijs non potest aut compendium aut dispendium parere. Aggredientur. Corrige aggrediantur: pareant & incipiant ipsi dij. Quidve noui. Sed quid noui potuit accidere deis vt cupiant naturam suam mutare & nouā induere. Ordo. Quid potuit tāto post subitellige tēpore illicēre deos ante quietos vt cuperēt vitā mutare priorem. Vitam. Est enim vita deorum æthernitas. Nam gaudere. Ostēdit deos esse quietos æthernitate sua nec cupere vitam suam innouare. Tempore in anteacto. In tempore præterito. Pulchre. Beate. Tali. Quoniam nō pigeat pręteriti temporis: sed præterito tempore gaudeat nec timeat futurum. Accedere. Accidere. Quid ve mali. Tacitæ obiectioni respondet. potuisset quis dicere. Quod malum fuisset illud si nos editi non essemus in lucem? immo cum per te Lucreti anima corpori non superuiuat ascribendum felicitati fuisset si nos geniti nō essemus: hoc non negat Lucretius: verum negat animam necessitate quadā occulta oportuisse corpori coniungi: aut q; ita liberata est a tenebris quibus obruebatur cum erat in corpore materiæ primæ in hoc diu fuit anceps Augustin9. Origenes in libro peri archon resistere volens antiquorum hęreticorum obiectionibus & erroribus qui ostendere nitebantur diuersam naturam boni & mali esse in rebus ex contrarijs actionibus propter multam distantiam inuentam tā in rebus naturalibus q̄ in rebus humanis: quā nulla merita pcessisse videnť. s. q; corpora quædam sunt lucida: quædam obscura: quidam hoies ex Barbaris: quidam ex Christianis nascuntur: coactus est exponere oēm diuersitatem in rebus inuentam ex diuersitate meritorum secundum dei iustitiam processisse. Dicit enim q; deus ex sola sua bonitate primo omnes creaturas æquales produxit & omnes spiritales & rationales: quæ per liberū arbitrium diuersimode sunt notæ: quædam adhęrentes deo plus vel minus: quædam ab eo recedentes magis vel minus: & secundum hoc diuersi gradus in substantijs spiritualib9 ex diuina iustitia sunt subsecuti vt quidā eēnt angeli secundum diuersos ordines: quidam humanæ animæ etiam secundū diuersos status: quidam etiam dæmones in statibus diuersis: & propter diuersitatem rationalium creaturarum deum instituisse vt nobilioribus corporibus nobiliores spirituales substantiæ adiungerentur vt diuersimode corporalis creatura spiritualium substantiarū diuersitati quibuslibet modis alijs deseruiret. Manichęi Lucretianæ sententiæ videbantur hęrere dicētes visibilia corpora esse spiritalibus adiuncta: & ex malo principio pcessisse. Theolog9 Aquinas libro secundo contra gentiles opiniones has acriter oppugnat: asserēs creaturas corporales atq; visibiles ideo esse factas quia bonū est eas esse: qđ est consonū diuinæ bonitati: & nō pp̄ter aliqua creaturarū rationaliū merita

Emolumētosū

Cur homines geniti.

Desiperest. Quid enī īmortalib9: atq; beatis
Gratia nostra queat largirier emolumenti:
Vt nostra quicq̄ causa gerere aggrediantur?
Quidve noui potuit tanto post ante quietos
Inlicere: vt cuperent vitam mutare priorem?
Nam gaudere nouis rebus debere videtur
Cui veteres obsunt: sed cui nihil accidit ægri
Tēpore in anteacto: cū pulchre degeret æuū
Qui potuit nouitatis amore accedere tali?
Quidve mali fuerat nobis non esse creatis?
An credo ī tenebris vita ac mœrore iacebat:
Donec diduxit rerum genitalis origo?
Natus enī debet quicūq; est velle manere
In vita donec retinebit blanda voluptas:
Qui nunq̄ vero vitæ gustauit amorem:
Nec fuit in nūero: quid obest nō esse creatū?
Exemplū porro gignundis rebus & ipsa
Notities hoīm diuis vnde insita primū:
Quid vellēt facere vt scirēt: animoq; viderēt:
Quove modo st vnq̄ vis cognita principiorū?
Quidq; inter sese permutato ordie possent:
Si non ipsa dedit speciem natura creandi?
Nāq; ita multimodis multis primordia rerū
Ex infinito iam tempore percita plagis:
Pōderibusq; suis consuerūt cōcita ferri:
Omnimodisq; coire: atq; omnia pertentare:
Quæcunq; inter se possint congressa creare:
Vt nō sit mirū si in tales dispposituras
Deciderint quoq; & in taleis venere meat9:
Qualib9 hæc rerū geriť nūc summa nouādo.
Q; si iam rerū ignorem primordia quæ sint:
Hoc tamen ex ipsis cœli rationibus ausim
Confirmare: alijsq; ex rebus reddere multis:
Nequaq̄ nobis diuinitus esse paratam
Naturam rerum: tanta stat prædita culpa.
Principio quā tū cœli tegit impetus ingens:
Inde auidam partem mōtes: syluæq; ferarum

Possedere: tenent rupes: vastæq; paludes:
Et mare quod late terrarum destinat oras.
Inde duas porro prope parteis feruid9 ardor
Assiduusq; geli casus mortalibus aufert.

vel peccata. Augustin' tñ ideo creatos hoies asserit vt deũ cõteplarẽtur: quẽ vidẽdo cognoscerẽt & cognoscẽdo fruerẽt Origenes quoq; posuit aias hũanas a principio fuisse creatas dicẽs: q; ordinatiõe diuina aiæ corpib' sunt vnitæ: sed in eo; pœnã. nã ante corpa eas peccasse æstimauit: & pro quãtitate peccati corporibus nobiliorib' vel minus nobilibus eas vnitas esse quasi quibusdã carceribus inclusas. Diluxit. Aperuit tenebras & mœrorẽ discussit. Natus em. Hoies qui cæteris prudẽtia pstant mortẽ timere nõ debẽt. Illi autẽ qui nunq̃ editi sunt nullo timore, nullo desiderio quatiunt. Exẽplũ porro. Pręterea cũ hoib' obiectũ est hoc exemplũ rerũ ante oculos vt modũ genitalẽ cognoscãt. Gignũdis reb'. Quo exẽplo res cognosci pñt. Notities hoim. Notitia rerũ naturaliũ qua pollent hoies vñ est insita ab altero pterq̃ a diuis? Quid vellent facere vt scirent. Qua insita notitia & reuellata cognoscerent homines quid dij facturi sunt: qđ per notitiam causarum perspicaces homines intelligant. Habentes enim cognitionem causarũ ratiocinio mentis vi cælesti prędite veniunt in effectuum cognitionem. Quoue modo. Alio pręterq̃ reuellatione diuina est hominibus oblata principiorũ cognitio? Quidq;. Quomodo est ab hominibus cognitum quid principia possẽt inter sese permutato ordine illorum. Permutato ordine. Cum mutantur & agunt operationem nouam. Natura creãdi. Natura creatrix omnium rerum. Si non. Nisi. Dedit speciem. Emenda dedit specimen hoc est cognitionẽ & indicium sensumq; cognoscendi. Dicere non possumus aliud indicium dedisse homini harum rerum percipiendarum præter naturam. Multimodis multis. Varijs vicissitudinibus motuum. Ex infinito tempore. Aetherne. Percita plagis. Incitata motib'. Omnimodis. Omnib' modis. Disposituras. Ordines. Principia cum frequenti motu agitentur non est mirum si ad hanc effigiem venerunt qua nunc pollent. Meatus. In priscis exẽplaribus legitur nouatus hoc est nouas figuras, renouationes. Hac voce vsus est Maro in poematio, cui titulus est rosa. Tot species, tantosq; ortus, variosq; nouatus Ipsa dies aperit: conficit ipsa dies. Nouatus

Qualib'. Nouis figuris: in quas quotidie prima rerum primordia se alterant accipiendo modo hæc modo illa corpora. Summa. Qualibus frequentibus innouatiõibus summa rerum & vniuersus ordo stabilitur dũ iuges capit innouationes. Nouando. Dum renouatur id. Q; si iam rerum. Si natura me non admonuisset naturæ principiorum satis amplam cognitionem habere possem ordinem vniuersi nulla prouidentia deorũ esse compositum dicere: quoniam nihil seriatim, nihil prouide, nihil est actum circũspecte. Si natura res diuino consilio cohibiliter ordinasset, non tempestates momento temporis frumẽta diriperent: & annuum laborẽ miseris agricolis auferrent: non aues noxiæ, non vermiculi semina popularentur: non immanes feræ sata læta hominumq; labores resupinarent atq; fœde proculcarent. Hæsit huic sallebræ Claudianus ita scribens in Rufinum. Sæpe mihi dubiam traxit sententia mentem Curarent superi terras: an nullus inesset Rector: & incerto fluerent mortalia casu. subdit. labefacta cadebat Relligio: causęq; viam nõ sponte sequebar Alterius: vacuo quę semina currere motu Affirmat: magnumq; nouas per inane figuras Fortuna non arte regi: quæ numina sensu Ambiguo vel nulla putat vel nescia nostri. Ex ipsis cæli rationibus. Possẽ colligere ex cælesti cõiectura nulla prouidentia regi mundum. Reddere. Asseuerare. Nequaq̃. Non. Diuinitus. Deorum superorũ consilio & prouidentia. Tanta stat prędita culpa. Non potest natura rerum prouidentia fabrefacta esse composita: tam deculpata sunt multa, quæ in rerum naturam cadunt. Principio. Ante omnia probari potest ex hac causa improuide naturam vigere ab impetu & varietate cęli tumultuosi: qđ omnia tegit & gubernat varietate violenta. Quam. Naturam rerum. Tegit. commodius legetur tegat. Impetus. Impetuosus & violentus ambitus. Auidam. Auaram partem & consequenter maximam & immodicam. Auari enim modicis rebus minime sunt contenti. Auidis animis pro auaris Plautus inquit. Siluæ ferarum. Siluę refertæ feris. Destinat. Prisci codices habent distinet: hoc est occupat & in diuersas partes tenet. Inde. Præterea omissis incommoditatibus alluuionum: maris: & ferarum: rapidi solis inclemẽtia ex quinq; zonis duas nobis abstulit: quæ ex intemperie cæli habitari non possunt. Prope. Ferme. Partis. Zonas. Feruidus ardor. Duæ zonæ inhabitabiles.
Solaris intemperies. Geli. Gelu & frigoris. istæ sunt duæ extremę zonę: quæ ob frigus impatibile non admittunt humanum genus. de quibus hæc Maro. Quinq; tenent cælum zonæ: quarum vna corusco Semper sole rubens & torrida semp ab igni est: Quã circũ extremę dextra læuaq; trahuntur Cærulea glacie concretæ atq; hymbribus atris. Has inter mediãq; duæ mortalib' ægris Munere concessæ diuũ: & via secta per ambas Obliqu' qua se signorũ verteret ordo. Has zonas siue fasceas elegãter attigit Capella in geometria. & subdit. Zonæ quinq;.
Verũ quia illę zonę volubilitatem vtriusq; partis includũt: decẽ vtrinq; circulo suo faciũt regiones: e quibus hæc quæ a nobis habitatur est vna: atq; ad aquilonẽ versus & septẽtriones ascendit. Altera quæ econtrario ad meridiẽ atq; austrũ fere: quam habitare illi ęstimãtur qui vocãtur ἀντοικοι. Similiter ex infernatib' duę: sed hij qui nobis obuersi, antipodes memorantur: qui cõtra illos quos ἀντοίκους diximus. Antichthones appellant. Sed nos cũ illis diuersitas temporũ velut quadã cõtrarietate discriminat. Nã cũ æstate torremur: illi frigore cõtrahũtur. Nã cũ hic ver pubescit florẽtib' pratis: illic edomita æstas teporib' autũnescit. Hic bruma: solstitium illic apparet. Nobis arctoa lumina spectare permissum: illis penitus denegatũ. Augustin' libro decimo sexto de ciuitate dei super antipodibus hæc. Q; vero & antipodes esse fabulantur id est homines a contraria parte terræ vbi sol oritur quando occidit nobis: aduersa pedibus nostris calcare vestigia: nulla ratione credendum est: neq; hoc vlla historica cognitione didicisse se affirmãt: sed quasi ratiocinãdo cõiectãt: eo q; intra cõuexa cœli terra suspẽsa sit: eũdẽq; locũ mũdus habeat & infimũ & mediũ: & ex hoc opinãtur alterã terrę partẽ, quæ infra est, habitatione hominum carere non posse. & quę sequuntur. Fasceæ Regiões decem. Antœci Antipodes. Antichthones

Quod superest arui tamen id natura sua vi
Sentibus obducat ni vis humana resistat:

¶ Quod superest. Qđ ad maiorẽ calamitatẽ & infelicitatem mortaliũ accedit, natura semp labitur in deterius ni vis humana quotannis sentes auferre contendat: purget cætera terræ

detrimenta. Sua vi. Insita telluris natura.

Vis humana.

Obducat. Operiat. Vis hūana. Humana industria, & conat⁹. Maro. ni vis huāna quotannis Maxima quæq; manu legeret. sic oia fatis In peius ruere: ac retro sublapsa referri.

Vitai causa. Quæ vis humana debuit esse laboriosa vt vitam traducat. nil sine magno Vita labore dedit mortalib⁹. Coruos quis docuit sua verba conari? Magister artis ingeniq; largitor Venter negataa artifex sequi voces. Auctores Horatius & Persius. Quis ignorat illud Marōnianū. Labor oia vincit Improb⁹: & duris vrgēs in reb⁹ egestas.

Ingemere.

Ingemere. Inniti, insudare, inhęrere nisu gemulo. ad hanc similitudinem prolatum est illud a Marone. Depresso incipiat iam tum mihi taur⁹ aratro Ingemere: & sulco attrit⁹ splēdescere vomer.

Si non. Q̄d si non fecerimus, sponte sua & per se non nascentur ista. Terrai solum. Terræ planiciem. Subigentes. Subdomantes.

Cimus.

Cimus. Excimus, excitamus. Priscianus in viij. Quartę duobus eo is & queo quis. I antecedente vnū inuenitur cieo cies. hoc est voco. vnde Virgilius. Bella cient. Idem. ære ciere viros. Inuenitur tamen idem etiā in io desinens quartæ cōiugationis: vnde Statius in octauo thebaidos. Suus excit in arma Antiqua tirynthis deus. Lucanus in secundo. Nūc vrbes excite feras. Lucretius. Aurarū cimus ad ortua.

Ad ortua. Ad oriendum. Sponte sua. Visus: nullo nostro labore. Maro. Sponte sua quæ se tollunt in luminis auras. Existere. Prisca exēplaria seruant exurgere. Et tamē. Quis sata labore nostro prouexerimus ad maturitatem: illa tamen aufert quandoq; aut caumа hoc est incensio & calor nimius aut hymbres immodici. Aetherius. Vel ardescens. ab αἴθω qđ significat incendo: vel aere⁹ & per cœlū rotatus. Vexāt. Cōturbāt ipsa sata. Turbo est ventus in anfractū conuolutus.

Flabra. Flatus. Præterea. Si res humanæ dei prouidentia reguntur, cur morbi inuadūt animalia: cur aīalia & hoies immatura morte rapiunt. Horriferū. Horrorem & terrorē inferens & iniiciēs. Infestum. Sinistrū: inimicū.

Hō proiectus ad lachrymas.

Tū porro. Preterea qua prouidentia regun tur mortalia cū homo nascat inopa: queru⁹: vitali auxilio destitutus proiectus ad lachrymas statim cū editus est indigens nutricibus & cunabulis. Similis est i hois infelicitatē Pliniana cōquestio libro septimo naturalis historiæ. An oia vnū animantium cunctoꝝ aliena

Hūana calamitas.

alienis velat opibus. Cęteris varie tegumenta tribuit: testas: cortices: coria: spinas: villos setas: pilos: plumā: pennas: squāmas: vellera. Truncos etiā arboresq; cortice interdū gemino a frigoribus & calore tutata est. Hominem tantū nudum & in nuda humo natali die abiicit ad vagitus statim & ploratū: nullumq; tot animaliū ꝓnius ad lachrymas & ad has protinus vitę principio. Ab hoc lucis rudimento: qđ ne feras quidem inter nos genitas: vincula excipiunt & omniū mēbroꝝ nexus: atq; infeliciter natū iacet manib⁹ pedibusq; deuinctis flens aial cęteris imperaturū: & a suppliciis vitam auspicatur. Archiæ super humana vita non erit inferiū afferre versus luculētissimos.

Vitai causa valido consueta bidenti
Ingemere: & terrā pressis ꝓscindere aratris.
Si non fœcundas vertentes vomere glebas
Terraiq; solum subigentes cimus ad ortus
Sponte sua neq̄ant liquidas existere in auras:
Et tamen interdum magno quæsita labore:
Cū iam per terras frōdēt: atq; oia florēt:
Aut nimiūs torret feruoribus ætherius sol:
Aut subiti perimunt imbres gelidęq; pruinę:
Flabraq; ventorum violento turbine vexant.
Præterea genus horriferū natura ferarum
Humanæ genti infestum: terraq; mariq;
Cur alit: atq; auget? cur anni tēpora morbos
Adportant? quare mors immatura vagatur?
Tum porro puer vt sæuis proiectus ab vndis
Nauita nudus humi iacet infans indigus oī
Vitali auxilio cum primum in luminis oras
Nixibus ex aluo matris natura profundit:
Vagituq; locum lugubri cōplet: vt ęquumst:
Cui tantum in vita restet transire malorum.
At variæ crescunt pecudes: armēta: feræq;:
Nec crepitacula eis op⁹ est: nec cuiq; adhibē
Almę nutricis blāda: ac īfracta loq̄la: (dast
Nec varias quęrūt vestes pro tempore cœli:
Deniq; nō armis opus est: non mœnibus altis
Quæ sua tutentur: q̄n omnibus omnia large
Tellus ipsa parit: naturaq; dędala rerum.
Principio: quoniā terrai corpus & humor:
Aurarūq; leues animæ: calidiq; vapores:
E quibus hæc rerū cōsistere summa videtur:
Omnia natiuo ac mortali corpore constant:
Debet eodem omnis mundi natura putari.
Quippe etem quorū ꝑteis: & mēbra videm⁹
Corpore natiuo immortalibus esse figuris:
Hæc eadem ferme mortalia cernimus esse:
Et natiua simul. Quapropter maxima mundi
Cū videā mēbra ac parteis cōsūpta regigni:

Scire licet cæli quoqꝫ idem: terrræqꝫ fuisse
Principiale aliquod temp⁹: clademqꝫ futurã.
Illud in his rebus ne corripuisse rearis
Memmi: qꝫ terrã: atqꝫ ignem mortalia sumpsi
Esse: neqꝫ humorem dubitaui: aurasqꝫ perire:
Atqꝫ eadem gigni: rursusqꝫ augescere dixi.
Principio pars terrai nonnulla perusta
Solibus assiduis: multa pulsata pedum vi
Pulueris exhalat nebulam: nubeisqꝫ voláteis:
Quas validi toto dispergunt aere venti.
Pars etiam glebarum ad diluuiem reuocatur
Imbribus: & ripas radẽtia flumina rodunt.
Præterea pro parte sua quodcũqꝫ alit: auget:
Redditur: & quoniã dubio procul esse videt̃
Omniparens eadem rerũ cõmune sepulcrũ:

θρήικας αἰνείτω τις, ὅτι στεναχεῦσι μὲν υἷας
μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους.
ἔμπαλι δ᾽ ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας
ἀπροϊδὴς κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
οἱ μὲν γὰρ ζώοντες, ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
ἐς κακά· τοὶ δ᾽ ἄκεος εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Hoc est thraces laudat aliquis quia filios lugent matris ex aluo in lucẽ prodeuntes. Rursus beatos vocant quoscunqꝫ æuum deserentes improuisa parcarum serua capit mors. hij quidem viuentes vniuersa trãseunt ad mala. Hij autem malorum inuenerunt remediũ morientes. Phalaris in hac sententiã. Singuli ad innumeras nascimur miserias: & cũ vita defũgimur tum demũ miseri esse desinimus. Concinit Seneca libro epistolarũ tertio. Qui mori didicit: seruire dedidicit. Vt nauita project⁹ ab vndis. Similis nautæ qui naufragium passus & eiectus a mari procelloso peruenit ad litus.

Nascẽtes infelices. Moriẽtes beati.

Nixibus. Conatu matris vemẽtissimo egestus a matre. Locũ. In quo genitus est. Vt æquũ est. Vt illũ decet: qui tot pericula & naufragia subiturus est. Crepitacula. Cunabula, & crepundia hoc est ludicra infantilis ætatis: & neniæ aniculares, quę nutritijs cantant vt procliues pueri sternantur in somnũ. vnde manauit illud epigrãmatistæ. Cunarũ fueras motor Charideme mearũ. Crepitacula cũnæ vocantur a nonnullis: quoniã inter mouendũ crepant & resonant: a quo crepitu Plynius & Plautus noster crepundia vocitat. sed loquẽdo decoctius p crepitacula sistra intellige sonora videlicet tympania quibus pueros donari ne sint plorabundi moris est: vel indicante Plauto in captiuis. Nam vbi illo adueni quasi patricijs pueris aut monedulæ aut anates aut cothurnices dantur quis cum lusitent. hac voce in hoc significatu Martianus vtitur inquiẽs. Omnib⁹ ad motum rata cõgruẽtia, temperatẽqꝫ blandis leniter crepitaculis tinniebat. Ornamẽta hęc puerilia Plautus describit in rudente: & in cistellaria crepũdia vocat quæ cistula cõtinebãtur & ab Halisca ferebantur. quidam codices habẽt crepitacillis: vt crepitaculi diminutiuum sit crepitacillum. sic habetur in his codicibus. nec crepitacillis opus est. Cuiqꝫ. Animantum: non opus est vt animalia loqui doceas: qui labor exhauritur ad puerulorum linguam articulandam. Infracta. Interrupta. quoniam facilius pueri blesa verba discunt q̃ integra: & vt ait Cato libro de filijs educãdis. Pueri potũ & cibũ primũ buas & papas vocãt & matrẽ mãmã: patrẽ tatã. hinc exijt illud epigrãmatici poetę. Mammas atqꝫ tatas habet afra: sed ipsa tatarũ Dici & mãmarum maxima mãma potest. Cõsimile est illud Tibullianũ. Balbaqꝫ cũ puero dicere verba senẽ.

Crepitacula.

Mamma Tata.

Quis. Lego qui: hoc est quibus. Obiter corrige Põpei codicẽ: in quo ita legitur. Atau⁹ quia asta est aui. i. pater: vt pueri vsurpare solẽt. scribẽdũ est tata nõ asta. Quoniã de mãma diximus hoc nõ omittere placuit: in diuerso quidem significatu mamillarum conos Albertũ libro de animalib⁹ nono vocitare: qui a Gelio per decenter neculi venustiores papillarũ dicũt. Idẽ libro decimo mamillarũ papulas appellat: vnde sũt qui papillas appellant. Dędala. Ingeniosa: varia. ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν qđ significat variare. Maro libro quarto georgicõ. Et dædala fingere tecta. Principio. Cũ nõ paucis disseruerit mũdũ esse mortalẽ: nũc elementa scribit esse mortalia quippe cũ totũ sit vnius naturę, oportet eiusdẽ naturę esse partes. Animæ. Flatus vẽti. ἄνεμος græce ventus appellatur. Horatius. Impellũt animæ lintea thraciæ. Calidi vapores. Elemẽtũ ignis. Quippe. Ex hac ratione probatur mundum esse mortalem. quoniam totum necesse est eiusdem esse naturæ cuius sunt partes: sed cũ partes mundi sint mortales: necesse est igitur mũdũ esse naturæ mortalis. Natiua. Quæ mori possunt & nasci: sunt igitur cõsequẽter corruptibilia. quidã legũt. corpore natiuo ac mortalibus omnia cõstãt. Quapropter. Cũ nouerim partes mũdi esse corruptibiles veni in cognitionem vt putarem mũdũ esse corruptibilẽ.

Membra. Partes. quæ sũt elemẽta. ordo eũ videãmẽbra cõsumpta regigni ac partes. Scire licet. Ex corruptiõe elementorũ cognoscere possum⁹ principiũ habuisse & habiturũ finẽ. Principiale temp⁹. Principale tẽpus: in quo principiũ habuit. Cladẽ. Finẽ. Illud. Admonet Mẽmiũ ne credat illum esse deceptũ cũ disseruerit partes mũdi esse corruptibiles. Hoc patet in terra quæ nebulas exhalans effert ad tertiũ solũ aeris: vbi resoluitur in pluuias & tempestates. Præterea vnũ elemẽtum transit in aliud. Corripuisse. Emẽdationẽ mereri tanq̃ correpť⁹ improuiso animi lapsu. Sũpsi. Pręsupposui vt ita dicã. Augescere. Augmẽtũ sumere. Glebarũ. Terrarũ solidarũ. Hinc fit Glebulentũ. Diluuiem. Foedissimã & spurcissimã tẽpestatẽ: q̃ lauat oia: vñ diluuiare verbũ. Diluuiẽ græci κατακλυσμὸν appellant. Radentia. Mordentia: stringentia. quapropter in sacris tiberis rumõ dicebat̃ & serra. a qua serrati dẽtes a Plynio vocantur: & Arbitro Petronio serratus morsus anseris. magnus Albertus serratiles hos dentes appellat: apud quẽ serraliter aduerbiũ reperitur sic libro de aiãlibus septimo. oia animalia serraliter dentes comprimentia. Redditur. Ei restituitur qđ dedit alumnus suis. in primis tamen codicibus scriptum est roditur hoc est absumitur & exhauritur tali sensu. quodcunqꝫ humoris terreni suggerit animalibus vicem alimenti, roditur id alimentarium & consumitur ab animãte: necesse est igitur elementa corrumpi. Omniparẽs. Terra altrix omnium. cum cernamus terram esse commune omniũ sepulcrum, credere possumus omnia corrumpi.

Principiale.

Rumon. Serra.

¶Ergo. Apostrophe ad solem. Tibi libatꝛ. A te absumitur & imminuitur cũ suggis humorẽ terrenũ: seu qñ nasceris circũuallat⁹ humore terreno. põt tñ ista simplex esse narratio sine apostrophe: & Tò tibi parelcon erit. Aucta. Incrementũ accipiens a corporibus: quæ in interitum redacta dissoluũtur. Cũ igitur libata suscipiat minus & aucta suscipiat magis corruptibilis est terra. Quod superest. Qꝫ terra suscipiat magis & minus patet ex fluminibus: quæ incrementũ & decrementum suscipiunt. Sed primũ. Sed cũ mare exhauriat multiplices aquas neq; augescat: in causa sũt venti & sol incensus: qui pascitꝛ oceano. Tollitur. Eleuatur in maximam diluuiem per flumina in pelag⁹ irrumpẽtia. In summa. Sed vt summatim loquar subito fit vt nihilo magis auctus videatꝛ oceanus. Retexẽs. Aquã maritimã cogẽs in numerum & digeriem: vt dissipata fila solent in textrino. Subter per terras. Per loca subterranea. Qꝫ mare non augetꝛ hoc est i causa qꝫ meat⁹ maris subterranei trãsmittũt illam aquam copiã. Didiꝛ. Diuiditur. Percolatur. Diffunditur: distillatur.

Retro remanat. Retrocedit. Amnib⁹ oĩs. Omnis aqua irrumpit i pelagus & ex pelago per loca subterranea ad caput fluuiorum: quæ causa est vt tanta vis amnium perenni fluore maneat. Qua. Ea parte qua. Via secta. Loca subterranea perforata in canales. Retulit vndas. Regessit vndas fluuijs. Liquido pede. Puris vndis: nõ salsis: depuratis p iter subterraneũ. Aera. Docui cæteras mũdi partes esse corruptibiles: nũc dicã de aere: qui vicem patitur & mutationẽ. Quid corpore. Scribẽdũ qui: hoc est aer. Innumerabiliter. Infinite.

Priuas. Priuatas: singulares. Quodcũq; fluit. Oĩs flatus spiritalis, qui discedit ab animantibus trãsit in magnum aera. Id omne. Spiritale fluens a corporib⁹. Mare. Capacitatẽ: pfundũ aereũ. Qui. Aer. Corpora. Simulacra fluentia. Retribuat. Referat: remuneretur. Recreet. Retributis nouis. Cessat. Aer. Recidere. Retribui. Scribe cũ duplo c. gratia metri. similiter Ouidi⁹ libro metamorphoseos sexto. Ausa suis: & me qđ i ipam reccidat orbam. Cõstat. Manifestarũ est. Largua. Declarat cõsequẽter solem mutari. Fõs lominis. Principiũ lucis. Irrigat. Lumine inspergit. Candore. Igne: coruscatione. Cãdere significat candens hoc est ardens fieri.

Recidere pria lõga.

Suppeditat. Suggerit: pręstat. Quicquid fulgoris. Quicunq; fulgor & irradiatio. Disperit. Euanescit. Ei. Soli. Quocũq; accidit. Corrige cuicũq; accidit. hoc sensu. quodcũq; corpus luminosum sol amiserit id omne fundit & attribuit corporibus cæteris. Id. Qꝫ cæteris corporibus accidat ex ista ratione noscere poteris. Qꝫ simulac. Quoniam vt primum. solẽ lumẽ rebus præstare sic colligo. quoniã scilicet cum illi nubes opponitur oĩa fiunt illumina & obscura: cũ vero aufertur oĩa lucẽ pristinã recipiunt. est igitur sol cã lucis rerum. Succedere. Opponere se & oggerere.

Et radios. Ordo. & cũ nubes cœperũt quasi interrũpere radios lucis suæ. Inferior pars. Corpora oĩa quæ sublimia sunt. Inferior pars

Ergo terra tibi libatur: & aucta recrescit.
Qđ superest hũore nouo mare: flumina: fõteis:
Sẽper abũdare: & latices manare perenneis:
Nil opus est verbis: magnus decursus aquaꝝ
Vndiq; declarat: sed primũ quicquid aquai
Tollitur: in sũmaq; fit vt nil humor abundet:
Partim qꝫ validi verrentes æquora venti
Diminuũt: radiisq; retexens ætherius sol:
Partim qꝫ subter per terras diditur omneis.
Percolatur enim virus: retroq; remanat
Materies: humoris & ad caput amnibus oĩs
Conuenit: inde sup terras fluit agmine dulci
Qua via secta semel liqdo pede rettulit vndas.
Aera nunc igitur dicã quid corpore toto
Innumerabiliter priuas mutatur in oras:
Semp enim quodcũq; fluit de reb⁹: id omne
Aeris in magnum fertur mare: qui nisi cõtra
Corpora retribuat reb⁹: recreetq; fluenteis:
Omnia iam resoluta forent & in aera versa.
Haud igitur cessat gigni de rebus: & in res
Recidere assidue: qm̃ fluere omnia constat.
Largus itẽ liquidi fons luminis ætherius sol
Inrigat assidue cœlum candore recenti:
Suppeditatq; nouo cõfestim lumine lumen.
Nam primũ quicquid fulgoris disperit ei:
Quocũq; accidit id licet hinc cognoscere pos
Qꝫ simul ac primũ nubes succedere soli (sis.
Cœpere: & radios inter quasi rumpere lucis:
Extẽplo inferior pars horũ disperit omnis:
Terraq; inumbratꝛ qua nimbi cũq; feruntur.
Vt noscas splẽdore nouo res semper egere:
Et primum iactum fulgoris quenq; perire:
Nec ratione alia res posse in sole videri
Perpetuo ni suppeditet lucis caput ipsum.
Quinetiam nocturna tibi terrestria quę sunt
Lumina pendentes lychni: claręq; coruscis
Fulgoribus pingues multa caligine tædę

Consimili properāt ratione:ardore ministros
Subpeditare nouū lumē:tremer̄ ignib⁹ istāt:
Instāt:nec loca lux īter quasi rupta relinquit:
Vsq adeo properanter ab oībus ignibus eius
Exitium celeri toleratur origine flammę.
Sic igitur:solem:lunā:stellasq putandum
Ex alio atq alio lucem iactare sub ortu.
Et primū quicquid flāmai perdere semper:
Inuiolabilia hæc ne credas forte vigere.
Deniq nō lapides quoq vinci cernis ab æuo:
Non altas turreis ruere:& putrescere saxa:
Non delubra deum:simulacraq fessa fatisci:
Nec sanctum numen fati procellere fineis
Posseue neq aduersus naturæ fœdera niti.
Deniq nō monimenta virū dilapsa videmus:
Cedere proporro subiteq senescere credas.
Nō ruere auolsos silices a montibus altis
Nec validas æui vireis perferre:patiq
Finiti. Neq enim caderent auolsa repente
Ex infinito quæ tempore pertolerassent
Omnia tormenta ætatis priuata fragore.
Deniq iā ruere hoc circum:superaq qđ oīne
Continet amplexu terrai:procreat ex se
Oīa(qđ quidā memorāt)recipitq perēpta:
Totum natiuū mortali corpore constat.
Nam quocūq alias ex se res auget:alitq:
Deminui debet:recreari cum recipit res.

expone lucis copia. Qua nimbi cūq ferun- tur. Quacūq feruntur nimbi. Primū iactū. Primos radios quoa tū primū sol eiaculatus fuerat. Caput. Fontē. Quinetiā. Ignis hic e tædis & rebus crassis & materialibus factus cū originē habeat cœlestis ignis: ei⁹ quoq na- turā obseruat: seruatq ꝑpetuū tenorē vt post vnū radiū semꝑ nouū suppeditet. Lychni. Lucernę. Lychnuch⁹ instrumētū id ligneolū vocatur oblōgulū: alio noie obeliscolychniū dictū. Tædæ. Faces e tædis factę & pineis.

Lychnu- chos. Obelisco lychniū.

Inuiolabilia. Ne corruptionē & vim dissoluē- tem in tabē sentiant. Deniq. Colligit oīa corruptionē pati & æra & lapides. Simile illud Ouidianū. Ergo cū lapides: cū dens patientis aratri Depereant æuo: carmina morte carent.

Nō. Nōne. interrogatiue legendum. Delu- bra deum. Tēpla deorū: quæ numina cui dica- ta sunt seruare deberent ab interitu. Nec san- ctū numē. Neq deus cui dicantur delubra res tales a situ corruptionis potest asserere. Fati. Naturæ: q̄ certos fines rebus statuit: quos præ- terire nequeāt. Procellere. Vi anteuenire: per- cellere ꝓprie vrgere significat & īpellere. Scri- bit Gelius circium ventū honustū plaustrum percellere. in Donato prouerbium. Plaustrū percellis: vbi mendum sit nec ne video posse ambigi: cū austrū percellere ventū naufragiū molientē sit prouerbialis locutio: qua Plaut⁹ vtitur: vel propter populos illos: de quib⁹ me- minit Gelius qui cum austro bellū gesserunt: vel q ictus irritos facit: qui cū austro pugnat.

Percello. Plaustrū percellis. Pēsitatus Terētius.

Fœdera. Fines ac limites. Niti. Obniti: re- luctari. Deniq. Exēpla sunt singulatim po- sita de rerū oīm corruptela. Monimēta virū. Sepulcra virorū; q̄ monimenta q mentē mo- neant appellant̄. Dilapsa. In diuersas partes lapsa & exclusa. Cedere. Dare locū violen- tiæ tēporis. hęc oīa p interrogationē ꝓferūtur.

Nec. Silices illos & crepidines q̄uis vastita- te corporis polleant posse pati ingruēs seniū.

Aeui finiti. Aetatis suæ: quæ illis statuta fi- nijt. Tormenta. Saxa ingentia quibus vti- mur ad torquendum in hostes. Omnia oppu- gnacula quæ torquentur in hostes tormenta dicuntur: & quoniā saxa aliquādo torquen⁹ non ab re illa tormenta Lucretius appellat.

Priuata. Visua vitali destituta. Fragore ætatis. Ruina ætatis: quæ facto quodā ꝑcipi- tio crepidines & altissima saxa deplanat. Deniq. Cum terra ruat & omnia terrena, & in ipsam terram recidāt, fit vt a quibusdam terra dicatur cuncta gignere: quoniam in eam cuncta recidunt. cum igitur partes terræ sint corruptibiles: terra ipsa consequenter est corruptibilis. Ruere hoc. Hęc ruina rerum decidentium. Circū. Ex omni parte. Superaq. Et superne: ex loco superiori. Quod omne. Ruens & labens. Continet. To- tum natiuum. Amplexu terrai. In sinu terræ. Procreat ex se. Gignit terra hæc omnia restaurata rebus pro- labentibus & procidentibus. Quod quidā memorant. Vt quidam dicunt. Recipit. Sinu suo excipit. Per- empta. Corrupta & essentia sua priuata. Totum natiuum. Omnis hæc terra ex qua cuncta nascuntur mortali corpore constat. Nam quocunq. Lege: nā quodcunq. probatio est terram suscipere magis & minus ipsam q corruptionem. Nam quodcunq auget ex se res & restauratur cum recipit illas diminui necesse est. Recre- ari. Restaurari & refici debet. omne autem quod reficitur & alit mutatur & consequenter corrumpitur.

Præterea si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & cœli:semperq æterna fuere:
Cur supera bellum Thebanū & funera Troię
Non alias alii quoq res cecinere Poetę?

¶ Præterea. Vt impensius asserat mundum esse corruptibilē redarguit opinionē nōnullo- rū qui dicunt neq mundū habuisse originem nec habiturū finē. Plato scribit habuisse qui- dem principiū: sed non habiturum finē: & q exacto magno anno quē metonicū nonnulli vocant fiet siderum quedam cyclica reuolu- tio: omniaq præterita iterum erunt. Sed Ari-

Metonic⁹ annus.

Quo tot facta virum toties cecidere? nec vsq̃
Aethernis famæ monimentis insita florent?
Verũ(vt opinor)habet nouitatẽ sũma: recẽsq̃
Natura ẽ mũdi: neq̃ pridem exordia cœpit.
Quare etiã quædam nunc artes expoliuntur:
Nũc etiã augẽscũt: nunc addita nauigiĩs sunt
Multa: mõ orgãici melicos peperere sonores.
Deniq̃ natura hæc rerum: ratioq̃ repertaẽ
Nup: & hanc primus cũ primis ipse repertus
Nũc ego sũ: in pãtrias q̃ possim vertere voces.
Qꝫ si forte fuisse antehac eadẽ omnia credis
Sed periisse hominum torrenti secla vapore:
Aut cecidisse vrbeis magno vexamine mũdi:
Aut ex imbribus assiduis exisse rapaceis
Per terras amneis: ac oppida cooperuisse:
Tãto quippe magis victus fateare necesse est
Exitium quoq̃ terrarum: cœliq̃ futurum.
Nam cum res tantis morbis: tantisq̃ periclis
Tentarentur: ibi si tristior incubuisset
Causa: darent late cladem: magnasq̃ ruinas.
Nec ratione alia mortales esse videmur
Inter nos: nisi q̃ morbis ægrescimus iidem:
Atq̃ illi: quos a vita natura remouit.
Præterea quæcũq̃ manẽt æterna: necesse est
Aut(q̃a sunt solido cũ corpe)respuere ictus:
Nec penetrare pati sibi quicq̃: qđ q̃at arctas
Dissociare intus parteis: vt materiei
Corpora sunt(quorũ naturã ostẽdim⁹ ãte.)
Aut ideo durare ætatem posse per omnem
Plagarum quia sunt expertia: sicut inane est:
Qđ manet intactũ: neq̃ ab ictu fungitur hilum:
Aut etiam: quia nulla loci fit copia circum:
Quo quasi res possint discedere: dissoluiq̃:
Sicut summarũ summa est æterna: neq̃ extra
Quis loc⁹ est: quo dissiliãt: neq̃ corpa sunt: q̃
Possint incidere: & valida dissoluere plaga.
At neq̃(vti docui)solido cũ corpore mundi

An mundus principiũ habuit. — stotelẽ poeta carpit: qui voluit mundum non habuisse principiũ. Si mundus inquit nunq̃ principium habuit: velim mihi dixeris cur aliq̃ poetæ bellum Troianũ non cecinerunt, & bellum Thebanũ, præter Homerum & Antimachum?
Antimach⁹ poeta. — immo cũ artes quotidie nouæ reperiantur aut repertæ expoliantur credo originem mundi antiquitus non fuisse. Genitalis origo. Principiũ quo genitus est mundus. Aetherna fuere. Coelũ & terra. Supera bellum. Supra & ante hoc bellum cur non reperti sunt poetę qui alia bella scripserint. Quo. In quo mundo tot & tãta gesta sunt. Insita. Inscripta i libris tanq̃ immortalitatis alis. Florẽt. Nobilitantur præconio poetæ: qui rebus diuturnitatem præstat. Monimentis. Libris.

Habet nouitatẽ. Nouiter orta est. Sũma. ordo vniuersi. Recens. Recẽter exorta. Modo. Antehac paululum: recenter adinuẽta est musica.
Organici. — Organici. Qui p̃sunt organis. qui
Organarij. — dam vocant organarios. Melicos sonores. Sonos dulces & gratas harmonias in musica.
Melici. — Melici poetę dicũtur illi: qui melo hoc est dulcedine carminis vtuntur. Concentum mundi melo dulcissimo Luci⁹ vocat in trismegisto.
Herina melior sappho. — Scribũt greci Herinã tãto fuisse meliorẽ Sapphо i melicis: quãto Sappho melior fuit Herina i hexametris. Homerus melos in hymnis
Melos pria lõga. — prima ꝓductiore protulit: quorũ exemplo cecinit Capella libro nono. Et melicos cantus melica grata tulit. Hos quoq̃ Persius añ Martianum imitatus erat in eo versiculo. Cantare credas Pegaseium melos: frustra reclamante
Error Angeli Politiani. — Angelo Politiano qui in hac quidẽ re nodum in syrpo quærit. Primo quidẽ cum Hypasius exorsus harmoniã mortalib⁹ diuulgaret: tria
Harmõię genera. — tantũ eius genera putabant. Διατονικὸν, ὑπεργασικὸν, ἐξαμπελτικόν: qđ etiam ἑρμηνευτικὸν dicitur. Quidã musicã Museo inuentori adscribunt. Natura hæc rerũ. Hic philosophandi modus & de natura rerũ differendi pauloante repertus est. Hanc. philosophiã græcã. Cũ primis. Inter primos repertus sum qui Romano carmine græca dogmata complecterer. iactãtia Empedoclis vtitur. In patrias voces. In sermonẽ & linguam Romanã. Hominũ secla. Greges & agmina hominũ. Torrẽti vapore. Incitata volubili mutatione. Vexami-
Vexamẽ. — ne. Vexatione & terræ motu: cũ tellus horribili tremore concutitur. Victus. Rationibus philosophicis expugnatus. cum partes motum suscipiant & alterationem necesse est futurum exitium coeli & terræ. Nam cum res. Cum omnia hæc inferiora patiantur tantam cladem & ruinam: si causa interuenire, quæ illas ad præcipitium impelleret, subito præcipi-
Aegresco. — tarent. Aegrescimus. Aegrotam⁹. Atq̃ illi. Non secus atq̃ illi ægrotauerunt: qui morbo perierunt. Cognoscimus non ex alia causa nos esse mortales q̃ q̃ patimur eosdem morbos quos passi sunt illi qui obierunt. cũ igitur cladem res aliquam patiuntur: possunt quãcũq̃ cladẽ pati: & consequẽter vno & communi exitio cadere. Iidẽ. Nos ipsi: vel lege iisdem hoc est morbis. Præterea. Exequitur omnia: quæ rebus æthernis accidunt: quæ cũ mundo non conueniant: non est igitur mun-

Naturast: quoniã admistumst in rebus inane:
Nec tñ est vt inane: neq; aũt corpora desunt:
Ex infinito quç possint forte coorta
Córuere hanc rerũ violéto turbine summam:
Aut aliam quãuis cladem importare pericli.
Nec porro natura loci: spatiumq; profundi
Deficit: expergi quo possint mœnia mundi:
Aut alia quauis possint vi pulsa perire.
Haud igitur leti prçclusast ianua cælo:
Nec soli: terrçq;: nec altis æquoris vndis:
Sed patet immani & vasto respectat hiatu.
Quare etiam natiua necessumst confiteare
Hæc eadẽ. Neq; em̃ mortali corpore q̃ sunt:
Ex infinito iam tempore adhuc potuissent
Immensi validas æui contemnere vireis.
Deniq; tantopere inter se cum maxima mũdi
Pugnent membra pio nequaq̃ cócita bello:
Nonne vides aliquam longi certaminis ollis
Posse dari finem: vel cum sol & vapor omnis
Omnibus epotis humoribus exuperarint:
Qđ facere itẽdũt: neq; adhuc conata patrãt:
Tantum suppeditant amnes: vltraq; minant
Omnia diluuiare ex alto gurgite ponti:
Nequicq̃: quoniã verrentes æquora venti
Diminuunt: radiisq; retexens çtherius sol:
Et siccare prius confidunt omnia posse:
Q̃ liquor incœpti possit contingere finem:
Tantum spirantes æquo certamine bellum
Magnis de rebus inter se cernere certant:
Cum semel in terra fuerit superãtior ignis:
Et semel (vt famast) humor regnarit in aruis.

dus æthern⁹. Respuere ictus. Corruptionẽ nullam pati. Nec penetrare. Opus est in tãtum eẽ solida: vt a nulla vi penetrari possint.

Arctas. Solidas, simul colligatas. Dissociare. Disparare, diuidere, seiungere. Vt materiei. Quali soliditate prædita sunt corpora materialia. alibi legiẽ materiæ ceu. Quorũ. Corporũ materialiũ. Aut ideo. Dupliciter corpora possunt eẽ æterna: aut em̃ sunt corpore solido p̃dita: aut non possunt plagas & corruptiõis vulnera pati. Posse. Cõstat corpora. Plagarũ quia sunt expertia. Quoniã nõ patiunẽ plagas. Qđ manet intactũ. Qđ est intangibile. Figiẽ. Penetraẽ. Hilum. Tantillũ. Aut etiã. Preterea inane non corrũpiẽ quoniã non habet aerẽ circũadiacẽtem, quẽ locum vocamus: cũ eũ trãscendere nequeat sequiẽ consequenter vt nullam mutationem suscipiat. Loci. Locus est circũferentia locati hoc est aer ãbiens corpus. Quo. In quẽ locũ. hoc ait. quoniã res, q̃ alterãẽ, de loco ad locũ mouenẽ. Sed cũ inanis nullus sit locus: res igitur inanes vicissitudinẽ non recipiunt.

Locus.

Summarũ summa. Ordo vniuersi: qđ est magnum p inane receptũ. Nec extra. Subintellige inane. Quia locus est. Aliquis est locus. Quo. In quẽ locũ. Dissiliant. Discedãt. Incidere. Aperire: penetrare inane. At neq;. Sed ne respõdere queas mundũ esse solidũ corp⁹, scito illi admistam esse inanitatẽ.

Summa summarum.

Nec tñ. Preterea corpus non est penitus inane: sed est quid cũ inanitate mistũ. Neq; aũt corpa. Addeq; corpora violẽta parata sunt q̃ possint dare corpus in prçceps. Corruere. In ruinam dare. Nec porro. Respõdet obiectioni, q̃ suboriri posset. Dicat em̃ fortassis quispiam mundũ ruere nõ posse: q̃m nulla tã vasta capacitas reperieẽ, in quã corpora mũdi recidere possint. immo daẽ magni corpus inanis in qđ recidere potest hæc moles. Natura loci. Quç ruinam mundi excipiat. Expergi quo. In qđ p̃fundum spargi mundus ruinosus possit. Mœnia. Ambitus. Leti prçclusa est ianua cælo. Id est cælũ habet aditũ puiũ morti. Ouidius ex Lucretio. Sed nocet esse deũ: p̃clusaq; ianua leti Æthernũ nostros luct⁹ extẽdit in æuũ. Respectat. Respicit mare ad p̃fundũ barathrum. Natiua. Ortum & originem habuisse. Deniq;. Mundũ esse corruptibilẽ ostendit ex elementis inuicẽ certantibus. Ignis enim superans aquam minatur ecpyrosin, hoc est exustionem & consequenter exitium: aqua vero ignem superare contendens diluuiem minatur: quç contẽtio cum tanta sit quid miremur mũdum eẽ tam discordem mutabilemq;. Nequaq̃ pio. Impio: vtpote ciuili & intestino. Nõne vides.

Ianua leti.

Ecpyrosis.

Manifestũ est elemẽta finẽ habitura: cũ sol humoribus exhaustis superauerit aquã tũc fiet ecpyrosis. Ollis. Illis. Exuperarint. Superauerint humorẽ aquç. Intẽdũt. Quã vim aquæ sorbere nitũtur ignis & vapor. Patrantur. Perficiuntur. Papinius. scelerisq; patrati Suppliciũ expendunt curæ. Tantũ. Humoris igni contrarij. Diluuiare. Diluuie & inundationibus cõmiscere & conturbare. Liquor. Vis humecta. Incœpti. Ardoris qui incœpit elemẽtum aquæ vexare. Cernere. Pugnare, decernere. Plautus. pro patria amphitruo dum cernit cum hostib⁹. Maro. Inter se coiisse viros & cernere ferro. q̃uis decernere legatur a nonnullis. Pacuuius. hija ego do potestatem cernendi omnibus. Cum semel. Exemplo notissimo declarat ecpyrosin posse per orbem terrarum vagari: quippe cum qđ semel fuit esse etiam potest. Scimus enim tempore Phaetontis exustione generali terras exustas. Fuerit. Iam olim tempore Phaetontis. Superantior. Magis superans elementum aquæ & consequenter vim eius imminuens.

Patrare.

Diluuiare.

Cernere.

Ambens.
Auia.

¶ Ambiẽs. Circundãs. quidã codices habẽt ambens pro ambedẽs: id significat ex omni pte circũedẽs & vastãs. Auia. Auia solia dis sita & remota qñ phaeton reliqt paternũ iter & p nutu equoꝝ in alteram ptem raptatꝰ est. Solis aũt via p signiferũ est: quã hijs phœbꝰ edocet filiũ li. ij. Metamor. Neu te dexterior tortũ declinet ad ãguẽ. Neue sinisterior pressam rota ducat ad arã. Inter vtrũq; tene. Raptauit. Corripuit, disturbauit. Solq; cadẽtis. Fingit solẽ post mortẽ Phaetõtis equos collegisse palatos, & iter pristinũ instituisse. Lãpada mũdi. Solẽ, q cęli lãpas est. Redegit. Ordinauit. Tremẽtis. Pauẽtes phœbũ illos acerrime flagellantẽ q habenis filij obtẽpare noluissent. Siue ex priori consternatione, & fulmine diali timentes. Ouidiꝰ. Colligit amẽtes & adhuc terrore pauẽtes Phœbus equos, stimuloq; dolẽs & verbere sęuit. Sęuit enĩ natumq; obiectat & imputat illis. Scilicet hoc veteres. Gręci poetę, q cælũ impleuere fabulis, hoc iocose decantauerũt. Sed q sol excedat causa naturalia afferꝫ q scilicet elementũ ignis supauit elemẽtũ aquę. hoc est quod intellexit Ouidius ita scribens.

Esse quoq; in fatis reminiscitur affore tẽpus
Quo mare quo tellus correptaq; regia cæli
Ardeat: & mundi moles operosa laboret.

Qđ. Quæ poetica fabula. Supare. Vincere elemẽtũ aquę. Reuinctę. Quę prius simul astrictę fuerant & coactæ. Vnde. A quo elemento ignis ab aqua supati. Vis aliqua. Vires q̃ sunt in elemento ignis sufficiẽtis obrui a viribus aquę. Auersa. Discedens & relinquens elemẽtũ ignis. Quæcũq;. Vis: q̃ erat i igne. Coorta. Cõgenita vt vi aquę gelidissimę reluctareꝫ. Cõstiterũt hymbres. Pręsto fuerũt inũdatiões aq̃ticę. Cũ primũ vis igni attributa apta reluctari aq̃ victa vapore disperijt, tũc subito humore supare cœpit. Flumina. Excedẽtia & aquas duplicãtia. Vim. Ignis: q̃ ex pari cõtẽdebat cũ elemẽto aquæ.

Cõiectꝰ. Coactio, cõcretio. Ex ordine ponã. Scribã seriatim & digeste. Nã certe. In principio huius narratiõis, hoc primordium infert ordinẽ nõ seruare. Cõsilio. Quadã diuina puidẽtia. Quęq; suo sagaci. Lego ex emẽdatis codicibꝰ. ordine se nec q̃q; sagaci. hoc ordie & sensu pricipia nõ locata sunt: nec q̃q; ex tịa genita mẽte sagaci. Sagacẽ mẽtẽ p uidũ cõsiliũ vocat & prudẽtiã q̃q; disponẽtẽ. alij scribũt. ordine q̃q; suo atq; sagaci mente locarũt. Quęq;. Ex elemẽtis. Pepigere. Cũ natura pactũ fecere quõ moueri debeãt: sed i prouide, temere, & incõsulte principia mouẽtur. Sed qa. Nulla prudẽtia pricipia naturalia mouenꝫ: sed ex impulsu naturali: vel pondere: vt in terra: vel leuitate vt in aere ferunꝫ, & agũꝫ. sed hos versus alibi interp̃tati sumꝰ: more Homerico q̃nq; sua Lucretius repetit.

Propterea. Cũ hęc elemẽta moueanꝫ & assiduã, vt ita dixerim, vertiginẽ patiantur: conueniunt inuicem, & omnia gignunt. Magnum vulgata per ęuum. Dissipata hæc elemẽta per spatium temporis. Omnigenos cœtus. Omnifaria concilia & generationes.

Conueniant. Copulentur in generatione.

Ignis enim superauit: & ambẽs multa pussit.
Auia cum Phaethonta rapax vis solis equorũ
Aethere raptauit toto: terrasq; per omneis.
At pater omnipotens ira tum percitus acri
Magnanimum Phaetõta repẽti fulminis ictu
Deturbauit equis in terram: solq; cadentis
Obuius æternam suscepit lampada mundi:
Disiectosq; redegit equos: iũxitq; tremẽteis:
Inde suum per iter recreauit cũcta gubernãs:
Scilicet vt veteres graium cecinere Poetæ:
Quod procul a verast animi ratiõe repulsum.
Ignis enim superare potest: vbi materiai
Ex infinito sunt corpora plura coorta:
Inde cadunt vires aliqua ratione reuinctæ:
Aut pereunt res exustæ torrentibus auris.
Humor item quondã cœpit supare coortus
(Vt famast) hominũ mltos qñ obruit vndis.
Vnde vbi vis aliqua ratione auersa recessit:
Ex infinito fuerat quæcunq; coorta
Cõstiterũt imbres: & flumina vim minuerũt.
Sed quibus ille modis coniectus materiai
Fundarit terrã: & cælum: pontiq; profunda:
Solisq; & lunę cursus: ex ordine ponam.
Nam certe neq; consilio primordia rerum
Ordine quęq; suo atq; sagaci mente locarunt:
Nec quos quęq; darẽt motꝰ pepigere pfecto.
Sed quia multa modis multis primordia rerũ
Ex infinito iam tempore percita plagis:
Ponderibusq; suis consuerunt concita ferri:
Omnimodisq; coire: atq; omnia pertentare:
Quęcunq; inter se possent congressa creare.
Propterea fit: vti magnum volgata per ęuum
Omnigenos cœtus: & motus experiundo:
Tandem conueniant: quæ cõuenere repente
Magnarum rerum fiunt exordia sępe:
Terrai: maris: & cęli: generisq; animantum.
Hic neq; tum solis rota cerni lumine largo

Altiuolans poterat:nec magni sydera mūdi:
Nec mare:nec cęlū:nec deniq; terra:nec aer:
Nec similis nostris rebus res vlla videri.
Sed noua tēpestas quędam:molesq; coorta
Diffugere inde loci parteis cœpere:pareisq;
Cum paribus iungi res:& discludere mundū:
Mēbraq; diuidere:& magnas disponere pteis
Omnigenis e principiis:discordia quorum
Interualla:vias:connexus:pondera:plagas:
Concursus:motus turbabat pręlia miscens:
Propter dissimileis formas:variasq; figuras:
Q̄ nō omnia sic poterant coniuncta manere:
Nec motus inter sese dare conueniēteis:
Hoc est a terris altum secernere cælum:
Et seorsum mare vti secretū:humorq; pateret
Seorsus item:puri secretiq; ætheris ignes.
Quippe etenim primum terrai corpora quęq;
Propterea: q̄ erāt grauia & perplexa coibāt:
In medioq; imas capiebant omnia sedes:
Quæ quanto magis inter se perplexa coibāt:
Tā magis expressere ea:q̄ mare:sydera:solē
Lunamq; efficerent:& magni mœnia mundi.
Oia em̄ magis hæc sunt læuibus atq; rotūdis
Seminibus:multoq; minorib⁹ sunt elemētis:
Q̄ tellus:ideo per rara foramina terræ
Partibus erumpens primus se substulit ęther
Signifer:& multos secū leuis abstulit igneis:
Non alia longe ratione:ac sępe videmus
Aurea cum primū gemmāteis rore p hærbas
Matutina rubent radiati lumina solis:
Exhalantq; lacus nebulam:fluuiiq; perennes.
Ipsa quoq; interdum tellus fumare videtur:
Omnia quę sursum cum conciliantur in alto
Corpore concreto subtexunt nubila cælum.

Tandem conueniant,ea quæ conueniant. Corrige. Tandem conueniant,quę cōuenere. Sensus.fit vt principia tandē simul cogātur ad gignendū. Illa aūt principia quę cōuenere repente faciunt multas res exoriri in lucem. Hic neq; tū solis. Anteq̄ elemēta discederent inuicē sol lucē suā nō effundebat:nec sydera micabant:nec mare vi suā exercebat: oia possidebat moles indigesta qđ chaos dicitur. Solis rotam p orbe solis posuit. Altiuolans. Sublimis,in ipso editissimo aere collocata. Nostris rebus. His rebus creatis ordine digesto,q̄ sunt ante oculos. Sed noua. Cū hęc moles indigesta cœpta sit in ptes abire,cœperunt elementa cōuenire & inuicē coalita gignere. Tēpus. Mot⁹,vexatio,elemētorū agitatio. Molesq; coorta. Chaos illud qđ principiū habuisse Lucretius sentit. Ouidius pariter indigestā molē nūcupat. Inde loci ptes. Emēda:indu loci p in loci.du.em̄ paragoge est. Ordo.qđā noua tēpestas & moles coorta cœpe diffugere in ptes loci,hoc ē chaos secretū e i ptes diuersas loci: occupauerūt hec diuersum locū. Discludere. Separare. Ferret aures nr̄as hoc verbum discludere nisi Lucretius esset vius.auctor Macrobius in sexto. Maro. discludere nerea ponto Cœpit. Mēbra summæ rerū ptes. Disponere. Ordinare. Oigenis. Oiparis, oia generantib⁹. Discordia. Repugnātia. Quorū. Elementorū cū erāt eidē moli inclusa. Hoc est a terris. Hęc elemētorū digesta sepatio talis ē vt a terris diuisū sit cęlū qđ sūmu obtinet,tra aūt locū īfimū:& oia haberēt locū sibi cōgruētē. Secernere. Diuidere. Seorsū. Seiūcti,sepate. Vt secretū. Vt mare sepatū sit. Hūor. Aq̄. Seorsus. Seiūct⁹,sequirat⁹. Puri ignes. Lucidi. Secreti. Subintellige sint. Quippe etem̄. In hac elemētorū diuisione corpa terrę qm̄ erāt grauia declinauerūt in inferiorē sedē ignes in supiorē. Perplexa. Dēsa,coacta,cōstipata. Coibāt. Cōueniebāt. Quę quāto. Sēsus. quāto magis corpa terrę sunt grauiora & dēsiora,eo magis puriora sūt cętera corpora elementorū,q̄ quodāmodo expssa sunt telluris sorde veluti quadā corpulentia extracta. Expressere. Expurgauere. Ea. Elemēta siue corpa e qbus mare,sol,& ignes geniti sūt. Mœnia. Ambit⁹,circūferētiā,circuitū: mœnia cęli vocat Ouidi⁹ in libris metamorphoseos Lucretiū imitat⁹. Oia. Corpa aq̄, ignis,& aeris cōstāt ex atomis lęuiorib⁹ q̄ corpora terræ. Per rara. Rarefacta,foraminulēta. Partib⁹. Particulatim. Signifer. Ferēs signa,hoc est planetas. Errones adhęrent illi superiori parti cęli,q̄ dicit ęther. Signifer a latinis,q gręce Zodiacus appellat. In quibusdā codicibus scriptū est ignifer. Est.n. æther locus ignis: quare παρα το αιθειν, hoc ē ab ardendo illi nomen hęsit. Leuis. Aether naturę minime pōderosę. Nō alia longe ratione. Nō multū dissimili cōparatione oia aer elementa circundedit q̄ cum sol radians matutino tempore coruscamine suo cęteras circumlustrat herbas: & ex hęrbido rore fluuiisq; transapparentibus simulacra purissimę lucis reuibrant in oculos. Ac.q̄. Aurea. Aurū imitantia. Gemmantis. Gemmantes:gemmas imitantes floribus suis:vel guttulis rorulentis gēmas imitātibus. Radiati. Radiosi,corusci,radios solares imitantis. Conciliantur in alto. Coguntur in aere. Sub texunt. Quadam veluti facta textura inumbrant.

Vide an legendū ea q̄ cōuenera.
Altiuolās.
Indu loci.
Discludere
Signifer.
Aether.

Diffusilis.
Alij hunc.

Diffusilis. Agitabilis, q in ptes oēs agitari potest & diffundi. Nūc. In priscis exēplaribus scriptū est: hunc hoc est ab isto aere. Inter vtrosq;. Inter solē & lunā sunt secuti globi, hoc est sphęræ orbes videlicet & circuli, q bus planetæ decorantur. Quorum. Globorum. In auras. In oras legendum, hoc est loca & regiones: in quibus regionibus ætheris cęlum globosum vertitur. Quę. Quos globos. quidā hoc om̄e referunt ad duos polos ī diuersa extremitate cęli positos: circa quos voluitur cælum: sed hos polos nō voluere lunam refert. vel qđ verius puto terra globum non habet, hoc est orbem vt luna & sol, q rotetur assidue: tanq̄ dicere velit illam vt cęlum assidua vertigine nō volui iugiq; volumine: vt cælū: sed stabilē psistere grauiq; pōdere libratā. Asciuit. Vidicauit: arrogauit sibi vt hēret globū iugit mobilē. Aether. aer q globū orbēq; nō habet. Qz neq;. Affert rationē cur aer & terra nō vertāt: vt orbis lunę solisq;. qm̄ aer leuis est nec pōt deprimi: qđ cōtingit corpi vertiginoso: neq; terra ē leuis vt possit in voluendo labi, atq; vagari. Grauia. Elementa aeria. Depressa. Deuergentia inter voluendum. Sederent. Cum pondere voluerentur inclinante alterā ex partibus. Per summas oras. Per altas cæli regiones vbi cō uoluuntur elementaria corpora. Labier. Labi. Et tamen. Cum terra & aer non voluant globo suo tamē voluere possunt & mouere. exempli gratia in corpore nostro sunt quędā partes quæ stabiles sunt: & tamē nos mouēt.

Inter vtrasq;. Inter corpora stabilia sunt & mobilia. Corpora viua versent. Aer & terra cum ipsa non vertantur possunt mouere corpora viua & vertere. Extēt. Aer & terra.

Quod genus. Quale est. ponit exemplum rationis propositæ. In statione. In qete q nō moueat. Ouidi⁹. Quiq; suas ponūt in statiōe comas. Manere. Esse stabilia. Ea. Mēbra. Nos. Corpus nostrum impellāt. His igitur. Cū moles hæc aceruatoq; elementorū discussa est: inq; suas ptes cessit inane chaos terra subsedit & illā inūdauit mare. Reb⁹ retractis. Partib⁹ molis hui⁹ reuocatis ad digestiē & ordinē. Qua. Parte. Maxia pōti plaga. Maxia maris regio & tract⁹. Cęrula. Colori cęrulei. Succidit. Subsedit. Salso gurgite. Alueo marino salsedie scatēte. Verberib⁹. Impulsib⁹. cū aer hic illā verberaret tū mare.

In medio ppulsa suo. Terra ab igruēte aere pulsa ad suū meditulliū qđ nūc obtinet. Tā magis. Tāto magis quo terra altrisec⁹ laterū ppellebat̄ ab aere: altrisec⁹ aūt a mari: eo magis e corpe terreno exprimebat̄ salsedo. Sudor. Mador aq̄tic⁹ elicit⁹ vi cōpugnātiū duorū elemētorū. Mādādo. Dū mādaret & ipmeret vi salsedinis i aquā. malo tñ legere mādēdo: hoc est dū terra māderet̄: circūroderet̄ vi maris allatrātis. Natātes. Inūdatos a mari, vel supinos, latos, & explicatos. Et tāto. Et quāto magis allatrati maris violētia pcuteret: terrāq; aer: eo magis exprīebat̄ ex illa vapor si qs cēt inclusus, nec mīn⁹ corp⁹ aeris.

Procul a trīs. In aere sublimi. Fulgē. tēpla. Cliata cęli radiātia. Ascēs⁹. altitudo cū mō.

Sic igitur cum se leuis ac diffusilis ęther
Corpore concreto circundatus vndiq; sepsit:
Et late diffusus in omneis vndiq; parteis:
Omnia sic auido complexu cętera sepsit.
Nunc exordia sunt Solis: Lunæq; secuta:
Inter vtrosq; globi: quorum vertunt̄ in auras:
Quę neq; terra sibi asciuit: nec maxim⁹ ęther:
Qz neq; tā fuerint grauia: vt dep̄ssa sederēt:
Nec leuia: vt possent p̄ summas labier oras:
Et tamen inter vtrasq; ita sunt: vt corpa viua
Versent: & partes vt mundi totius extent.
Quod genus: in nobis quędā licet in statione
Mēbra manere: tñ cū sint ea: q̄ moueant nos.
His igitur rebus retractis terra repente
Maxima qua nunc se ponti plaga cærula tēdit
Succidit: & salso suffodit gurgite fossas.
Inq; dies quanto curuā magis ætheris ęstus:
Et radii solis cogebant vndiq; terram:
Verberibus crebris extrema ad limina ptem
In medio vt ppulsa suo condensa coiret:
Tam magis expressus salsus de corpore sudor
Augebat mare mādando: camposq; natāteis:
Et tanto magis illa foras elapsa volabant
Corpora multa vaporis: & aeris altaq; cæli
Densabant procul a terris fulgētia templa:
Sidebant campi: crescebant montibus altis
Ascensus: neq; enim poterant subsidere saxa:
Nec pariter tantūdē omnes succūbere ptes.
Sic igitur terræ concreto corpore pondus
Cōstitit: atq; oīs mundi quasi limus in imum
Confluxit grauis: & subsedit funditus: vt fex:
Inde mare: inde aer: inde ęther ignifer ipse
Corporibus liquidis sunt omnia pura relicta:
Et leuiora aliis alia: & liquidissimus æther:
Atq; leuissimus aerias super influit auras:
Nec liquidum corpus turbātibus aeris auras
Committi sinit: ac violentis omnia verti

Turbinibus ſinit incertis turbare procellis.
Ipſe ſuos igneis certo fert impete labens:
Nā modice fluere: atq; vno poſſe ęthera niſu
Significat ponto mare certo q̄d fluit æſtu
Vnum labendi conſeruans vſq; tenorem.
Motibus aſtrorū nūc quæ ſit cauſa canamus.
Principio magnus cęli ſi vertitur orbis:
Ex vtraq; polum parte premere aera nobis
Dicēdū: ex vtraq; tenere: & claudere vtrinq;:
Inde alium ſupera fluere: atq; intēdere eodē:
Quo voluenda micant ętherni ſydera mundi:
Aut alium ſubter contra quis ſubuehat orbē:
Vt fluuios verſare rotas: atq; hauſtra videm9.

tes editiſſimi creſcerent. Subſidere. Deprimi. hoc verbo Ouidi⁹ vſus primo metamorpho. Nec pariter. Subitellige poterāt. Succūbere. Subſidere. Partes. terræ. Sic igitur. Terra vtpoteres grauiſſima in principio illi⁹ digeriei & ordinis confluxit in vnuoi vt imus vt cœnum. Concreto corpore. Quæ terra eſt corpus concretum & conſtipatum. Aeriasſuper influit auras. Eſt enim ęther non quicūq; aer: ſed purgatior & liquidior. Aer vero feculentus & corporeo contagio inſincerus. Nec liquidum corpus. Nec credas ipſum æthera commiſceri, hoc eſt eſſe eundem cū aere: quoniam hic turbidus ille ſincerus. Committi. Coniungi, componi: vnde verbum cōmittere ſignificat ad certandum producere: quapropter cōmiſſiones gladiatorum reperies apud eruditos. Auras. Afflatus ſuos & flabra. Turbantibus. Subintellige corporibus. Ordo. nec liquidum corpus ſinit ſe cōmitti cum ventis turbātibus auras aeris. Auras pro oras poſuiſſe Lucretium nonnulli cōtendunt. Sinit. Subintellige nec. Ipſe. Aether. Labens. Agitatus & per cuncta diffuſus. Fert. Diſtrahit. Impete. Impetu. Nā modice. Temperate, cum menſura, non violenter. Superius explicatum eſt quonam pacto aer nō habet globum quo ſe vertat: nunc ad probationem illius propoſitæ rationis affert hoc exemplum quo probatur modice aerem fluere. videmus enim æſtum maris molliter ire & redire, qui prouenit ab aere impellēte. Fluere. Subintellige poſſe. Vno niſu. Vno impulſu & impetu. Significat ponto. Corrigendum duco: ſignificat pūcto, hoc eſt certo & ſtato tēpore & numero. Q̄d. Mare. Fluit. Reciprocat. Aeſtu. Rheumate, reciprocatione. Aeſtus maris dicuntur quando aqua maritima fluit, & refluit. cauſam Sili⁹ aſcribit lunę. Tenorē. Vnam legē & ordinē. Textus codicis hic eſt. Mare q̄d fluit æſtu. i. ꝓpter ęſtū pūcto certo ſignificans vnū tenorē habēs vſq; ſignificat æthera modice fluere poſſe & vno niſu. Motib⁹. Nunc pollicet̃ ſe narraturū de motib⁹ ſyderū, & q̄ cauſa aſtra impellat ad mouendū. Principio. Si concedere volumus motum cæli dicere debemus aera premi a lateribus, & alium ſupra refluere, & eodem tendere quo ꝓperant ſydera, q̄ mox voluent̃. Ariſtoteles tñ colligit cælum naturali latione rotari: ſphæricāq; habere vertiginē: q̄d primū mobile cęlum videlicet a prima cauſa, qui prim⁹ dicitur motus, voluitur: qui deus eſt: vel auctore Platone ab idæa. Sunt qui motū cæli ab intellectuali ſubſtantia originari credunt. Thomas tamē libro contra gentiles tertio ſic inqt. Non tamē eſt negādū motū cæleſtem eſſe naturalem. dicitur enī eſſe aliquis motus naturalis non ſolum ꝓpter actiuum principium: ſed etiā ꝓpter paſſiuum: ſicut patet in generatiōe ſimplicium corporū: quę quidem nō poteſt dici naturalis ratione principij actiui. mouetur enī id naturaliter a principio actiuo: cuius principium actiuum eſt intra. Natura enim eſt principium motus in quo eſt: principium autē actiuum generatiōe ſimplicis corporis eſt extra: nō eſt igitur naturalis ratione principij actiui: ſed ſolum ratiōe principij paſſiui, q̄d eſt materia: cui ineſt naturalis appetitus ad formam naturalem. ſic ergo motus cęleſtis corporis quantū ad actiuum principium non eſt naturalis: ſed magis voluntarius & intellectualis: quantum vero ad principium paſſiuum eſt naturalis: nā corp⁹ cæleſte habet naturalem aptitudinem ad talem motum. Ariſtoteles tamen libro ſecundo de mundo inqt. Cælum mouet̃ ſine labore & pœna. Cuiuſcūq; rei eſt aliqua operatio illa eſt finaliter ꝓpter ipſam. Oportet motū cæli eſſe circa aliq̄d fixum: tale eſt terra. Subdit idem. Motus cæli eſt cauſa & menſura omnium motuū. Motus cæli eſt cōtinuus ꝑpetuus æthernus & vniformis. Accedit magnus Albertus tradēs libro Meteororū primo determinatū eſſe octauo Phyſicorū ꝙ motus primi mobilis, hoc eſt cæli eſt ſempiternus ſecundum naturam neq; eſt corruptibilis, neq; eſt ſimilis alicui motuum inferiorum rectorū mutabiliū eo ꝙ ſint diſſimiles ſibi in velocitate: q̄a motus naturalis rectus eſt intenſior in fine ſuo, q̄ in principio: & motus eorū eſt corruptibilis eo ꝙ finit̃ ad locū in quo q̄eſcet res naturaliter: & q̄a ſi ſic ſe habēt mot⁹ ſupiorꝫ, & inferiorū: neceſſe eſt vt dicam⁹ ꝙ mot⁹ inferiorū ſimbiuū, q̄ apparēt ſicut mot⁹ elemētorꝫ, ꝓueniāt ex motu ſupiorꝫ ſicut ex cauſa ſua. Quia ſi ſupior motus cōſideret̃ ſecūdū oblīq̄tatē circuli decliuis: ipſe eſt frequēter accedēs, & recedēs. Et ſi cōſideret̃ ſecūdū circulū tātū ipſe ē cōtinu⁹. Si vero cōſideret̃ ſecūdū materiā eius q̄d mouet̃ ipſe eſt incorruptibilis. Polū. Verticē qui cęlum fulcit. Ex vtraq; pte. Sūt enim duo poli arctic⁹ videlicet & antarcticus, hoc ē ſeptētrionalis & meridionalis. Claudere. Ex vtriſq; lateribus aera cōprimere & ꝑcutere: ex quo ꝑcuſſu fit ſonitus dulciſſimus auctore Pythagora, & Cicerone. Inde. Poſt hunc aerē clauſum. Supa. A pte ſupiori cæli. Intendere. Niſu irrūpere velle. Eodē. Inidē cælū. Quo. Ad quā ptē cęli. Voluēda. Quę mox voluēt̃ cū motū ſuū aer aduerterit. Micant. Subito mouent̃ & quatiunt̃. Maro. micat auris & tremit art⁹. Subter. In pte inferiori cæli. Cōtra. Ex oppoſito aeris in ſupficie collocati. Quis. Pro q: aer ſcilicet priori cōtrari⁹. Subuehat. Impetu inferiori ducat. Fluuios. Quidā exponūt metaphoricos rotę capacitates a Lucretio fluuios appellari: nec rotę ꝓprię ſed modioli, in quo ē foramē latū, in quos trāſadigit̃ ligne⁹ axis. vt fluui⁹ ille a pte īferiori cōtinet rotā: radij aūt modiolū: ita īferior & ſupior aer cōtinet cęlū. poſſem⁹ ꝑ fluuios aquā fluuiatilē intelligere q̄ rotas tnolēdarias & molarias īducta canalib⁹ agitat & cōuoluit. Hauſtra. Marcell⁹ Hauſtra ꝓprie dicunt̃ rotarū cadi ab hauriēdo, ſicuti gręce ἄντλα. Lucretius lib. v. vt fluuios verſare rotas atq; hauſtra videmus.

Cōmittere.

Cōmiſſiones.

De motu ſiderum.

A quo cælum moueatur.

Poli.

Fluuij.

Hauſtra.

Est etiam quoq; vtí possit cælũ omne manere
In statione:tamen cũ lucida signa ferantur:
Siue q; inclusi rapidi sunt ętheris ęstus:
Quęrentesq; viam circumuersantur: & ignes
Passim per cæli voluunt sub inania templa.
Siue aliunde fluens alicunde extrinsecus aer
Versat agẽs igneis:siue ipsi serpere possunt:
Quo cuiusq; cibus vocat:atq; inuitat eunteis
Flammea p cęlum pascenteis corpora passim.
Nã quid in hoc mũdo fit eorũ ponere certum
Difficilest:sed quid possit:fiatq; per omne
In variis mundi varia ratione creati
Id doceo:plureisq; sequor disponere causas
Motibus astrorum:quæ possint esse p omne:
E qb⁹ vna tñ sit & hęc quoq; causa necessest:
Quæ vigeat multũ signis:sed quę sit earum
Pręcipe haud quaq̃st pedetẽtim pgrediẽtes.
Terraq; vt in media mũdi regione quiescat:
Euanescere paulatim:& decrescere pondus
Conuenit:atq; aliã naturam semper habere
Ex ineunte ęuo coniunctã:atq; vniter aptam:
Partibus aeriis mundi quibus insita viuit.
Propterea non est oneri:neq; deprimit auras:
Vt sua cuiq; homini nullo sunt põdere mẽbra:
Nec caput est oneri collo:nec deniq; totum
Corporis in pedibus pondus sentimus inesse.
At quæcunq; foris veniunt:impostaq; nobis
Pondera sunt:lędunt permulto sæpe minora.
Vsq; adeo magni refert:qd queq; queat res.
Sic igitur tellus non est aliena repente
Allata:atq; aures aliunde obiecta alienis.
Sed pariter prima concepta ab origine mũdi:
Certaq; pars eius quasi nobis mẽbra videtur.
Præterea grandi tonitru concussa repente
Terra:supra se quę sunt:cõcutit omnia motu:
Quod facere haud vlla posset ratione : nisi eẽt
Partibus aeriis mundi:cæloq; reuincta.

Est etiã. Euenit etiã. Accidit identidẽ inqt Lucreti⁹ vt cælũ stet & sydera moueant. In statione. In positura & ordine suę qetis. Ferant. Moueant. Aest⁹. q̃dã reciprocationes aeris:q cũ ad motũ stellarũ icluderet adiuuãdũ exitũ q̃rit:& dũ reciprocat tenet cælum ne moueat. Tẽpla. Tract⁹. Sub inania. Prisci codices se imania. oras cęli tẽpla vocat imania. Siue aliũde. Siue stare põt cælũ qm̃ aer extrinsec⁹ aduenięs secũ ducit ignes:siue siderales ignes tẽdũt ad pabulũ. nutriũt .n. hũore terreno sydera. qd negat Aristo. Pascẽtes. Depascẽtes illi ignes. Flãmea corpora. Alimẽtũ qd flãmis cõsumit. In hoc mũdo. Nobis q in terra sum⁹. Fatet Lucreti⁹ eẽ difficile homini terreno describere rerũ cælestiũ naturã. Id doceo. Sed ego exequar q̃ in plurib⁹ eueniũt & si nõ ad vnguẽ cũcta describere potero. Quę. Causę. Per om̃e. Vniuersatim i illis signia. E quib⁹. Causis. Quæ vigeat. Quę cã multũ polleat in signis cęlestib⁹ intrinseca. Legit in priscis exẽplarib⁹. Quę vigeat motu in signis. hoc ẽ, q̃ motu signa vegetet ipsaq; sydera. Sed q̃ sit earum. Sed q̃nã ex his causis eligibilior sit & potior non facile ẽ dictu. Haud quaq̃ est. Non attinet ad rẽ p̃ceptia philosophicis hoc enodare. Pedetenti. Caute: puide: a tẽtãdo piculo cũ pede. Nos i qt Lucreti⁹ q volum⁹ incedere caute nõ possumus affirmare q̃ cã motuũ sit in syderib⁹.

Terraq;. Trãsit ab hac narratiõe ad explicationẽ telluris. Terra inqt vt librata maneat, pondere deorsum p̃mit. Sed aer illam retiñs suspẽsam tenet. In media regiõe. Est.n. vt patet in orbe Archimedio terra in medio collocata:immo ipsa mediũ. Euanescere. Ablrea terra. non semper idem põdus erit in terra. Aliam naturam. Immutari decet quandoq; terram & accipere illam naturam subinde quã cõtraxit ab ineunte ęuo hoc est ab orbis principio. Vniter aptam. Singulatim & peculiariter aeri conuenietem. Vniter est aduerbium ab vno. q dã deflectõt ab vniendo. Sed vnire secunda producta pfertur. Partibus aereia. Decet quandoq; naturam deponere põdus & aptã fieri cõcedere. Quibus. Partibus mundi. Insita. Insitiua & cõgenita q̃dã pprietate cõcinẽs. Propterea. Quoniam terra põdus deponit & fit cũ aere cõueniẽs, hęc est causa quare nõ it in pfundũ:sed librata manet. Deprimit auras. Aera p̃mit & deorsum impellit, q est sub terra. Vt sua. Exẽplũ. mẽbra nostra sũt põderosa : sed qm̃ organice cõcinẽtiã quãdã & cõpetẽtiã habẽt cum anima nostra:igitur nobis honeri non sunt. Quæcunq;. Pondera deforis venientia. Imposta. Imposita, ingesta. Permulto. Valde:sũmope. Minora Honera q̃ sint nr̃a mẽbra. Magni refert. Multum interest.

Quid q̃at. Quã pprietatẽ hẽat intrinsec⁹, p quã potẽs ẽ mẽbra tolerare. Sic igit. Refutat & subsãnat opinionẽ Platõis, q sẽtit hoc suppedaneũ nostrũ nõ eẽ elemẽtũ terrę verũt sed alterã q̃ ẽ purgata, & pura in sũmo ęthere collocata. In terrę iqt Plato pua pticula. ceu formicas, atq; ranas circa paludes atq; mare habitare. purã vero ipsam terrã i puro iacere.

Sydera alũtur humore terreno.

Pedetẽtim

Vniter.

Hæc terra non est elementum.

Nam communibus inter se radicibus hærent
Ex ineunte æuo coniuncta: atq; vniter aucta.
Nonne vides etiã q̃ magno pōdere nobis
Sustineat corpus tenuissima vis animai:
Propterea qa tã coniuncta: atq; vniter aptast?
Deniq; iam saltu pernici tollere corpus
Quis potis est? nisi vis aīe: q̃ mēbra gubernat?
Iamne vides quantum tenuis natura valere
Possit: vbi est cōiūcta graui cū corpore: vt aer
Coniunctus terris: & nobis est animi vis.
Nec nimio solis maior rota: nec minor ardor
Esse potest: nostris q̃ sensibus esse videtur.
Nã qbus e spatiis cūq; ignes lumina possunt
Allicere: & calidum mēbris adflare vaporem:
Nilq; nisi ex interuallis de corpore librant
Flãmarū: nihilo ad speciem st cōtractior ignis.
Proinde calor quoniã solis: lumēq; profusum
Perueniūt nostros ad sensus: & loca fulgent:
Forma quoq; hinc solis debet lunæq; videri:
Nil adeo vt possis plus aut min⁹ addere vere.

Cæterū Lucretius ait se nūq̃ nec audisse, nec vidisse alterã terrã: propterea nō credere Platoni talia p animi sententia ne dicã libidine cōminiscēti. Idē Plato in Phædōe causam reddit cur terra pēdeat in omnium meditullio sita: inqt. n. Persuasum qdē est primo si est terra in cæli medio rotūda nihil ei opus esse, vel aere, vel alia vlla necessitate eiusmodi ad hoc vt nunq̃ decidat: sed ad eã sustinēdã satis id esse q; & cælū vndiq; sibi ipsi simillimum est omnino: & terra vndiq; æquilibris. Res enim æqlibris in similia alicuius medio posita, nec magis, nec minus potest in partē aliquã inclinari. Aliena. Quę sit altera ab hoc elemēto terrę, qd mortalibus oculis cernimus, quę est aeri coniuncta, qd patet ex tonitru, quo terra cōcutitur. Sed pariter. Sed hæc sola q̃ creata est ab initio mundi. Pars eius. Quæ partes suas visibiles habet vt membra. Videntur. Synthesis numerorum. Tale illud Virgilianum. Pars in frusta secant. Supra se quę sunt. Quæ sunt supra ipsam terram. Cū terra tonitru concutitur, omnia quę supra illam sunt concutiuntur vt domus, mœnia, arces. Motu. Cū ipsa mouet. Q d. Quę motum dare non posset. Reuincta. Cōiūcta quodã vinculo & fœdere. Radicibus. Vinculis, finibus, cōueniētijs vt ita loquar. Hęrēt. Aer & terra. Ex ineūte æuo. A pricipio orbis terrarū qñ oīa creata sunt. Vniter. Vno fœdere colligata. hoc ab vno deflectit non ab vnire. Aucta. Augmentū sortita cum ex chao egressa sunt. Deniq;. Ex hoc exemplo colligere potes aerē terram tollere cū anima possit corpora nostra terrenæ naturæ gubernare cum ipsa sit vis aerea. Quis potis est. Quæ virtus potest. Iam ne vides. Ex anima nostra tollente corpus cernere licet q̃tum vis tenuis & aerea polleat cum corpori iuncta est. Tenuis natura. Vt pote aerea. Graui cum corpore. Tanq̃ cum terra dixeris. Nec nimio. Solem esse maiorem terra Plato & Aristoteles asserunt, cæterosq; errones. Lucretius solus autumat non esse maiores q̃ oculis nostris appareāt: cui prorsus omnis sapientum schola refragatur. Non omittendum (quoniam de sole data est obiter occasio loquendi) qd ab Alberto magno notatur: solem a principio arietis, vsq; ad principium cancri calidum esse & humidum, denigrans & augens. A principio autem cancri vsq; ad principium libræ calidus est & siccus, maturans: & a principio libræ vsq; ad principium capricorni frigidus est & siccus, faciēs declinare tristia ad diminutionem: & a principio capricorni, vsq; ad principium arietis frigidus est & humidus, humido putrefacto & putrefaciente. Versiculus Anticlaudiani non prętereundus quoniam lepidissimus. Sol oculus mūdi, fons vitæ, cęreus orbis. a græcis dicitur helios. dorici helion vocant, atq; ita vocatur secundum halizin. i. ex eo q; cōgregat in vnum homines cum exoritur. Item ex eo q; circa terram ai helin. i. semper resoluitur. Præterea quia variat circuitu suo quæ terra nascunt. Variare autē & æolm idem est. Vnde sol dicatur longa altercatio. Albertus magnus lib. de animalibus tertio inquit solē vocatum esse quoniã in cęlo omne lumen & calor formãs est in sole solo. Miratur Chrysostomus in homilijs cur cū omnis ignis alta petat, in sole contrariū deus fecit. Ipsi us. n. radios ad terrã cōuertit, & lucē fecit inferius vergere: tãtū vero dicēs ipsi psta tu: inferius pspice & hoib⁹ luce: pillos. n. factus es. & lucernę q dē flãma hoc pati nō pōt. Sidus vero tã magnū & admirabile ad inferiora vergit: & ad terram respicit in contrarium ignis pper eius qui iussit potētiã. Cōtra Lucretium sunt hęc verba Aristotelis lib. ij. de aia. At apparent nōnunq̃ etiã falsa de qbus simul verã opinionē habet. Sol. n. pedalis qdē apparet: at psuasum est terra ipsum lōge eē maiorē. Nã qbus. Probat ab exēplo solē nō eē maiorē q̃ videatur ab oculis humanis: cū videmus ignē enim⁹ nō multo maior aut minor appet, q̃ re vera sit: idē soli accidit. hoc mihi veritati repugnare videt. Quib⁹ e spatijs. Persistēs in eo lōginquo spatio vnde videri possit. Lumina. Oculi. Allicere. Cōtrahere eorū speciē i oculos. Calidū vaporē. Radios: q ex oculis loco calido egredientes vaporati sunt. Mēbris. In ignem corporeum. Afflare. Insinuare. vel ita expone: cū ignes possunt allicere lumina hoc est ad obtutū prouocare suum calidum vaporē flammãq; suam, quæ vaporata est & calida. Afflare. Flatu vaporifero imprimere. Mēbris. In oculos. Librant. Corrige vibrant hoc est emittuntur & iaculantur. De corpore. Ex suo corpore igneo. Ex interuallis. Nisi ex spatio longinquo. Nil flammarum. Nullas flammas. Ad speciem. Ad illud simulacrum qd cernitur. Nihilo contractior. Nullo pacto breuior. Proinde. Vsurpauit pro perinde. hoc est non secus lumē solis similis nostris oculis apparet ac ignis iste terrenus. Lumen. Solis tela & coruscationes. Profundū. Sparsum. Fulgent. Fulgore implent. Hinc. Ab hac ratione. Videri. Subintellige talis. Vere. Si ad examen loquens & ad veritatis normam.

Cur terra pendeat.

Vniter.

Planetę nō maiores q̃ oculis apparent.

Solis varietates.

Sol cęreus orbis mundi.

Helios.

Sol vnde.

Cur sol imū petit.

Nothi.

¶ Fert. Celũ ineqtat. Notho lumine. Luce aliena, quã accipit a sole. Nothi greca dictione vocant illi qui spurij sunt & obliquo genere nati. metaphoricos ab his luna dicit lumine notho lucere nõ suo. s. sed qđ accipit aliũde hoc est a sole. Catull⁹ tali figura loquẽdi ẽ vsus. Sic.n. inqt. Tu potẽs triuia & notho es dicta lumine luna. Scribit Diomedes in prio q̃dã noia iter grecã latinãq; formã vocari notha: vt Achilles & Agamenon. Idẽ pdit. Donat⁹ in cõmẽtariolo ad scholasticulos. hic faciũt Quintiliani verba lib. oratoriarũ institutionũ tertio. Nothũ q nõ sit legitim⁹ greci vocãt. latinũ rei nomẽ, vt Cato quoq; in oratione quadã testat⁹, nõ habem⁹: ideoq; vtimur pegrino. Lustrãs. Vago discursu oberrãs. Siue. Seu p se lucet luna seu a lumine solis: non interponit sniam suã. Nã prius. Oia q̃ apparẽt oculis nr̃is prius obiciunt cõfusa: postea certa. verbi gratia cũ emin⁹ hoiem aspicim⁹, credimus illũ eẽ aial, postea hoiem: deĩn hũc hoiem: qm̃ philosophi crediderũt sensus nostros prius agnoscere cognitiõe cõfusa q̃ determinata & certa. Q̃ minimũ filũ. Etiã tenuissimũ filũ nobis occurrit cognitione cõfusa. Prebet. Oculis nr̃is. Oris extremis. In vltimis partibus sui voluminis. Cũq;. cõiõge cũ vt: vtcũq;. Quomodocũq;, aliquaten⁹ Notata. Decorata, insignita. Quãtaq; sit nobis. Et q̃ magnũ corpus habeat in celo luna. Hinc. Ex terra. In alto. In supremo celo. Ordo. & quãta sit in alto tãta videat hinc nobis.

Tantulus.

Tãtulus. Tã pusillus: tã pui corpis. r̃ñdet tacite obiectioni. posset.n. qs dicere: at q cũ te auctore sol sit tã pusillo corpe p̃ditus cur tãtã lucem emittit. Rigãdo. Illustrãdo: mũdãdo multitudine radioꝝ. metaphora est ab vnda irrigua elicita. Licet hic. Scribo licet hinc. hoc est ab hoc sole. q̃uis multi sint ignes ac ardores in mũdo, trahũt tñ oẽs originẽ ab vno sole. Patefactũ. Hinc apertũ & pfusum p totã machinã mũdi. Largifluũ. Abundantẽ, fluentẽ largis radijs & ppetuis.

Scatere.

Scatere. Abũdare. aq̃ pullulãtes & erũpẽtes a capite fontis scatere dicunt: vñ venę illę capitaliũ fontiũ scaturigies dicunt. Media correpta more seruato priscoꝝ vsurpauit cũ vs⁹ pducat mediã, & secũdę sit cõiugationis. Sic Maro dixit feruere leucaten. Qua. Ex quo orbe solis. Vapore. Lego vapores hoc sẽsu. hic a sole vapores veniũt elemẽtis. Cõiect⁹. Cõuentẽtia: a cõ & iacere. nomẽ ẽ iflexiõis q̃rte. Ex vno capite. Ab hoc vno fonte solari cõijcit ardor oib⁹ elemẽtis. Hic ardor. Hec coruscatio solis & irradiatio. Nõne vides. Exẽplariter patefacit posse solẽ puo corpusculo tãtã lucẽ effũdere. Est etiã vti. Ad hãc rẽ quoq; facit vt nõ a magno solis calore possit tãta radioꝝ vis & vapoꝝ ifũdi suscipiẽte illos aere puio facillimoq; ad calẽdũ. Preripiat. Cõprẽdat, cõplectat. Si forte. Qm̃ forte fortuna talis ẽ aeris natura vt facillime possit accẽdi. Ict⁹. Percuss⁹. Qđ gen⁹. Queadmodũ. Rosea lãpade. Orbe corusco, accẽso, & ex ardẽte. Cecis. Nõ apparẽtib⁹, q in solis virtute delitescũt. Qui. Ignis possess⁹ a lãpade solis. Notat⁹, Insignitus. Nullo fulgore. Nul-

Scaturigines.

Lunaq; siue notho fert loca lumine lustrans:
Siue suam proprio iactat de corpore lucem:
Quicquid id est: nihil offertur maiore figura:
Q̃ nostris oculis qua cernimus: esse videtur.
Nam prius omnia quę longe semota tuemur:
Aera per multum specie confusa videntur.
Q̃ minimũ filum. quapropter luna necessest
Quandoquidẽ claram speciẽ: certãq; figuram
Prebet: vt est oris extremis cunq; notata:
Quantaq; sit nobis rãta hinc videatur in alto.
Postremo quoscũq; vides hinc ętheris igneis.
Q̃nquidẽ quoscũq; in terris cernimus igneis:
Dum tremor est clarus: dũ cernit ardor eorũ:
Perparuum quiddã interdũ mutare videtur:
Alterutram in partem: filum quo lõgius absit.
Scire licet perq̃ pauxillo posse minores
Esse: vel exigua maiores parte: breuiq;:
Quãta quoq; est nobis hinc tãta videt in alto.
Illud item non est mirandum: qua ratione
Tantulus ille queat tantũ sol mittere lumen:
Qđ maria: ac terras omneis: cęlumq; rigãdo
Compleat: & calido pfundat cuncta vapore.
Nam licet hinc mundi patefactum totius vnũ
Largifluũ fontem scatere: atq; erũpere flumẽ
Ex omni mundo: qua sic elementa vapore
Vndiq; conueniunt: & sic coniectus eorum
Confluit: ex vno capite hic vt profluat ardor.
Nonne vides etiã q̃ late paruus aquai
Prata riget fons interdum: cãposq; redundet.
Est etiam quoq; vti nõ magno solis ab igni
Aera preripiat calidis feruoribus ardor.
Opportunus ita si forte & idoneus aer:
Vt queat accendi paruis ardoribus ictus.
Qđ genus interdũ segetes: stipulãq; videmus
Accendi ex vna scintilla incendia passim.
Forsitan & rosea sol alte lampade lucens
Possideat multum cęcis feruoribus ignem:

Circum se nullo qui sit fulgore notatus:
Aestiferum vt tantũ radiorum exaugeat ictũ,
Nec ratio solis simplex: ac recta patescit:
Quo pacto æstiuis e partib⁹ ægocerotis
Brumaleis adeat flexus: atq; inde reuertens
Canceris vt vertat metas ad solstitialeis:
Lunaq; mensibus ad spatium videatur obire:
Annua sol in quo consumit tempora cursu.
Nonnunq̃ simplex his rebus reddita causa est.
Nam fieri vel cum primis id posse videtur:
Democriti quod sancta viri sententia ponit.
Quanto quæq; magis sint terrã sidera ꝓpter:
Tanto posse minus cum cæli turbine ferri.
Euanescere enĩ rapidas illius & acreis
Imminui subter vireis: ideoq; relinqui
Paulatim solem cum posteriorib⁹: ignis
Inferior multo q̃ sit q̃ feruida signa.
Et magis hoc Lunã: quanto & demissior eius
Cursus abest ꝓcul a cælo terrisq; ꝓpinquat:
Tanto posse minus cũ signis rendere cursũ.
Flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur
Inferior: q̃ sol: tanto magis omnia signa
Hanc adipiscuntur: circũ præterq; feruntur.
Propterea fit vt hæc ad signũ quodq; reuerti
Mobilius videatur: ad hanc quia signa reuisũt.
Fit quoq; vt e mundi transuersis partib⁹ aer
Alternis certo fluere alter tempore possit:
Qui queat æstiuis solem detrudere signis
Brumaleis vsq; ad flexus: gelidũq; rigorem:
Et qui reiiciat gelidis ab frigoris vmbris
Aestiferas vsq; in parteis: & feruida signa.

la luce. Qui nõ appareat nec oculos mortalium afflet. Aestiferũ ictũ. Afflatũ radiorũ solariũ igniferum. quidã codices habẽt æstifer: & ad fulgorem refertur. Patescit. Apparet. nõ faciliter conijcere possum⁹ quonã mõ ab æstiuo circulo transit ad circulũ brumalẽ. Aegocerotis. Capricorni. ἄιγα græci caprã vocãt κέρας cornu. hac voce Lucanus vtit. Flexus. Circulos. Inde. A brumali circulo. Cancri iter. In bonis exẽplarib⁹ scriptũ est. Canceris vt vertat. antiq dicebãt cãcer cãceris nos cãcer cãcri. ordo. inde reuertens vt vertat flexus ad metas solstitiales. Cãcer exorti i calorib⁹ itẽpestiuis. hic illd Ouidianũ. Octipedis cãcri terga sinistra time. hic dr Iunonis beneficio inter astra collocat⁹: q cum Hercules cõtra hydrã lernẽã cõstitisset, ex palude pedẽ ei⁹ mordic⁹ arripuit: qua de re Herculẽ pmotũ eũ interfecisse: Iunonẽ aũt inter sidera cõstituisse vt esset cũ duodecim signis q̃ maxĩe solis cursu cõtinẽtur. Solstitiales. Duo sunt solstitia: vnũ æstiuũ octauo calendas Ianuarias die: quo tpe sol altiores icipit circulos petere. vñ hyemalis solstitij dies minim⁹: sicut æstiui maxim⁹ inuenit. Mẽsib⁹. Spatio vni⁹ mẽsis. alij codices habẽt. Lunaq; mẽsis vt id spatiũ. i. spatiũ vnius mẽsis luna circuit & ambit. In quo. Spatio obeundo. Tpa annua. Spatiũ vni⁹ anni. Reddita. Quidã philosophi reddiderũt hãc causã. Id. Põt afferri rõ Democriti cum interrogamur q̃nã sit causa cur sol ita tarde cursum suum pagat. Sancta viri. Pro sancti viri. adscripserunt eñ illos in numerũ siderũ qui reptores artiũ igenuaꝝ fuerũt. Ponit. Dicit, scribit, asserit. vnde reponere sunt q scribere in satyro iterp̃tent fulti illa Horatii auctoritate. Scriptor honoratũ si forte reponis Achillẽ. Quãto. Hęc est opinio Democriti: quãto magis sidera sint ꝓpe terrã, tãto min⁹ moueri. Terrã ꝓpter. Apud terrã. Ordo. quo magis sidera sũt ꝓpter terrã. in alijs codicib⁹ legit. quãto q̃q; magis in terrã sidera tendũt. Turbine. Volumie rapaciore. Ferri. Agi, cõuolui. Euanescere. Diminui. Rapidas vires. Cęlicitatissimum cursum. Subter. Ea parte quæ spectat terrã a tellure inferiori. Vires. Celeritatẽ. Cũ posteriorib⁹. Cum siderib⁹ q̃ tarde mouentur & cursũ suũ desidẽ, segnẽ, & tardũ efficiũt. Ignis. Solaris orbis. Qr. Quoniã. Inferior. Declinãs ad terrã. Signa. Sidera. Feruida. Calida: quales sunt oẽs stellę: a quarũ caliditate calor iste sẽtitur ab animalib⁹ inferioribus. Et magis. Hoc idẽ accidit lunę: quę cũ sit ꝓpinqua terræ tardior est. Cũ signis. Cũ siderib⁹. Flaccidiore. Lãguidiore. Flaccidos languentes appellãt. vñ Flaccis indita nomia. Bononiẽses passim cũ se valde lassos dicere volũt: se flaccos dictitant. Deflaccati senes i hac significatiõe dicũt a Plauto poetaꝝ gẽma. Turbie. Velocissimo cursu. Hãc. Lunã. Adipiscũt. Assequũt: & cursu suo lunę celeritatẽ puertũt. Circũferũt. Voluũt circũ lunare corp⁹. Præter. apud. Propterea. Qui credũt lunã cũ magna celeritate circlos suos obire maxime falluñt: immo hęc cũ sit tardissima celerrima videt qm̃ rapida signa illius segnissimę cursum puertũt. Ad hãc reuisũt. Quoniã signa recurrũt ad inspiciendã lunã. ad hãc reuisunt, p hãc reuisunt. Fit quoq;. Causa q ab æstiuo circulo sol ad brumalẽ trudit est vẽt⁹: q statis dieb⁹ exurgẽs illũ impellit. Aer. Vẽtus: quẽ philosophi dicũt aerem agitatũ. Alternis. Vicissim modo vẽtus ab vna parte flatia: modo ab altera. Qui. Aer flans a transuersis partibus. Aestiuis signis. A circulis æstiuis. Rigorẽ. Hyemalẽ circulũ. Et qui. Vẽtus vicissim flans. Reijciat. Impellat solẽ. Aestiferas in partes. In circulos æstiuos. Feruida signa. Ad calida sidera qualia sunt meridionalia.

Patesco.

Aegoceros.

Canceris.

Solstitia duo.

Ponere.
Reponere.
Pensitatus satyrus.

Flaccidior
Flaccidus.
Deflaccati senes.

Non iniucundũ fore putaui hos poetæ prisci versus inserere vt palęophilos & antiquitatis scrutatores demererer, quos & pbo & laudo. Siqdẽ nil me pinde reficit & mulcet q̃ elogij, aut inscriptiões antiq̃tatẽ sobriã & doctã redolẽs epigrãma: quale nup inuẽto marmore in agro Bononiẽsi inhiãti & pẽdẽti mẽte legi monimẽtũ erutũ ijs verbis miro characteris artificio cęlatis. Q. Manilio. C. F. Cordo leg. xxj. rapac. praef. eqt. Exac. tribut. ciuit. gall post hæc verba in fine lapidis hoc quoq; additũ fuit. Fac. cur. Certus lib. In agr. P xl. in fro. p xl. hoc est. Quinto Manilio Cai filio Cordo legionis vigesimę primæ rapaciũ præfecto eqtũ: exactori tributorũ ciuitatum galliarum. Faciũdum curauit Certus libertus. In agro passus. xliiij. In fronte pas. totidẽ. Et ne Cordus vox insolẽs te reddat anxiũ scito Cordos antiquos filios appellasse q sero nascerent. i. q eẽnt serotini: vt corda frumenta quę sero maturescũt & fœnũ cordũ. auctor est Põpeius. hoc aperiet tibi Quintiliani lib. prio ita scribẽtẽ. Et ex casu nascentiũ: hinc Agrippa & Opiter & Cord⁹. Sed & eundẽ tius rẽ. M. Varro prodit libro de re rustica secũdo. Dicuntur agni cordi, q post tẽpus nascũtur & remãserũt in voluis intimis, vocãt choriõ a quo cordi appellati. Qđ vero subdit in agro & in frõte tot passus, apit quoq; versus Horatianos lib. j. sermonũ. Mille in frõte pedes, tercẽtos cippus in agrũ Hic dabat hęredes monimẽtũ ne sequerentur. subdit Porphy

Epl. antiq.
Cordus q.
Quintiliani locus.
Horatius explicat⁹.
Porphyrio emendat⁹.

rio. Solet.n.priuatis inscribi monimētis quot pedes in frōte, quot in agris habeant. Itē singularib⁹ lfis notari. h.m.h.n.s. videlicet ne ꝑ suis habeāt in ferēdis reliqs alioꝝ mortuoꝝ. Sic.n. Porphyrio corrigēdus: quā notādi monumēta formulā i gallis cisalpina solerter in veteri lapide cōsideraui. Q ueritur in decretis canonicis causa quarta an hermaphrodytus possit esse testis: & subdit. Q ualitas sex⁹ incalescētis ostēdit. Albert⁹ magn⁹ lib. ix. de aialibus inqt: q qñ equales sunt cōcurrētes causę generādi ad inguinū formationē: tūc fieri hermaphrodytū. legeq idem affatim sup hac re ꝑdidit lib. duodeuigesimo. Inter vtras. Inter vtrūq positū, marē videlicet & foeminā. Remotū. Lōge dissitū & alienū a sexu maris & foeminę. Nec vtrūq. nec marē nec foeminā. vn̄ gręci vocant [illegible]: vt nōnulli voluerūt in Palladę epigrāmate intelligere: qd ego olim nō ꝓbaui. Et vtrūq. Et marē & foeminā: vn̄ Pulex cecinit. Foemina: vir: neutrū. Orba pedū ptē. Nascunt quidā portenta: q carēt vsu & officio manuū & pedū & oris. Manuū viduata. Priuata manib⁹. Multa. Portēta videbis esse inora hoc est os nō habētia. Victa. Agitata inuicē neruis ꝑustis. Siderationē morbū intelligit, quē gręci syriasin appellāt: qm̄ accidere sidere caniculę crediderūt. Bonōiēses latinitatum plurib⁹ cōcinētes siderato appellant afflatos violētia siderali. de quo multa disserimus in Plautinis enarratiōib⁹. Martialis hūc morbū significauit eo versu. Hoc op⁹ est subito fias vt sidere mut⁹. Sphacelū gręci siderationē vocāt: qd in cōmentarijs in Plautū ignoraui. quare ait Hippocrates. Q uib⁹ cerebrū sphacelatū est intra tertiū diē moriunt. Q uidā putant esse tormina articuloꝝ: qdā ossiū tabē: & ex inmodica defatigatiōe accidere: vn̄ natū ꝓuerbium. καὶ σφακελισμοῦ [illegible] v. factum & sphaceli immunitatē. Adhęsu. Adhęrētia, cōcretione: cū mēbra iūcta sint nō explicata, aut expedita. Cedere quoq. Ire in aliquā ptē. Sumere. Excipere manib⁹: qbus priuant. Vsus. Vtilitas. Cętera. Terra talia mōstra edebat: qm̄ eā natura augmēto & facultate creandi priuauerat. Absterruit. Amoliri ē: repudiauit. Auctū. Augmētū. Cupitū florē. Cacumē & iuuētā: quā cūcta cupiūt attingere. Flos enim ætatis iuuētus est. Iūgi p veneris res. Coire. Illud Ouidianū huc vergit. Infelix cui torpet hebes locus ille puella: Q uo pariter debent foemina virq frui. Iurispiti meminerunt aliquando inhabiles & nimis compressas nasci foeminas, quarum claustra maritus perfringere non potest. repertus est tn̄ iuuenculus oppidoq neruosus: q huiusmodi obices impetuose reserauit: & qd dici solet, nodū euganū, quē soluere nō poterat, abrupit. Scribit Albert⁹ lib. j. de animalibus matricem in mulieris esse similē virgę virili. Pythagoras matricem credidit animal esse per se distinctum. De vulua impedita ita q vir mulieri commisceri nō possit lege in decretalibus de frigidis & maleficiatis & impotētia coeūdi. Similiter ills quę viro, cui nupserat inquit, adeo arcta est: vt nunq ab eo valeat deflorari: & quæ sequuntur. q tali impedimēto ꝑditam acceperit vxorē pōt nouis se miscere cōnubijs. Succinit Celsus lib. septimo medicinę his. Foeminarum naturalia nōnunq inter se glutinata oris concubitum non admittunt: idq interdum euenit ptinus in vtero matris: interdū exulceratione in his ptibus facta: & per malam curationem his oris sanescendo iunctis. Multa. Ad creationem rerum multa concurrunt. Rebus. Vt res creentur. Debere. Exploditur vltima vocalis excipiente illā altera vocali, quæ posita est in subsequenti versu. Tale est illud Virgilianū in georgicis. Arbut⁹ horrida & steriles platani malos gessere valētes. Possint. Causæ naturales. Procudere. Producere, plātare, ꝓpagare. Secla. Genera aīalium. Pabula genitalia. Ad gñationē hęc necessaria sunt: vt foemina illeces sentiat, & hois semē nō nimis cōcretū sit aut liquidum. quę pabula genitalia vocat, hoc est apta generationi. Oportet inquit magnus Albertus q sperma generationi accōmodū sit glandulosum & grādinosum: q a tūc in spissitudine eius pōt cōtineri fortis & multus spiritus cū virtute formāte pfectū & vigorosum partū: q spūs cū virtute sua neq est in subtili spermate, & si eēt euaporaret: quale semē nō est nisi in corpore viri. Obiter q sint q multū spermatizāt non mucidū erit, aut inutile recēsere. Hij sunt nō multū carnosi vel pigues: qm̄ illis trāsit spma in nutrimētū corporis: q etiā in colore sunt albi: qm̄ ꝓpter humiditatē habēt materiā spmatis: licet virtutē spma facientē & impellētem habeāt paucā: & ideo etiā nō ē iprobabile q nigri nō multū carnosi neq multū macri multū hāt spma. Sīr autē mulieres albę pallētes aliquātulū magis trahūt & suggūt vuluis suis spma q alię: ita q q̄si exsuggūt & exsiccāt & debilitāt viros: & huiusmodi q dē causa est aptitudo impꝑgnanōis taliū: qm̄ albedo significat mollicē in eis: pallor aūt destitutionē a sanguie mēstruo supfluo: & tūc matrix emūdata trahit spma ex viri genitali sicut cucurbitula. Per art⁹. Per mēbra diuisa & spla. Manare. Discurrere. Mēbris remissis. Cū mēbis remittūt in venerē. Foemina q q cōiunctio ē hoc sensu: etiā foemina vt possit cōiūgi maribus habere debet vasa, qb⁹ vsus venereus indiget. Habere. Subintellige debet. Q uis. Q uibus organis & vasis veneris. Vterq. Mas & foemia. Nectēt. Cōiūgēt. Gaudia. Venerē. sunt.n. foeminę multę qb⁹ loci sunt hebetes: nōnullę puo hystu orificiū genitalis muliebris aptūt vt anatome sit op⁹. Tū. Tūc qm̄ nō erūt organo decēti cōuenientia, & arma ad venerē accōmoda. Accidit aliqn̄ vt glās penis ita cōtecta sit vt nudari nō possit: qd vitiū gręci phymosin appellāt. qdā vero sunt apellę. i. nudata glāde hoc ē ꝑputio: quā si qs velit decoris causa tegere medelas mutuet a Celso li. vij. medicinę. Glādē sane mucronatā carnē vocam⁹ in cordia similitudinē. ꝓīn cū pathicū intueret epigrāmatic⁹ poeta nō minus salse q erudite dixit. Pastas glāde nates habet sabellus: fortassis innuens illud Diogenis scitū dictertū. Nā cū cynędū aspexisset cuias eēt interrogauit: illo respōdēte se Tegeatē eē: respondit facile assentior. Nā βαλανοφάγος εἶ, hoc est glāde saginatus es: ad partē pudēdā simul, nec nō ad rudem & agrestem arcadū cibum respiciēs, q suibus simillimis glādibus vescebant. Sed ad rē redeamus. Q uot sunt acceptabula vuluę tot foetus parere potest mulier auctorib⁹ iurispitis lib. v. digestoꝝ titulo Si pars hęreditatis petat. Pauli verba sunt hęc. Aliqui tradidere non leues auctores quinq ex quaternos enixā penelopen: multas ægypti vno vtero septenos. scribo nō penelopā. sed peloponessiam: cui rei cōcinētē Pliniū audi. Reperitur & in peloponeso binos quater enixa: maioreq pte ex omni ei⁹ vixisse partu. Et in ægypto septenos vtero simul gigni. Nec piaculū puta in numero auctores hos nō cōgruere. Satis est.n. si regioni peloponesiarę peculiaris sit mōstrositas in foetib⁹. Sūt tn̄ q legūt in Plinio qnos quater. Illud.n. min⁹ est: & sequēti exēplo de septenis ꝓpius: qm̄ parere binos etiā quaternos sit citra miraculū: & si maior pars ex omni eius partu viuat. Medea apud Euripidem mauult ter stare prope clypeum: subireq discrimē: q semel parere. Ieiunus & exuccus interpres, cingaloq macilētior haberi possem nisi de foetus foecūditate nonnulla scriberem: quę nec acosma sint, nec ingrata. In ægypto, inquit Albert⁹ lib. nono de aīalibus, mulieres sæpe pariūt tres, & sępe quatuor: maioꝝ

An androgyn⁹ testis

Vdeteron.

Inora.

Sideratio.

Syriasis.

Siderati.

Sphacelos

Adhæsus.

Iuuentus flos.

Foeminæ cūno angustiore.

Euganus nodus.

Matrix.

Vulua impedita.

Spma bonū quale.

Pallidę mulieres spermaticæ.

Glās cōtecta.

Phymosis

Apelhæ.

Epigrāmatici ioc⁹ ad originē suā relatus.

Iurisconsulti codex ꝑpurgatus.

Foecunditas foetuū.

aũt numerus ad quẽ aliquoties peruenerũt nati est gnariua. hoc. n. iã visum est in multis mulierib⁹. Adeo vt q̃dã mulier in ægypto peperit q̃tuor vicib⁹ viginti filios q̃libet vice qnq̃: & supuixerũt plures eorũ. & narratũ ẽ Alberto ab experto medico q̃ q̃dã nobilis mulier in Germania pepit. lx. filios, q̃libet vice qnq̃: & nullus eo⁊ venit ad ætatem dimidij anni. Auicẽna narrat de quadam q̃ aborsum fecit de viginti duob⁹. Narrauit medicus q̃ ipse fuit vocat⁹ ad curã cuiusdã mulieris nobilis q̃ fecit abortũ de cẽtum & qnquaginta simul: & putabat se vermes emisisse de matrice: & cũ aperirent̃ telę inuẽti sunt pueri figurati habẽtes quãtitatẽ sicut est auricularis digitus hois: & plures eo⁊ habebãt motũ dilatationis & contractionis, & plura alia signa vitæ, & erant oculi eo⁊ imp̃fecti, & digiti manus quasi capillares, & similiter digiti pedũ. In hoibus rarissime euadũt gemelli, q̃ sunt diuersi sexus: aliquoties tñ supuiuũt. ppter q̃d ex vno cõcubitu plures cõcipi possunt: hæc a Magno ratio libro de animalibus duodeuigesimo reddit̃. Omne genus animaliũ terminũ habet suæ quantitatis inter minimũ & maximũ: quã nõ ptransit: quos terminos nunq̃ p̃terit natura nisi fiat ex errore, ex quo mõstra fiunt. Sicut ergo terminũ seruare naturę conuenit hois: ita cõuenit naturę omniũ aialiũ. materia eñ ex qua creatur aial nõ est indeterminatę quãtitatis. habet etiã terminũ & finẽ votũ in natura. Oia igit̃ aialia multos filios simul concipiẽtia plus spermatizant mares & fœminæ q̃ sufficiat ad creãdũ partũ quoq̃ vnũ: & ideo ex illa multa supfluitate ab ipsa virtute formatiua diuidit̃ materia generatiõis ad multorũ filio⁊ generationẽ. Est. n. ista virtus aĩe habẽs potestatẽ in diuidẽdo sperma & pportionãdo tã cõuenienti multitudini mẽbro⁊, q̃ etiã ei q̃d cõuenit multitudini conceptuum secundum quantitatem determinatam.

lx. filios pepit mulier.

De geminis.

Nec potuisse propagando procudere plem.
Nam quęcunq̃ vides vesci vitalibus auris
Aut dolus: aut virtus: aut deniq̃ mobilitas est
Ex ineunte æuo genus id tutata reseruans.
Multaq̃ sunt nobis ex vtilitate sua: quæ
Commendata manent tutelę tradita nostrę.
Principio genus acre leonum: sęuaq̃ secla
Tutatast virtus: volpes dolus: & fuga ceruos:
Et leuisomna canum fido cum pectore corda:
Et genus omne q̃d est veterino semine partũ:
Lanigeręq̃ simul pecudes & bucera secla:
Omnia sunt hominũ tutelę tradita Memmi.
Nam cupide fugere feras: pacemq̃ secutæ
Sunt: & larga suo fine pabula parta labore:
Quæ damus vtilitatis eorum pręmia causa.
At quis nil horum tribuit natura: nec ipsa
Sponte sua possent vt viuere: nec dare nobis
Vtilitatem aliquam: quare pateremur eorum
Præsidio nostro pasci genus esseq̃ tutum:
Scilicet hæc aliis prædæ lucroq̃ iacebant
Indupedita suis fatalibus omnia vinclis:
Donec ad interitum genus id natura redegit.
Sed neq̃ centauri fuerant: nec tẽpore in vllo
Esse queat duplici natura: & corpore bino
Ex alienigenis membris compacta potestas:
Hinc illinc paribus vt non par esse potis sit.
Id licet hinc quis hebeti cognoscere corde.
Principio circum tribus actis impiger annis

¶ Procudere. Procreare, pducere. Vesci vitalib⁹ auris. Viuere vitã i hoc cęlo. Dol⁹. q̃dã ingenita natura referta dolis. hoc ẽ oia aialia q̃ viuũt aut dolosa sunt, aut virtuti dedita, aut mobilia. Ex ineũte æuo. Ab initio mũdi, quo tpe creata sũt oia. Tutata. Et pecliari ingẽita nat̃a q̃q̃ aiantia gen⁹ suũ tutãt̃ ab offẽsis. Ceruos & mulieres timiditas seruat, viros virt⁹, & ita i reliq̃s. Ex vtilitate sua. pp cõmodũ suũ nã creauit oia & nobis tradidit i mãcipiũ: q̃m erãt pfutura. Acre. Vehemẽs, forte. Leuisõna. Q uæ leui sõno p̃mũt̃. elegãs canũ epithetõ ẽ: q̃ leui & facili sõno occupãt̃. Veterino semine ptũ. Editũ in lucẽ ex semie veterino⁊. Veterina vero sunt aialia, q̃ collo trahẽdo vehũt. Veteriarij medici veterino⁊, q̃ alio noie mulomedici. Vulgo manuchalcos appellãt: q̃ ferreas soleas, & id gen⁹ reliq̃ manu fabre faciũt. etiã q̃ medent̃ mulis. vt eq̃narij eq̃s. auctor Matern⁹ i. vij. matheseos. Differũt a veterinarijs veteramẽtarij. de q̃b⁹ Trãq̃l. i Vitellio. Dicti nãq̃ sũt veteramẽtarij, q̃ cõsuũt & reformãt calceos veteres & recutitos. Veterinũ quoq̃ iumẽtũ trãsfert Theod. apd̃ Arist. li. viij. de aiali. q̃d gręce ὑποζύγιον. latini bestiã subiugẽ, & subiugalẽ dicũt. Bucera secla. Seq̃las & gñ̃a aialiũ, q̃ maxia cornua gerũt. bucera ab hac syllaba bu: q̃ auget iflectũt̃. κερὸς cornu dr̃. bucera igĩ aialia cornigera sũt. Fugere. Cicures aiantes effugerũt cõtuberniũ ferarũ cũ pacifice viuere vellẽt. Pacẽ. Loca ab hoib⁹ hitata q̃ pacifica sunt. Larga pabula. Abũdãs vict⁹. sẽs⁹ ẽ. aialia mãsuefacta, q̃ cõiter habitãt cũ hoib⁹ inenerũt larga pabula sine magno labore. Parta. subintellige sunt. Pręmia. Q uę pabula pĩguia & larga dam⁹ p p̃mio vtilitatis, quã pcepim⁹ ex istis. apposi tio ẽ. At qa. Corrige atq̃ hĩs aialib⁹. s. Atq̃ significat qn: certe. Nil ho⁊. Hoc est pabulo⁊. natura nõ subministrauit talia pabula & cõmoditates aialib⁹, q̃ nos parauim⁹. Ipsa. Animalia bruta. Spõte sua. Sua industria: ni homo tanq̃ colonus illis commoditatem subministraret. Vtilitatem. Q uã percipim⁹ ex vsu veterinorum. Eorum genus. Turbã illorũ animaliũ. Pręsidio nostro. Ad nostrũ p̃sidium: vt illis pro præsidio nostro vteremur. Scilicet hæc. Atqui hæc animalia homines iuuantia cum incursionibus hominũ p̃dę paterent, tũc subito factũ est vt corrũpe.

Leuisõna.

Veterina.
Veterinarij
Mulomedici.
Equinarij.
Veteramentarij.

Subiugalis.
Hypozizion.
Bucera.

Floret equus:puer haud q̄q̄:qa sępe etiā tunc
Vbera mammarum in somnis lactātia quęrit.
Post vbi equum validę vires ætate senecta:
Membraq; deficiunt fugienti languida vita
Tum demum pueris euo florente iuuentas
Occipit:& molli vestit lanugine malas.
Ne forte ex hoīe & veterino semine equorū
Confieri credas centauros posse:neq; esse:
Aut rapidis canibus succinctus semimarinis
Corporibus scyllas:& cętera de genere hoꝶ:
Inter se quorum discordia membra videmus.
Quę neq; florescūt pariter:nec robora sumūt
Corporibus:neq; proficiunt ætate senecta:
Nec simili Venere ardescūt:nec morib9 vnis
Conueniunt:neq; sunt eadē iocūda per art9.
Quippe videre licet pinguescere sæpe cicuta
Barbigeras pecudes:hoī q̄ est acre venenū.

retur & interiret:naturaq; parauit & instaurauit nouū gen9 veterinorū post primū absum ptū. Iacebāt. Exposita erāt. Indupedita. Impedita. Vinclis fatalib9. Morte:q̄ habet in aiali vinculū,a quo se liberare nō pōt. Genus id. Animaliū,q̄ vitā cū hoie cōmunē agebant. Sed neq; cētauri. Nūc asserit cētauros nunq̄ fuisse. Hoc sentit Aristoteles.quoniam ignoraret q̄nā aīa an humana an vero ferina in illis esset. Alienigenia mēbris. Vtpote humania & equinia. Compacta potestas. Coniuncta vis quædam mēbrorum. Hinc. A capite & pectore. Illinc. A tergo:Quod equinum est. Ordo.non potest equus homini iungi:quoniam non esset mēbrorū parilitas & concordia. Potis sit. Possit. Parib9 vt non par. Vt corpus hoīs par esse nō possit paribus membris equorum. Id. Q: cē centauri nō possint. Hinc.per hanc rationem. Hebeti corde. Ab homine q non habeat aurē feruētē & ratione philosophica vaporatā.

Centauri.

Principio. Hęc est prima ratio qua ꝓbatur corpus hoīs corpi eqno iūgi nō posse, & consequenter nunq̄ fuisse centauros. Nā cū hoie iuuenescēte imo pubēte senescat equus:pars eqna,q̄ iūcta eēt hoi, senesceret iuuenescente pte humana:qđ manifestū est hoiem equo iungi non posse. Scribit Albert9 libro de animalib9.xxij.aīal reperiri noīe onocentaurū. Caput eīn asini,& corpus hoīs habet. qdam etiā dicūt iueniri mōstra corpe eqno & supiore pte humana:& aliqñ loq icipiūt:sed vocē hoīs formare pfecte nō possunt:& in insequētes ligna mittūt & lapides:sed hoc est sui gñis aīal. Circū tribus actis. Pro circūactis trib9 ānis. Puer haud quaq̄. Hō tūc minime floret in triēnio,quo tpe & in somnis mām̄ q̄rit. Lactātia. Lacte distēta. Post vbi. Q̄ñ equ9 senescit,hō iuuenescit. Aetate senecta. Propter ętatē senile. Senecta ętas senilis dicit̄.qua voce scatet Plautus. Senilē ętatē iucundā facit spes:q.n.nulli9 iniurię sibi cōscius est huic iucūda spes semp adest optima senectutis nutrix sicuti Pindarus ait. Scite nāq; is illud cecinit q cūq; iuste sanctęq; vitā exigit,dulcis eū spes comitat̄ cor nutriēs:senectutēq; fouēs,q̄ maxime oīum volubilē gubernat animum. Auctor Plato lib.j.de republica. Alias ipsa senectus est morbus. Apollodorus.τὸ γῆρας ἐστιν αὐτὸ νόσημα. Elegās est apud Quintilianū in declamationib9 senectutis descriptio. Cito labit̄ dies:& procliuis in ꝑnū fert̄ ætas:abiere vires:sensus:mēs:defectaq; labore senect9 magna ps mortis nihil mihi reliq̄t nisi diligētiā. Apposite.M. Tulli9 de senectute sic li.epist.ad Atticū.xiiij. Amariorē.n. senect9 facit. stomachor oīa:sed mihi q dē βεβίωται,hoc est vita acta est. Viderint iuuenes. Deficiūt. Destituūt equū.ordo.post vbi.i. postea q̄ validę vires deficiūt equū ætate senecta. Lāguida. Lassa,resoluta,fluxa. Fugiēti vita. Vita relinquēte vires hoīs. Tū demū. Tūc ꝑmū equo deficiēte,hō florescit. Iuuētas. Iuuēt9,q̄ & iuuēta dr̄ & iuuenilitas.quā multicupidā a multiplici desyderio nescio qa prisc9 auctor appellauit. Occipit. Incipit. Vestit. Tegit,obūbrat,opacat. Iuxta illā vetustā sñiam. Iā primū opacat lanugo genas. Lanugine. Prio flore ætatulę q acceptissimus ē:vñ Platonica sñia. grata est primę lanuginis ętas. Malas. Maxillas. Ne forte. Subintellige hæc rō te mouere debet ne credas cētauros,aut alia portenta gigni,aut copulari ex diuersitate mēbroꝶ. Veterino semine. Ex sobole veterinoꝶ aīaliū. Cōfieri. Copulari,creari. Semimarinis corpib9. Tanq̄ canes scyllā circūlatrātes sint dimidiatim pisces,dimidiatim terrena aīalia. Innuit a poetis cōfundi fabulā.hāc aliq nāq; scyllā istā in mari naues frāgētē referūt ad filiā Nisi:vt Maro in bucco. Strabo. Propertius in quarto. Ouidi9 cū alibi tū i secūdo remedij. Pręterita caut9 in sede nauita gaudet. alij vero ad alterā scyllā referūt. In canē fingit̄ mutata scylla pp Veneris rabiē,qua canis fert̄ imodice adeo vt virosę & lasciuę fœminę catullire dicant̄ & catullientes. Canē vt impurū & libidinosum Romāo flamini noiare nefas:quare Atheniēsiū arce,& isula Delo vbi castissimę deę colebant̄,ꝓhibebat̄ accessu:auctore in ꝓblematis Plutarcho. qm̄ scylla est piscis marin9 mōstruosus,creber i mari,qđ Italiā attingit,habēs figurā virginia:sed rictū oris maximū & dētes acutissimos:ob hoc canib9 eē succicta ꝓhibet̄. vterū habet belluinū:caudā vt delphin9:carnib9 delectat̄,& hoī maxime inimicat̄. Auctor Magn9 lib.de aiali.xxiiij. Discordia. Discordātia,dissimilis. Quę. Mēbra. Aetate senecta. Aetate senili. Simili venere. Nō pari coeūdi incitamēto. Vnis. Silib9. Per art9. Per singula mēbra. nō eadē placent equo q̄ homini:eq stramēta appetūt:homo delicata ēt cibaria. Barbigeras. Gerētes barbas,& hirsuto barbitio hispidas. Quę. Cicuta. hac qm̄ internodia habet instar arūdinū vtebant̄ antiq vice fistulę:nec alia causa est cur panes cicuticines appellent̄. In orobijs vidi portētū:qđ tagetici libri nō expiarent:solita annua fruticatione,stato reuerticulo cicutam ꝓdere ex limine hominis omniū teterrimi Necrolai seu nihilai:quo nomine & pernicies & popularis scoria nūcupatur:quæ q̄uis sedula habitantiū opera iugiter cōuelleretur:proficiebat tamen & penitiores radices agebat:nec vllo potuit dāno māsuescere. Proh bone Iupiter id mihi ꝑsagibat:vt hydrā illā cauerē,venenis libya etiā xerolibya fœcūdiorē. Terraq; de fructu mores Necrolai venenatos idicabat.

Onocētaurus.

Senecta tetas.

Spes nutrit senectutem.

Senectus morbus.

Iuuenilitas multicupida.

Scylla.

Catullire.

Flamē canē non noīnat.

Barbigere capræ.

Cicutines.

Cicutę portentum.

Si pleno pectore saperēt Bergomates Massiliotica vterent expiatione. hoīem publicitus alerēt. mox Plutoni piaculare futurū victimā secelpita ferirēt: vt si qd pœnaꝝ vrbs oino nō mala Bergomū luere deberet: i panurgi, logodedali, archidemidia, sceleratissimi necrolai caput impiētissimū recideret: homullū ex luto & argilla fictū: sed ab epimetheo ignaro fabro, & deterrimorū artifice, q manio postulioni nō vt Curtius, sed vt Crucius & cruciatus debetur.

¶ Ignea flamma. Docet Chimerā nō fuisse animal vnū: qm̄ illa corpora tria simul iungi nō potuerūt. Rō hæcē: leo timet ignē q̄ maxime: Chimera ignē vomebat: nō potuit igitur immisceri corp⁹ leonis cū corpore capræ. Quæ genus omne. q̄ torrere oīne genus aialiū: qd visc⁹ habet & sanguinē. Visceris. Qd cūqꝫ aial viscus habet, hoc est interiora illa tenuia, quæ nobilius viscera dicunt. Sanguinis. Sāguineū qd est aial. Extet. Sit. Qui fieri potuit. Quō potuit fieri vt corpa, qbus nocet ignis, ignē pflarēt. Prima. Ex anteriori pte. est Homerici carminis interptatio. de qua meminit Hesiodus. mōs est in Lycia ar-

Chimera. dēs, serpētib⁹ & leonib⁹ inhabitatus. de quo Ouidi⁹. Esse chimerā A truce q̄ flāmis sepat anguelcā. Idē Ouidi⁹ lib. vj. metamor. Quoqꝫ Chimera iugo medija in ptib⁹ hircum: Pect⁹ & ora leę: caudā serpētis habebat. Sudas. Χίμαρος ὁ τράγος καὶ Χίμαιρα ἡ αἴξ. Χείμαρρος δὲ ὁ ἐν τῷ Χειμῶνι ῥέων ποταμός

Chimarr⁹. .i. Chimaros hirc⁹ & chimęra capra. Chimarrus autem in hyeme fluens amnis. latini torrētem vocarent. Media. In media capra existens. Ore feras. Quidam scribunt. ore ferens subintellige flāmas. Quare etiam. Si quis veritati reluctetur & asserat terrā nouam & cælum recens potuisse tunc tam deformia & discordia animalia gignere, nō parum fallitur. Nixus. Fultus. Nouitatis nomine inani. Prætendens inaniter terram tanq̄ matricē nouam gignere potuisse diuersos fœt⁹, sed maniter ille ratiocinatur. Effutiat. Inaniter & futiliter proferat. Horatio idem significat i arte poetica. Effutire leues isana tragœdia versus. Aurea. Et si plurima poetę fabulentur & mythistorici, velim tamen noueris omnia esse cōmmētitia & vana quemadmodum illa sunt cum quis inquit ab ineūte æuo flumina aurum vehentia profluxisse: aut illd Ouidianum. Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant. Volgo. Passim. Gēmis. Et cum dicant ætate aurea gemmas in arboribus pro floribus emicuisse. Suesse. Consueuisse. Hominem. Gigantē. Augustinus tamē in litore Vticensi se reperisse tradit molarem hominis dentem, qui dissectus in minutias triginta nostros facere posset dentes.

Tanto impete. Tanta mole. Pedum nisus. Conatus pedum hoc est gressus, quibus conaretur in diuaricando mari. Pādere. Explicare, trāsgredi. Tale referē de cyclope Polyphemo, q toto vertice maria superabat: q̄ vana esse Lucretius cōtendit. Circū se. Circa caput suum rotare. Gigātes qui ausi sunt superis Iouem detrudere regnis, cælum rotabant & circūagebant: quare Iupiter exterrit⁹ ad fulminum confugit auxilium. Nam qꝫ. Quis concedam omnigena & multimoda semina rerum fuisse in terra cum primum exorta est: non concedo tamē ex diuersis ptibus aialiū vnū corpus confingi compingi-

Ignea flamma quidē cū corpora fulua leonū
Tam soleat torrere: atqꝫ vrere: q̄ genus omne
Visceris in terris qđcunqꝫ & sanguinis extet:
Qui fieri potuit triplici cum corpore: & vna
Prima leo: postrema draco: media ipsa Chime (ra
Ore feras: acrē flaret de corpore flāmā:
Quare etiam tellure noua: cęloqꝫ recenti
Talia qui fingit potuisse animalia gigni:
Nixus in hoc vno nouitatis nomine inanis
Multa licet simili ratione effutiat ore.
Aurea cum dicat per terras flumina volgo
Fluxisse: & gemmis florere arbusta suesse:
Aut hominē tāto mēbrorū esse impete natū:
Trās maria alta pedū nisus vt pādere posset:
Et manibus totum circū se vertere cælum.
Nam qꝫ multa fuere in terris semina rerum:
Tempore quo primum tellus animalia fudit:
Nil tamen est signi mistas potuisse creari
Inter se pecudes: cōpactaqꝫ mēbra animantū.
Propterea: quia q̄ de terris nūc quoqꝫ abūdāt
Hęrbarum genera: ac fruges: arbustaqꝫ lęta:
Non tamen inter se possunt complexa creari.
Sed sic quęqꝫ suo ritu procedit: & omnes
Fœdere naturæ certo discrimina seruant.
Et genus humanum multo fuit illud in aruis
Durius: vt decuit tellus quod dura creasset
Ex maioribus: & solidis magis ossibus intus
Fundatum: & validis aptum p viscera neruis:
Nec facile ex æstu nec frigore qđ caperetur:
Nec nouitate cibi: nec labi corporis vlla.
Multaqꝫ per cælum solis voluentia lustra
Volgiuago vitam tractabant more ferarum.
Nec robustus erat curui moderator aratri

Quisq̄ nec scibat ferro mollirier arua:
Nec noua defodere i terrā virgulta:neq̄ altis
Arboribus veteres decidere falcibus ramos.
Qđ sol atq̄ imbres dederāt: qđ terra crearat
Sponte sua: satis id placarat pectora donum.
Glandiferas inter curabant corpora quęrcus
Plerunq̄:& quę nunc hyberno tēpore cernis
Arbuta puniceo fieri matura colore.
Plurima tum tellus etiam maiora ferebat.
Multaq̄ preterea nouitas tum florida mundi
Pabula dia tulit:miseris mortalibus ampla:
Ad sedare sitim:fluuii fontesq̄ vocabant.
Vt nunc montibus e magnis decursus aquaī
Clarior accitat sitientia secla ferarum.
Deniq̄ nota vagis siluestria templa tenebant
Lympharum quibus exibant humore fluenta
Lubrica proluuie larga lauere humida saxa:

q̄ potuisse. Nil tamen est signi. Nullum tamen hinc pendet indicium pecudes mistas creari potuisse. Compacta. Coniuncta, connexa, composita. Propterea. q̄uis multiplicia semina rerum abundarent, tamen nō potuerunt inuicem commisceri. Læta. Felicia & vbertim crescentia. Complexa. Coniūcta: vt oliua cum labrusca exempli gratia coniungatur. Sed sic. Verum omnia habēt fines suos & limites, quos egredi nō possunt.

Suo ritu. Sua serie præscripta a natura p̄cedit. Fœdere naturæ. Concordia quam habent cum natura. Certo. Statuto, decreto. Discrimina. Limites, terminos. Et genus. Cum natura solerter & artifici magisterio cuncta creasset animalia adhibuit maiorem circūspectioremq̄ diligentiam in creando homine, quem fecit habilem ad perpetiēdos æstus & frigora. In aruis. In terræ seminibus ex quibus est genitus. Durius. Patientius laborum: vtpote ex duriori materia procreatum. Inde genus durum sumus experiensq̄ laborum. Vt decuit. Esse durum hominem qui laboribus omnimodis subijciendus erat. Tellus qđ dura creasset. Quod genus humanum creasset terra durissima.

E maioribus. Ossibus: quæ intra se conceperat. Intus fundatum. Fultum interiori munimento. Aptum. Accommodatum coniunctum. Caperetur. Læderetur. Nouitate cibi. Mutatione alimenti: quæ homini multiplex est, cum cæteris simplex ferme sit.

Labi. Labe, macula. Lustra. Tempora. Lustrum quinq̄ ānorum est. pro omni spatio temporis hic sumitur. Solis. A quo tempus annuum dispensatur. More volgiuago. Iusta vitam ferarum vulgo & passim vagantium. Tractabant. Traducebāt. Ordo. tractabant vitam more volgiuago ferarum per multa lustra solis voluentia per cælum: hoc est multo tempore: cuius mensura colligitur a cælo. Nec robustus. Eo tempore nulli erant aratores nec vinitores. est epitheton aratoris: vt lacertosus dicatur & robustus. Cur ui moderator aratri. Descriptio aratoris. Scibat. Sciebat, callebat. Ferro. Vomere. Mollirier. Molliri: p̄parare scilicet & administrare telluris officium. Maro. Moliriq̄ arcem & manibus subducere saxa. Decidere. Putare. Qđ sol. Non putabant arbores: terram nō proscindebant: contenti donis illis, quæ sibi rerum natura benigno dono suppeditasset. & hos sic Virgilius imitatur. Quos rami fructus, quos ipsa violentia rura sponte tulere sua carpsit. Placarat pectora. Demulserat famem & sitim illorum. Placabant in codicibus antiquis legitur. Curabant corpora. Saturabantur vox liuiana. Quęrcus. Vnde βαλανοφάγοι, hoc est glandiuori dicti. Puniceo. Purpureo propter Tyrū a Pœnis cōditam in qua florentissima purpura tingebatur. Propertius. Tingunt gygæo punica rostra lacu. sunt qui a cortice mali punici deflectunt. lectores iudicent. Nouitas florida. Læta verni temporis conditio. Dia. Generosa, vberrima. Sedare. Ad sedandum. sed scribatur auctore Macrobio libro sat. vj. ad sedare: quem versum æmulatus est Virgilius sic. pocula sunt fontes liquidi, atq̄ exercita cursu flumina. Vocabant. Inuitabant. Vt nunc. Fontes & fluuij prouocabant homines ad sitim tollendam quemadmodum fluuiolus, aut riuulus decurrens æstate nos siticulosos inuitat. Accitat. Frequenter nos allicit ad sitim explendam. Accire est euocare vnde accensi dicti. Cæterum cum deprendam quosdam codices in quibus sic scriptum est. Claricitatiate & sitiētia secla ferarum: legerimq̄ latinum grammaticum hoc carmen sic aduocantem, nihil addam de meo: tantum locum indicabo: vetusta forte loquendi figura claricitatiate pro claritate vsurpatum sicuti satie dicitur, satiate, & satietate. hic erit sensus repetito verbo superiore: vt nunc decursus aquæ e magnis mōtibus vocabat, & inuitabat claritate sua sitientia secla ferarum. Deniq̄. Homines passim vagabantur & satyrorū instar tenebant illa loca, quę nymphæ frequētare solent. Vagis nympharum. Pro vagis nymphis. Aptior est interpretatio. quid si vagis pabundis feris interpretari libuerit hoc sensu. homines tenebant templa, hoc est oras & regiones nota vagis. i. quæ ferarum lustra esse solebant: ex quibus subintellige templis exibant fluenta lubrica humore nympharū, hoc est aquarum. Quibus. Ex quibus templis & fornicibus saxorū arcuatis. Humor. Ex humore aquæ per crepidinem stillantis. Saxa lubrica. In quibus pedem sistere non possumus: quoniam sunt ab aquę cursu leuigata. Lauere. Lauare videres. Larga proluuie. Multiplici aspergine saxa proluēte. proluere significat inspergere. vnde proluuies. Ausoni⁹. Sparge mero cineres, & odoro prolue nardo. Subluuies quoq̄ nūcupatur humor subluens. i. sublauans saxa: inter quæ delitescit & fluit.

Labi. Lustrum. Balanophagi. Puniceū. Claricitates. Proluuies:

Humida saxa super viridi stillantia musco:
Et partim plano scatere: atq̄ erūpere campo.

Super. Insuper: quoq̄. Stillantia. Fluenta guttulis herbis illis hærentibus. Musco. Herba, quæ apud fontes nascitur: vnde Propertio muscosa iuga: cęteris muscosi fontes. Muscus.

Nec dũm res igni ſcibant tractare:neq; vti
Pellibus:& ſpoliis corpus veſtire ferarum:
Sed nemora:atq; cauos mõteis:ſyluaſq; cole-
Et frutices inter cõdebãt ſq̃llida mẽbra:(bãt:
Verbera vẽtorũ vitare:imbreiſq; coacti.
Nec cõmune bonũ poterãt ſpectare:neq; vllis
Moribus inter ſe ſcibant:nec legibus vti.
Quodcũq; obtulerat prædę fortuna:ferebat:
Sponte ſua ſibi quiſq; valere & viuere doctus
Miſſibus:ſaxis:& magno pondere clauæ.
Et venus in ſyluis iungebat corpora amãtum.
Conciliabat enim vel mutua quamq; cupido:
Vel violenta viri vis atq; impenſa libido:

Muſcus. Muſcoſus. Pellicula muris. De muſco

Pellicula muris & muſcus Hieronymo ſunt odoramenta ætati noſtræ cognitiſſima: quibus caruiſſe priſcos tradunt illiterati: qui ſatis ſuperq; redarguuntur ab antiſtite ſacrarũ literarum Hieronymo. nonnulli cum aſpiratione muſchum ſcribunt: qua ratione ipſi viderint. De hoc muſco velut in tenebris errantes multi multa tradunt: nos aſſidua lectione veritatem, vt ſperamus, eruimus iter Alberto pręmonſtrante: apud quem hæc verba reperio libro de animalib⁹. xxxij.

Geſſeles.

Geſſeles vel Roſſerulæ vulgariter vocantur mures quidam, quorum ſtercus habet muſci odorem, & hũc odorẽ habet etiã pellis muris. Eſt autẽ hic mus in dorſo fulu⁹: & in vẽtre alb⁹: in pratis habitans: & ſuper riuos: & aliqñ in domibus ſi prata eis viridantia adiacẽtia ſint. hoc animal ſtercus ſuum in vnum congerit: quaſi iuuamenti aliquid ſciat in ipſo. Adde q; pelles illas, quas vulgus ſemidoctum gibillinas appellat dicere debemus eriminias, vel eriminianas: ſiquidem apud eũdem comperio eriminium, qđ quidam erinebinum vocant, animal eſſe paruulum figuræ muſtelæ: tum hyeme candens ad inſtar niuis.

Eriminiæ pelles.

Aeſtate autem fuluum ſicut muſtela. Candet tamen ſemper in ventre, & in extremitate caudæ nigerrimum eſt. mures inſequitur & aues: & carnibus veſcitur: & pellibus eius decorantur, qui in veſtitu gloriantur. De muſco idem Albertus alibi ſic.

Plateari⁹.

Mus geſſeles animal eſt orientis ad magnitudinem capreoli: in cuius inguine, ſicut Plat earius dicit: apoſtema creſcit de collectis humoribus: qđ maturatum collidit ad arborem: & decurrens ſanies ibi indurata muſcus vocatur: & licet tota caro eius & ſtercus muſcus ſit dicta, tamen ſanies eſt nobilior muſcus. Ipſe virtutem epatis perditam in lacunis & ſtercoribus recuperat: & valet contra ſyncopen, & cordis debilitatem & cerebri & epatis & ſtomachi dolores.

Albert⁹ recognitus.

Aduertendũ nos de induſtria codicem huius auctoris emendaſſe. Nam vbi repoſuimus geſſeles quęlibet legebatur ſenſu nullo. Superius enim hoc animal ita vocat: vt in hoc loco, vel in illo neceſſe ſit errorẽ ſubeſſe. Nec facilẽ admoueris his aurẽ q mutũ hunc a muſco differre contendunt: ideo q; affatim ſuperius de muſco dixit: vt videatur hic abſurdum repetere. habet hoc moris Albert⁹ vt ſecundum diuerſa nomina in diuerſis elementis ſuper hiſdem animalibus loquatur: exempli gratia de fele ſuperius inquit & cato: mox in diuerſa litera agit de muſione ſiue murilego: vt rem diuerſis vocibus appellatam reperti eſtudentibus diuerſis occurrat itineribus.

Hieronymus explicatus.

Ex his quæ prælibauimus Hieronymum percipies ita loquẽtem in epiſtola ad Demetriadem de continentia virginali. Cincinnatulos pueros & calamiſtratos, & peregrini muris olentes pellicula: in q bus illud Arbitri eſt. Nõ bñ ſemp olet qui bene ſemp olet. vnde colligitur epigramma, in quo carmen prædictum eſt inſertum, non eſſe Martialis licet apud Martialem reperiatur: niſi Arbitrũ ab epigrammatico Bilbilitano mutuum accepiſſe credi poſſit. Idem Hieronym⁹ ad Principiam virginem. Illæ enim ſolent purpuriſſo & ceruſſa ora depingere: ſericis nitere veſtibus: ſplendere gemmis: aurum portare ceruicibus: & auribus perforatis rubri maris pretioſiſſima grana ſuſpendere: fragrare muſco mure.

De gibellinis & gelphis.

Sed quoniã de Gibellinis occurrit ex inſperato mẽtio: aperiẽda nobis eſt duarũ factionum teterrimarũ origo: quæ veluti duo carcinomata furtim primuliſ & diſſimulanter, mox aperto marte liberales, & vt vno exprimam verbo, humanos mores, illiberales prorſus & inhumanos reddiderunt: quibus exęſtuant factioſorũ animi, abditũq; & inteſtinum venenum coquentes miſelli tabeſcunt, peſſimi ſtelliones & Telchines perdiu & per nox etiã in tẽplis, & ante aras agitati. ꝓpter quã veſaniam crediderim hominibus a cacodęmone hãc vt quintã ſuperadditã furiã. Cuius rei fons & initialis origo a nobis ſi explicetur non omnino ab re factũ erit.

Bartholi laus. Federicus ænobarb⁹.

Bartholus vir ſupra tempeſtatẽ noſtrã maximi in iure ciuili nominis ac famæ percelebris ſuper hac re ſic fere ſcribit in libro qui inſcribitur de conſtitutionibus extrauagant. Olim magna diſcordia orta eſt inter Romanam eccleſiam & Federicum, qui vocatus eſt ænobarb⁹, vulgo barbaruſſa, tunc Romanorum imperatorem: quem poſtea eccleſia priuauit imperio: & in Alemania agnatio illi⁹ Federici cognominabaẽ domini de gebello. Cũ tamen dicta diſcordia diu duraret: magna pars Italicorum adhęſit illi imperatori depoſito: & illi dicti ſunt gebellini quaſi adhærentes illi domino de Gebello. Alij vero adhæſerunt eccleſię: & vocati ſunt zelfi, quaſi zelatores fidei. De prędictis habemus figuram primo regum vltimo capitulo, & ſecundo regum primo capite in principio: vbi fuit conflictus & occiſio in monte gebello: q interpretaẽ locus fortitudinis. Ita ille Federic⁹ imperator quondam tunc reprobatus confidens de fortitudine domus ſuæ de gebello conſtratus & cõfuſus fuit a zelfis hoc eſt fidelibus. hoc enim nomen Gelphi habetur Geneſeos. xxx. c. & interꝓtatur os loquens: qđ ꝓpoſito eccleſiæ cõgruit. Verba. n. excõmunicationis ſentẽtię prolatę per ſummũ pontificẽ fuerunt: ille imperator cõfuſus. proprie ergo loquẽdo ſicut Gebellus interꝓtatur locus fortitudinis: ita gebelli interpretãtur cõfidentes in fortitudine. ſ. temporali militum & armorum. & ſicut gelpha interꝓtatur os loquens: ita gelphi interpretantur confidentes orationibus, & in diuinis ſicut faciebat Iuſtinianus imperator. Circa ſecundum vero quid hodie dicta nomina importent dico: q; vt ex ꝓdictis apparet ꝓdicta ſunt nomina ſignificãtia affectiones hominum. affectãtes. n. ſtatum eccleſiæ contra illũ eccleſię inimicũ vocanẽ vno nomine. Hodie vero noia ꝓdicta durant propter alias tamen affectiones. videmus. n. q̃ plures qui zelfi vocantur eſſe rebelles eccleſiæ: &

alios q̃ plures qui gebellini vocantur eſſe rebelles imperij. Sed ſicut contingit in prouincijs & in ciuitatibus in quibus ſunt inteſtinæ diſſenſiones neceſſe eſt vt dictæ partes aliquo nomine vocentur: ideo dicta nomina imponuntur tanq̃ magis communia. In quibuſdam vero locis ad alia particularia deuenitur: de quibus ad præſens non curo. Dico ergo ꝙ hodie ille dicitur Zelfus qui adhæret & affectat ſtatum partis quæ appellaẽ pars gelfina. & in hoc non habetur reſpectus ad eccleſiam vel imperium: ſed ſolum ad illas diſcordias: quæ in ciuitate vel prouincia ſunt. Item dictæ ſeditiones ſunt quandoq; inter prædictos: & tamen nullus rebellat domino ſuo. Amplius ſi accipitur Zelfus & Gebellinus prout primo modo fuit inductum quis non poteſt eẽ vno loco Zelfus & alio Zebellinus. ratio eſt ꝙ illæ affectiones ſcilicet eccleſiæ vel imperij reprobatæ reſpiciunt vniuerſaliter totum mundum & vniformiter. ideo dicere ꝙ quis vno loco eſſet vnius affectionis & alio loco alterius, cõtineret repugnantiam. ſicut quis tutor non poteſt eſſe auctor duorum pupillorum inuicem litigantium. Secundum colligo ꝙ ſecundum dicta nomina hodie accipiuntur ꝙ quis vno loco poteſt eſſe Gelfus & alio Gebellinus: qđ patet quia dictæ affectiões ſunt circa diuerſa. exempli gratia. detur ꝙ in vna ciuitate ſit vnus tyrannus qui cum ſecta ſua dicatur Zelfus: cui affectioni aliquis homo eſt aduerſus. quia aduerſatur iſte homini tyranno in illa terra. iſte dicitur Gebellinus: & in alia ciuitate non dependente ab illa ponatur vnus tyrannus Gebellinus: certe ille bonus homo aduerſabitur illi tyrãno & ibidem eſt Gelfus. Tertio infero ꝙ quis vno reſpectu põt eſſe vnius affectionis & alio reſpectu alterius. Exemplum in Peruſina vrbe. ſunt multi qui videri volunt Gebellini reſpectu primo quo nomina iſtarum affectionum fuerũt inducta: quaſi reputantes ſibi ad honorem ꝙ tam ab antiquo tempore ſui genitores ita nobiles fuerunt vt illius affectiõis reputarentur. Sed quãtum ad ſtatum qui modo regit ciuitatem ſunt Gelfi: & ideo dicit ſe Gebellinũ origine: ſed Gelfum quo ad ſtatum ciuitatis: nec eſt contradictio quoniam diuerſis reſpectibꝰ iſta proferũtur. facit id qđ dicimus ꝙ eodem reſpectu pro eadem pecunia quis non poteſt eſſe principalis & fideiuſſor: ſed diuerſis reſpectibus. Circa tertium. ſ. vtrum habere iſta affectiones ſit licitum: dic. ſi plures ſunt vnius affectionis, vľ ſi quis adhæret vni affectioni non propter bonum publicum: ſed propter propriam vtilitatem vel vt alius opprimatur: illud eſt ſimpliciter illicitum: et ſi hoc inuicem conuenerint eſſet animaduerſione dignum quaſi ſocietas contraheretur in pœnam innocentium. Quandoq; tamen eſt vna pars in ciuitate tendens principaliter ad bonum publicum vt ciuitas recte & quiete gubernetur: nec tamen poſſet aduerſarijs reſiſtere niſi ſub vno factionis nomine: & tunc puto talem affectionem & factionem communiter eſſe licitã. ſicut eñ ad tuitionẽ rerũ licet congregare amicos: ita multo magis ad tutelã publicam. Quandoq; non ſolum vult vna pars reſiſtere: ſed vult eijcere alios regentes: tunc ſi quidem inſurgerent aduerſus iſtud regimen: hoc eſſet ſimpliciter illicitum: vt Codice de ſeditioſis. lege prima. Si vero regimẽ qđ deponere volebãt erat tyrannicum & peſſimum: tunc cum hoc eſſet vnius factionis licitum eſt: duobus concurrentibus. Primo recurrendo ad ſuperiorem ſi non poſſit illa tyrannis euelli ſine magna difficultate. Secundo ꝙ ipſi hoc faciant propter vtilitatẽ publicam vt ſtatus ciuitatis reſtauretur. ſecus ſi hoc facerent vt ipſi nouam tyrãnidem innouarent alijs expulſis. Ad vtilitatem ergo publicam non autem priuatam licitum eſt. & ſi tumultus irrepſerit in ciuitatem non incidit in legem. C. de ſeditioſis: quia licite facit. pro hoc induco Thomam aquinatem in ſecũda ſecũdę. q. xlij. articulo ſecundo in fine vbi ſic ait: regnum tyrãnicum non eſt iuſtum qđ non ordinatur ad bonum eccleſiæ: ſed ad bonum priuatum regentis. Et ideo perturbatio huius regiminis non habet rationem ſeditiõis niſi forte quando ſic inordinate perturbaretur tyrãnis vt multitudo ſubiecta maius dãnum pateretur ex perturbatione ſequenti q̃ ex tyrãni regimine. Dico ergo ꝙ aſſumere dicta nomĩa, licet ſignificent diuiſionem & factionẽ, tamen ſi fiat ad iuſtum & debitum finem, licitum eſt. Nam & Paulus apoſtolus ſciens ꝙ vna pars eſſet ſeduceorum: altera phariſeorum: exclamauit in concilio. viri fratres ego phariſeus ſum filius phariſeorum. Addit demum Bartholus: quia prædicta nomina diuiſionem & ſciſſuram important puto ꝙ honeſtum virum non deceat aliquid dictorum nominũ aſſumere: niſi ex magna cauſa. Colligit deinde ſi in qua ciuitate contingat: vt Tuderti videtur: vt alterius factionis homines vocarentur ad officia publica priuataq; munia: ꝙ talis ciuitas adminiſtrari non poteſt per illius affectionis homines. Idem dicit ſi probaretur ꝙ aliquis eſſet natus ex ꝑle Gelfa illo reſpectu quo tempore antiquitus erat diſſenſio inter eccleſiam & illum Federicum imperatorem non tamen ob hoc diceretur Gelfus illo reſpectu quo ſtatuta loquuntur: nec puto ꝙ ſufficiat probare per famam vel ꝙ aliquis ſic reputatur. Nam de iure quilibet creditur eſſe eius affectionis cuius eſt patria ſua. eſt eñ de præceptis iuris gentium vt parentibus & patriæ pareamus. Hæc vir iuris aſylum & fulgentiſſimum ſidꝰ. Nos vero mutuo amoris affectu, æqualiq; charitate vtriuſq; factionis hominibus fauemus: de aliena immo de propria republica parum ſolliciti: ſententię Diogenis allubeſcentes: qui ſubinde dicere ſolebat μὴ πολιτεύεσθαι, hoc eſt admiſceri reipublicæ non decere ſapientem. Barbara odia: venena ſunt hæc a prauis ingenijs ad religionem optimatumq; ſtatum euertendum excocta. Nos hac a ſcabie tenemus vngues: & Platonicę familiæ conſectanei in extimo mundi dorſo viuimus. Non deſino tamen mirari Bartholum aſſerere duas has inimicas factiones tempore Federici regis emerſiſſe: cum legam apud Aquinatem theologum Turcis ſuis prędixiſſe Mahometum tutellare Aſię numen, impie licet, habitum: non eſſe qđ illi cauere debeant a Chriſtophoris luſtralibuſq; baptiſmatis vndis intinctis exercitibus: dum inter Chriſti ſoteris aſſeclas Gelfa Gebellinaq; factio nominaretur. Scatere. Erumpere, emergere. Nec dum. Nondum. rudi illa ætate ac ſimplici. Sciebant. Sciebant. Res. Componere res ad ignem: vti ignis adminiculo ad opera rerum. Neq; vti pellibus. Non induere pelles. Spolijs ferarum. Pellibus quas detraxerant feris in venatione confixis. Verbera. Impetus, impulſus. Coacti. Nondum erãt coacti vitare verbera & hymbres. Spectare. Animaduertere vtilitati communi: ſed deſides & pigri illam contemnebant. Quodcunq; prædæ. Quamcunq; prædam obtulerat fortuna illa vtebantur. Ferebat. Reportabat homo rudis. Sponte ſua. Sua ope: abſq; alterius auxilio. Valere doctus. Conſultus in robore corporibus permanente; & bono corporis ſtatu. Miſſilibus. Telis quæ manu mittantur. In ſiluis. Ouidius. Antra domus fuerant, cibus hærba, cubilia frondes. Conſtiterant vno fœmina virq; loco. Viri vis. Robuſtior enim rebus omnibus etiam amica potiebatur. Impenſa. Immenſa. ſicuti dicitur vir impenſe doctus.

Quis põt eẽ Gelfus & Gebellinus.

Gebellini nobiles.

Qñ illicitæ hę factiões.

Qñ licitæ.

Tyrannis nõ eſt iuſta.

Ne aſſumãtur iſta noia

Seqmur affectũ patrię. Piꝰ neutrã factionẽ ſequitur.

Rẽp. nõ ad miniſtrãdã.

Pręceptum mahumeti Turcis.

¶Vel pretiū. Aut illi silvestres viri emebāt venerem oblato pretio ex pyris, glandibus, & id genus reliquis nemoralibus fructibus. Idem Propertius ex Lucretio libro tertio elegiacon. Illis pompa fuit decussa cydonia ramo: Et dare puniceis plena canistra rubis Nunc violas tondere manu: nunc mista referre Lilia virgineos lucida per calathos: Et portare suis vestitas frōdibus vuas. Aut variam plumæ versicoloris auem. His tum blāditijs furtiua per antra puellæ Oscula silvicolis empta dedere viris. Et pastor ille apud Maronem inquit. Aurea mala decem misi: cras altera mittam. alter legit locū aeriæ vbi cōgessere palumbes. Lecta. Electa. Cōsectabantur. Cursus velocitate assequebātur.
Secla. Genus, turbam. Pauca. Animantia. Vitabant. Declinare poterant incursus hominum. Latebris. In latibulis & lustris.
Nudabant terrę. In terram pcumbentes nudi & deuestiti. Capti. Illecti a nocturna temperie: quæ noa pellicit ad soporē. Palantes. Vagi. Sepulti. Immersi somno: q homies incuriosos arctissime vincit & alligat. Rosea face. Radijs solaribus roseo colore fulgētibus. Inferret lumina cælo. Coruscaret & radiaret per cælum. A paruis. A teneris vnguiculis. Alterno tēpore. Tempore noctis & diei qui inuicem alternat. Gigni. Renouare. Illi rudes homines surgente sole surgebant: occidente, se conferebant ad quietem.
Non erat. Illud rude seculū & improuidum nō dubitabat an nox sempiterna aboriri deberet: an sol elapsus rediret ad orbem illustrādum. Sed potius eoa mouebant feræ & immanes belluæ: quorum dentes formidabāt. Est igitur sensus: insipidos illos homies nō curasse solis & cæli vices: verum prouidisse solum ne sibi bestiæ nocerent. Non erat vt fieri posset. Nulla erat causa cur hæc dubietas possit hominibus accidere. Vnq̄ mirarier. Vt aliquo tempore mirarentur. Nec diffidere. Nec erat aliqua causa vt diffidentiam capere possent. Teneret. Occuparet. nulla suboriebatur dubitatio hominibus an nox esse perpetua deberet. Detracto. Quasi sol occiduus raptus videri posset nouis hominibus, rudibus, & harum rerum insolentibus.
Sed magis illud erat curæ. Magis illd̄ curabant. Secla. agmina. Miseris. Miser est ille qui imminens periculū expauescit. Spumigeri. Spumas emittentis ore præ rabie cū premitur: & fulmineo celeres cum rotat ore canes. Spumantem, inquit Maro, Optat aprum & fuluum descendere monte leonem.
Intêpesta. Intēpesta. Silente: in qua parte noctis arctiori sōno vinciūt corda mortaliū. Quidā rentur intēpestā noctē vocari quasi intēpestiuā & inactuosam. Cedebāt hospitibus nouis. Belluis crudelibꝰ: quas hospites appellat: qm̄ recipiebāt se in cubiculū hoīs p̄ timore fugā capessētis. Instrata. Valde strata. hoc dr̄ cedere hospitiū aut cubile alicui qn̄ me cedēte ille se recepit i meū cubile. Nec nimio tū plꝰ. Nō magis aut minꝰ tūc hoies renficiabāt humāis cū dolore q̄ nūc fieri solet. Mors eīn naturaliter ē igrata: qm̄ est dissolutio priuatioq;

Vel pretiū glandes atq; arbuta vel pyra lecta:
Et manuum mira freti virtute pedumq;
Consectabantur silvestria secla ferarum:
Multaq; vincebant: vitabant pauca latebris:
Setigerisq; pares suibus silvestria membra
Nudabant terræ nocturno tempore capti:
Circum se foliis ac frondibus involuentes.
Nec plangore diem magno: solemq; p agros
Quærebant pauidi: palātes noctis in vmbris:
Sed taciti respectabāt: somnoq; sepulti:
Dum rosea face sol inferret lumina cęlo.
A paruis quoniam consuerant cernere semp
Alterno tenebras & lucem tēpore gigni:
Non erat vt fieri posset mirarier vnq̄:
Nec diffidere: ne terras ęterna teneret
Nox in perpetuū detracto lumine solis.
Sed magis illud erat curæ: quæ secla ferarum
Infestam miseris faciebāt sæpe quietem:
Eiectiq; domo fugiebant saxea tecta
Spumigeri suis aduentu: validiq; leonis:
Atq; intempesta cedebant nocte pauentes
Hospitibus sæuis instrata cubilia fronde.
Nec nimio tum plus q̄ nunc mortalia secla
Dulcia linquebant lamētis lumina vitę.
Vnus enim tū quisq; magis deprehensus eorū
Pabula viua feris pręebebat dentibus haustꝰ.
Et nemora ac mōteis gemitu silvasq; replebat
Viua videns viuo sepeliri viscera busto.
At quos effugium seruarat corpore adeso:
Posterius tremulas super vlcera tetra tenētes
Palmas horriferis accibant vocibus orcum.
Deniq; eos vita priuarant vermina sęua:
Expertis opis ignaros quid volnera vellent.
At non multa virum sub signis milia ducta
Vna dies dabat exitio: nec turbida ponti
Aequora lędebant naueis ad saxa virosq;
Nec temere in cassū frustra mare sępe coortū

Sçuibat: leuiterq; minas ponebat inaneis.
Nec poterat quenq̃ placidi pellacia pōti
Subdola pellicere in fraudē ridētibus vndis.
Improba nauigij ratio tum cæca iacebat.
Tum pœnuria deinde cibi languentia leto
Mēbra dabat: cōtra nunc rerū copia mersat.
Illi imprudētes ipsis sibi sæpe venenum
Vergebant: nunc dant letum solertius ipsi.
Inde casas postq̃: ac pelleis: ignēq; pararunt:
Et mulier coniuncta viro concessit in vnum:
Castaq; priuatę veneris connubia læta
Cognita sunt: prolemq; ex se videre creatam:
Tum gen⁹ hūanū primū mollescere cœpit.

corporis simul ac aiæ. Mortalia secla. Homines oēs. Lamentis. Cū gemitu & lachrymis obibāt: quod virū sapiētem dedecet: cū auctore Ausonio, nec timeat mortem bene conscia vita nec optet. Lamina. Scribendū lumina. Vnus.n.tū quisq;. Pro.tū.n. vnusquisq; eorū. Deprēsus. Exceptus a fera.

Sed ad ossifragam auem reuertamur. Auis ossifraga, vt inquit Albertus, enumeratur inter genera vulturia spurij & adulterini vt halyetus ex commistione vulturum & diuersi generis accipitrum procreata: siue per compositionem naturæ, sicut cuculus ex accipitre & columba componitur. de qua mox idem. Auis autem quā cuni græci vocant profecto est illa: quam aliqui cyfred vocauerunt: & latine vocatur ossifragus. Est autem auis de genere aquilarum paruarum comedens carnem: ea comesta ducit ossa in altitudinem vt cadentia super saxa frangantur: & tunc descendens comedit medullam: & propter hoc vocatur ossifragus. erga pullos suos pia est: erga alienos etiam misericors. colligit aquilarum foetus abiectos aut derelictos etiā vulturū & pascit eos. Mergi. Aues marinę a mergēdo dictæ.

Mergi. Aesalos.

Aesalos Priami fili9 amore tabescens abijt in mergum: quādo fecit amor maciē: lōga internodia crurū. In salso. In sale: in mari. Repugnant prædæ. Obstāt aduersarijs irruentibus ad p̄dam. Tēpestatib9. Cū serenitate aut pluuia mutatur vox cornici.

Nam facies multum valuit: viresq; vigebant:
Posterius res inuentast: aurumq; repertum:
Qđ facile & validis & pulchris dēpsit honorē.
Diuitioris enim sectam plerūq; sequuntur
Q̄libet & fortes: & pulchro corpore creti.
Q̄z si quis vera vitam ratione gubernat:
Diuitiæ grandes homini sunt viuere parce
Aequo aio: neq; eñi æs tanq̄ pœnuria parui
Ad claros homines voluerunt: atq; potentes

Maro. At cornix plena pluuiā vocat improba voce: Et sola in sicca secū spatiatur arena. Raucisonos. Raucā vocē emittētes. Secla vetusta. Genera lōgęua. est eñi annosa cornix nouē viuēs ętates. Coruoꝝ. Crocatione corui petūt aquas: qđ Maro docet i georgicis. Illud in his reb⁹. Ne forte dubites quis ignē reperit scito illud in terras detulisse fulmen. Tacitus. Tacibūdus & mallens praue nescire q̄ originis ignē petere. Mortalib⁹. Ad vsū mortaliū. Primit⁹. Tū primū. Inde. A fulmine. Dedit. Corrige didit hoc est diuiditur. Fulgere. Fulgo. is. dicim⁹ & fulgeo fulges. Lucilius. Primū fulgit vti calidū & furuatum ferrū. Pacuui⁹. Liguę bisulcis actu crispo fulgere. Maro lib. iiij. æneidos. Cū littora feruere late Prospiceres. Serui⁹. Infinit⁹ hic est a tertia cōiugatiōe. i. feruo feruis. nā secūdę cōiugatiōis verba pdito. e. qđ hñt añ o. in tertiā migrāt: vt ferueo feruo: fulgeo fulgo. hinc. feruere leucatē. &, auroq; effulgere fluct⁹. Sic Horati⁹. Vade. vale. caue ne titubes: mādataq; frāgas. Nā in caue ue lōga est: nec vocalis legī. vt in buccolicis Virgili⁹. Vale vale inqt iola. sed dicim⁹ a tertia cōiugatiōe esse impatiui: vt cauo. uis. hinc etiā Catullus cauere dixit. Probus in istitutis artiū. Interdū tñ in secūda cōiugatiōe penultima syllaba corripiē: vt feruere Leucatē: &, cū littora feruere late. Sed in hoc verbo recte corripiē qm̄ antiqui tertiā cōiugationē magis q̄ secundā esse voluerunt. Terētius in Adelphis. dū feruit maxime.

Fulmen reperit ignem.

Fulgit.

Donauit vapores. Sparsit vaporē & calorē. Vt ramosa. Qđ si fulmē ignē nō detulit in terras: dicere possumus arbores inter se collisas id excitasse: qđ factū est cum mons Pyreneus arsit: vnde ei nomē impositū: q̄uis a Pyrene nympha cōminiscaē Italicus. Vacillās. Titubās, fluctuās. Aestuat. Reciprocat, mouetē, quatitur vnde æstus maritimę reciprocatiōes. Exprimiē. Eliciē. Extrit⁹. Excussus. Micat. Emicat, egrediē. Flāmai. Flāmæ. Feruidus. Aestuosus. Mutua. Mutuo attritu. Stirpes. Stipites: rami: flagella. Præsidiū. Arcē in quā se reciperent exorto tumultu ciuili. Perfugiū. Asylū: munimentū: intra qđ se tyrāni cōderēt: cū tamē verę arces sint subditorū corda. Diuisere atq; dedere. Oia viri fortes possidebāt aut facūdi. prisci codices habēt. diuersumq; vt quisq; haberet. Pro facie. Statura: corporatura: q̄ nobilitare solet animū. quo q̄sq; anim⁹ nobilior est eo sibi venusti⁹ corpus adsciscit. Faciē latini vocāt mēbroꝝ cōcinnētiam oēm. græci πρόσωπον. Sardinia dr̄ a Sallustio posita esse facie humani vestigij. Posterius. Postera ętate repertū est aurū: qđ pulchrū exclusit & validos supauit. Iuxta illud apophthegma Philippi Macedonis: q dicebat nulli arcē obijci inexpugnabilē: in quā posset asellus ascēdere honust⁹ auro. Horatianū carmē scitissimū est. Aurū p medios ire satellites: Et prūpere amat saxa potentius Ictu fulmineo. Apuleius inqt auro etiā adamātinas pfringi fores: qđ ex Paulo elegātissimo poeta græco sūptū est ita scribente. Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμμα κορείας Ζεὺς διὰ Δανάης χαλκελάτους θαλάμους. φημὶ λέγειν τὸν μῦθον ἐγὼ τάδε. χάλκεα νικᾷ τείχεα καὶ δεσμοὺς χρυσὸς ὁ πανδαμάτωρ. Χρυσὸς ὅλους ῥυτῆρας. ὅλας κληῗδας ἐλέγχει. Χρυσὸς ἐπιγνάμπτει τὰς σοβαροβλεφάρους. καὶ Δανάης ἐλύγωσεν ὅδε φρένα. μή τις ἐρασθεὶς Κυπρίδι ... παφίης, ἀργύριον παρέχων. hoc ē. Aureus intactę diuisit vinculū virginitatis Iuppiter intrans Danaes ære impulsos thalamos Reor hoc innuere fabulā: q̄ solū aurū cūcta domās vincit ęrea vincula. Aurū oēs custodes: oēs claues arguit. Aurū flectit arrogātia supcilia. Et danaes ligauit hoc mētē: ne q̄ amator supplicet veneri argentū pbēs. Cohibere me nō possum quin Architrenij poetę versus ilico subtexā. O loculi dulces: iucūda pecunia: nūmi Deliciæ: sirenes opū: philomela crumenę: Cui⁹ ad auratę vocis modulamia cedit Orpheus: fastidiē olor: delirat Apollo. Nō omittā Chrysostomi didascalica verba homilia sexagesima octaua. Quousq; inquit pecuniarum amore feremur? Nō desisto aduersus eas clamare: eæ nāq; sunt oim malorū causæ. Quousq; satietatē nō capimus inexplebilis hui⁹ cupiditatis? Quid habet aurū boni? In hoc cōsternat⁹ sū. Fascinatio qdā est hm̄oi res q̄ aurū & argētū a nobis tāti pēdaē. Vñ subrepsit hęc orbi terraꝝ ęgritudo? Quis eam exterminare poterit? Quæ hāc difficilē eliminare ferā res q̄ pdere armatura? Audi qđ scitu dignū pdit Appian⁹ in illyrico & minime reticēdū: Scipionē videlicet sacri auri pactiōe corruptū cū Medis & Dardanis fecisse fœd⁹: ex quo nōnulli Italoꝝ monimētis suis pdidere ob hāc potissimū cām Romanos sępe nūero post Luciū vsq; ad monarchiā ciuilib⁹ inter se cōcertasse bella. vñ colligiē illud Luciani in dialogo q κύνικος inscribiē esse verissimū. πάντα γάρ τε κακὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς τούτων ἐπιθυμίας φύονται καὶ στάσεις. καὶ πόλεμοι καὶ ἐπιβουλαὶ. καὶ σφαγαί. oia videlicet mala hoib⁹ accidere ex hoꝝ: hoc est auri & argēti cupiditate & sediriōes & bella: & insidię & iugulatiōes. Inter cęteras Chilonis sñias hæc maxime placuit qua dixit lapideis cotib⁹ aurū examinari: & dare sptū sui documētū: auro aūt bonoꝝ malorūq; hoim mētē cuiusmodi sit cōprobari. Si q capt⁹ amore grecę veneris ipsa Diogenis verba cupit annexui. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ. μάλιστα εὐδοκίμησεν ἐκεῖνο ... ἀκούσας ὁ χρυσὸς ἐξετάζεται διὰ λίθους βάσανον φανερόν. Q̄libet & fortes. Q̄uis multi sint fortes & pulchri tamen sectā & clientelā ditissimi sequunē. Gubernat. Moderaē: regit. si q̄s verā vitā cognoscit: q parū habet & parū cupit: laudatissimas diuitias habet. Aequo aio. Vt anim⁹ nō sit pcax, iniqu⁹ & insatiabilis. Is eñi sępe est i culpa: q se nō effugit vnq̄. Nō addēdū diuitijs sed cupiditati detrahēdū auctore Seneca. Neq; eñi. Sensus. noluerunt multū claritati atq; nobilitati cōferre pecuniā. Aes. Aurū: pecunia. alij codices habēt. Neq; eñi est vnq̄ pœnuris. hoc sēsu. grādes diuitias parū ad sublimitatē cōferre: q̄ppe cū parua se nobis offerāt pmiscue: nec modici pœnuria est sed ampli cēsus. q̄ si paruū desiderabim⁹ occurret facile: si maximū: anget nos inexplebili & inefficaci voto: qđ raro finē sortiē. sunt q exponūt. tāq̄ pœnuria paruo: tanq̄ nō habere aurū sit paruifaciēda pœnuria. Voluerunt. Subintellige accedere. Potētes. Virtute: robore corpis & animi validos & strenuos.

Pyreneus vnde.

Facies.

Asellus honustus auro.

Danae victa auro.

Aurum fascinat

Cā bellorū ciuiliū.

Auro homines examinari.

¶Fundamento stabili. In ppetua firmitate.
Fortuna. Sors hois. Maneret. Persisteret
firma & nullatenus titubans aut vacillans. Sē
sua. non crediderūt pecuniam aliquid cōferre
studiosis ad bene beateq; viuendum. non eñ
illa fortunę mobilitatē pōt coercere. Aristote-
les tamē autumat sine bonis exteriorib⁹ homi
nem felicem nec esse nec dici posse: qui censet
nūmū rebus oib⁹ meliorē: qm̄ illo oblato oia
patent vsui cōducentia: & est fideiussor noster
in omni necessitate. Idē libro ethicoꝝ quinto
tradit nūmū metiri cūcta: & subdit. Nummus
aūt ex instituto factus est vt p indigentia sit:
& ppterea nomen hoc habet: qđ nō natura cō
stat sed lege & in nobis est situm ipsum muta
re atq; inutilē facere. Nequicq̄. Quærūt fieri
dites opulenti & beati. Certātes. Certatim cō
tendentes voluptate, ingenio, virtute, pecuni
is, indolentia ad summū honorē hoc est ad fe
licitatē tēdere: in qua cū summopere dissentiūt:
semita recte viuendi est facta obscura: diffici-
lis: & deuia. Infestum. Infensum: inimicum.

Felix nō ē sine bona fortunæ.

Nūmus fideiussor noster.

Viai. Viæ. Et tamen e summo diuitiæ quan
doq; nimiæ magis impediunt q̄ adiuuent: &
vt oia præstent, quis in summo locatus hono
re inuidiosus nō est: & vt inquit graphice Pro
pertius. Inuidiam qđ habet nō valet esse diu.
Ex summo. Ex alto subsellio. Quasi ful-
men. Quæ inuidia pstringit inuidiosos & ster
nit vt fulmen obuia cuncta cōsueuit. Ictos.
Afflatos: pcussos. Inuidia. Odio quo princi
pes psequuntur. Contēptim. Cū contēptu.

Cōtēpti.

In tartara. In excidium, & perniciem. Inui-
dia est in causa vt illa hoies tanq̄ fulmine af-
flentur. Vt satius. Vt melius sit principi serui
re q̄ imperare. Regere res. Potiri imperio re
rum. Proinde. Sinamus itaq; regna quæ fe-
runtur impetu quodam ad vanum iter & am-
bitiosum. Sine. Relinque: cōcede. Proper-
tius. Me sine quem semper voluit fortuna ia-
cere Hanc animam extremę reddere nequitię.
Incassum defessi. Vt illum frustra laboran-
tes (quoniam vanum iter aggrediūtur) sudēt
ac anhelent ad pręcipitium mœrum & excidiū.
Sanguine. Aerumnoso cū labore: qui nedū
sudore, sed sanguinem exhaurit & exsorbet. p
superlationē quis sudare dicitur quando me-
dullitus laborat: vt ex impēsissimo labore san
guis hauriatur. Luctantes. Contēdentes cū
quadam ærumna seu lucta. Summa. Hoies
in sūmo honore collocatos. Vaporāt Corri
ge vaporat hoc est afflat & incēdit. Sīlis huic
Ouidiana sententia. Sūma petit liuor: perflāt
altissima venti. Sūma petunt dextra fulmina
missa Iouis. Altis magis edita. Quæcunq;
sunt altiora altis & sublimibus, quæ iustā alti-
tudinē excedūt: afflantur ab inuidia. Inuidia
Periclem sidus atticū nedū Athenense pcu-
lit adeo vt de eo audierit Plato fecisse Atheni
enses pigros, timidos, loquaces, auaros: pri-
mumq; mercenaria stipēdia induxisse. hæc ex
platonis Gorgia mutuatus sū. Editus loc⁹ al-
tus: editissim⁹ etiā. Quādoquidē. Sudāt incassū
ad sūmos honores & adipisci nitunt subselli-
um honoratius: cū nihil hoc ad felicitatē con-
ferat. Immo princeps infelicissimus est q alie
no ore loqtur. Audiūt alienis auribus tyrāni:

Vaporare

Inuidia.

Pericles deprauauit Athenienses.

Vt fundamēto stabili fortuna maneret:
Et placidam possent opulenti degere vitā.
Nequicq̄: Qm̄ ad summū subcedere honorē
Certantes: iter infestum fecere viai.
Et tamen e summo quasi fulmen deiicit ictos
Inuidia interdum contēptim in tartara tetra.
Vt satius multo iam sit parere quietum:
Q̄ regere iperio res velle: & regna tenere.
Proinde sine incassum defessi sanguine sudēt
Angustum per iter luctantes ambitionis.
Inuidia quoniā ceu fulmīe summa vaporat
Plerunq;: & quæ sunt altis magis edita cūq;.
Quandoquidē sapiunt alieno ex ore: petūtq;
Res ex auditis potius: q̄ sensibus ipsis:
Nec magis id nūc est: neq; erit mox: q̄ fuit ā-
Ergo regibus occisis: subuersa iacebat (te.
Pristina maiestas soliorum: & sceptra supba:
Et capitis summi pręclarum insigne cruētum
Sub pedib⁹ volg. magnum lugebat honorē.
Nam cupide conculcat̄ nimis ante metutū.
Res itaq; ad summā fecem: turbasq; redibat:
Imperiū sibi cum ac summatū quisq; petebat:
Inde magistratum partim docuere create:
Iuraq; constituere: vt vellent legibus vti.
Nā gen⁹ humanū defessum vi colere ęuum
Ex inimicitiis languebat: quo magis ipsum
Sponte sua cecidit sub leges arctaq; iura.
Acrius ex ira q; enim se quisq; parabat
Vlcisci: q̄ nunc cōcessum st legibus æquis:
Hāc ob rem st homīes ptęsum vi colere æuū.
Inde metus maculat pœnarum pręmia vitę.
Circumretit enim vis atq; iniuria quenq;:
Atq; vnde exorta st: ad eū plerunq; reuertit.
Nec facile st placidam ac pacatā degere vitā
Qui violat factis communia fœdera pacis:
Etsi fallit enim diuū genus: humanumq;:
Perpetuo tamē id fore clam diffidere debet.

Quippe vbi se multi per somnia sæpe loq̄ntes
Aut morbo delirantes prograxe feruntur:
Et cęlata diu in medium peccata dedisse.
Nūc q̄ causa deū ꝑ magnas numina genteis
Peruulgarit: & ararum compleuerit vrbeis:
Suscipiendaq̃ curarit solennia sacra:
Quæ nunc in magnis florent rebusq̃ locisq̃:
Vnde etiā nunc est mortalib⁹ insitus horror:
Qui delubra deum noua toto suscitat orbi
Terrarum: & festis cogit celebrare diebus:
Non ita difficilest rationem reddere verbis.

vixq̃ sui sunt iuris. Lego apud græcos My- Mydas
dam poetas asininis auribus deformatum fin cur Asini
gere. quoniā longe & late multos habebat ex- nis aurib⁹
ploratores: per quos audiebat quid ageretur
etiam in alieno regno. Asinis enī post mures
acutissimus auditus. Epigrāma Mydę in Phę
dro Platonis hoc extat. Aenea virgo sū My-
dæ sepulcro imposita. Quoad aqua fluet: ar-
boresq̃ virescent: hic permanens prætereunti
bus nuntiabo In hoc deplorato Mydam iace
re sepulcro. In alia significatiōe Mydas est ver
miculus fabam rodens vt Ips vites. Cis fru- Ips. Cis.
menta. Trips ligna. Sis vestes. Ix vitra. Qꝫ Trips.
sensib⁹. Qꝫ q̄ ipsi ita sentiāt & intelligāt. Qui Sis. Ix.
audiūt sæpe falluntur si Plautino mihi credi-
mus: qui mauult oculatū testem vnum q̄ decē
auritos. Id. Illa dignitas & summ⁹ honor:
q̄uis augeatur non pōt tñ maior aut minor fie
ri hoīa felicitas q̄ honore nullo crescit aut fau-
stitate fortunę. Ergo. Infortunitū quoddā eē
regnū sortiri docet ab euētu. Cū enī rex cadit afflatus ab inuidia aut bello ꝓfligat⁹: tūc sella illa aurea diripitur:
statuæ regiæ detrahūtur: & ita ardet adoratū populo caput. cū igiř sinisteritas ac infortunium regni sit finis: re- Sinisteri-
gnū odisse despuereq̃ debem⁹. Regib⁹ occisis. Cū reges occisi sunt & ꝓstrati. Subuersa. Resupinata: peni tas finis
tus reuoluta. Iacebat. Cōtēptui erat. Pristina maiestas. Dignitates illæ regiæ: q̄ priua in maxima eminentia regni.
florebāt. Soliorū. Regnorū: subselliorū: sellaꝝ: in q̄b⁹ sceptrigeri reges sedere solēt. Soliū ꝓ regia dignitate
capi solet. Capitis insigne ꝑclaꝝ. Diadema: qđ est insigne regiū: sub quo pāno q̄nō dolores: q̄ nō cruciamē-
ta delitescūt? Sub pedib⁹ vulgi. Subpeditatū & ꝓculcatū a populo vili, sordido & abiecto: qui regē interime
rat. Lugebat. Maiestas soliorū dolebat diadematis auctoritatē imminui: quæ pedibus popularīū substerne
retur. Cupide. Magna cupiditate: ardore: studio: voluntate: nullo habito respectu insignis regij. Concalca
tur. Suppeditatur. Ante metutū. Ante formidatū a populo. participiū est a verbo metuo: quo prisci vtebā- Metutū.
tur. hodie cessit ab vsu. Res itaq̃. Cū reges a ppl̄o necarentur, res ad vulg⁹ ignobile recidebat sibiq̃ imperiū
petebāt. Ad sūmā fecē. Ad plebeculā popellūq̃ vilissimū. Res. Imperiū. Turbas. Vel multitudinē popu
larē: vel turbas cōtētiōes populares intellige. Turbā nāq̃ cōtentionē nūcupam⁹ & diffidentiā: cuius diminuti- Turba.
uū est turbella. Sūmatū. Dignitatū sūmā. sicuti patriciat⁹ dicit̄ patriciorū dignitas: & augurat⁹ augurū: ꝑinde Sūmat⁹.
sumatus optimatus excelsus gradus. Sūmates enī vocāt̄ optimates & Aristocratici: qui summū locū obtinēt Sūmates
in republica. Inde. Post hanc contentionem, qua quisq̃ sibi principatum asciscebat, conuenerunt vt magi- Aristo-
stratus & consules eligerentur: ad quos spectabat claui gubernaculiq̃ publici cura. Constituere. Sanxerunt cratici.
leges. Nam genus humanū. Hoīes ex diutina contentione iam fessi recusabant viuere violenter: sed pacem
& fœdera cōcordiaq̃ iura desiderabāt. Ex inimicitijs languebat. Attritus erat & subneruatus ab inimicitijs.
Defessum. Satiatū. Colere æuū. Traducere vitam in mutua & reciproca violentia. Quo magis. Qua-
propter magis stimulatus est ad hæc fœdera subeunda. Cecidit sub leges. Subiecit se legibus. Ex ira. Pro-
pter irā iuria rectitudinem impedientem. Sensus est. cum homines offensam ab aliquo contrahentes rigidius Ira cōsilij
se aduersus hostem vindicarent, lex reperta est: quæ pœnis modum statueret & ex irati manu flagellum subtra inimica.
heret. q̄m ira animū ꝑcipitat & inimica consilij esse consueuit. Parabat vlcisci. Parabat vi propria vltionē non
intercedētibus legibus. Quā. Vltionē. Nūc cōcessū. Lego: nō concessum. nunc enī cōcessum nō est vlcisci
sua cū æque leges id ꝓhibuerint. Hāc ob rē. Quāob rē. Inde. Ab hac sanctione legum. Metus pœna-
rū. Cū pœna metuatur ꝓ̄essum est vi colere æuum. Maculat. Imminuit: infringit: decolorat. Præmia vitæ.
Violentiam: quæ premiosa lucrosaq̃ esse consueuerat hominibus rudis sæculi: qui pro virium captu præmia
vitæ capiebant. Circūretit. Impedit: supplantat: ꝑcipitat: male habet. iniuriam enim inferentes iniuriatis ma Circūreti
iorem tolerant iniuriā. ꝓpterea Socrates dicebat se malle iniuriam pati q̄ inferre. Iniuriari cuiq̄ impium putat re.
Hesiodus. Quēq̃. Oēm, q quēpiā afficiat iiuria. Vnde. A quo auctore. Exorsast. Principiū habuit. Ad Socratis
eū. Ad illū qui affecit iniuria. Reuertit. Reuerti: retrocedit. Nec facile. Nō pōt ille tranquille viuere: q vitā dictum.
impacatā viuit: turbulentā: cæteris hoībus infensam. Degere. Viuere: subintellige illum. Id fore clam. Id fu Iniuriari
turū occultū semp dubitare debet. Veritas enī auctore Menādro enatat & emergit omnibus etiā opprimenti- impium.
bus. Nā Claudiano auctore quædam vis fati inclusa rebus occulti nihil esse sinit: latebrasq̃ per omnes intrat. Veritas
Quippe. Qꝫ res occuli tegiq̃ non possint declarat hoc q̄ multi morbo quodam oppressi in somnis cuncta emergit.
q̄ patrauerūt cōfessi sunt. Se loquentes. Fata sua referentes. Delirantes. Propter pestilentē febrim aut phre
netim excidētes ab archetypo bonorū morū. Prograxe ferūtur. Effutisse & garrisse multa dicunt̄. verba grę Progra-
ca more suo latine deflectit. γράζω græce dicitur perstrepo. Ex imitatione Plauti in Asinaria hoc ꝑlatū: cuius xe.
verba subscripsi. Age nunc resiste: caue modo ne graxis. hoc sentiebat Hermolaus: quid nos cēserem⁹ docui-
m⁹ in enarratiōe Plautina. Cęlata diu. Delicta q̄ diu cęlauerūt detegit morb⁹ aut insania. Nūc q̄ causa. Sed
cū nulla deoꝝ ꝓuidētia sit, velim dicas cur arę, cur tēpla dedicata sint: & in honorē illoꝝ sacra suscipiantur. cau
sam nocturnis imaginibus Lucretius assignat: quos hoīes cernentes in somnis cernere videbātur cōposita &
mēbris vt viuerent digesta. Deū numina. Deoꝝ cœlestiū sacrū numē & diuinitatē. Peruulgarit. Sparse-
rit. Ararum. Pro aris. casus pro casu. Compleuerit. Impleuerit. Suscipienda. Votis propitianda vel su-
spicienda hoc est adoranda & colenda. Solennia. Stata: quæ decreto anni tempore veniunt. Horror. Ti-
mor quidam & formido. Qui. Timor. Suscitat. Erigit. Toto orbi. Per totum orbem terrarum.

Auctus. — Antica Postica. — Deus. Anaxagoras veritati ppius accessit.

¶ Diuū. Deorū. Mortalia secla. Homines. Animo vigilāte. Sed corpe soporato. ordo. qppe &.n. mortalia secla videbāt aio vigilāte egregias diuū facies. Magis mirādo. Cum magis mirarent in sōnis. Auctu corporis. Lego auctus corporis: hoc est cū mirarent illi corpus: qđ in magnum augmētū excedebat. Auct⁹ posuit pro augmēta. Hijs. Imaginibus magna corporis mole pditis: quas cernebāt in sōnis allicere sēsū: & existimabāt esse viuētia minima deorū. Videbātur. Effigies illę deorū quę erant obuiæ sēsui mortaliū. Pro facie pclara. iuxta magnitudinē enormis corporaturę. AEthernāq; dabātvitā. Credebāt illa minima: quę cōmēti sūt pdiu viuere & cōtinue. quoniā iuges erāt illę imagines: quę sēsibus humanis obijciebātur. nūq̄ .n. occurrere cessabāt sēsib⁹. Eoꝝ. Simulacroꝝ. Suppeditabaī. Suggerebaī: subministrabaī. Et tñ. Altera ratio cur crederēt illi deos esse ęthernos q; scilicet cū corporeā illoꝝ celsitudinē cōtēplarētur nō credebāt vllā vi tātā molē posse cōficere. Temere. Ita leuiter. ordo. & tñ oino putabāt nō temere posse vlla vi cōuinci. Q; tātis virib⁹ auctos. Subitellige cernebāt illos deos pditos tāta mēbratura: q̄ posset oi violētię resistere. Fortunis. Honore: subsellio: fastigio felicitatis ęthernæ: putabāt deos illos esse felicissimos q; nunq̄ pibāt: sed nō habebant effigies illę mortē vt pote q̄ semp exoriebanī. Pręstare. Antecellere. Haud quēq̄. Nullū. Vexaret. Perturbaret. Eorū. Simulacrorū: qm̄ illa nūq̄ pibāt. Et simul. Pręterea credebāt illos eē æthernos q; i sōnis sciebāt efficere q̄ credēda nō eēnt. Efficere. Illas deoꝝ imagines. Inde. Ex eo labore. Nullū cape laborē. Nō ex aliq̄ pte laborare. Praeterea. Itidē estimauerūt deos eē qm̄ coelū stata vice videbāt verti. Perfugiū. Habebāt hoc inscitiæ asylum q̄ ignorabāt deis ascribere. Tradere. Assignare. Illorū nutu. Ex sententia ipsorū deorum. Tēpla. Loca: plagas: regiones: quę a quibusdā cēsentur antica & postica: a quibusdā vero quatuor. Qua nos. Lege quia nox. videbat noctē & lunā eiua arbitram moueri p coelum vnde data est ansa credere illos esse deos. Idē sentit Plato in Cratilo. Hūc primi philosophi sequebantur errorē qui non ponebāt nisi causas materiales: vt ignē vel aquā vel aliquid huiusmodi: & sic prima rerum principia corpa dicebant & eadem vocabant deos: inter quos etiā quidā fuerunt ponentes causas mouentes amicitiam & litem: qui etiā propter pręd ictas rationes confutātur. Nā cum lis & amicitia sint in corporibus iuxta eos: sequetur prima principia esse virtutes in corpore. Ipsi etiā ponebant deum esse compositum ex quatuor elementis & amicitia: per qđ datur intelligi q; posuerunt deum esse corpus coeleste. Inter antiquos solus Anaxagoras veritati propius accessit statuens intellectum mouentē omnia separatum. Hic est ille Anaxagoras quē Plato in Phedone cogitasse tradit vniuersa esse simul. Hac etiam ratione redarguuntur gentiles ponentes ipsa elementa mundi & virtutes in eis existentes deos esse: vt solem: lunam: terram: aquam. Nec minus Iudæi de-

Quippe etem̄ iam tū diuum mortalia sæcla
Egregias animo facies vigilante videbant:
Et magis in somnis mirādo corporis auctus.
His igitur sensum tribuebant: ppterea qđ
Mēbra mouere videbantur: vocesq; supbas
Mittere pro facie præclara: & viribus āplis:
AEternamq; dabant vitam: quia semp eorū
Subpeditabatur facies: & forma manebat:
Et tamen omnino: q; tantis viribus auctos
Non temere vlla vi conuinci posse putabāt:
Fortunisq; ideo longe præstare putabant:
Q; mortis timor haud quenq̄ vexaret eorū:
Et simul in sōnis: quia multa: & mira videbāt
Efficere: & nullum capere ipsos inde laborē.
Præterea cęli rationes ordine certo:
Et varia annorum cernebant tempora verti:
Nec poterāt qb⁹ id fieret cognoscere causis.
Ergo perfugium sibi habebāt omnia diuis
Tradere: & illorum nutu facere omnia flectī:
In cæloq; deum sedes: & templa locarunt:
Per cælum volui quia nos: & luna videtur:
Luna: dies: & nox: & noctis signa seuera:
Noctiuagæq; faces coeli: flammæq; volantes
Nubila: sol: imber: nix: vēti: fulmina: grando:
Et rapidi fremit⁹: & murmura magna minarū.
O genus infelix humanum: talia diuis
Cum tribuit facta: atq; iras adiūxit acerbas:
Quantos tū gemitus ipsi sibi: quantaq; nobis
Vulnera: q̄s lachrymas pepere minorib⁹ nr̄is.
Nec pietas vllast velatum sæpe videre:
Vertier ad lapidē: atq; oēis accedere ad aras:
Nec pcūbere humi pstratū: & pādere palmas
Ante deum delubra: nec aras sanguine multo
Spargere q̄drupedū: nec votis nectere vota.
Sed mage placata posse omnia mente tueri.
Nam cū suspicimus magni cælestia mundi
Tēpla sup: stellisq; micantibus æthera fixum:

Et venit in mentē solis:lunæq; viarum.
Tunc aliis oppressa malis in pectore cura
Illa quoq; expergefactū caput erigere infit.
Et quæ forte deum nobis immensa potestas
Sit vario motuq; candida sidera verset.
Tentat enim dubiam mentē ratiōis egestas.
Et quænam fuerit mundi genitalis origo:
Et simul:& quæ sit finis quoad mœnia mūdi:
Et tanti motus hunc possint ferre laborem:
An diuinitus æterna donata salute
Perpetuo possint æui labentia tractu
Immensi validas æui contemnere vireis?
Præterea cui non animus formidine diuum
Contrahitur: cui nō cōrepunt mēbra pauore
Fulminis horribili? cū plaga torrida tellus
Cōtremit:& magnū pcurrūt murmura cælū?
Nō populi gētesq; tremūt:regesq; superbi

lirabant: Tertullianus & Antropomorphositani heretici: qui deum corporalibus lineamentis figurabant: necnon & manichæorum qui quandam infinitam lucis substātiam per infinitum spatium distentam deum æstimabant: quem deum prisci & quidem ethnici intelligentem dixerunt. cuius rei veritas tantum apud homines irroborauit vt ab intelligendo nomen dei imponerent. Nam θεὸς quod secundum græcos deum significat dicitur a theasthe quod est considerare vel videre. Damascenus auctor. Plato libro secundo de republica prodit in Iouis limine duo iacere dolia plena sortibus: bonis vnum:malis alterū: cumq; ex iis Iuppiter inuicem commistis impartit alicui:alias huic bene: alias male eē: cui vero ex altero datur hūc vesana fames super terras exagitat. De noībus dei pulchra lege apud Hieronymū in epistola ad Marcellam.

Tertullianus hereticus.

Antropomorphositani.

Theos vnde.

Seuera. Magnifice lucentia: virtutis seueræ & seriæ. in codicibus tamē antiquis scriptum est serena. Noctiuagæ faces. Sidera quæ noctu vagantur & nos illustrant sua blanda & rutila luce. Flammæ volantes. Exhalatiōes siderum quæ nimio alimento expuūtur & descendere videntur:& de loco ad locum subinde migrare. vnde philosophice non minus q̄ astronomice protulit id Ouidius. Quæ si non cecidit potuit cecidisse videri. Rapidi fremitus. Tonitrua, & murmura. τὸ αὐτὸ. minātur enim nobis excidium tonitrua. hinc Iuuenalis. Hij sunt qui trepidant & ad omnia fulmina pallent Cum tonat exanimes quoq; primo murmure cœli. Qui dius. Et humanas motura tonitrua mētes. O genus. Mortalium calamitatem deflet & inscitiam: qui deis attribuunt quæ naturalia sunt & quæ proueniunt ordine stato naturæ: cum deus & natura securum agant æuum secreta a nostris rebus & longe seposita. Atq; iras. Cum fingit in deo irā cadere: qui perpetua tranquillitate fruitur: nec bene pro meritis capitur nec tangitur ira. An ira cadat in deum lege Lactātium proprio volumine circiter hoc versantem. Quantos. Cū talia de superis finxerunt: nobis addiderunt metum: lachrymas: & nostris posteris religionem. Sibi. Qui gemebant expauescebantq; ad murmura cœli prima. Vulnera. Mentis vlcera & sollicitudines: quæ nos angunt cum deis adscribamus illa quæ naturaliter accidunt. Minoribus. Posteris nostris: qui credentes timidiculis philosophia timent fulmina: motus terræ: tanq̄ illa auctore deo proueniant: quæ procedunt naturæ fœdere: deo non se ista rebus immiscente: quoniam tanta maiestas pollueretur: vt auctor est libro secundo Plynius: qđ tamen impium est admittere. Nec pietas. Non enim pietas cēsenda est homines verti ad lapideum deorum simulacrum: quinimmo hæc impietas appellāda est. Vertier. Verti: conuolui tanq̄ supplicem. Procumbere humi. Ingeniculari ad colendū numen. Pandere palmas. Aperire manus & extendere: quod fit cū deorum misericordiam ambimus. Votis nectere vota. Post vota alia adhibere vota:& nouorum votorum se reum facere. Sed mage. Sed maior est pietas nulla religione tangi: mētem placatā habere: imperturbatā: imperterritam: nihil timentem deos & religioni non obnoxiā. mage pro magis positum est. Tēpla. Plagas: regiōes. Super. Insuper: deinde. Venit in mentē. Redit mens nostra ad illa scrutāda. Tūc alijs. Sēsus est cū impēdat alia cura vt religio q̄ vexet & agitet pectora: illa caput admonet in cœlū erigere & tentare sublimia. Oppressa malis. Quā cæteræ pestes hoim oppresserunt: quibus cogitur ad illa indaganda de dijs: quæ in dijs non sunt. Infit. Admonet. Caput erigere. Mentē imprimere & eleuare ad indaganda cœlestia. Expgefactū. Recussum ab inscitia & somno nebularū ignorantiæ. Et quæ. Et illa cura te admonet indages potestatē deorū. Legitur in nōnullis exemplarib⁹ ecquæ p aliqua ne? Genitalis. Et iubet illa cura te indagare quænam sit origo cœli. Vario motu. Sēper motum exercēt. quippe auctore Pacato æterno & perpetuo motu se vegetat æthernitas. Mouet quidem deus omnia sed non mouetur ipse vel auctore Boeotio qui inquit. Stabilisq; manēs das cuncta moueri. Qz deus non moueatur ratiocinatur Theologus Aquinas libro primo cōtra gētiles. Tētat. Iactat, quassat, impellit. Et quæ. Ecquæ scriptū est in plunb⁹ codicibus. Quoad mœnia mūdi. Subintellige durabūt & permanebūt. Et tanti. Repete egestas ratiōis mentē tentat dū ambigit nunquid tāto motu versatū cœlū possit semp illi sufficere. vel sic expone.& nūquid mœnia mūdi possint ferre hūc laborē tāti mot⁹. tūc tāti motus in paterno casu pnuntiabit. An diuinitus. An ita volente deo sint cœlestia futura perpetua. Perpetuo tractu. Perpetuo volumine: qđ tractū vocat quoniā sidera cum cœlo trahuntur & rapiuntur. Validas. Omnia corrumpentes. Preterea. Deplorat mortaliū vitam miserrimam: qui oēs pauent & trepidant etiam minima cœli murmura. Cui non. Quasi dicat omnibus. est interrogatiue proferendum. Contrahitur. Cōprimitur: agitatur. Iuxta illud Statij. Primus in orbe deos fecit timor. Correpunt. Sternuntur corpore prolapso more reptilium. Sunt enim nonnulli pauiduli: qui fulmine audito humi sternunt. Plaga. Percussione fulminis. Torrida tellus. Cōbusta percutiētis fulminis afflatu. Murmura. Tonitrua. Nō. Nōne. Superbi. In alijs quidem se supra mortalium captum efferentes.

Deus nō mouetur.

Corripiunt: diuum pcussi membra timore:
Ne qđ ob admissum fœde: dictum ve supbe
Pœnarum graue sit soluendi tempus adactũ.
Summa etiam cum vis violenti p mare vēti
Induperatorē classis super æthera verrit
Cũ validis pariter legionib⁹: atq; elephantis:
Non diuũ pacem votis adit: ac prece quæsit
Vētorum pauid⁹ paces: animasq; secundas?
Nequicquam: quoniã violento turbine sæpe
Correptus nihilo fertur minus ad vada leti.
Vsqueadeo res humanas vis abdita quædã
Obterit: & pulchros fasceis: sæuasq; secureis
Proculcare: ac ludibrio sibi habere videtur.
Deniq; sub pedibus tellus cum tota vacillat:
Concussæq; cadunt vrbes: dubiæq; minant?
Quid mirum si se temnunt mortalia secla:
Atq; potestatis magnas: mirasq; relinquunt
In rebus vireis diuum: quæ cũcta gubernēt.
Qđ supest: æs: atq; aurũ: ferrumq; reptũst:
Et simul argenti pondus: plumbiq; potestas:
Ignis vbi ingenteis siluas ardore cremarat
Montibus in magnis: seu cæli fulmine misso:
Siue q; inter se bellum siluestre gerentes
Hostibus intulerant ignem formidinis ergo:
Siue q; inducti terræ bonitate: volebant
Pãdere agros pigueis: & pascua reddeř rura:
Siue feras interficere: & ditescere præda.
Nã fouea atq; igni prius est venarier ortum:
Q̃z sepire plagis saltum: canibusq; ciere.
Quicquid id est: q̃cũq; e causa flãmeus ardor
Horribili sonitu siluas exederat altas
A radicibus: & terram percoxerat igni:
Manabat venis feruentibus in loca terræ
Concaua conueniens argenti riuus & Auri:
AEris itē: & plumbi: quæ cũ cõcreta videbãt
Posterius claro in terras splendere colore:
Tollebant nitido capti læuiq; lepore:

Corripiunt. Pro corripiuntur. Quidã codices habent correpunt hoc est descendunt in specus: qđ Caius Cæsar consueuerat ad vim fulminis euitãdam. vel interpretare correpũt more reptilium se humi prosternũt. Diuum timore. Deorum formidine. Ne quod. Reges timent fulmina verentes ne manu iudicio q; iouis in caput suum torqueantur vt his impij dicti aut facti pœnas luere cogãtur. Ne quod ob admissum fœde. Ne ob aliquod delictũ turpiter cõmissum iuppiter pœnas exigat. Sit tēpus adactũ. Nunc tēp⁹ aduenerit quo pœnas fulminis luere cogãt eius ictu p-cussis his timidiculis. Graue pœnarũ. Graues pœnas. Sũma. Cũ pfectus classis mari sæuiēte & vndabũdo rapit: trahit: in sublime leuat & deprimit: credim⁹ deũ suæ iracundiæ pœnas exigere cũ in oppugnãdis alienæ ditionis oppidis crudelitatē suã exercere credat.

Vis vēti. Impet⁹ venti maria turbãtis. Induperatorē. Imperatorē: pfectum. du, gratia metri interponitur. Verrit. trahit & impellit. Maro. & cærula verrũt. Elephãtis. Cũ agmine elephãtorum: quibus ad sternēdos hostes vtebãtur: & ad turres ferēdas. his pponebant magistri: quos Plutarchus vocat elephantarchos. Obiter Plynianus codex nõnullis videtur emaculãd⁹ ex libro historię naturalis octauo. Domantur, inquit, rabidi fame & verberibus elephantis alijs admotis: qui tumultuantes catenis coerceant. scribunt non elephantis alijs sed elephãtarchis admotis. adduntur eñ magistri domandis elephantis: qui tanq̃ mansuetarij illos exuere feritatem doceãt. Ego re diligentissime perpensa nihil immuto: quãdo Arrianus & Albertus libro de aialibus octauo prodant elephantũ ferum aduentu cicuris mansuefieri: qđ quo pacto fiat ijdem te sucto res instruent. Q̃z elephãtis alijs non elephantarchis legendũ sit: Plyniana verba in pręcedēti capite te docere possunt. Capiuntur: inquit Plynius: in India vnũ ex domitis agente rectore: q dephensum solitariũ, abactũve a grege verberat ferũ. Cõcinũt Arriani hęc verba. Vehemēs ineunt mansueti cũ indomitis certamen elephanti. Vincuntur haud ægre, vt par est, feri & agrestes: fame iam ante ac siti domiti deficientibus animis. Descendunt elephantis venatores: summos pedes agrestium nihil vltra reluctantium colligant: tum mansuetis iubent multis eos plectere verberibus: donec victi & fatigati malis in terram cadunt: stratorum collis laqueos induunt: iacentesq; cõscendunt. Apud Plynium illa verba. tumultuantem catenis coerceant: ne intelligas q; elephas coerceat catenis tumultuantem: sed q; domesticus coercet ferum & nuper captum elephantum tumultuantem in catenis: quibus vt tradit Arrianus, pedes & colla stratorum impediuntur. Dictio namq; catenis verbo illi, tumultuantem, annectitur. Scribit Polybius in quinto histo. Libycos elephantos indicos fugere. Olim in nostris annotationibus fidem Dementij nescio cuius inaccurate secutus versiculum illum interpretatus ex osceno poetæ carmine. ducens ex elephantidos libellis: elephãtida nomen viri pu-

Elephantarchi.

Nodus Plynij solutus.

Libyci Indos fugiunt.

Et simili formata videbant esse figura:

tarii: nõ meretricis: nũc id abrogo totũ: & ele-
phantida fœminæ, q̃ multa cõposuit, nomẽ
esse comperio apud Plyniũ libro naturalis historiæ primo. Vbi Lais, Elephãtis, Salpe, & thebana citat Olym
pias. Pacẽ adit. Init collocatus in periculo pacẽ cũ dijs maria vouẽs & mõtes hyperboreos: siquidẽ authore
Plynio tunc votorũ locus est cũ spei nihil est. Quesit. Legi potest ex quibusdã exẽplaribus querit. i. expo- Quesit.
stulat. quidã mallũt esse tertiã psonã a queso. Põpei⁹. Queso significat id qđ rogo. Quesere m̃ Ennius p quę- Quesere.
rere posuit. Phocas. Queso primã personã habet indicatiui modi dũtaxat: licet quesere lectũ sit apud Sallu-
stiũ & Tulliũ. Idẽ Donatus in fabula autontumerumenon. Aias secũdas. Flatus & vẽtos ppitios. Venti vo Aiæ venti.
cãtur a poetis aię. Sic & Virgilius. Quãtum ignes animæq; valent. Nequidquã. Frustratorius est hic timor
& irritus. qm̃ preces nil hominem iuuant quin pergat in exitium si illi mors instat & pernicies. Violento tur
bine. Vortice aquarũ maritimarũ: quæ naues agitant in excidiũ ventis & procellis rapientibus preces huma-
nas. Correptus. Raptus ad mortẽ timidus imperator. Nihilominus. q̃ si nihil timeret. Ad vada leti. Ad
aquã lacus qui dicitur obliuio. quidã codices habent. ad vada lethes. vada leti tamẽ flumina & inferorum fau
ces appellari possunt. Vsq; adeo. In tantũ res humanę agunt̃ re quadã ignota: quã psagire non possumus. Fasces ex
Vis abdita. Quædã latens virtus & impulsus. Obterit. Proculcat & suppeditat. Pulchros fasces. Cõsu- betula.
larẽ dignitatẽ. insigne consulis fasces erant ex arbore betula, q̃ in gallia frequens est, factæ: significabãt iram
lentam in magistratib⁹ esse decere: nõ em̃ cito solui fasces lignorum solent. Secures. Quib⁹ magistratuũ li-
ctor vtebat̃ ad reos feriendos. Proculcare. Contemnere & hos honores irridere: quos cũ vult rapit & atterit.
deniq; cũ accidit vẽto in terræ interuenia clauso motũ excitari: nil mirũ est si pauẽt homines: & id puenire cre
dunt a numinib⁹. Concussæ vrbes. Prosternunt̃ a motu terrę ciuitates. Tẽpore Tyberij maxim⁹ terræ mot⁹
fuit: duodecim ciuitatib⁹ Asiæ prostratis. Maximũ & omnes excedentẽ tremores lego apud Dionem in Tra Maxim⁹ ter
iano hijs. Dum vero Antiochiæ Traianus ageret: atrox & funestus motus terrę accidit: vicinis vrbibus atq; ræ tremor.
populis cladẽ etiã afferens: q̃ q̃ ipa Antiochia insigni & publica strage vastata fuit. Hyemabat in ea forte Tra
ianus: atq; illuc milites frequẽter, & priuati cõplures cõuenerãt: alij pręterea vt iura acciperent: quosdam lega
tionis officiũ, merces, & priuata cõpendia traxerant: q̃ plurimi visendi imperatoris & spectandorũ ludorũ gra
tia cõfluxerant. Ita vix vlla natio aut ciuitas a detrimento & clade immunis extitit: vt plane vniuersus terrarũ
orbis, & populi q̃ Romano parebant imperio calamitatẽ ingentẽ acceperint. Motum terræ fulmina primum
antecesserũt. Tũ vẽti insoliti atq; peregrini vehemẽtius spirauere: quib⁹ monstris atq; prodigijs etsi grauia &
horrẽda videbant̃: nemo tamẽ q̃ mala sequuta sunt extimuit. Tũ magno & repentino oborto fragore maria
feruescere: fluctus intumescere: adhuc æstus vehementius & violẽtius insurgere. Terra oĩs succuti: dom⁹ ędi
ficia cõtrario ictu quassari: dissilire alia: & supne assultantia tecta concidere: crepitus audiebat̃ ingens & horri
bilis: mœnia contrario pulsu modo huc, modo illuc nutantia confringi & ruere. Mare ipm̃ turbine cõtorque
bat̃: terra aũt vbi ædificia non erant: maximo compulsa motu assultabat. Tetra oĩa simul erant: cõtrita ligna:
collisa vasa fictilia: & saxa aceruatim magno cũ stridore proruebant: puluis densus atq; cõcretus excitari: tan
taq; obducta caligo cuncta oppresserat: vt alterũ videre, alloqui, & audire minime cuiq̃, immo spirare quidẽ
ingruente vento ac puluere nõ liceret. Multi mortales extra domos vitę periculũ adiere. Præcipites tectis erũ
pebant & velut agmine fugientes in aceruos cogebant̃: q̃ omnes ceu a pręcipiti loco deiecti elisi sunt. nõ pau
ci adhuc mutilato corpore abiere: arbores radicitus cõuulsę procubuerunt: ingentẽ turbam prostrata tecta &
subuersi muri obruere: primo impetu densi alius super alium incidẽtes extinguebant̃. Si qui vero lacero cor-
pore aut lapide vel ligno conuerberati cessissent: hij pfecto omniũ miserrimi erant: vt pote quibus aut viue-
re aut subito mori negaret̃. non simplex fuit clades: siquidem de tanto mortaliũ numero vix sine noxa vnus
aut alter euasit. & multa quæ sequuntur. Dubiæ. Nutantes, vacillãtes, & minantes exitium. Si se tẽnunt.
Num mirum est si vires suas contemnunt homines tanq̃ nullius efficaciæ ad tollendum motũ: sed recurrunt
ad vires deorum tanq̃ potentes leuara acre motus infortunium. Mortalia secla. Multitudines hominum.
: Potestatis. Corrige potestates. Relinquunt. Præsupponunt vt ita loquar. In rebus. Ad regendas & ad
ministrandas vires deorum. Qđ superest. Nunc relicta deorum & religionis explicatione transit ad enucle
andum quo pacto & quibus authoribus metalla reperta sunt. Potestas. Vis, virtus. Ignis. Causam reperiẽ De metall'.
di metalla ascribit igni: qui incendens syluas afflatu fulminis metalla decoxit populat⁹ intercutanea viscera
terrę. seu ꝓ inde sibi homines ignem in hostes conijciẽtes afflauerunt & vaporauerunt interiora terræ: ex quo
vapore metalla sunt excocta. Vbi. Posteaq̃. Cæli fulmine. A fulgure in terras eiaculato ex arce cæli. Ge
rentes. Inferẽtes ferinum bellum. Formidinis ergo. Causa timoris. Ergo apud latinos duo significat. po-
nitur quãdoq; pro causa. quo pacto illi dicebant. Donatus est statua virtutis ergo: hoc est causa virtutis qua Ergo.
pollet & excellit. Hac figura loquendi Virgilius est vsus. Illius ergo venimus: & magnos erebi tranauimus
amnes. In hoc significatu nunc capitur a Lucretio. Siue. Affert aliã causã quo pacto metalla reperta sunt.
cupientes inquit feras e syluis pellere adhibuerunt ignem: vel ꝓ dum volunt incendere agrestia loca metal-
la simul excoxerunt inducti & illecti ab vbertate terrę. Pandere. Aperire: patefacere: dilatare ablatis arbitris
pascua impediẽtibus ac angustãtib⁹. Pascua rura. Campos pascuis accommodos: qui latinis saltus appel-
lantur: vnde saltuarius vocatur ille: qui saltibus pręest. Præda. Ob cædem ferarum & capturam: quæ syluis Saltuari⁹.
expellebantur igne. Venarier. Venari: exerceri venatio. Ortum. Inceptum. Sepire. Circundare.
Plagis. Retibus. saltus pascuus est campus. Ciere. Commouere: concutere latratu & incursione canũ.
Quidquid id est. Quæcunq; fuerat causa incẽdendi syluas ex illo prouenit effectu origo metallorum.
Venis feruentibus. Visceribus terræ calescentibus ob ignem inclusum & introseptum. Conueni-
ens. Simul veniens, confluensq; in metalla vi ignea educta. Concreta. Coacta: congregata. Posterius.
Postmodum. Tollebant. Colligebant. Capti. Amore illecti. Leui. Læuigata: detersa. insignien-
da est diphthõgo prima vocalis. λεῖον enim græce dicunt. Lepore. Elegantia: pulchritudine. Simili fi Læuis.
gura. Cum viderent hanc in metallis esse figuram leuem & expolitam, subibat illos hæc in elegantem posse
transferri formam.

Atq; lacunarũ fuerant vestigia cuiq;:
Tũ penetrabat eos posse hęc liq̃facta fauore
Quãlibet in formam:& faciẽ decurrere rerũ:
Et prorsum q̃uis in acuta:ac tenuia posse
Mucronũ duci fastigia procudendo:
Vt sibi tela parent:syluasq; excidere possint:
Materiemq; dolare:ac lęuia radere tigna:
Et terebrare etiam:ac pertundere:pq; forare.
Nec min9 argẽto facere hęc:auroq; parabãt:
Q̃ validi primũ violentis viribus æris:
Nequicq̃:quoniá cedebat victa potestas:
Nec poterant pariter durũ sufferre laborem.
Nam fuit in pretio magis æs: aurũq; iacebat
Propter inutilitatẽ:hebeti mucrone retusum.
Nũc iacet ęs:Aurũ in sũmũ successit honorẽ.
Sic voluẽdo ætas cõmutat tempora rerum:
Quod fuit in pretio:fit nullo deniq; honore:
Porro aliud succedit:& e contemptibus exit:
Inq; dies magis adpetit':floretq; repertum
Laudibus:& mirost mortaleis inter honore.
Nunc tibi quo pacto ferri natura reperta
Sit:facilest ip̃m per te cognoscere Memmi.
Arma antiqua man9:vngues:dẽtesq; fuerũt:
Et lapides: et item syluarũ fragmina rami:
Et flãma atq; ignes:postq̃ sũt cognita primũ:
Posterius ferri vis est:ęrisq; reperta:
Et prior æris erat:q̃ ferri cognitus vsus:
Quo facilis magis est natura:& copia maior.
Aere solum terrę tractabant:æreq; belli
Miscebant fluctus:& vulnera vasta serebant:
Et pecus atq; agros adimebãt:nã facile ollis
Omnia cedebant armatis nuda:& inerma.
Inde minutatim processit ferreus ensis:
Versaq; i obprobriũ species est falcis ahenæ:
Et ferro cœpere solum ꝑscindere terræ:
Exęquataq; sunt creperi certamina belli.
Et prius est armatũ in equi cõscẽdere costas:

¶ Lacunarũ vestigia. Cum in auro essent si-
gna concaua striarum & lacunarum plena: il
li coniectarũt inde hoc posse dissolui & in ali
am figuram cõflari. lacunas enim reperiri in
auro quisq; discere potest ex illo Ciceronia-
no prouerbio in epistolis ad Atticũ: caue ne
Lacuna in auro ꝓuerbium. qua lacuna in auro. quo significat scorpionẽ
esse sub lapide: hoc ẽ in re apparẽti bona sub
esse malitiã. huc vergit id Persianũ. Ne qua
Scorpio sub lapide. subærato mendosum tinniat auro. Tũ pe-
netrabat eos. Tunc illis in mentẽ veniebat.
Loc' Persij Fauore. Hominum plausu & suffragio ele
ganti metallo allubescentiũ. Sunt qui vapo-
re legant: hoc est conflatorio & officina: i qua
metalla conflantur. Faciem rerum. Imagi-
nem, rerum omnium figuram. Decurrere.
Subire, excipere: & prorsum & penitus subi
bat illos q̃uis metalla non acuta essent subti-
lia tamẽ malleo & icude posse tenuari in mu-
cronem. Duci. Trahi, attentari. Fastigia.
Acumina & tenuitates. Mucronem. Aciei
Mucronare. & acuminis tenuissimũ. mucronare verbũ est
quod significat acuere & spiculare. Vt sibi.
Spiculare. Rationem reddit cur ferrum sit in mucronẽ
Materiatura. spiculatum: & acumẽ attenuatum: vt scilicet
inde sibi tela pararẽt & organa materiariæ fa
Materiatio bricæ accommoda. Materiem. Ligna. Ve-
truuius architectus materiaturã vocat & ma
teriationem. Dolare. Exasceare, expolire
vel excindere ferro: quã dolabrã vocant Bo
Dolabra. nonienses: vulgo dolaturam. Lęuia. Quę
non sunt, sed fiũt leuia id est expolita. prisci
codices habent. Materiem leuare dolare ac
radere tigna. leuare nanq; est expolire ferro.
Radere. Polire ferreo instrumẽto: qđ ascia
dicitur. per tigna trabes intelligimus. Nec
minus. Similiter tentabant hęc facere ex ar-
gento & auro. sed destiterunt ꝙ ab his duri-
cies abest. Q̃ validi. Illi qui robustiores
erant spreto auro & argento, ærea quoq; in-
strumenta fabricare moliebantur. sed in cas-
sum. duricies enim fuerat ferreæ materiæ pe
culiaris. Nequidq̃. Frustra tentabant face-
re ex ære. Victa. Subacta ab hoc labore.
Potestas. Victus. Nec poterãt. Ferrea in-
strumenta. Laborem. Laboriosum vsum:
quo exercemus instrumenta ferrea. Nã fu-
it. Antiquiorea illi cõsueuerant æs auro ꝑpo
nere tanq̃ vtilius. qm̃ erat firmius. Hebeti.
Infirmo: & minime omniũ ad feriẽdũ apto.
Mucrõe. Acumine. Retusum. Hebes: nõ
acuminatum. Iacet æs. Vilescit & nullius ẽ
pretij: contemnitur. Voluendo. Lego vol
uenda hoc est volubilis: poetica licentia. E
contemptib9 exit. Egredit' ex contemptu &
vilitate: sumitq; nõ modicũ pretiũ & dignita
tẽ. Inq; dies. In dies, ꝑ singulos dies. Flo-
ret laudib9. Florẽ sumit: apicẽ & cacumen: in
quo sitũ laudes meret' omnes. Mortalis in-
ter. Inter mortales & hoies. Ip̃m per te. Per
teip̃m. Arma antiqua. Veterũ arma fuerũt
vngues & digiti: quibus se solebant impete-
Fragmina. re. Itẽ. Pariter. Fragmina. Fragmenta.
Rami. Appositiue fragmenta syluarum.
Posterius. Post inuentã flammã & ignem.
Vis. Violẽtia, duricies. Quo facil'. Quo ma
gis natura ferri facilis est inuentu: quo copio

Et moderarier hunc frenis:dextraqꝫ vigere:
Q͂ꝫ biiugo curru belli tentare pericla:
Et biiugo prius est:q̄ bis cōiūgere binos:
Et q̄ falciferos armatū ascendere currus.
Inde boues lucas aurito corpore tetros
Anguimanus belli docuerūt vulnera Pœni
Sufferrē:& magnas martis turbare catervas.
Sic alid ex alio peperit discordia tristis:
Horribile humanis qđ gentibꝰ esset ī armis.
Inqꝫ dies belli terroribus addidit augmen.
Tentarunt etiam tauros in munere belli:
Expertiqꝫ sues sæuos sunt mittere in hosteis.
Et validos partim prę se misere leones
Cū ductoribus armatis:sæuisqꝫ magistris.

fior est & abundātior eo prius fuit inuēta.
Solū. Aequor:planitiē. Tractabāt. Versabant,exercebāt. Fluctus belli. Contentiones bellicas.pugnabant æreis armis prisci.
Vasta. Enormia. alibi scriptū est sæua. res paruī momenti. Adimebant. Inuadebant inuicē armenta & pecora. Ollis. Armatis. Cū ipsi essent armati,cæteri vero caperentur vsu armorū. Inerma. Inermia.inermis dicit & inermus. Nuda. Exarmata. Inde. Post hęc arma repta. Minutatim. Paulatī. hos versus felicissime Virgilius imitatus est authore Macrobio libro. vj. saturnaliū ita canens. Recoquunt patrios fornacibus enses. Et curuæ rigidū falces conflant in ensem.
In opprobriū. In dedecus. Post ferrū repertū falces æreę cœperūt dari probro & obici p dedecore. Apud Macrobiū non opprobriū, sed obscurū legit.i.per inscitiā qua humana mens obscuratur nō vidēs q̄ falcis vsus placidus & pacificus ense sanguinario sit melior:in quo iudicio verā vitæ nostræ humanitatē obscurari contingit. Spes. Similitudo, imago. Ahenę. Aereæ. Creperi belli. Dubij. Creperū antiqui dubiū dixerūt:vn̄ decrepiti senes appellati: qꝫ in ancipiti vitæ cōstituti sunt. bellū ideo creperū dicit̄ qꝫ cū dubia sint omnia in humanis & incerti exitus:dubiosius tamen est bellū:qđ pręter opinionē sæpe cadit:qđ significauit Ouidius ita scribēs. Inter vtrūqꝫ volat dubijs victoria pennis. Pōpeius. Creperū dubiū:vnde increpitare dicimus:quia maledicta fere incerta & dubia. Lege Marcū Varronem libro.ij.de lingua latina. Apuleius de Socratis dæmonio. Itidē cū rebꝰ creperis & afflictis spectatores deligendi sunt:qui nocte intempesta castra hostiū penetrēt. Prius est. In ordine priori repertū. Armatum. Hominē munitū armis ascēdere dorsum equi nullis ephippijs strati:q̄ orbes ferreos.i.stapedem aut sedem rete perere. Costas. Nullis munitas ephippijs. Moderarier. Regere:frenare. Vigere. Corrigo ex priscis exemplaribus viere hoc est flectere:& in orbes circūrotare. Viere oculos Plautus pro circunuoluere & flectere dixit vnde vimina nuncupata sunt. alij codices habēt ciere. Bijugo. A duobus equis vecto. Prius est. Est inuentio prior. prior biga inuenta est q̄ quadriga. Coniungere. Aptare ad iugum. Bis binos. quatuor. Et q̄. Prius reperta est quadriga q̄ currus armatus:qui trahit̄ & per armatas acies deuoluit̄ pugnantiū membra diripiens dispositis altrinsecus p ordinē falcibus. Armatū. Probo exemplariū lectionē:q̄ inuentū habet: vt sit hic sensus.prius est inuentū coniungere quatuor equos q̄ currus falciferos ascendere: hoc est falces ferētes: quibus membra traherent. Falciferos. Falces ferentes. Boues lucas. Elephantos quos Romani milites inassueti tantā videre molē a magnitudine corporis boues appellauerūt: Lucas vero quoniam primum visi sunt in lucania a Romanis belligerantibus cum pyrrho epirotarū rege. Plynius lib. viij. Elephantes Italia primum vidit Pyrrhi regis bello:& boues Lucas appellauit in lucanis visos anno vrbis quadringentesimo septuagesimo secundo. Apud Varronem libro tertio de lingua latina hæc verba reperio. Apud Ennium. Atqꝫ prius pariet locusta Lucam bouem. Luca bos elephas cur ita sit dictus duobus modis inueni scriptum. Nā & in Cornelij commētario erat a libycis Lucas. & in Virgilij commentario ab lucanis Lucas. quoniam vectos a Pyrrho primum in Lucanis vidisset. Silius libro nono punicorum. Nam prouectus equo moderantem cuspide Lucas Maurum in bella boues stimulis maioribus ire Ac raptare iubet. Ausonius. Me declinas vt Lucas boues. Apud alterum Senecam in Hippolyto. Pœni quatiunt colla leones Cum mouit amor: tūc sylua gemit murmure sæuo: amat insana bellua ponti: luciqꝫ boues. scribendum tamen. lucęqꝫ boues:& referendum est ad elephantos: qui amore feruentes Pœnorum mapalia deijciunt:& ferme rabiescunt. Aurito corpore. Anqꝫ vastę sunt elephantis aures. proinde Sidonius barrhinas aures pręstrinxit. legendum tamen ex priscis exemplaribus duxerim. turrito corpore. gestante scilicet ligneam turrim & materiatā: cui insidētes armati tela emittebant in hostes. Plyniana verba sunt hæc. Domiti militant & turres armatorum in hostes ferunt: magnaqꝫ ex parte orientis bella conficiunt: prosternunt acies: proterunt armatos. Anguimanus. Habentes manum hoc est proboscidem: quæ flectitur pro nutu suo in anguis similitudinem. Belli vulnera. Quæ accipiunt in bello. Pœni. Carthaginenses. Alid. Aliud per dieresin. Horribile. Horrendum: timendum. Quottidie reperta sunt noua quæ essent timenda. Inqꝫ dies. Per singulos dies addidit arma noua seditio discors. Belli terroribus. Vt bellum fieret formidabilius. Augmen. Augumentum. Sues. Apros interpretor. quid enim obessent domestici sues: nisi per sues non apros quidem sed in syluis nutritos porcos ferocia & agresti natura pares apris: vt pannonij sunt hodie. de quibus Lucillius cecinit. Scaberat vt porcus detritis arbore costis. prouoco ad eruditos. interimqꝫ rem in medium relinquo. Et validos. Leones formidandæ feræ sunt immissi bellis vt hostes sternerent. Partim. Scribo parthi ex castigatis exemplaribus. fuit enim facillimum parthis populis orientis superare gentes domitis ad in eundum bellum leonibus: quibus abundat illa regio. Antonius curru leonibus iugatis vehebatur.
Præ se misere. Ante se misere ad certamen subeundum. Magistris. Mansuetarijs & illarum belluarū rectoribus.

Inerma.
Minutatim
Creperum.
Decrepiti.
Increpitare
Viere.
Biga.
Falciferi currus.
Lucæ boues.
Locusta prius pariet Lucā bouem.
Barrhinæ aures.
Anguimanus.
Augmen.
Leones bellū gerunt.

Qui moderarier his poſſent: vincliſq; tenere:
Nequicq;: quoniã permixta cæde calentes
Turbabãt ſæui nullo diſcrimine turmas:
Terrificas capitum quatientes vndiq; criſtas.
Nec poterant eqtes fremitu ꝑterrita equorũ
Pectora mulcere: & frenis cõuertere ĩ hoſteis.
Irritata leæ iaciebant corpora ſaltu
Vndiq;: & aduerſum venientibꝰ ora patebãt:
Et nec opinanteis a tergo diripiebant:
Deplexęq; dabant in terram volnere victos
Morſibus adfixæ validis: atq; vnguibꝰ vncis:
Iactabantq; ſues tauri: pedibuſq; terebant:
Et latera ac ventres hauribãt ſubter equorũ
Cornibꝰ: & terram minitanti mente ruebãt:
Et validis ſotios cędebãt dentibus apri:
Tela infracta ſuo tingentes ſanguine ſæui:
In ſe fracta ſuo tingentes ſanguine tela:
Permixtaſq; dabãt equitũ peditumq; ruinas:
Nã trãſuerſa feros exibant dẽtis adauctus
Iumenta: aut pedibus vẽtos erecta petebant:
Nequicq;: quoniã ab neruis ſucciſa videres
Concidere: atq; graui terrã conſternere caſu.
Si quos ãñ domi domitos ſatis eſſe putabãt:
Efferueſcere cernebant in rebus agundis:
Vulneribꝰ: clamore: fuga: terrore: tumultu:
Nec poterant vllã partẽ redducere eorum.
Diffugiebat enim variũ genus omne ferarũ.
Vt nunc ſępe boues lucę ferro male mactæ
Diffugiũt fera facta ſuis cum multa dedere.
Sic fuit vt facerent. Sed vix adducor: vt ante
Non quierint animo pręſentire: atq; videre:
Qꝫ cõmune malũ fueret fœdumq; futurum:
Et magis id poſſis factũ contendere in omni:
In variis mundis varia ratione creatis:
Qꝫ certo atq; vno terrarum quolibet orbi.
Sed facere id nõ tam vincẽdi ſpe volnerunt:
Qꝫ dare quod gemerẽt hoſtes: ipiq; perirẽt:

Moderarier his. Dare moderationem his leonibus. Nequidꝗ. Fruſtra magiſtros adhibebant ad irritandos aduerſus hoſtẽ leões cũ ita ſuis quemadmodum hoſtibꝰ nocerẽt. qđ elephantis familiare fuit authore Liuio: quorũ capitibus Aſdrubal vncinũ ferreũ admouit: quo faciliter excerebrarentur cum hoſtes recellẽdo declinabãt: & magna ſuos afficerent ſtrage. Permiſta cæde. Cum ad manus ventum erat & mutuis vulneribus hinc inde caderent hoſtes. Nullo diſcrimine. Nõ habita differentia ſuæ partis aut aduerſariorum. Criſtas. Vel tubas vel arma: qui tecti caput pugnabant. quidã mallunt intelligere ꝙ criſtas, quibꝰ muniunt pugnantiũ capita, diriperent. Fremitu. Leonino. equi externebãtur audita voce leonis & in fugam vertebãtur: quare non poterant committi pręlia.

Excerebrã-tur elephãti

Leæ. Leenæ: quæ ferociores ſunt. Ora patebant. Ora patefaciebant. Aduerſũ venientibus. Aduerſariis qui inſtabant e regione. Nec opinantis. Cum nil tale opinarent.

Deplexæ. Plectẽtes: ſummopere, magnaq; vi percutientes. Affixæ. Adhærẽtes validis morſibus. Iactabant. Proſternebant.

Hauribant. Feriebant. Subter equorum. Ventres. Tauri. Tanꝗ etiam tẽtauerint boues in certamen educere. Suo. Socioꝝ ſuorum: illorũ videlicet a quibus fuerant in certamen educti. Tranſuerſa. Per trãſuerſum incurrẽtia: qui locus minime tutus eſſe ſolet.

Dentis ad auctus. Corrige. dentis ad ictus. hoc ſenſu. animalia per trãſuerſum incurſantia veniebant ad ictus lateraliter inferendos.

Ventos. Erecta in ventos & auras ſublimiter. Petebant. Feriebant. Nequidꝗ. Irrita vis iumẽtorũ erat inuadẽtiũ homines erectis pedibus. quoniam vẽtres illorum vtpote molliores ictu ſagittarum tranſfigebãtur.

Si quos ãñ domi. Cũ domuiſſent aliquot animaliũ domi ꝓducebant ad campũ patentem: ſi videbant illũ feruere, tumultuari, furere, tunc ad ſubeunda bella dictitabant idoneum. Domitos ſatis. Si putabant ex omni parte cicuratos & mãſuefactos eſſe: ſignũ ab efferueſcẽtia illorũ capiebãt. Efferueſcere ſignificat hic feruore quodam & calore cõcitari. In rebꝰ agũdis. In tractãdis bellis. Clamore. Fremitu, vociferatione, qua terrebant hoſtes. Fuga. Quã fugatis hoſtibꝰ fera inferrẽt aialia. Vllã partẽ eorũ. Aliꝗ aialia ex iſtis

Redducere. Ad magiſteriũ reuocare vt magiſtris obediret. Diffugiebat. In diuerſas ꝑtes fugiebat cũ acies inclinaretur. Vt nũc. Hęc aialia tũ latã ſtragẽ inferebãt nõ ſecus ac nũc videmꝰ elephãtos ad certamen ꝓmotos cũ inclinat acies inferre maiorẽ ſtragẽ ſuis ꝗ hoſtibꝰ. Boues lucę. Elephãti. Ferro. Armis & haſtilibus hoſtiũ. Male mactæ. Male mactatæ: cumulatæ. Fera facta. Scribe fera fata: hoc ẽ ſtragẽ, mortẽ, exitiũ. Suis. Cateruis: & ſuo exercitui. Sic fuit vt facerẽt. Talia faciebãt ĩpæ feræ ad arma ꝓuocatę.

Vix adducor. Vix in hãc ſñiam trahor. vix credo inqt Lucretius hoies illos efferos non precognouiſſe ꝗ futura erãt: & quantã ſtragẽ inferre poſſent. ſed ĩpi Marião exẽplo malũ

Dare malũ & accipere.

Qui numero diffidebant armisq; vocabant.
Nexilis ante fuit vestis:q̃ textile tegmen.
Textile post ferrumst:quia ferro tela parat:
Nec ratione alia possunt tam lęuia gigni:
Insilia:ac fusi:radii:scapiq; sonantes.
Et facere ante viros lanā natura coegit:
Q̃ muliebre genus:nā longe pręstat in arte:
Et solertius est multo genus omne virile:
Agricolę donec vitio vertere seueri:
Vt muliebribus id manibus cōcedere vellēt:
Atq; ipsi pariter durum sufferre laborem:
Atq; ope in duro durarunt membra manusq;.

dare volebāt & accipe. Non quierint. Non
potuerint. Pręsentire. Pręduuinare stragem
futurā ex illis belluis:quę sęuiturę erant ita
in suos quēadmodū in alienos. Fueret. Es- Fueret.
set:mos loquēdi exoletus. sunt q legunt fue
rit. a suo indicatiuo deflectit vnde fuat. Cō-
mune malū. Quo vterq; laborat exercitus.
ferę eñ ita in suos quemadmodū in alienos
rapiebant. Foedū. Tetrum, truculentum.
Et magis. Credet fortassis aliquis hoc acti-
tatū esse in solo dūtaxat & certo loco terrarū
cū vbiq; sit factū. Contendere. Dicere, as-
serere. In omni. Omnifariā: vbiq;. In va-
riis mundis. Per varias orbis terrarū plagas.
Quolibet orbi. In quocunq; terrarū orbe.
Sed facere id non tā. Belluę pręditę fera
natura nō ob hanc cām mittebant in hostes
vt sperarēt inde victoriā: verū vt darēt hosti
bus lachrymosa fata & exitia. Id. Immitte
re in hostes illa animalia. Dare qđ gemerēt.
Excinderent illos & psternerēt etiā si id ipm
conuersis in se belluis pprija passuri essent.
Gemerēt hostis. Corrigo. gemerēt hostes.

Numero. Exercitus:qui minorē haberēt exercitū. Vocabāt. Prouocabāt aduersarios. Nexilis. Cōsuta,
nexa simul, non aūt texta. Textile tegmen. Tegumentū: vestimentū in extremo cōsutū. Tegmen aūt dicit Nexilis.
vestis a tegēdo corpe. Textile ferrū. Tegumēta corpis cōtexta ad excipiēdos telorū ictus. Nōnulli tñ intelli Textilis.
gūt ferrū textile instrumēta ferrea: q̃ ad telas cōtexēdas adhiberi solēt. Quid si legeres. Textile post fartū est:
vt sit sensus. vestimētū post inuentionē nectēdi reptū esse textile. Fartū vestimētū metaphorice dicere possu-
mus a farciēdo hoc ē implēdo corpe & obtegēdo. Farcire implere significat & inculcare. vnde farcimina. Sed Farcimina
hāc lectionē nescio quō satis pbē cū Plautus fartū mulieris ipm corpus appellet. Intelligēdū potius videt er-
go aut de ferro qđ addit telę aut lorica. Ferro. Multis organis ferreis. Tela. Quę texit multis adhibitis
organis. illā telā dico qua cōtexūtur lanea tegmina. Nec rōne alia. Nō alia rōne nisi ex ferro fabrefieri possūt
tā tersa & leuigata instrumēta cū natura ligni sit imbricatę asperitudinis. Insilia. Sūt, vt arbitror, suspēdicu
la seu mauis appellare ppēdicula: q̃ telā examinat demissam. Insilia dicta qm̃ applausa pectine tela, resultāt & Insilia.
subsiliūt. appendicula vulgo Bononię dicunt. Sūt q instrumentū ligneū pedibus textricis suppositū intelli
gāt:cuius duo cōplanata ligneola resurgūt alternis & resident. Licia telę cōtrahi & apiri cogētes, vulgo calcu
las dictitāt. Incilia multū differūt ab insilib⁹. Est eñ incile authore Vlpiano digestis de riuis, loc⁹ depressus ad Incilia.
lat⁹ fluminū ex eo dictus φ incidat. Inciditur eñ vel lapis vel terra vñ primū aqua ex flumine agi possit. Ra
dij. Radius instrumentū est telis accōmodū: qđ mucronib⁹ acutis imitat radiū solis vñ nomē accepit. Radius Radius.
trāsportat vltro citroq; filū: qđ pectine percussū includit. Hinc Naso⁹ illud notissimū. Quę radio stātis percur-
rēs stamina telę. Quale sit officiū radij his explicauit idē lib. metamorphoseos. vj. Tela iugo iūcta est: stamē
secernit arūdo. Inserit mediū radijs subtegmen acutis. Qđ digiti expediūt: atq; inter stamina ductū Percus-
so feriunt inserti pectine dētes. Scapi. Scapus instrumentū est telę accōmodū: quale sit nō statim ausim scri
bere: & si nouerim Marcellū scapi verbo tenus mentionē facere. Ceterū Plynius nr̃ scapū pro cespite. i. toto Scapus.
germine herbę solit⁹ est appellare. vulg⁹ hodie parum p literis inmutatis caspū vocat. Scapus tñ in alia signi
ficatione aut colūnę capitellū, aut saltē pars est colūnę. Vetruuij hęc verba sūt lib. architecturę. x. Is eñ sca-
pos colūnarū ex lapicidinis cū deportare vellet Ephesi ad Dianę fanū ppter magnitudinē onerū & viarū cam
pestrē mollitudinē non cōfisus carris ne rotę deuorarent sic est conatus. De materia trientali scapos quatuor
duos trāsuersarios interpositos quāta lōgitudine scapi fuerāt complexus est: & cōpegit: & ferreos chodacas
vti subscudes in capitib⁹ scaporū implumbauit. fortassis ab horū scaporū similitudine scapi telarum sunt de
nominati: de quib⁹ alibi me legisse memini. Sūt q scapos plūbeas bases intelligāt: q̃ pedib⁹ lignei instrumen-
ti ad texendū apti applicant ne inter texēdū vacillet. Iugū alij accipiūt. Quid sit scapus metaphorice ex Pō-
pei verbis colligi pōt ita scribentis. Agina est in quo inserit scapus trutinę. i. in quo foramine trutina se ver- Agina.
tit: vñ aginatores dicunt q pro lucro mouent. Plynius libro naturalis historię decimo & tertio scapū pro con Agiatores
gerie chartarū, q̃ prelo supponunt, videt intelligere. metaphora ab herbarū scapo deducta. Sed tñ Plyniū au
di. Premūtur deinde prelis: & siccant sole: atq; inter se plagulę iūgunt: a proximarum semp bonitate diminu
tione ad deterrimas: nunq̃ plures scapo q̃ vicenę. sunt q scapū apud Plyniū id esse conijciāt: qđ vulgo rismā
dicūt. Tādē quid essent scapi idē docet libro trigesimo quarto. Priuatim Aegina candelabrorū superficiē dū
taxat elaborauit: sicut Tarentū scapos. vbi pro scapos, qđ vero ppius est, pedes & bases intelligit. hic ergo
scapos pro pedum grauitate muniente instrumenta telę lignea ne nutēt intelligere operępretium duco. Est
etiam scapus in herbis & arborib⁹. Seneca libro decimo tertio epistolarū. Magnarū arborū truncos circūcisis Senecę co-
ramis & ad vnū redactis pedē cum scapo suo transtulit amputatis radicibus. q̃uis apud Senecam perperam dex emacu
rapto pro scapo legeretur. Sonantes. Cum applauso tela sonat latere: vt Tibullus inquit. Facere lanam. latus.
Nere: deducere pensa lanę: vel carminare. Viri priores lanam fecerunt qm̃ sunt fœminis solertiores. Lon-
ge prestat in arte. Valde excellūt in omni arte fœminam mares. Vitio vertere. Dederunt vitio viris trahere la
nam. Durum laborē. Vertendi solum: cum sint huic labori viri fœminis aptiores. Durarunt membra. Du
ra reddiderunt & callosa.

¶ Ad specimen sationis. Ad signũ & indicium sationis se exhibuit auctorẽ rerum natura. Insitionis. Et vt reperta sit insitio quodam quasi signo ostendit rerum natura.

Fuit origo. Dedit originẽ satiõis & insitionis natura q̃ creat omnia. cũ enĩ i terras arborũ baccæ caderent renascebãtur: qđ animaduertentes homines sationẽ tentauerũt. Tẽpestiua. Tempori orta. Dabãt subter. Suggerebãt ex loco subarboreo. Examia. Multitudinẽ. Pullorũ. Virgarũ q̃ pullularẽt tanq̃ fœtus sub arbore. Stirpes. Flagella. Cõmittere. Cõiungere, copulare. Noua virgulta. Plantationem significat: q̃ nouellis impactis terræ fiebat. Indulgendo. Indulgentia quadã agrũ prosequẽdo. Indulgere agro est optimo cultu illũ stercorare: bene arare: & sedulo exercere. In montẽ. In altitudinẽ montibus similẽ. vel ꝙ syluã transferrẽt in montem: planitiẽ vero cultis cõcedebãt. Infraq; situ. Pro inferiorẽ sitũ. cõcedebãt cultis infe-

Culta. riorẽ sitũ: montibus altiorẽ. Cultis. Culta sunt agri partes, quę sationibus sunt accommodæ: & ad humanũ victũ coluntur. de quibus intelligit Maro sic loquẽs lib. quarto georgicon. quo non alius per pinguia culta In mare purpureũ violẽtior influit amnis. Vt haberent. Vt campi & colles pratis decorarẽtur, riuis, lacub⁹, segetibus & vinetis. Ordo. Concedebãt collibus & campis vt haberent prata, lacus, riuos, segetes, vinetaq; læta: & vt plaga cerula oliuarũ distinguẽs posset intercurrere: hoc est vt oliuæ cęrulei coloris plaga & tractu occupato cãpi intercurrẽtes segetibus & vinetis quodã quasi septo illa distinguerent. inserunt enĩ ordines oliuarũ inter segetes & vineta. Per tumulos. Per locos editiores & colliculos. Profusa. Sparsa oliuarũ copia. Lepore. Lepido ordine. dirigunt enĩ ad filũ arbores & ad perpendiculũ. Intersita. Interposita. arbores enĩ interponũtur segetibus ad gratiorẽ aspectũ ferendũ. Obsita circũ. Quę sunt circũquaq; sita. Ad liquidas. Nũc arborũ interpretatiõe relicta scribit priscos ante vsum carminis & inuentionem imitatos esse aues suauiter cantãtes. Liquidas. Puras: minime raucas. Leuia. Tersa, polita. quidã codices habẽt lenia. Concele-

Tibiæ inuẽtio. brare. Exercere: & excolere. Aures iuuare. Aures delectare dulci sono. Et zephyri. Vẽti inclusi dũ spirãt p internodia cãnarum docuerunt agrestes animare tibiã. Caua p calamorũ. Subintellige intrusi. Sibila. Resoluta in sibilis hoc est iubilis agrestib⁹. Cicutas. Tibias, q̃ sunt ex cãna cicutę. Inde. De

Auia. inde: post inuentã fistulã. Minutatim. Pau

Ocia dia. latim. Dulcis querelas. Cantũ lydium querulũ & tristẽ. Auia. Inaccessa. Ocia dia. Cęlestia: diuina: quãdo mens anxia nõ est, hilaritatẽ solã & festiuitatẽ medit ns. Sic vnũ qđ vis. Vnũquodq;: ita paulati ips excogitat & cõminiscit omnia. Protrahit in mediũ. Educit in lucem. Eam quæ. q. coniũctio ẽ. Tempus & hominibus insita ratio procudit & reperit omnia. Eruit. Educit e tenebris in lucem. Oras. Regiones. Hæc. Tales tibiæ & instrumenta musica reperta demulce-

Ad specimen sationis & insitionis origo
Ipa fuit rerũ primum natura creatrix:
Arboribus quoniã baccæ glãdesq; caducæ
Tempestiua dabant pullorũ examina subter.
Vnde etiã libitumst stirpeis cõmittere ramis:
Et noua defodere in terrã virgulta per agros:
Inde aliã atq; aliã culturã dulcis agelli
Tentabant: fructusq; feros mãsuescere terra
Cernebant indulgẽdo blandeq; colendo.
Inq; dies magis in montẽ succedere syluas
Cogebant: infraq; situm concedere cultis.
Prata: lacus: riuos: segetes: vinetaq; læta:
Collibus: & campis vt haberẽt: atq; olearum
Cærula distingués inter plaga currere posset
Per tumulos: & cõualleis camposq; profusa.
Vt nunc esse vides vario distincta lepore
Omnia: quę pomis intersita dulcibus ornant:
Arbustisq; tenent felicibus obsita circum.
At liquidas auiũ voces imitarier ore
Ante fuit multo: q̃ lenia carmina cantu
Concelebrare hoĩes possent: aureisq; iuuare:
Et zephyri caua per calamorũ sibila primum
Agrestes docuere cauas inflare cicutas.
Inde minutatim dulceis didicere querelas:
Tibia quas fundit digitis pulsata canentum:
Auia per nemora: ac syluas: saltusq; reperta:
Per loca pastorũ deserta: atq; ocia dia.
Sic vnũ quidvis paulatim protrahit ætas
In mediũ: ratio quę in luminis eruit oras.
Hæc animos ollis mulcebant atq; iuuabant
Cum satiate cibi: nam tũ sunt omnia cordi.
Sępe itaq; inter se prostrati in gramine molli
Propter aquę riuũ: sub ramis arboris altę:
Nõ magnis opib⁹: iucũde corpora habebãt.
Præsertim cũ tẽpestas ridebat: & anni
Tpa pingebãt viridãteis floribus herbas:
Tum ioca: tũ sermo: tũ dulces esse cachinni

Consuerât:agrestis em̃ tum musa vigebat.
Tũ caput:atq; hũeros plexis redimire coronis
Floribus:& foliis lasciuia læta mouebat:
Atq; extra numerũ ꝓcedere mẽbra mouẽtes
Duriter:& duro terrã pede pellere matrem:
Vnde oriebanť risus:dulcesq; cachinni:
Oĩaq; noua tũ magis hęc:& mira vigebant.
Et vigilantibus hinc aderant solatia somno
Ducere multimodis voces:& flectere cãtus:
Et supera calamos vnco percurrere labro.
Vnde etiã vigiles nũc hęc accepta tuentur:
Et numeris seruare genus didicere:neq; hilo
Maiore interea capiũt dulcedine fructum:
Q̃ꝫ syluestre gen⁹ capiebat terrigenarum.
Nã qđ adest præsto:nisi quid cognouim⁹ añ:
Suauius in primis placet:& pollere videtur:
Posteriorq; fere melior res illa reperta
Perdit:& immutat sensus ad pristina quęq;.
Sic odiũ cœpit glandis:sic illa relicta
Strata cubilia sunt hærbis:& frõdibus aucta.
Pellis item cecidit:vestis cõtempta ferina:
Quã reor inuidia tali tunc esse repertam:
Vt letum insidiis qui gessit primus obiret.
Et tamẽ inter eos distractã sanguine multo
Disperiisse:neq; in fructum cõuertere quisse.
Tũc igiť pelles:Nũc aurũ:& purpura curis
Exercent hominum vitam:belloq; fatigant.

bant animos illorum agrestium. Ollis.illis primis hominibus.Maro.olli purpureus supra caput astitit hymber. Cum satiate cibi. Cũ satietate cibi.qñ cibo farti erant & satiati: cõtinuo se carminib⁹ & cãtilenis oblectabãt. (Ollis. Satias.)

Tũ. Tũc,cũ cibo quis exhilaratus esset. Cõ simile illud Persianũ:quęrũt Romulidę saturi quid dia poemata narrẽt. Sũt oĩa cordi. tũc tibiæ iuuãt & cantus. Propter. Apud.

Habebãt. Tractabant.alibi legiť alebant.

Tẽpestas. Tẽpus anni. Ridebat. Arridebat & blãdiebať illis. Tpa. Verna:cũ oĩs herba cacumine exerto prata pingit & colorat.

Plexis. Implexis vario genere florũ.serta dicunť.Plaut⁹ plexiles corollas dictitat. Coronati discũbebãt ad maiorẽ hilaritatẽ significandã. Mouebat. Incitabat. posses quoq; legere monebat:admonebat scilicet & inuitabat. Extra numerũ. Sine numero:nullo saltationũ numero & rhythmo:sed icomposite nõ docti staticulos saltatorios tripudiabant. hoc in agrestib⁹ significauit Maro. Det mot⁹ incompositos & carmina dicat. Procedere. Procedebãt. Duriter. Inflexibiliter: agresti gesticulatiõe:q̃ nõ molliter mẽbra flecteret & intorqueret. Terrã pellere. Pulsare terram. (Plexiles corollæ. Staticuli saltatorij.)

Matrẽ. Cognomẽ terre mater est. Vnde. A qua saltatiõe insuaui & illiberali. Oia q; noua. Tũc ista erãt gratiora cũ recẽtiora. noua em̃ cũcta arridẽt & aĩm mulcẽt impẽsius.

Hinc. Ab istis vocib⁹ tibialib⁹. Sẽsus est. illis quib⁹ somnus ex aliqua causa negabatur hic ad repellẽdũ somnũ solatia mutuabanť.

Multimodis. Multis modis. vel scribe multimodas ꝑ multiplices & multiformes. Claudiani verba sunt hęc. Multimodũ discrimen arat. Supera. Pro supra:hoc est ex pte superiori tibię: q̃ in ore claudiť. Vnco. Distorto, obliquo,sequẽte sonitũ tibiæ. alij codices habẽt rauco. Vñ. A quibus docti nũc vigiles ad amoliẽdũ somnũ sonos adhibent fistulares. Hæc accepta. Has tibias acceptas defẽdũt. Numeris. Cũ modis & sonis: q numero teneanť & rhythmo. quidã codices habẽt numerũ pro numerorũ. Seruare. Obseruare genus.s.cãtilenæ an Phrygia sit an Lydia an Aeolia,an Doria. Neq; hilo. Nihilo. q̃uis nũc cãtilena numerosa sit:& genera cantilenaq; distinguat:tñ,nõ capiũt fructũ maiorẽ inde q̃ faciebãt terrigenę. Adest ꝑsto. Q đ pręsto nobis occurrit,& a nobis inueniť,id placet in primis & nos iuuat. Nisi qd cognouimus añ. Et si illud añ,nõ cognouim⁹:sed occurrit nobis incognitũ. In primis. Añ oĩa res inuẽta raraq; cõciliat reb⁹ admirationẽ. Pollere. Pręstare. Posterior reperta. Q uę fuerit inuẽta post illã. Sẽsus.& q̃uis aliqua res melior inuẽta sit post primã:tñ prima magis delectabat:adeo semp aliqd noui excogitare iuuat. Immutat. Nõnulli corripiũt ex priscis exẽplarib⁹ iuitat. hoc sensu.res melior & ꝑbatior posteroloco inuẽta nõ tñ iuuat:sed ꝑdit aliqd ex gratia:inuitatq; sensus nostros & allicit ad oia pristina magis amãda.q; si legim⁹ immutat erit cõtrarius sensus huic interꝑtatiõi:rem nouã semp magis amari:& res posterius repta cũ sit melior illa prima perdit.i.excludit illã & sensus nr̃os immutat hoc est voluntatẽ nr̃am variat:q̃ solita amare prima,nũc secũdarijs afficiť. Ad pristina quęq;. Subintellige odio & fastidio ꝑsequẽda.& hęc lectio sequẽti textui cõgruit. Sic odiũ cœpit glãdis. Ita inuẽto frumẽto re noua cœperũt odisse glandẽ tanq̃ rẽ priscã. Illa relicta. Subintellige sunt. Pellis. Q ua rudes illi vestiebanť. Propertius. Pellitos habuit rustica corda patres. Cecidit. Abijt in desuetudinẽ. Inuidia. Ad cõmouendũ odiũ. Letũ insidijs q gessit. Q ui feræ mortẽ intulit. Prim⁹ obiret. Prim⁹ ab altera fera necareť.reptũ est vt vestẽ induerẽt ferinã vt q illã induisset raptã a fera quã ꝑ insidias excepit,prim⁹ in pelle ferina necareť a fera: vt indutũ ferinã vestẽ altera fera vlcisceret & vindicaret. Et tñ inter eos. Pellis q̃uis inter viles hoies venũdareť tñ cũ ignorarẽt modũ illã cõficiendi ꝑibat corrupta sanie nec cõuertebať in vsũ. Distractã. Detractã tergo ferę. Sãguine multo. Tanq̃ viua aialia degluberẽt:q̃propter sãguie ꝑfluẽs madefacto corrũpebať. In fructũ. In vtilitatẽ. Q uisse. potuisse. Pelles. Hoies exercebãt & sollicitos habebãt. Bello. Tãq̃ bellũ cõmittãt vt successor auro potiať & purpura.

Quo magis ĩ nobis (vt opinor) culpa resedit.
Frigus enĩ nudos sine pellibus excruciabat
Terrigenas. At nos nil lędit veste carere
Purpurea: atq; auro: signisq; vigentibus apta:
Dum plebea tñ sit quę defendere possit.
Ergo hoĩm genus incassum: frustraq; laborat
Semper: & in curis consumit inanib⁹ æuum.
Nimirũ: quia nõ cognouit quę sit habendi
Finis: & oĩno quoad crescat vera voluptas:
Idq; minutatim vitã prouexit in altum:
Et belli magnos cõmouit funditus æstus.
At vigiles mundi magnũ: & versatile templũ
Sol: & luna suo lustrantes lumine circum
Perdocuere hoĩes annorũ tempora verti:
Et certa ratione geri rem: atq; ordine certo.
Iam validis septi degebant turribus æuum:
Et diuisa colebatur: discretaq; tellus.
Tum mare veliuolis florebat ꝓpter odores:
Auxilia: & socios iã pacto fœdere habebant:
Carminibus cũ res gestas cœpere poetæ
Tradere: nec multo prius sũt elemẽta repta.
Propterea quid sit prius auctũ respicere ætas
Nostra nequit: nisi qua rõne vestigia mõstrat.
Nauigia: atq; agri culturas: mœnia: leges:
Arma: vias: vestes: & cętera de genere horũ
Prẽmia: delitias quoq; vitę funditus omneis:
Carmina: picturas: & dędala signa polire
Vsus: & impigrę simul experiẽtia mentis
Paulatim docuit pedetentim progredientis.
Sic vnũquicquid paulatim ꝓtrahit ætas
In mediũ: ratioq; in luminis erigit oras.
Nanq; alid ex alio clarescere corde videbant
Artibus: ad summũ donec venere cacumen.

¶ Quo magis. Quãto magis. sensus ẽ. quãto maior est nr̃a culpa q nõ cõtenti veste simplici multiplicamus lanã, colorẽ, texturam.

Resedit. Mãsit. Vitio nobis hoc ascribẽdũ est. Terrigenas. Primos illos hoies nixu terre editos in lucẽ: q sine pellib⁹ durare nõ poterãt. Nil lędit. Nos cũ nõ offendamur carere veste purpurea si vestẽ laneã sum⁹ induti: tñ abiecta lanea purpureã appetim⁹. Auro apta. Auro intertexto decorata. Signis vigentib⁹. Figuris, q̃ vesti purpureę intertexũtur. qđ ex illo Ouidiano colligere potes. Pulchra colore: simul breuibus distincta sigillis.
Sigillum. Diminutiuũ signi est sigillũ hoc est breue signũ. Dũ plebea sit. Dum suppetat nobis vsus plebeæ vestis & vilioris. Quæ defendere possit. Quę possit nos a frigore tutari.

Ergo. Cõcludit humana negocia frustratoria esse & nugalia. Incassum. Frustra. Inanibus. Nõ ad bñ beateq; viuendũ tendẽtib⁹.

Nimirũ. Nec mirũ ẽ hoies frustra laborare qm̃ nõ agnoscũt vitæ finẽ. Tale illud satyri. Oibus in reb⁹ q̃ sunt a Gadib⁹ vsq; Aurorã & gangẽ pauci dignoscere pñt Vera bona.

Quoad crescat. Vsq; quo tẽdat vera voluptas: qa nõ cognoscit finẽ veræ voluptatis.

Minutati. Paulati, pauxillulo. Aest⁹. Tumult⁹ vltro citroq; reciprocãtes. Fũdit⁹. Vsq; a fũdo. Vigiles mũdi. sol & luna. Fingit solẽ & lunã esse vigiles mũdi. qm̃ vigilant & excubãt ꝓ mũdo. videm⁹ enĩ interdiu excubare solem: lunã vero noctu.
Versatile. Versile. Versatile. Qđ semp vertiꝛ. versilis scena a circũuoluendo. Versatile diciꝛ igeniũ qđ ad omne subitariũ vertiꝛ. est figura appositio. Tẽplũ. Arx, palatiũ, cõsistoriũ. Lustrãtes lumie circũ. Pro circũlustrãtes lumine. Perdocuere. Sol & luna: mutationes lunæ & vices solis cõsiderantes mortales & admirati philosophari cœperũt. Geri rẽ. Mundũ suos effect⁹ certa rõne distinguere. Septi. Circũclusi, circũdati turrib⁹ tãq̃ munimẽtis & tutamẽtis. Degebant æuũ. Viuebãt. Discreta. Separata ꝑ agri mẽsores & finitores. Veliuolis. Scribo. veliuolũ: quo epitheto ex Lucretio vsus est Maro.
Veliuolũ. Veliuolũ mare diciꝛ q in eo naues velis cursum facientes vltro citroq; inambulãt. Florebat. Floridũ erat & opulẽtũ. Propter odores. Propter aromata & species ex orbe peregrino deuectas: thura & odoromẽta arabica.

Auxilia. Milites auxiliarios. pẽdet hæc dictio cũ inferiori sensu. Prius. s. ꝑ subtilo excludiꝛ. Elemẽta. Literæ. nõ multũ añ literæ repertæ sũt. Propterea. Sed. hic est sensus. nos qui sum⁹ in ætate postera collocati nescimus qđ actũ sit i tpe priori: nisi quaten⁹ nos manu (vt ita loquar) illuc ratio ducit. Prius auctũ. In priori ætate augmẽtũ sortitũ. qđã pri⁹ actũ legũt. Aetas nr̃a. Postera. Qua. Ea pte qua. Vestigia. Signa q̃ nos seq̃ntes pergim⁹ ad viã virtutis. Nauigia. Repete verbũ illud inferius positũ: experiẽtia paulatim docuit. Fũdit⁹.
Dædala. Penit⁹: ex omni parte. Dædala signa. Varia: magna varietate elaborata: ingeniosa. Pedetẽtim. Cauto, cũ-
Pedipressi. ctabũdo, explorabũdo vestigio. diciꝛ & in eadẽ significãtia pedipressim. Progrediẽtis. Procedẽtis. gtũs cas⁹. iũge cũ dictiõe mẽtis: hoc ordie. vsus & simul experiẽtia impigrę mẽtis ꝑgrediẽtis pedetẽti docuit paulati polire nauigia & oia id gen⁹. Quę. Cõiũctio ẽ. Ex alio corde. In alio hoie cordato & sapiẽte: q didicerat illa oia
Clarescere. q̃ ad rerũ illarũ inuentionẽ pertinebãt. Clarescere. Nobilitari: nobilitatẽ sortiri. Artib⁹. Propter varias artes reptas. Donec. Inuẽta. s. Ad summũ cacumen. Ad summam cõsummationem & absolutionem.

Finis Enarrationis PII in Quintum LVCRETI.

ENARRATIO IOANNIS BAPTISTAE PII IN SEXTVM LVCRETI.

HIC sextus Lucreti poetæ doctissimi liber omneis cæteros antecellit meo quidẽ aio more Romanę aciei struẽdæ: in qua triarij hoc est robustiores milites in vltimo loco collocanť: cũ rorarij, ferentarij & leuis armatura primas occupẽt. Insurgit igiť facũdia nectarea & ꝑpe diuina in laudes Athenarũ: q̃ prima ciuitas fruges disseminauit hominib⁹: cũ primi illi semiferi glandib⁹ antea vescerenť: quare βαλαμοφάγοι nũcupati: dein tamẽ frumẽto vtiliore cibo ꝑmutatis illis humanã vitã recreauerunt: legesq; sanxerunt Athenę: quib⁹ & hortarenť & impellerẽt humanũ genus ad rectã vitã: ꝑbitate candoreq; florẽtem. eedẽ Athenæ collapsam vitã, nec solo cibo robustã ꝑcreauerunt dulci supra dulcedinẽ oẽm solatio: cum genuerunt eũ qui prim⁹ ausus est oculos alieno immittere cælo: ætheriq; sublime caput inserere: ex quo tanq̃ ab oraculo repta diuina ꝑfluxerũt. patefecit hic gloriã: ad quã tanq̃ ad brauiũ oẽs accingerenť. Videbat hic Epicurus paratis frugibus & cæteris q̃ ad vsum spectant, hoies laude & honore laudabili florescere: sobole rũ me rosa clarescere: tñ mortales in anxietudine vitã traducere: & cũ plura possiderent, plura desiderare: eiaduertit q; illorũ pectora esse tanq̃ infecta vasa: in q̃ quodcũq; infundis acescere solet. hic intellecta sollicitudinis causa coepit machinas vitijs admouere: & cupiditatẽ timoreq; veridicis dictis extinxit & collabefactauit ostenso fine rerũ: quẽ inculti & ieruditi solẽt ignorare: patefecit deinde viã: q̃ nos angusto tramite ad felicitatẽ ducit.

Triarij i vltimo loco.
Rorarij.
Ferentarij.
Athenę primo leges sanxerunt
Ad gloriã tãq̃ ad brauium.

T.L.C. DE RERVM NATVRA LIBER. VI.



Rimę frugiferos fœtus
mortalibus ægris
Dididerũt quondã præ
claro nomine Athenæ:
Et recreauerũt vitam: le
gesq; rogarunt.

FRugiferos fœtus. Frumentum. Mortalib⁹ egris. Hoib⁹ anxijs & sollicitis. Dididerũt. Diuiserunt, distribuerũt. Diuido gr̃a metri cõtrahiť in dido: qđ & significat diuido. Preclaro noie. Habentes nomen ꝑclarissimũ nobilissimũq;: ἀπὸ τῆς ἀθήνης hoc est a Minerua. Age q̃ñ oblata est tã bona occasio tueamur a rabularũ cẽsuris Honoratũ grãmaticũ q in expositione illi⁹ carminis ex georgicon primo. Tuq; O cui pria fremẽtẽ Fudit equũ magno tell⁹ ꝑcussa tridẽti: primã terrã Athenas intelligit: nõ Thessaliã: vt Augustin⁹ ex Varrone: qđ euidẽter ostẽdit Ouidius in metamorph. Exilijsse ferũ: quo munere vindicet vrbẽ: licet quidã putiduli cani mõ religatæ similes apđ Ouidiũ fretũ scribãt nõ ferũ: qđ ꝑ posterũ docet Planudes Ouidian⁹ interpres: q eo i loco ἵππον trãstulit: non θάλατταν. Sed & Hermogenes Seruio cõcinit in hęc ferme verba. Aiũt eñ cũ elementorũ cõfusio esset: lumenq; rebus illuxisset: Athenas primũ emersisse & apparuisse: statimq; a deis plurimũ adamatas q̃ si primum visas in terris: ꝑcipuos vero amatores Athenarũ fuisse Neptunũ & Mineruã: altercatosq; iuicẽ ꝑ vrbe vter eorũ ipsam incoleret & ꝑsideret. Tãdẽ post multã cõtrouersiã eo vẽtũ ẽ vt cõiter eã habitarẽt: & arci cõiter ꝑsiderẽt dũ medij iudices litẽ dirimerẽt. In Areopago igiť iudiciũ hoc actũ est: decretũq; a iudicib⁹ vterq; terrã ꝑcuteret: & q melius omẽ edidisset, Athenis & ꝑsideret & nomẽ iponeret. Minerua itaq; oliuę ramũ cũ eduxisset Neptunus equũ eduxit. Oliua equo ꝑposita ẽ q a victoriã ꝑtẽderet & pacẽ: atq; ita Mineruę Athenę adiudicatę sũt oino repulso neptuno. Hęc ille. Variatũ ẽ in hac fabula. Nã quidã i Thessalia hoc factũ dicũt: Athenis aũt nõ equũ emersisse sed mare. Cęterũ cõcediť poetis variare fabulas vt de philomela & progne: de scylla & reliquis. Sed mari est equus inconstantia similis: vt patet ex illo Papiniano in equum pernicem. Et hyberno par incõstantia ponto. Argumenta in Seruium coniecturalia sunt quassa nuce & tittiuilitio viliora. Si vinci turpe, decorũ certe fuit pugnasse: nec si pallas reperit oliuam pacificã, neptunius equus ad bellum natus reijciẽdus est. si aurum pulchrius: nõ ideo argentũ est vile. honoratior qui reperit aurũ: nõ inhonoratus qui reperit argentum. Si pax optima: bellũ iustũ non vituperandũ. Neptunus arma & ferociam expedire ciuitati tuendæ putauit: inuitijs arcendis: & finibus propagandis: pacem optauit minerua. nec Maro Neptunũ nominat ne videreť obijcere victoriã deę, sed equũ: quo generoso inuẽto etiã victus ex iucũdã recordatione pulcherrimæ repertionis victore letior esse potest: quo maius est equũ reperire q̃ oliuã. Nec Pallas inuento victrix euasit: sed inuenti significatu. Pręterea aliud est historiã aliud fabulã narrare. Ouidius fabulã: & Ouidium Seruius sequutus tangunt: cęteri historiã vnde detorta est fabula: ꝑpter similitudinem equi & maris: vt ex Papinio docuimus. Adiuuat verbũ exilijt Ouidianũ equo saltanti peculiare nõ mari: quo Lucan⁹ in sexto vtiť his. Sonipes bellis feralibus omen exilijt. Lactantius in cõmẽtarijs Thębaidos est a Seruio. Non debuit ægre ferre neptunus istã Mineruæ victoriam prę sertim cum authore Varrone ex Augustino libro decimo octauo de ciuitate dei hoc fœminæ pro fœmina iudicauerint: quæ futiles non minus sunt q̃ futibiles, sine iudicio, sine ratiocinio: vnde illo nec tantillũ debuit tabescere neptunus: sed letari ꝙ mun⁹ reperit nõ effœminatũ nec muliercculis acceptũ sed viris: vnde & hodie hippij cognomine gaudet. In laudẽ Athenarũ hęc Cicero in oratiõe pro Flacco. Adsunt Athenienses: vnde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortæ, atq; in oẽs terras distributæ putantur: de quorũ vrbis positiõe ꝑpter pulchritudinẽ etiã inter deos certamen fuisse proditum est. vetustate ea est vt ipsa ex se suos ciues genuisse dicať: & eorũ eadem terra parens, altrix patria dicať. Authoritate autẽ tanta est vt iam fractum prope ac debilitatum graecię nomen huius vrbis laude nitatur. In laudem Athenarum cecinit hæc Manlius quarto astronomicon. Maxima terra viris: & fœcundissima doctis Vrbibus: in regnum florentes oris Athenæ. Historiã sequutus est in libris thæbaidos Statius. Ipse quoq; in pugnas vacuatur collis vbi ingẽs Lis superũ: dubijs donec noua surgeret arbor Rupib⁹: & lõga refugũ mare frãgeret vnda. q̃uis nonnulli ad mare referãt: qđ inundauit Athenas: q̃ñ non a suo noie nomẽ vrbi indidissent. Lege Varronẽ in re rustica. vñ colligo mare exilijsse post equũ reptũ & deorũ litẽ & iudiciũ in pœnã nõ ꝑpositi oliuę inuenti neptunij. Incidẽter hoc addam⁹ Aemyliũ ꝑbũ i Themistocle Athenas appellaŕ asty: q̃ñ κατ' ἐξοχὴν sic vrbs ista vocabať. ἄστυ grece ciuitas appellať: ἀστὸς ciuis. Idẽ in vita Timothei atticũ ꝑplm acrẽ, suspicacẽ, ob eãq; rem mobilẽ, aduersariũ & inuidum vocat. Recreauerunt. Instaurauerũt & refocillarunt. Rogarunt. Sanxerũt.

Dido.
Athenæ.
Defensio Seruij.
Ferũ nõ fretũ legẽdũ.
An Athenæ pria terra.
Fœminæ futiles.
Hippius Neptunus.
Atheniensium laus.
Vitia Athenensium.

Rogatio. Rogatio differt a lege. Lex em̄ ē illa q̄ rogata est:suffixa in colūna fori:mox lęs redacta. Rogatio dicit̄ cū nō adhuc i ses redugit̄:sed admonemꝰ ita dicētes. Vultis iubetis ne Quirites hoc & illud fieri. Rogatiōes fōtes sūt legū. Plautꝰ. Rogatiōes ꝑpter nos multas populꝰ sciuit. Si plura de rogatiōibꝰ cupis remitto te ad nostros in Plautū commentarios.

Et primæ dederūt solatia dulcia vitæ:
Cum genuere virū tali cum corde repertum:
Omnia veridico qui quondā ex ore profudit.
Cuius & extincti propter diuina reperta
Diuolgata vetus iam ad cælū gloria fertur.
Nam cum vidit hic ad victum q̄ flagitat vsus:
Omnia iam ferme mortalibus esse parata:
Et per quę possent vitā consistere tutam:
Diuitiis homines & honore & laude potēteis
Affluere:atq; bona gnatorū excellere fama:
Nec minus esse domi cuiq̄ tamē anxia corda:
Atq; animi ingratis vitam vexare querelis:
Causam quę infestis cogit seruire querelis:
Intellexit ibi vitiū vas efficere ipsum:
Omniaq; illius vitio corrumpier intus:
Quę collata foris & commoda cunq; venirēt:
Partim ꝙ fluxum pertusumq; esse videbat:
In nulla posset ratione explerier vnq̄:
Partim ꝙ tetro quasi conspurcare sapore
Omnia cernebat quęcunq; receperat intus.
Veridicis igit̄ purgauit pectora dictis:
Et finē statuit cupedinis atq; timoris:
Exposuitq; bonū summū:quo tendimꝰ omnes
Quid foret:atq; viā mōstrauit tramite paruo:
Qua possemus ad id recto contendere cursu:
Quid ve mali foret in rebꝰ mortalibꝰ passim:
Quod flueret naturali viro:atq; veniret:
Seu casu seu vi:quod sic natura parasset:
Et quibus e portis occurri cuiq; deceret:
Et genus humanū frustra plerunq; probauit
Voluere curarū tristeis in pectore fluctus.
Nam veluti pueri trepidāt:atq; omnia cæcis
In tenebris metuūt:sic nos in luce timemus
Interdum:nihilo quæ sunt metuēda magis:q̄
Quę pueri i tenebris pauitāt:fingūtq; futura.
Hūc igit̄ terrorē animi: tenebrasq; necesse est

Dederunt. ¶ Dederūt. Hoc verbū sępe media correpta ꝓtulerūt antiq. Sic & Maro. Matri lōga decē tulerūt fastidia mēses. Solatia dulcia. Est ei dulcissimū & acceptissimū mētem liberare & ab anxietate repurgare. Virū. Epicurū intelligo:q fuit Atticus. Tali cū corde. Cū tali sapientia mendacio carente. Profudit. Pronuntiauit. Cuius extincti. qui cū defunctus esset caelum sua gloria & terras impleuit. Ordo. Gloria cuius extincti vetꝰ diuulgata fertur ad caelum propter diuina reperta. Nam cum vidit. Sēsus. cum hic vidisset nihil mortalibus deesse:per q̄ possent vitā ducere tutā: tū in aliqua sollicitudine viuere: coepit philosophicis dictis abstergere animorū suorū rubiginē. Quae flagitat vsus. Quę petit vsus mortalium ad bene beateq; viuēdum. Per quas. Vtensilia. s. quę spectant ad vsum parata. Affluere. Abūdare. Gnatorū. Filiorū.

Nec minus. Cū videret oīa fortunae bona hominibꝰ suppeditari:nec minus angi & tristari:cognouit hīc extraria bona nihil conferre ad bene beateq; viuendū. Cuiq̄. Cuicunq;. Anxia. Sollicita, inter spem & metū collocata. Ingratis. Vtpote nō recognoscētibus bona fortunae. sed ingrati quo plus acciperēt minus satiarent̄. Causam. Sensus. cognouit epicurus causam huius tristitudis non a bonis exterioribus prouenire quę suggerebant̄ homini:sed ab animo pertuso & insatiabili. Sicuti ꝙ liquor aceat aut muceat causa refert̄ ad vas:qđ purū liquorē infecit. Cōsimile illud Horatianū. Sincerum est nisi

Vasis culpa nō liquoris. vas quodcūq; infundis acescit. Ordo. Intellexit vas ipm efficere ibi cām vitio:q̄ cā nos cogit infestis seruire querelis. Seruire. Abiectos, sordidos, seruos anxietatis & pauoris.
Ibi. in aīo. Vas ipm. Animus infectus.
Vitiū. Scribit̄ vitio:ꝑpter vitiū vasis innatū. Quidā scribunt. vitiū vas efficere ipsum: hoc sensu. qđ vas ipm corruptū, ꝯfacit vitiū: hoc est cōtaminat liquorē bonū in malū. quę lectio magis quadrat. Illius vitio. Cōtagio

Vitium. Morbus. ipsius corporis. Vitiū dicit̄ quidqd contaminat id cui haeret. Morbꝰ differt a vitio authore Vlpiano dig. lib. xxj. cuius haec verba sūt. Sciendū est morbū apud Sabinū sic definitū esse:habitū cuiuscūq; corporis cōtra naturam:qui vsum eius ad id faciat deteriorem. Vitiumq; a morbo multum differre. vt puta

Balbꝰ morbosus. si quis balbus sit:non hunc vitiosum esse magis q̄ morbosum. meminerimꝰ tamen leuissimum quid non efficere vitiosum morbosumve:ꝑinde leuis febricula aut vetus quartana, q̄ tamē iam sperni potest, vel vulnusculum modicum nullum habēt in se delictum.
Corrūpier. Corrumpi, infici. Intus. In vase. i. in animo tanq̄ vase corrupto. Quae. Iunge cum voce cunq; pro quaecunq;. Sensus. Videbat ille omnia infici quaecunq; commoda essent collata homini deforis a bonis scilicet exterioribꝰ:quae ad victum hoi fortuna suppetebat. Sunt qui foras legunt: quae vox cum dictione venirent erit iungenda.

Non radii solis nec lucida tela diei
Discutiant:sed naturæ species:ratioq;.
Quo magis inceptū pergā pertexere dictis:
Et quoniā docui mūdi mortalia templa
Esse:& natiuo consistere corpore cęlum:
Et quæcunq; in eo fiunt:fieriq; necesse'st:
Pleraq; dissolui:quę restant percipe porro:
Q̄n̄quidē semel insignē conscendere currum
Ventorū exhortant' spes:atq; obuia rursum
Quæ fuerint sint placato conuersa fauore:
Cętera q̄ fieri in terris:cęloq; tuentur
Mortales:pauidis cum pendēt mentib⁹ sępe:
Et faciūt animos humileis formidine diuum:
Depressosq; premūt ad terrā.Propterea q;
Ignorantia causarum conferre deorum
Cogit ad imperium res:& cōcedere regnum.
Quorum operū causas nulla ratione videre
Possunt:has fieri diuino numine rentur.
Nā bene qui didicere deos securū agere æuū:

Venire foras est effluere quodcunq; sit ingesū aio ex vitio corrupto pleno rimarū,hac il lacq; perpluēte. Cūq; in alia significantia idē est qđ vbicunq;. Horatius libro tertio carminum. Vt cunq; mecum vos eritis:libens insanientē nauita bosporum tentabo. vt em̄ pro vbi veteres ponebāt. Virgilius libro quinto. Cæsis vt forte iuuēcis pro vbi cæsis. Et Ouidius. Quaq; fuit tellus illic vt pontus & aer. Sic em̄ emendandus est apud Ouidium primo metamorphoseos codex inuulgatus:vt sit sensus.ea parte qua fuit tell⁹:illic vbi erat pōt⁹& aer ibi erat. Author Porphyrio Horatianus interpres. Fluxū. Transmittēs illud vas animi. Platonici philosophi animum insatiabilem comparant vasi pertuso hoc est pforato.a pertūdendo dicitur pertusum. Plautus. In ptusum ingerim⁹ dicta doliū. de hijs, qui nunq̄ satiant' dici solet a græcis puerbialiter pithos aplisthos hoc ē vas inexpletum: a latinis vas Danaidū. Partum. Videbat animum nunq̄ expleri posse.pręterea infectū esse vt quęcunq; illuc cōferrentur fierent a sapore spurci vasis tetri saporis & illiberalis. Conspurcare. Spurcum reddere. Spurcari ptulit Plaut⁹eo versu. Spurcat' nasum odore illutibili. Finem. Fixit terminū cupiditati & timori:quē praeterire nō deberēt:nisi in praeceps aim trahere vellēt. Cupedinis. Cupiditatis. credo cupedinem in Lucretio vsurpari simpliciter pro cupidine: ad fulturamq; primę vocalis addere alteram consonantem vt mos ē suus.preterea sequut⁹ Homerū.cupedinem pronunciat non cupidinem.i. in.e. verso. Sicuti iota Homerus in.η.quandoq; vertit. Lactantius tamen libro diuinarum institutionum septimo torpedinis recognoscit.ad nasutiores prouoco. Bonum summum. Ostendit qđ esset summum bonorum & eligibilissimum. Quo. Ad quod summum bonū. Tramite paruo. Angusta via. Qua. Via. Ad id. Summum bonū. Contendere. Concedere. Quid. Et monstrauit qđ malum esset in rebus mortalibus appellandum. Passim. In omnibus rebus humanis. Qđ. Malum. Flueret. Procederet. Viro. Illiberali & spurco odore:qđ virus latini dicunt. Creber est Plynius vt dicat rem sapere virus hoc est odorem insuauem redolere. Seu casu. Fortasse viri isti in maxima miseria degebant:corrumpebantq; instar spurci vasis infusa bona:vel aliquo casu vel vt inuiti ad hoc traherentur. Qđ sic. Quis natura constituisset quomodo deceret venientibus curis occurrere. Quibus e portis. Ex qua animi virtute mens deberet occurrere ad repellenda vitia tanq̄ hostes ingruentes.metaphora est ab eruptione militari deflexa. Cuiq;. Vitio imminenti. Et genus humanum. Sæpe docuit Epicurus homines frustra,& preter decorum sollicitari q̄ angi ratione. Probauit. Testatus est Epicurus. Fluctus. Agitationes:turbationes curarum multipliciū. Nam veluti. Probauit Epicurus nos sæpe timere quedam:quæ timenda non sunt:non secus ac pueri tenebras expauescunt: in quibus laruas delitescere credunt & occultari. Mūdi templa. Partes totius mūdanæ machinæ. Quæ restant. Quæ supersunt explicatione digna:nec in superioribus explicata sunt. Quandoquidem. Sēsus est. cū spes philosophicorū oraculorū persuadeat mihi ascēdere curru in ventos:& caput insinuare cælo:accipe q̄ ex cæli congressu didicerim. Currum ventorū. Sublimē arcē cæli:in quā ventis rationis,& alis sapiētię, mētisq; volaticæ sum vectus. Sūt q nō ventorū:sed exultant votorū spes legūt: tanq̄ significare velit q; ad superiora scrutāda exultāti scādēti aio,maxima vota cōcipiēs. Atq; obuia rursum. Cum in auras ascēderim & admouerim me ad æthera: q nullis ventis agitatus ppetua pace serenat'. Iuxta illud Lucani. Pacē summa tenent. Obuia q̄ fuerint. Et cū illæ cæli partes superiores sint imperturbatæ:perpetuaq; luce quieteq; refertæ:q̄ mihi in cælū scādēti factę sunt obuię. Nō em̄ tractat Lucretius de ijs q̄ sunt supra ęthera: quippe cū sit Epicuri sentētia:quā præcipue sequit' author:q̄ supra nos nihil ad nos.qđ repetit Augustinus de quātitate animę sic. Sæpe em̄ cū abs te multa quæsissem:nescio qua illa græca sententia me deterrēdum putasti qua prohibemur ea q̄ supra nos sunt requirere. Sint conuersa. Conuertantur & reciprocationem sui peragant cursus. Placato fauore. Quiete lenissima & imperturbata. Cætera. Multa vident homines verti i terris & mutari:q̄ illorum animos perturbant. Pendent. Dubitant, vacillant. Et faciunt. Corrige ex antiquis exemplaribus efficiunt.hoc ordine.cetera quæ mortales tuentur fieri in terris & cælo animos humiles efficiunt. Premūt. Prosternunt ad terram depressos aios & formidine deorū prostratos. Propterea. Causa timoris deorū est ignorātia.qm̄ illa q̄ nō intelligit refert in deos. Causarū ignorātia. q̄ effectuū causas ignorat:q in terras pueniunt. Cōferre res. Effectus referre in deos. Ad imperiū deorū. Tanq̄ dij rebus imperēt. Cōcedere regnū. Ignorātia cogit nos fateri regnare deos & regnū in humanis exercere. Quorū operū. Omnium quorū rationē mortales referre non possunt,eorum faciunt deos authores.

Pertusum.

Si tamen interea mirantur:qua ratione
Quæcꝗ geri possint:præsertim rebus in illis
Quæ supera caput ætheriis cernūtur in oris:
Rursus in antiquas referuntur relligiones:
Et dominos acris asciscunt omnia posse
Quos miseri credūt:ignari:quid queat esse:
Quid nequeat:finita potestas deniqꝫ cuiqꝫ
Quanā sit ratione:atqꝫ alte terminus hęrens:
Quo magis errantes cęca ratione feruntur.
Quę nisi respuis ex animo:longeqꝫ remittis
Diis indigna putare:alienaqꝫ pacis eorum:
Delibata deum per te tibi numina sancta
Sepe aderūt.Non ꝗ violari summa deum vis
Possit:vt ex ira pœnas petere imbibat acreis:
Sed quia tute tibi placida cum pace quietus
Constitues magnos irarum voluere fluctus:
Nec delubra deū placido cū pectore adibis:
Nec de corpe ꝗ̄ sancto simulacra feruntur
In menteis hominū diuinæ nuntia formæ
Suscipere hęc animi trāquilla pace valebis.
Inde videre licet:qualis iam vita sequatur:
Quā quidē vt a nobis ratio verissima longe
Reiiciat:ꝗ̄ꝗ̄ sunt a me multa profecta:
Multa tamē restāt:& sunt ornanda politis
Versibus:& ratio cæli speciesqꝫ tenenda.
Sunt tēpestates:& fulmina clara canenda:
Quid faciāt:& qua de causa cunqꝫ ferantur:
Ne trepides cęli diuisis partibus amens:
Vnde volās ignis peruenerit:aut in vtram se
Verterit hinc partē:quo pacto per loca septa
Insinuarit:& hinc dominatus vt extulerit se:
Quorū operū causas nulla ratione videre
Possunt:ac fieri diuino numine rentur.
Tu mihi supremæ prǽscripta & cādida callis
Currenti spatiū prǽmōstra callida Musa
Calliope requies hominū:diuūqꝫ voluptas:
Te duce vt insigni capiā cū laude coronam.

Si tū. Hæc carmina supius explicauim⁹. Quo magis. Quāto magis. Quę nisi respuis. Nisi pgis putare deos nos vana agitari formidine nimia ppitia habebis nec agitaberis tāta formidine & anxietudine ai. Lōgeqꝫ remittis. Excludis a te eminus. Diis indigna putare. Nisi respuis credere illa ꝗ̄ deis nō conueniūt. Alienaqꝫ pacis eorū. Nisi credere te causas ꝗ̄ paci deorū nō diffident. Delibata p te. Si fidē verbis non adhibebis:ꝗ̄ tumultuosum faciunt deū:delibata erit p te pax deorū hoc est potieris aliqua particula diuinæ pacis. Deū. Deorū. Sępe aderūt. Sępe erūt tibi p̄sentia & ppitia. Nō ꝗ. Nō admoneo te vt opineris aliena de diis:tanꝗ̄ illi possint ad irā puocari. sed quietior eris cū fluctus animi sedaueris:ꝗ̄ cōprimunt̄ si aio sereno summā pacē in deo cōstitues. Deū vis. Deorū virt⁹ & excellētia. Ex ira. Propter irā:qua accēdi credit̄ deus a philosophiæ pfanis. Pœnas petere. Instare vt quispiā pœnaliter afficiat̄. Imbibat. Cū quadā siti inhiet & instet desiderādo. Sed qa. Cęterū admoneo te:cū pace quiescas:ne facias deū iracūdū. Tute. Tu ipe. Tibi cōstitues. Presuppōes tibi & p̄finies:qđ minime facer̄ debes. Nec delubra. Si meis verbis fidē adhibebis meticulose tēpla deorū nō adibis. Nec de corpe. Si religioni aīm deuinctū habebis & obnoxiū:poteris simulacra ꝗ̄ fluūt a corpe diuino tranqlla mente suscipe. Simulachra. Tenuissime illę imagines ꝗ̄ ab corpe in aīm pueniūt. Ferunt̄. Proueniūt. Nūcia. significatiua:ꝗ̄ deorū rep̄sentāt formā. Hęc. Talia simulachra. Pace tranqlla ai. In maxima tranquillitate. sed afficieris pturbatiōe quādocūqꝫ curabis deos. Inde. Post explicatā naturā deorū:ꝗ̄ formidolosa nō ē supest multa carmīa lita pigmētis expromere. Qualis. ꝗ̄ trāquilla:quę erit sine formidine deorū. Quā. Hāc deorū formidinē q̄ a nobis debet amouere. Ordo. Quā quidē rō verissima lōge reiiciat a nobis. Reiiciat expone reiicere debeat. Mlta profecta. ꝗ̄uis ego multa narrauerim & docuerim: tn̄ maiora restāt. Ornāda. Comēda, decorāda. In nōnullis exēplarib⁹ scriptū est tornāda hoc ē lęuigāda & poliēda nō sec⁹ ac poliūtur illa, ꝗ̄ torno lęuant̄. Cęli speciesqꝫ tenenda. Quidā codices habēt. cæli superficiēs tenēda, significat enī tenenda memorię infigenda. Sūt. Supsūt tēpestates:ꝗ̄s explicare nō erit iserū̄. Clara. Corusca, fulgida. Qua de causa cūqꝫ. Pro quacūqꝫ de causa. Ne trepides. Pertimescas:tanꝗ̄ a deo pueniāt quę naturalia sunt. Diuisis partib⁹. Cū facto tonitru cęlum in duas partes diuidi videtur. Vnde. A qua causa. Volans ignis. Fulmen volaticū. Vertit hinc. Conuertit se ab hac parte in aliam. Per loca septa. Circunclusa. Dominatus. Vires tyrannicas exercēs. Ac fieri. Quidam codices habent hęc fieri. & referri debet ad opera. Tu mihi. Inuocat auxiliū musarū aggressurus enarrationē tā arduā & sublimē:ꝗ̄ est supra hoīa captū. Suprema. Quā ego sublimem, supremā, & præeminentē reor. Calliopen intelligit:ꝗ̄uis quidam Vraniā velint:in facultate cuius musæ est cælum

Vrania.

Principio tonitru quatiuntur cærula cęli
Propterea:quia concurrũt sublime volantes
Aetherię nubes contra pugnãtibus ventis.
Nec fit enĩ sonitus cęli de parte serena.
Verũ vbicũq; magis dẽso sũt agmine nubes:
Tã magis hic magno fremit⁹ fit murmure sæ
Preterea neq; tã cõdenso corpe nubes (pe.
Esse queũt:q̃ sunt lapides ac ligna:neq; autẽ
Tam tenues:q̃ sunt nebulę:fumiq; volantes.
Nam cadere abrupto deberẽt põdere pressi
Vt lapides:aut vt fumus:cõstare nequirent:
Nec cohibere niues gelidas:& grãdis ĩbreis.
Dant etiã sonitũ patuli sup æquora mundi.
Carbasus vt quondã magnis intẽta theatris
Dat crepitum muros inter iactata:trabeisq;:
Interdũ perscissa furit petulantibus auris.
Et fragilis sonitus chartarum commeditatur.
Id quoq; enĩ gen⁹ tonitru cognoscere possis.
Aut vbi suspensam vestẽ:chartasq; volanteis
Verberibus venti versant:plãguẽtq; p auras.

& cælestia scrutari: a quo nomen est adepta. οὐρανος enĩ cęlũ dicit̃. Virgili⁹ quoq; inuocat lib. iiij. georgicon auxiliũ musarũ cũ de apiũ reparatiõe loquit̃. Quis de⁹ hãc musę:q̃s nobis extudit artẽ? Vñ noua ingressus hoim experientia cepit. Prescripta. In albo musarũ añ oẽs scripta:p̃posita i ordie ceteris musis. illa ẽ Calliope. Cãdida. Q m̃ cãdorẽ cęli scrutat̃ & sectat̃. Callis. Viæ cælestis:q̃ est angusta. Spatiũ. Locũ spatiosum certaminib⁹ ac cõmodũ. Callida. Astuta:docta astu oc'los cælo insinuare. Pricipio tonitru. Cũ primũ tonitru cælũ quatit̃ aer spissior agitat̃. Apuleius de Platonis dogmate citat hęc Lucretij facũdissima carmina. Anaphysemata inquiens gręci vocãt eos spũa:q de sũdo vel hiatibus terrę explosi ad supna maris solẽt deuenire:hij cũ maiore vi torti sunt, fit pcela: & a gręcis nomẽ accepit. Sed cũ tormẽtum illud ire pgit:densasq; & tumidas nubes pręsagit: coactasq; collidit: fit sonit⁹ & intonat cęlũ: nõ sec⁹ ac si cõmotũ vẽtis mare cũ igẽti fragore vndas litorib⁹ illidat. Nũc de nubiũ p̃sagijs referã: qm̃ illa p̃fata nubecula patefecerit cęlũ ignescũt penetrales spũs: emicatq; lux clara: hoc dicit̃ coruscare. Cærula. Aer cęrulei coloria. sed feculẽtus. qm̃ pacẽ summa tenent.

Aetherię. Aerię quidẽ sed tenues. Nec fit enĩ. Tonitru nõ fit in pte serena, sed aere caliginoso obsita. Verũ. Sonit⁹ fit. Hinc. Ex hoc loco dẽso & nubiloso. Nebulæ. Differẽtia est inter nubes & nebulas. nubes corpe cõcreto dicunt̃ & dẽso: nebulę purgato & puro: q̃ apparẽt quãdocũq; serenitas est. Albertus tñ magn⁹ lib. ij. tractatu primo sic ait. Attẽdẽdũ est ergo qđ Aristoteles breuiter tãgẽs de natura nebulæ dicit q; aliqñ in vapore roscido nebula videt̃: qa nebula est reliquię nubiũ resolutarũ: & ppter hoc nebula significat serenitatẽ. Nebula significat serenitatẽ vt inqt idẽ: & ideo apđ vulgua est puerbiũ q; cũ nebula guttatim cadens descẽdit q; tũc est signũ serenitatis. Cũ aũt tota nõ resoluta ascẽdit q; tunc significat pluuiã: quia tũc generat nubes: q̃ pluuiã faciũt. Sed vt hoc parerga discas Architreni⁹ poeta nubescere dicit illo Hemistichio. Nec vult⁹ maculæ nubesceret vmbra: cũ vultuosum & indignabundũ describeret. Nã cadere. Probat nubes nõ esse corpore concreto densove vt lapides: qm̃ deuolutę caderent vt in sublimi lapides positi. Pressi vt lapides. Vt saxa per demolitionẽ deuoluta. Aut vt fumus. Scribo. haud vt fumus. nec sunt istæ nubes tam leues vt fumus. Constare. Subintellige qm̃. si essent euolaticæ vt fumus cõsistere non possent: sed vt inania corpora semp summa peterent. Cohibere. Cõprimere: intra se capere. Aequora. Latitudinẽ, planiciẽ. Carbasus. Quẽadmodũ quãdoq; forũ stratũ velis vento illa pertũdẽte crepitũ emittere videmus: similẽ chartarũ fragori: nõ secus vẽtus crepitũ quendã emittit & suscitat cũ corp⁹ nubis percutit. Carbasus palliũ quo flumina amiciunt̃ vel opulentiæ causa vt sericũ, aut lino tenui. Virgilius i octauo. Eũ tenuis glauco velabat amictu Carbasus. Idẽ in. xij. Tũc croceã chlamydẽq; sinusq; crepãtes Carbaseos fuluo in nodũ collegerat auro. M. T. i Verrẽ de supplicijs. Tabernacula carbaseis intenta velis collocabat. Varro de vita patrũ. eadẽ postea in carbasineo magis vt pellib⁹ tegerent̃ togæ. Quidã codices habẽt. Magnia intẽta trachelis Dat crepitũ malos inter iactata: vt de velia nauticis intelligas q̃ vt scim⁹ carbasa poetæ vocãt. Ex Macrobio aũt didicim⁹ trachelon mali partẽ esse mediã: cuius verba ex saturnaliũ quinto subscripsi. Asclepiades vero vir inter græcos apprime doctus ac diligẽs carchesia a nauali re existimat dicta. Ait enĩ naualis veli iferiorẽ partẽ pternã vocari: at circa mediã ferme partẽ trachelon: summã vero ptẽ carchesiũ nominari. De trachelo: quo spina dorsualis significat̃: añ nos nemo. Ex codice vetustissimo: q suit grãmatici non incelebris Matthei gypsei: caluitiũ deforme in Aurelio suppleuim⁹. Qđ a Scipiõe Carteromacho summe pbatur viro singularis eruditionis & eloquẽtię: nedũ atticos sales, sed ipas Athenas referente: qui nedũ Pistoriũ patriã suam decorat: sed Bononiã, quã marte Italiã vexante pro tpe subsecũdariã patriã sibi pręoptauit, reddit illustriorẽ: qui nemini priscorũ modestia, comitate, gratia, facũdia cedit. De pterna in hoc significatu meminit Pollux libro primo qui instrumenta nautica cõmemorat: cuius hæc verba sunt. Id qđ suscipit malũ lenas vocatur: annexũ vero ipi pterna: extremũ vero ad antennas elacate & thoraciũ & carchesiũ: qđ aũt est supra antennas atractos. Trabeisq;. τὸ αὐτό. Inter iactata. Ventilata & agitata. Perscissa. Lacerata, distracta. Petulãtibus. Lasciuientib⁹ & percutientib⁹ ipa vela. Fragilis sonitus. Sonos chartarũ fragiliũ. Chartarũ. Quales sunt murmura infractarũ schedularũ. Commeditat̃. Exercet. Id genus. Tale nescio quid. Planguent. Percutiunt, verberant, impetunt. plango plangus ordine tertio dicit̃. hic plangueo. es. secundo protulit. Scribitur tamen a nonnullis plangunt.

οὐρανος.
Anaphysemata.
Procela.
Tonitru.
Coruscate.
Nebulæ
Nubes differunt.
Nebula signũ serenitatis.
Architrenius.
Nubescere.
Carbasus.
Carbasea vela.
Carbasine⁹
Trachelos.
Macrobius restitutus.
Carchesia.
Pterna.
Lenas.
Elacate.
Thoraciũ.
Atractos.
Plangueo.

¶ Fit quoq;. Q nq; euenit vt nō a frōte, sed a latere vēti nubes ipellāt. Interdū non. Lego ex prisca lectiōe. interdū vt nō. De latere ire. Venire ab vno latere vñ pcutiant ipę nubes. Vñ. A q lęsiōe vētosi corpis radentis nubē. Arid⁹. Infract⁹. Marcell⁹ iñ horrificū & acutū interptaṫ. Terget. Radit, q̄tit, pstringit. Ille. Vēt⁹ cōuolut⁹ i nube. Ducit. Vltro citroq; it & redit. Regionib⁹ arctis. E locis & corporib⁹ āgustis. Tonitru. A tonitru. Dissoluisse. Distraxisse: i diuersū rapuisse. Moenia Partes, ābit⁹. Validi vēti. Potētis flat⁹. Collecta. Cōcreta, coadunata. Nubib⁹. Cōcreta in corpe nubiū. Intorsit. Immisit se i terrā vł in corp⁹ nubis. Cōclusaq; ibidē. Cōpulsa in idē corp⁹ nubis. Cogit. Cōgregat. Vti. Ab illa cōcretiōe pluuiosa. Circū. Vndiq;: ex q̄cūq; pte nubis. Post vbi. Cū vent⁹ corpi nubis inclusus se cōmouerit, tūc sequit acer impetus fulmine magna vi egrediēte. Perterricrepo. Terrorē validū itercrepādū incutiēte. Perterricreperū cantū Lucius appellat terrētē sonitu vehemēti. Fragorē. Sonū qualis egredit ex fractura. Nec mirū. Nō ē mirādū disrupto corpe nubis maximum excitari sonū, cū vesica plena vento cōculcata maximū fragorē faciat. Aiæ. Vēti. Vessicula. Parua vesica. Displosa. Disrupta multifariā. Pilicrepū Seneca ad Lucillū videt innuere: qui sphæromachiā hoc ē pilarū ludū exercet. vñ Papinius in syluis. Quid nūc strata solo referā tabulata crepāteis Auditura pilas. Pilā vēto inflatā corycū greci dicunt: nos follē. Lucretio similis snia est apd Varronē in andabatis. Aia vi cōclusa in vesica qñ est arcte ligata, si pculeris aera reddet. Est etiā rō. Pōt & afferri hæc rō q cū vēti pflēt corpa nubiū excitāt ingētes sonit⁹. Sonit⁹ faciūt. Excitant maximos & vehemētissimos sonit⁹. Ramosa. Dispsim ingruentia & in similitudinē ramorū acuta. Aspa. Mucrone acuto. Ferri. Vagari: & p cęlū discurrer. Maro. Tenuia nec lanę p cęlum vellera ferri. Fit quoq;. Euenit quoq; vt violētia vēti nubē difrigat & pscindat. Crebrā. Dēsis arborib⁹ inumbratā. Flamina. Flat⁹. Cauri. Vēt⁹, de quo sic Plyni⁹ in .ij. Ab occasu ęqnoctiali Fauoni⁹. Ab occasu solstitiali corus: Zephyrō & argestē vocāt Incita. Velox: incitata. Impete recto. Impetu directo ad impellēdū corp⁹ nubis. Quid possit. Quas vires habeat. Ibi. In illo corpe Flat⁹. Vēt⁹ flās. Hic. In alio corpe. Lenior. Tepidior: nō ita vemēs. Euolués. Exstirpās Haurit. Extrahit. Sūt ēt. Pręterea murmur tonitru pcedit a fluctib⁹ q vagi p aera sonitū dāt cū frāgūt. Fluct⁹. Aer fluctuos⁹. Qui. Fluct⁹: & agitat⁹ aer in similitudinē fluct⁹ vndosi. In frāgēdo. Dū frāgunt & dissiliunt. Q d. Murmur illisorq; fluctuū. Itē. Peride. In altis fluminibus. Tale fit fluctuum infractorū murmur in aere: quale euenit in fluuijs cū excitati fluctus ripis alludētes illas verberāt. Aestu. Propter æstuaria & reciprocationes vndarum. Fit quoq;. Euenit quādoq; vt calid⁹ ignis receptus in corp⁹ nubis humidæ egrediat cum stridore: nō secus ac i aqua candens ferrum deprimitur. Hæc. Nubes.

Perterricrepus.

Vessicula.
Displosa.

Caurus.

Fit quoq; eñ interdū nō tā concurrere nubes
Frontib⁹ aduersis possint: q̄ de latere ire
Diuerso motu radētes corpore tractum:
Aridus vnde aureis terget sonus ille: diuq;
Ducitur: exierit donec regionibus arctis.
Hoc etiā pacto tonitru cōcussa videntur
Omnia sæpe graui tremere: & diuolsa repēte
Maxima dissoluisse capacis moenia mundi.
Cum subito validi venti conlecta procella
Nubib⁹ intorsit sese: cōclusaq; ibidem
Turbine versanti magis ac magis vndiq; nubē
Cogit: vti fiat spisso caua corpore circum.
Post vbi commouit vis eius & impetus acer:
Tum perterricrepo sonitu dat missa fragorē.
Nec mirū: cum plena animæ vessicula parua
Sępe ita dat pariter sonitū displosa repente.
Est etiam ratio cum venti nubila perflant:
Et sonitus faciūt: et eñ ramosa videmus
Nubila sæpe modis multis: atq; aspera ferri.
Scilicet vt crebrā syluam cum flamina cauri
Perflant: dāt sonitum frōdes: ramiq; fragorē.
Fit quoq; vt interdū validi vis incita venti
Perscindat nubem perfring ēs impete recto.
Nā quid possit ibi flatus: manifesta docet res.
Hic vbi lenior est: in terra cum tamen alta
Arbusta euoluens radicibus haurit ab imis.
Sunt etiā fluctus p nubila: qui quasi murmur
Dant in frangendo grauiter: qđ itē fit in altis
Fluminib⁹: magnoq; mari cū frangitur æstu.
Fit quoq; vbi e nube in nubē vis incidit ardēs
Fulminis: hęc multo si forte humore recepit
Ignem: continuo magno clamore trucidat.
Vt calidis candēs ferrum e fornacibus olim
Stridit: vbi i gelidū ppere demersim⁹ imbrē.
Aridior porro si nubes accipit ignem:
Vritur ingēti sonitu subcensa repente.
Lauricomos vt si pet mōteis flamma vagetur

Turbine ventorū cōburēs impete magno.
Nec res vlla magis q̄ Phœbi delphica laurus
Terribili sonitu flāma crepitāre crematur.
Deniq; sæpe geli multus fragor atq; ruina
Grādinis in magnis sonitū dat nubibus alte.
Vētus enī cū cōuertit:franguntur in altum
Concreti mōtes nymborū:& grādine mista.
Fulget item nubes ignis cū semina multa
Excussere suo concursu:ceu lapidem si
Percutiat lapis aut ferrū:nō tum quoq; lumē
Exilit:& claras scintillas dissipat ignis.
Sed tonitrum fit vti post auribus accipiamus
Fulgere q̄ cernant oculi:quia semp ad aureis
Tardius aduenīūt:q̄ visum q̄ moueant res.
Id licet hinc etiā cognoscere:cędere si quem
Ancipiti videat ferro procul arboris auctum:
Ante fit vt cernas ictum:q̄ plaga per auras
Det sonitū.sic fulgorē quoq; cernimus ante:
Q̄z tonitrū accipim9:pariter qui mittit̄ ignī:
Et simili causa concursu natus eodem.

Trucidat. Suffocat ꝑpter humiditatē nubilosi corpis. Cādēs. Ignitū. Olim. Q̄nq;. Prope. Subito. Aridior. Q̄z si nubes ignē recepit ab illo comburit̄ nullo humore ignis violētię reluctāte. Recēte. Subitario: ꝑ recēti: q̄dā ꝑ recēter interꝑtant̄: vñ fit verbū recētari. Iā tā albicassit phœb⁹ & recētat̄ cōe lumē hoibus. vł repente. Lauricomos. Lauro comātes & vestitos. Laurus enī ē naturę calidę: q̄ cā ē vt nūq̄ amittat folia. Nec res vlla. Si puulgatū codicē seqmur facilis ē intellect⁹. Veꝝ in castigatorib⁹ exēplarib⁹ non res vlla: sed resina legi. Scim⁹ enī resinā & piceas ardore subito corripi. Resina glabra corpa reddebant̄: ꝑstabatq; vicē psilothri hoc est depilatorij vnguēti. ꝑpterea Satyrus resinatā iuuētutē appellat. Deniq;. Concludit sępe in magno frigore murmur grādinis fieri. Geli. Frigoris vel grādinis frigidę. De grādinat enī sępius in æstate, vere, & autūno. Magn⁹ Albert⁹ in metęoris sic de grādine. Dicit Aristoteles q̄ grādo fit i nubib⁹ longinqs a terra: & cā⁹ grādinis est cā caliditas: q̄ est in vapore ascēdēte a terra. Cū aūt dicit philosophus q̄ fit in nubib⁹ lōginqs a terra: & etiā credat q̄ grādo magnarū partiū fit ꝑpe terrā: videbit̄ esse cōtrarietas in dictis philosophi. Q̄d vt intelligamus notādū q̄ grādo duo habet loca suę generatiōis: vnū. s. ꝑ se: q̄d est scd̄m cōgruitatē sui vaporis nullo alio impedīēte: & cū grādo fiat ex nube calidissīa virtute calidi altissime ascēdit ꝑut vapor crassę humiditatis pōt eleuare. Hoc aūt est vsq; ad locū medij interstitij aeris scd̄m mediā illi⁹ interstitij latitudinē: q̄ frigidissima ē inter oia spacia aeris. Si aūt aliqn̄ repssa ab alto occurrit infrigidatio vapore eleuato tūc cōuertit̄ inferius. & sic suę generatiōis habet duo loca grādo. In grādine aūt ē hoc magis q̄ i alijs impssiōib⁹ humidis: qz grādo ex nube calidissima generat̄: q̄ vndiq; apta ē frigori: & iō vbicūq; inuenit frig⁹ ad se expulsū in oēm sui ptē suscipit ipm: & ibidē grādo generat̄. cū enī loc⁹ grādinis sit principiū in naturis: & habeat rōnē efficientis principij quēadmodū patet: nō habet ꝯgere locus nisi ꝑ virtutē actiuę q̄litatis: q̄ est in corpe: cui⁹ supficies est loc⁹: & iō si loc⁹ supior lōginquus a terra ꝑ frig⁹ ad se expulsū est generās grādinē: ex eadē cā si frigiditas æq̄lis i loco inferiori īueniat̄, loc⁹ inferior grādinis erit generatiuus. Grādo freqntius fit in tpe calido q̄ in tpe frigido: qz tp̄s calidū simile est loco calido: & tp̄s frigidū sīłe est loco frigido in causando materiā nubis calidissimæ. De figura aūt grādinis dicit Aristoteles q̄ grādo pua rotonda descēdit ab alto ex locis summis: rotūditas vero ip̄ius & paruitas eius sunt ꝑpterea: qa qn̄ descēdit grādo ex lōginquo a terra morat̄ tpe lōgo in aere calido: qui ē circa mediū locū: & iō in laterib⁹ vbi cū impetu tangit aerē calidū ꝑ quē est mot⁹ eius, & resoluit̄ & rotūdat̄ & diminuit̄ ei⁹ mēsura an̄ aduētū ei⁹ ad terrā: & cadit illa grādo parua & plurima aqua: q̄ resoluit̄ ex ip̄a: & quęlibet ꝑs ei⁹ inuenit̄ quasi liq̄facta. Grādini aūt q̄ descēdit de locis q̄ ꝑpinqua sūt terræ cōtrariū accidit: qz neq; parua est neq; oino rotunda eo q̄ nō elongat̄ multū a terra i qua est quies ei⁹ post cām. & hoc iō qa nihil vel parū de ip̄a resoluit̄ qa generat̄ s frigido aere inferiori: & cū cadit per eundē aerē oportet q̄ non liquefaciat eam: & ita nihil auferet de ip̄a figura in qua generata est: & iō cadit magna & nō rotūda. κάλαζαν greci grandinem dicunt: vnde Aristoteles libro de animalib⁹ octauo vocat χαλαζώδεις porcos: quos Theodorus vertit grandinosos: vñ errare scito q̄ grauedinosos apd̄ latinos authores inuerterūt. Cōuertit. Cū terrę exhalatiōes expulit in sublime: quidam codices habēt cōfercit pro cōfarcit hoc est stipat & dēsat illas terrenas exhalatiōes. alij cōfertit scribūt pro cōdēsat. Vñ hostes cōferti Liuio & confertissimi, & cæteris effertissimi. alij confarcit. In altū. Prisci codices: in actū. Fulget itē. Scribo fulgit, pro fulget authore Marcello. Lucilius. Primū fulgit: vti calidū ferrū. Docet pariter qn̄ corpus nubis fit fulgidum cuius rei causam assignat igni: qui inclusus est in corporibus nubis. Excussere. Repcussu suo sonitū emisere. Suo cōcursu. Cū colliduntur & cōcurrūt. Ceu lapidē. Non secus q̄ si collideret̄ lapis lapidi. Nō. Pro num interrogatiue profertur. Dissipat. Disijcit: in diuersas partes iacit. Sed tonitrum. Pro tonitru. Sic geli dixit, cum sit monoptoton: in quo Marcellus eius authoritati hæsit. hoc & Plynius refert oculos primos accipere tonitru q̄ aures: qm̄ sensus oculorum est acutior auriū sensu hebetiore. Fit. Euenit. Id licet. Q̄z sensus aurium tardius oia moueant q̄ oculorū cognoscere manifesto poteris indicio, si videris hominem cedentem trabē: vbi celerius ictū hauris q̄ ictus audias sonitum. Ancipiti ferro. Vtriq; acuto. Procul. Existens lōge. Videat. Alij codices, videas. Auctū. Corrige ictum. Plaga. Percussio facta per securim in arborem. Qui. Tonitrus mittit̄ eodē tpe quo ignis ex quo procedit fulgor. Simili causa. Generatur fulgor & tonitru: & nascitur ex eodem concursu ventorum, nubilosiq; corporis.

Recētare. Lauricomi. Resina. Geli. De grādie. Duo loca grandinis. Confarcit. Fulgit. Immo auctū. Grauiū.

¶Hoc etiã pacto. Simili modo nubes rutilant & ardescũt. Feruescit. Calescit in corpe nubis ignis inclusus. Percalefacta. Valde calefacta. sicuti vides oia fulgere, q̃ calefiunt ita feruescit corpus igne intus incluso & pcalefacto. Plũbea vero. Hęc inferiorib' annectunt. exemplũ est: sicuti glandẽ per aera discurrentẽ incẽdi vides & ignescere: pariter ab aere tumultuoso impulsum corpus nubis ardescit. Voluẽda. Volubilis: q̃ couoluit. Perscidit. Lacerauit, dissipauit i ptes. Nictãtia fulgura. Subinde aperiẽtia se & claudentia: qđ euenit cũ fulmẽ excuti meditat. Nictare significat oculos mõ claudere & aperire. Inter nutare & annuere & nictare veteres hoc interesse voluerũt: vt nutare capitis sit: annuere vl' innuere nariũ vel labiorũ: nictare oculorũ. Plaut' i Asinaria. Nec illa vlli homini nutet: nictet: annuat. Scilicet hoc. Istud tonitru gignit in nubib' altis. Extructis alijs alias sup. Cũ aliae nubes sint extructae & aggeratae super alias nubes. Nec tibi sit fraudi. Nec te decipiat. velim ne decipiaris ab oclo: q cũ in mõtibus extãtes nubes vnius cõditiõis viderit: credat & illas altiores illis esse persimiles.

Nictare.

Inferre. Lego ex antiqua lectione inferna. hoc est nõ in sublimi nube sed inferiori loco collocata. Q̃ sit lata. Subĩtellige nubes. videmus eñ nubẽ in infimo loco positã q̃ diffusa sit & lata. Q̃ extructa. Coacta & inuicẽ aggesta. Sursum. Quę sunt in supiori loco. Q. Q ñ. Extẽt. Emineãt. Iũge cum sursum. Cõtẽplator. Si forte aspicere volueris videbis moles nubiũ caelũ ineqtare: q̃ mõtibus pares sunt apprime: quarũ more vndarũ altera alterã vrget & impellit. cõtemplator expone pro contẽplare. Maro. Cõtẽplator aquas dulces: & frõdea semp tecta petũt. Idẽ, nutritor oliuã dixit pro nutrias. Mõtib' assimilata. Cõparata mõtibus & similia. Transuersa. Per transuersum locũ incessentia & impellentia. Collata. Cõposita, coacta. Insuper etiã alijs alia. Alia etiã super alias. Vrgere. Trudere, impellere. Supna. Quę sunt in loco superiori. In statiõe supna. In loco superno posita trudere iferiora. Ordo. Videbis alia esse insup alijs atq; vrgere locata i supna statiõe. Sepultis vẽtis. Cũ vẽti cõticescũt nec agitãt nubes. Tum poteris. Tũc cernẽs cognoscere poteris magnas vẽtorũ moles. Eorũ. Corporũ nubilosorũ. Spelũcas velut. Et cognoscere poteris nubiũ corpa similia spelũcis structis saxis pẽdentib'. Quas. Moles nubiũ. Tẽpestate coorta. Cũ tẽpestas exorit

Cõtẽplator

Murmur. Maximũ murmur & strepitũ emittẽs. Clausi. Corpi nubis iclusi. In caueis. Nõ secus ac indignant ferę: q̃ caueis includũt ferreis: q̃s Arbiter Petroni' vocat his aulas. Tigris vectat i aula Vt bibat humanũ populo plaudẽte cruorẽ. Quęrẽtes viã. Quęrẽtes exitũ & effugiũ. Circũuersãt. Ambiũt: circũlustrãt nubis corp' exitũ q̃rẽtes. Cõuoluũt. Extrahũt & educũt secũ ignem e nube.

Caueę.
Aulę.

Cogũt. Cõgregãt. Multa. Ignis semina.

Rotãt. Cõtorqnt. Cauis fornacib'. Corpe nubiũ simili fornaci & cõflatorio. docuim' ei supra nubẽ illã eẽ calidã: vt nõ ab re Lucreti'

Hoc etiã pacto volucri loca lumine tingunt
Nubes: & tremulo tempestas impete fulgit.
Ventus vbi inuasit nubẽ: & versatus ibidem
Fecit vt ante cauã docui spissescere nubem:
Mobilitate sua feruescit: vt omnia motu
Percalefacta vides ardescere: plumbea vero
Glans etiam longo cursu voluenda liquescit.
Ergo feruidus hic nubẽ cũ perscidit atram:
Dissipat ardoris quasi p vim expressa repẽte
Semina quae faciũt nictãtia fulgura flammae.
Inde sonus sequit': qui tardius adlicit aureis:
Q̃ quę perueniũt oculorũ ad lumina nostra.
Scilicet hoc densis fit nubib': & simul alte
Extructis aliis alias super impete miro.
Nec tibi sit fraudi: q nos inferna videmus
Q̃ sit lata magis: q̃ sursum extructa: q extẽt.
Contẽplator eñ cum montibus assimilata
Nubila portabũt venti trãsuersa per auras.
Aut vbi per magnos mõteis collata videbis
Insuper esse aliis alia atq; vrgere superna
In statione locata: sepultis vndiq; ventis.
Tũ poteris magnas moles cognoscere eorũ:
Speluncasq; velut saxis pendentib' structas
Cernere: quas venti cũ tempestate coorta
Cõplerũt magno indignant' murmure clausi
Nubibus: in caueisq; ferarũ more minantur:
Nũc hinc nũc illinc fremitus p nubila mittũt:
Quęrentesq; viã circũ versantur: & ignis
Semina conuoluũt e nubibus atq; ita cogunt
Multa: rotantq; cauis flammã fornacib' int':
Donec diuolsa fulserũt nube corusci.
Hac etiã fit vti de causa mobilis ille
Deuolet in terrã liquidi color aureus ignis:
Semina q nubes ipas permulta necesse est
Ignis habere: sed eñ cũ sũt humore sine vllo:
Flãmeus est plerunq; colos & splẽdidus ollis.
Quippe eteni solis de lumie multa necesse est

Concipe:vt merito rubeāt:ignesq; ꝓfundāt.
Hasce igit' cū vētus agens cōtrusit in vnum
Cōpressitq; locū cogens expressa ꝓfundunt
Semina:quæ faciūt flāmæ fulgore colores.
Fulgit itē cū rarescūt quoq; nubila cœli.
Nā cum ventus eas leuiter diducit eunteis:
Dissoluitq;:cadant ingratius illa necessest
Semina q̄ faciunt fulgorem:tum sine tetro
Terrore:& sonitu fulgit nulloq; tumultu.
Quod supest φ sic natura prędita constent
Fulmina declarāt ictus & inusta vapore
Signa:notęq; grauis halāreis sulfuris aureis.
Ignis eñ sunt hęc nō venti signa neq; imbris.
Præterea ꝑ se accēdunt quoq; tecta domorū
Et celeri flamma dominātur in ædibus ipsis.
Hunc tibi subtilē cū primis ignibus ignem
Constituit natura minutis mobilibusq;
Corporibus:cui nil omnino absistere possit.
Trāsit eñ valide fulmen per septa domorum
Clamor vti ac voces trāsit per saxa per æra
Et liquidū pūcto facit æs in tēpore & aurum.

cōflatorio comparauerit. Diuolsa. Aperta. Corusci. Ardētes ignes. Hac etiā. Hęc quoq; causa est φ fulmē sit coloris ignei cū excutit̃. Nō erit ab re de fulmīe nōnulla eruditioni cōducētia ex Alberto Magno in metęoris spicilegere. Oēs antiqui philosophi hesiodistæ quoꝝ assectatores fuerūt Attalus & Cecinna deo Ioui tonitrū & fulgur attribuunt: Iouē vt Seneca regē vniuersitatis appellātes:& patrē: q de⁹ dr̄ a Platone. sed cū ille oīm rerū auctor sit nō magis attribuitur ei tonitruū q̄ quodlibet alioꝝ operū naturæ. Dicebāt illi āntiqui φ species tonitrui sunt tres scilicet consiliarium auctoritatis siue inductoriū & qđ dicit̃ status. & hæc diuisio augurum fuit antiquorum. dicebant eñ φ Iuppiter tonat & hoc fit aut vt prosit aut vt noceat. Si autem vt prosit fit tonitruum Iouis: facit hoc ipse per se sine consilio deorum:& hoc facit dum aliquis tractat de aliquo faciendo: & hoc est consiliarium tonitruum: quia tum Iuppiter intonat super illud. est enim bonum dummodo non cum terrore veniat ton⁹. Si autem vt noceat tonat hoc fit dupliciter. s. cōminando aut feriendo. Cōminādo aūt venit tonitrus magno sono improuisus: in quo Iuppiter tēpla cœli aut magno cōcutit sonitu sine fulmīe directo:& hoc facit Iuppiter aduocato cōsilio. xij. deoꝝ: ita videlicet φ ipse duodecimus est vt dicit Ennius: qui sunt Iuno, Vesta, Minerua, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Iouis, Neptūnus, Vulcanus, Apollo: pudēs in hoc mortalibus vt ait Cecinna: qm̄ regibus ꝓpriū est semper ꝓdesse etiā sine cōsilio: sed nō cōminandū est eis nisi cū deliberato cōsilio. Ista tamen Iouis cōminatio sacrificijs vel differri vel expiari poterat. Feriēdo aūt nō tonabat Iuppiter nisi tota synodo deoꝝ cœlestiū & terrestriū cōmunicata & celebrata. quia fulmē hoc sacrificijs non poterat expiari. sed & docuit i hoc φ pœnæ nō irrogarent̃ a regibus nisi multis dictātib⁹ vindictā:& tūc stabiles esse debere in sentētia. Qz aūt hoc dictū antiquoꝝ error sit oīno, patet tali ratiōe: q̄cūq; eñ causam determinatā & necessariā habēt in natura nō pñt hoies imutare: tonitrua vt patet ꝑ habitas, cās determinatas hñt in natura: ergo nō expiant̃ ꝑ hoies:& q̄ sequitur. Subdit deīde. Omissis ergo friuolis augurū verbis & inter se repugnātib⁹ dicam⁹ φ sapiētes philosophi Ioui: qui est vna septem stellaꝝ erraticaꝝ tonare attribuūt: cui⁹ nulla alia est cā: nisi quia Iuppiter habet in ꝓprietate eleuare vētoꝝ fortiū & siccorū materiā. ꝑcipue qñ fuerit cōiūct⁹ in virtute aliqua cū Marte ꝑ æstiuo in signis aquilonarib⁹: quia tūc certissime pōt ꝑdici φ multę scintillatiōes & tonitrus fiēt in aere: ita etiā periculū futurū sit hoib⁹ ꝓpter aeris pestilētiā ex nimia corruptiōe futura ꝓpter vapores incensos pestiferos imistos aeri: qz Iuppiter cū sole eleuat eos & Mars incēdēdo corrūpit eosdē:& ita fit aer venenosus: q̄cūq; aūt ab augurib⁹ inuēta legūtur friuola sunt & absq; cōsideratiōe philosophica dicta: nec dignū vt disputet̃ contra ea: q̄ quasi nulli rōni innitūtur. De fulminū generib⁹ ex Seneca, Plynio, cęteris in Plautinis cōmētarijs affatim diximus⁹. Sed eñ cū sunt. Scribe. eteñ cū sunt. Ollis. Illis fulminib⁹. Multa. Pro multū. Sēsus. necesse est corpa nubiū cōcipiāt multum de lumie solis qđ illis ꝑstat colorē flāmeum. Profundāt. Porro & lōge fundāt. Hasce. Nubes ignitas. Cōtrusit. Cōpulit. Cōpssit. Coāgustauit. Fulgore. Scribe: fulgere. Fulgit. Fulget sīliter corpus nubis cū nubila sunt rariora. Nā cū vēt⁹. Ostēdit cām cur fulgeāt nubes esse semina ignis: qm̄ vētus includit. Eas. Nubes. Diducit. Apit. Eūtes. Mouētes se ꝑ aera. Dissoluit. Apit. Cadāt. Includant̃ ꝑ impulsum vēti. Ingratius. Corrigo. igratis: qđ aduerbiū significat ꝑ vim: cōtra animi sui sentētiā. Plautina vox est. Illa. Iūge cū semina: ex afflatu vēti necesse est cadere in nubes ignis semina. Tō. Tūc. cū vētus illas nubes ipellit. Tetro. Terribili. Q đ supest. Q đ reliquum est ꝑterea. Qz sit natura. Sūt q legāt. φ sic natura ꝑ tali natura. φ fulmina sint natura tali qualē nos explicauim⁹ declarāt eorū plagæ. reperio in nōnullis exēplarib⁹. Q đ supest ignis natura: & subintelliget̃ φ. Inusta. Impssa. codices antiq hñt mista. indicat̃ ꝑ ictū fulmia participare naturā vaporis. Notę graues. Grauia stigmata & impssurę: q̄ impssæ visunt̃ in fulmine. Auris. Lego auras hoc est vētū: ex quo manat odor sulphure⁹: q declarat naturā fulminis esse sulphureā. Pręterea. Qz fulmina gignant̃ ex igne colliges ex illoꝝ natura: q̄ refert ignis qualitatē. Per se. Q uidā legūt sese. Dñant̃. Exercēt tyrānidē in domib⁹: quas suis flāmis occupauerūt. Nūc tibi. Scribēdū hūc. natura parauit hūc ignē cōstantē ex atomis minutiorib⁹ ob hoc penetrabilior ē: & pstātior ad pforādū atq; ptūdēdū. Absistere. Resistere. oia penetrat: ois trāsadigit. Valide. Pro valde: vel valido ictu & insupabili. Trāsit. Fulmē saxa & æra penetrat vt clamor & voces solēt. Liqdū. Liqfacit ęs. silia pdit Ply. lib. ij. nat. hist. cui⁹ hęc verba sūt. Aurū & ęs & argētū liquat̃ intus.

De fulmine.
Hesiodistæ.
Tres fulminis species.
Vt psit facit sine cōsilio.
Cōsiliariū
Ferit vocato cōsilio.
Duodeci dij.
Reges prodesse sine cōsilio.
Cur Iuppiter tonet.

In tempore puncto. In paruo tempore.

¶ Curat itē. Scribēdū ciesco ex prisca lectiōe. cur aūt. petit nūc cām cur vina exsuggantur a fulmine remanētibꝰ integris nō ꝑcussis nec labefactis vasis. Plynīꝰ ad hāc sniam. Fulminū ipsorū plura gñā tradunt̄: q̄ sicca veniūt nō adurūt sed dissipāt: q̄ humida nō vrūt, sed infuscāt. Tertiū est qd clarū vocāt mirificę maxime naturę: quo dolia exhauriunt̄ intactis operimētis: nulloq; alio vestigio relicto. Aurū & æs & argētū liquat̄ intꝰ sacculis ipsis nullo mō ābustis: ac ne cōfuso qdē signo ceręę. Qua nī mirū. Hāc rationē affert cur fulmīa vasa liq̄facīāt. Collaxat. Aperit: resoluit. Rareq; facit. Rarefacit. Aduenīēs calor. Accedēs ipsi vasi ipellēte fulmine. Eiꝰ. Fulminis. Insinuat̄. Includat̄: inferat̄. Mobiliter. Mobili velocitate. Latera oīa. Legit̄ lateramina

Lateramina. auctore Capella ꝓ lateribꝰ. Differt. Distrahit in diuersas ptes. Primordia vini. Qualitates primę q̄ sunt i vino subtiliori ptes. Q̄d solis vapor. Minimo momēto fulmē exorbet primordia vini quā operationē solis vapor: in maximo tpe nō pōt efficere. Aetatē. Diu. vox Plautina vl̄ auctore Nōnio. Cādēs. Subintellige ē fulmē, ignitū. s. & flāmeū. Vis hęc. Potentia ignis fulminei cōstātis ex principijs tenuioribus. Dn̄antior. Exsuperātior cęteris ignibꝰ.

Dominātior. Nūc ea. Pręsentis enarratiōis erit explicare quo mō fulmina gignant̄: & tāto sint impetu ꝑdita vt possint aperire turres & editissima ędificia demoliri. Ea. Fulmina. Impete. Impe

Legā fiat vti. tu: cur natura dotauerit illas vt tāto sint impetu dotata vt nihil excogitari possit ipetuosiꝰ.

Vti. Lege vt: seruato metro. Ictu. Plaga & verbere suo. Discludere. Aperire: clausa disijcere atq; laxare. Monumenta. Quę ad me-

Demolitio. moriā famę cōstruunt̄. vt tropęa sunt: ꝑtoria: arcus triūphales: mausolea. Demoliri. Deij-

Demolitor. cere: deturbare. vn̄ demolitionē illā ædificiorꝫ stragē Cicero vocat. Demolitor q ædificia deturbat. Virū. Virorꝫ. Ciere. Cōmouere: disturbare. Plura. Vlterius: plus. nomē ꝓ aduerbio. Gignier. Gigni. E crassis. Ex aere pingui & feculento. Alte. Ex aere sublimi.

Extractis. Quidā codices extructis: vt hic sit sensus. fulmina gigni ex nubibꝰ alte cōgestis & occupātibꝰ supiora loca. qdā legunt ex

Cœlo sereno fulminitus. trusis. i. ꝑ vim & violēter ꝑfractis ab impetu inclusi venti. Cœlo nulla sereno. Scribit tn̄ Plynius se in annalibus deprendisse quendā cœlo sereno fulminitum. Nulla. Fulmina.

Nec leuiter densis. Si nubes fuerint modice spissæ. Dubio procul. Sine dubio. Q;. Quoniā. Cōcrescunt. Spissescūt. quin Maro cōcrescunt crustæ inquit. Acheronta. Inferoa. fluuiū pro omni tractu posuit. Nubes ita caligine terrā occupāt vt credas tenebras liqsse inferos: apud quos est caligo ꝑpetua: & vt videant̄ ipleuisse cauernas cœli. Vsq; adeo. Cū primū excuti fulmina cœperunt nox quędam formidolosa mortales occupat. Tetra nocte. Obscura caligine: quæ futura fulmina antecedit. Ora. Simulacra: imagines formidolosæ. Superne. E parte supiori cœli. Cōmoliri fulmina. Parare fulmina quæ excussura est in terras. Cœptat. Incipit. Præterea.

Curat item vasis integris vina repente
Diffugiant: quia nimirum facile omnia circū
Conlaxat: rareq; facit latera omnia vasis:
Adueniens calor eius vt insinuatur in ipsum
Mobiliter soluens differt primordia vini:
Q̄d solis vapor ætatem non posse videtur
Efficere: vsq; adeo candens feruore corusco.
Tanto mobilior vis & dominātior hæc est.
Nunc ea quo pacto gignant̄: & impete tanto
Fiat: vti possint ictu discludere turreis:
Disturbare domos: auellere ligna trabesq;:
Et monumenta virum demoliri: atq; ciere:
Exanimare hoīes: pecudes ꝓsternere passim:
Cætera de genere hoc qua vi facere oīa pōt
Expediā: neq; te in ꝓmissis plura morabor.
Fulmina gignier e crassis: alteq; putandumst
Nubibus extractis. Nam cœlo nulla sereno:
Nec leuiter densis mittuntur nubibus vnq̄.
Nā dubio ꝓcul hoc fieri māifesta docet res:
Q; tunc ꝑ totum concrescunt aera nubes:
Vndiq; vti tenebras oīs acherunta reamur
Liquisse: & magnas cœli cōplesse cauernas.
Vsq; adeo tetra nymborum nocte coorta
Impendunt atrę formidinis ora superne
Cum commoliri tempestas fulmina cœptat.
Præterea ꝑsæpe niger quoq; ꝑ mare nymbꝰ
Vt picis e cœlo demissum fulmen in vndas
Sic cadit: & fert̄ tenebris ꝓcul: & trahit atrā
Fulminibus grauidā tēpestatem atq; ꝓcellis.
Ignibus ac vētis cū primis ipse repletur:
In terra quoq; vt horrescāt ac tecta requirāt.
Sic igitur supera nostrū caput esse putandūst
Tempestatem altam. Neq; enī caligine tanta
Obruerent terras: nisi inædificata superne
Multa forent multis exempto nubila sole:
Nec tanto possēt veniētes opprimere imbri
Fulmina: abūdare vt facerēt: cāposq; natare:

Si non extructis foret alte nubibus æther.
Hic igit̃ ventis atq; ignibus omnia plena
Sunt: ideo passim fremitus & fulgura fiunt.
Quippe etem̃ supera docui ꝑmulta vaporis
Semina hr̃e cauas nubeis: & multa necesse est
Concipere ex solis radiis: ardoreq; eorum.
Hic vbi ventus eas idem qui cogit in vnum
Forte locum quemuis: exp̃ssit multa vaporis
Semina: seq; simul cum in eo cõmiscuit igni:
Insinuatus ibi vortex versatur in alto:
Et calidis acuit fulmen fornacibus intus.
Nam duplici ratione accẽditur ipse: sua cum
Mobilitate calescit: & e contagibus ignis.
Inde vbi ꝑcaluit grauius iam ventus in ignis
Impetus incessit: maturum cum quasi fulmẽ
Perscindit subito nubem: ferturq; coruscis
Omnia luminibus lustrans loca ꝑcitus ardor.
Quẽ grauis insequit̃ sonitus: displosa repẽte
Opprimere vt cœli videantur tẽpla superne.
Inde tremor terras grauiter ꝑtẽtat: & altum
Murmura ꝑcurrunt cœlum: nam tota fere tũ
Tẽpestas cõcussa tremit fremitusq; mouent̃:
Quo de cõcussu sequit̃ grauis imber: & vber:
Omnis vti videat̃ in imbrem vertier æther:
Atq; ita ꝑcipitans ad diluuiem reuocare.
Tantus dissidio nubis ventiq; ꝓcella
Mittit̃ ardenti sonitus cum ꝓuolat ictu.
Est etiam cum vis extrinsecus incita venti
Incidit in validam maturo fulmine nubem:

Sæpe nigrũ fulmẽ cadit in mare: secũq̃ trahit atrã ꝓcellã. Nymbus. Qui ventus est delabens cũ maxia vi aquarũ. Vt picis demissu. Niger est ille nymbus: nõ multũ dissimilis colorea pice. Demissu demissione interp̃tare a deorsum mittẽdo. quidã demissum scribũt. hoc ordine. nymbus vt picis hoc est piceo colore: persæpe cadit in terras. Fertur tenebris. Infertur tenebrosus. Procul. Iunge cũ inferioribus. Fulminibus grauidã. In qua fulmia excutiũtur & eubrãtur. Ipse. Nymbus delapsus in terras. Vt horrescant. Frigescãt aut timeant. Tãtus horror agit animantia fulmie superintonãte: vt illa tecta citatissimo cursu petant: quibus se tegant a vi hymbrica. Supera. Supra. credẽdum est in cęlo supra verticem nostrum esse tertiã regionẽ aeris: quæ sit origo fulminis, grãdinis, niuis & ꝓcellarum.

Obruerẽt. Fœdę tẽpestates. Inædificata. Fũdamẽtũ & originẽ hñtia. Supne. E loco supiori. Multa forẽt multis. Multipliciter & multifariã acciderẽt. Exẽpto sole. Cũ illa tertia aeris plaga vires solis neutiq̃ sentiat. Nec tãtos. Legit̃ nec tãto. Venientes. Surgentes pluuię. Opprimere fulmina. Sedare fulminũ flãmeas coruscatiões: q̃ supueniẽte pluuia mitigant̃ immo obruunt̃. Sũt q nõ veniẽtes, sed viuẽtes scribant hoc sensu: fulmina tot viuentes hoc est tot aialia nõ possent opprimere nisi sol esset exclusus ab illa gelidissima aeris regione: tãq̃ officina fulminũ. Imbri. Exponũt cũ fulmia excutiũtur in imbre. Abũdare. Aq̃ supexũdare atq; supfluere. Aether. Aer. Alte extructis nubib⁹. Nisi nubes eẽnt extructę & erectę per aera. Si legis extrusis expone vi egrediente fulmine trudendo patefactis. Hic. In hac plaga aeris tertia. Passim. In oi terra. Fremitus. Murmura fulminea.

Supera. Superius. docuit eñ in supiorib⁹ nubes habere intra se q̃dã semina ignis. ordo. supra docui cauas nubes habere per multa semina vaporis. Eorũ. Radiorũ solis. multa corpa cõcipiũt ignes ex radijs solis. Hic vbi. Hoc pacto fulmina generant̃. vẽtus eñ idem q cõdẽsauit nubes cũ idẽ multa semina ignis exp̃sserit subito fit q̃dã vortex: & ex aere vento q; nubeq; cõglobat̃ cogit̃q; fulmen. Eas. Nubes. Cogit. Cõgregat. Exp̃sit. Elicuit. Cõmiscuit. Ille vẽtus. Insinuat⁹. In corpus nubis ingressus. Vortex. Cõuolutus vẽtus. In alto. In ꝓfundo corpe nubis. Acuit. Acuminat: acutũ & mucronatũ facit. Fornacibus intus. In fornace interiori. Duplici ratione. Duplici modo. Accẽditur ipse. Ignescit ille ventus inclusus in corpore nubis. Sua mobilitate. Calorẽ cõtrahit ex motu suo perẽni, iugi, multiplici. Cõtagib⁹. Cõtagionib⁹: adhęrẽtijs: quas habet cũ igne: cum tangitur igni ab illo contactu calorem cõtrahit trãseunte semine caloris qui erat in nube in corpus venti.

Grauius iam ventus in ignis. Emendo ex priscis exẽplaribus. Inde vbi percaluit vis vẽti vel grauis ignis. postq̃ vis venti, & grauis impetus ignis incessit hoc est percussit nubem tunc omnia luminibus accenduntur veluti corusca. Quasi maturũ fulmẽ. Quasi ꝓpinquũ & vicinũ maturitati & egrediẽdi tẽpestiuitati. Coruscis. Fulgẽtibus. Lustrãs. circũagẽs: circũambiens. Percitus. Incitatus ad maturitatem egrediendi capessendam. Quem. Ardorem. Displosa. Disrupta: aperta. Cœli templa. Regiones & climata. Superne. Ex regione superiori aeris. Inde. Ab illo sonitu. Pertentat. Agitat. Percurrunt. Perambulant: circumeunt.

Quo de cõcussu. Ex qua cõcussiõe. Vber. Freq̃uẽs & copiosus imber. Vertier. Verti. vt ois aer videatur in imbrem cõuerti. Pręcipitans. Præcipitat⁹. Dissidio. Difissione: in diuersum fractura. vel discordia. tant⁹ emittitur sonitus cũ discordia venti & procellæ vt oia perire videantur & in imbrem couerti. Ardenti ictu. A flagrãte fulmine. Est etiã. Accidit itidẽ vorticem fieri in corpore nubis ex vento intus debacchãte. Incita. Pernix: velox. Maturo. Cum tempestiuum tempus est & accomodum eruptioni fulminis.

Quã cũ perscidit: extemplo cadit igneus ille
Vertex: quẽ patrio vocitam9 nomine fulmẽ.
Hoc fit idẽ in parteis alias: quocunq; tulit vis.
Fit quoq; vt interdũ venti vis missa sine igni
Ignescat tamen in spatio longoq; meatu
Dũ venit: amittẽs in cursu corpora quædam
Grãdia: q̃ neq̃unt pariter penetrare p auras:
Atq; alia ex ipso conradens aere portat
Paruula: quæ faciunt ignẽ cõmista volando.
Non alia longe ratione: ac plumbea sæpe
Feruida fit glans in cursu: cum multa rigoris
Corpora dimittens ignem concepit in auris.
Fit quoq; vt ipsius plagę vis excitet ignem:
Frigida cum vẽti pepulit vis missa sine igni:
Nimirum: quia cum vehementi perculit ictu
Confluere ex ipso possunt elemẽta vapores:
Et simul ex illa: quę tũ res excipit illum:
Vt lapidẽ ferro cum cædimus euolat ignis.
Nec q; frigida vis sit ferri: hoc secius illa
Semina concurrunt calidi fulgoris ad ictum.
Sic igitur quoq; res accendi fulmine debet:
Opportuna fuit si forte: & idonea flammis.
Nec temere omnino plane vis frigida venti
Esse potest: ex qua tanta vi immissa supnest:
Quin prius in cursus si nõ accenditur igni:
At tepefacta tamen veniat commista calore:
Mobilitas autem fit fulminis & grauis ictus.
At celeri ferme pergunt vbi fulmina lapsu
Nubibus ipsa q; omnino prius incita se vis
Colligit: & magnum conamen sumit eundi.
Inde vbi nõ potuit nubes cape impetis auctũ
Exprimitur vis: atq; ideo volat impete miro:
Vt validis quæ de tormentis missa feruntur:
Adde q; e paruis: & lęuibus est elementis:
Nec facile est tali naturæ obsistere quicq̃:
Inter eñ fugit: ac penetrat per rara viarum.
Non igitur multis offensibus in remorando

¶ Quã. Nubẽ. Perscidit. Disrupit ille vẽt9. Cadit. Excidit e corpore nubis. Patrio. Romano. græci τὸ κέραυνον. Cõnumeratur etiã vortex inter ventorum genera. de quo sic
Vortex. meminit Apuleius in cosmographia. Vortex
Pinea. ille est vel vti dicitur pinea cum torquetur humus arida & ab infimo erigitur ad summum.
Turbo. Turbo enim dicitur: qui repentinis flabris prosilit atq; vniuersa perturbat. Quocunq;. In quamcunq; partem cœli. Vis. Impetus venti. Ignescat. Accendatur: in ignem conuertat. Meatu. Lõgo cursu. In cursu. Dũ currit. Corpora grãdia. Corpora ignea densiora. Alia. Corpora. Corradẽs. Cõtrahẽs.
Non alia lõge ratione. Non aliter q̃ glans ex plumbo liquescit deuoluta per aera. Plagæ vis. Percussionis violentia. Nimirũ. Nec est miranndũ si ex plaga elicitur ignis quia illuc cõcurrunt elemẽta vaporẽ facientia. Ex ipso. Propter ipsum ictũ. Cõfluere vapores. Præstare vapores fluẽter & agminatim. Ex illa. Re. Excipit illũ. Tolerat ictũ. Cędimus.
Bucędæ. Percutimus. Plauto bucædæ sunt qui cædũtur bubulis. ordo. simul ex illa re, quę res tunc excipit illũ, euolat ignis: vt cũ cędimus lapidẽ ferro. Nec q;. q̃uis frigidũ sit ferrũ nõ tñ in illo pcusso eliditur ignis. Hoc secius. Nihilominus. Maro. nõ secius æquore grãdo. Opportuna flãmis. Idonea & apta flãmas excipere. Nec temere. Nõ ita leuiter. Oino. Dumtaxat. Plane. Penitus: ex omni parte. Immissa est. Violẽtia vẽti. In cursus. Dũ currit: & p aera volat. Sẽsus est. vis vẽti nõ ita penit9 est frigida quin accẽdi possit in cursu. Tepefacta veniat. Teporẽ cõtrahat. Cõmista calore. Si cũ calore ignis misceat. At celeri. Docet vnde sit fulminibus tãta mobilitas. Colligit. Cõgregat. Conamẽ. Enixũ, vires, impetũ. Eũdi. Vt ire possint & incitatissimo cursu cuncta penetrare. Inde. Deinde. Sensus. posteaq̃ flãmeũ verticẽ vẽto cõuolutũ nõ potuit amplius tolerare nubes: egreditur fulmẽ
Impetis. ipulsum a vẽto. Impetis. Impet9. antiqui dicebãt hic impetis: vnde impete p ipetu. Auctũ. Incremẽtũ. Exprimit. Erũpit ex corpe nubis. Vis. Violẽtus impetus. Volat. Fulmẽ. Vt. Tanq̃ illa cõcitatissime volare solẽt: quæ ex tormẽtis eiibrãtur. Sũt autẽ tormẽta machinę: ex qbus in hostes tela torquẽtur: qd
Tortores qui faciũt tortores Marcellino dicunt. nec ali-
Explicat9 ter intelligo tortorẽ apollinem apud Trãqllũ
Trãqllus in Augusto: q grece dr hecatebeletes q̃ si emi-
Hecatebe nus iaculet. q̃uis sæuitiã Augusti subaccuset
letes. vt sit diuersi significatus latẽs virus. Adde q; si tortorẽ Apollinẽ q; cruciaret hoies intelligis: cũ Platone. Horatio. Plauto. Seruio. Porphyrione sentis: qui scribunt nomen Apolli-
Apollo nis esse perniciosum peculiariter ita nuncupa-
pniciosꝰ. ti cum vulnerat & pestem immittit: sicuti facit apud Homerũ libro Iliados primo. ὣς ἔφατ' εὐχόμενος, τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων. βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων χωόμενος κῆρ, τόξ' ὤμοισιν ἔχων, ἀμφηρεφέα τε φαρέτρην. ἔκλαγξαν δ' ἄρ' ὀϊστοὶ ἐπ' ὤμων χωομένοιο, αὐτοῦ κινηθέντος· ὁ δ' ἤϊε νυκτὶ ἐοικώς. Et quæ sequuntur. Sic locutus supplicãs. Hunc aũt exaudiuit phœbus. Iuit autem ab olympi

Hęsitat: hāc ob rē celeri volat impete labēs.
Deinde q; omnino naturæ pōdera deorsum
Omnia nituntur: cum plaga fit addita vero
Mobilitas duplicat: & impet⁹ ille grauescit:
Vt vehemētius: & citius quæcunq; morant
Obuia discutiat plagis: itinerq; sequatur.
Deniq; qđ longo venit impete: sumere debet
Mobilitatē: etiam atq; etiā quæ crescit eūdo:
Et validas auget vireis: & roborat ictum.
Nam facit vt quæ sint illius semina cunq;
E regione locum quasi in vnum cuncta ferāt:
Omnia coniciens in eum voluentia cursū:
Forsan & ex ipso veniens trahat aere quædā
Corpora: quæ plagis intēdunt mobilitatem:
Incolomisq; venit per res: atq; integra transit
Multa: foraminib⁹ liqdis: quia trauiat ignis
Multaq; perfringit: cū corpora fulminis ipsa
Corporib⁹ rerū inciderint: quæ texta tenēt:
Dissoluit porro facile æs: aurumq; repente
Conferuefacit: e paruis quia facta minute
Corporib⁹ vis est: & leuibus ex elementis:
Quæ facile insinuantur: & insinuata repente
Dissoluunt nodos omneis: & vincla relaxāt.
Autumnoq; magis stellis fulgentibus alta
Concutit cœli domus vndiq;: totaq; tellus:
Et cum tempora se veris florentia pandunt.
Frigore enim desunt ignes: ventiq; calore
Deficiunt: neq; sunt tam denso corpe nubes.
Inter vtrūq; igitur cum cœli tempora cōstāt:
Tum variæ causæ concurrunt fulminis oēs.
Nam fretus ipse anni permiscet frigid⁹ ęstū:
Quoq; vtrūq; op⁹ est fabricāda ad fulmīa no/
Vt discordia fit rerū: magnoq; tumultu (bis:
Ignibus: & ventis furibundus fluctuet aer.

verticibus iratus corde. Arcū humeris habēs circūtectāq; pharetrā. stridorem autē emiserūt sagittæ in humeris irati ipsius mouētis: ille autē fuit nocti assimilatus. Sedebat postea seorsum a nauibus. trās aūt telū misit. Veniēs autē stridor factus est arcus argentei. Mulos quidē primū aggressus ē & canes albos. Sed postea ipsius telū amarū immittens pcutiebat. semp autē pyræ cadauerū cōburebātur frequentes. sed nos in mercatore Plautina fabula sup hac re non pauca pscripsimus. Leuibus. Politis quales sunt illę atomi: q̄ nō sunt hamatę. Tali naturæ. Impetu fulminis. Obsistere. Resistere. Nō igitur. Quis fulmen habeat multa obstacula tñ nō remoratur. Offensib⁹. Obstaculis. offensam, offensiunculā p inimicitia capimus: q̄ aios hoim offendit. Hęsitat. tardat. In remorando. Q; propter hoc remoretur. Nituntur. Deuergunt oia pōdera naturaliter deorsū. Cū plaga fit addita. Cū mobilitati fulminis addat ict⁹ tū fit mobili⁹ fulmē. Offēsib⁹.

Vero. Certe. Grauescit. Fit grauior. Discutiat. Apiat impetus ille fulmineus. Persi⁹. sulphure discutit sacro. Morātur. Retardāt offensu & oppositu suo corpora fulminis.

Plagis. Ictib⁹ suis. Itiner. Iter: vetus elocutio. hac voce Plautus vsus est in mercatore. Iter iteris facit: Itiner vero itineris. hinc Itinerariū deflectūt librū seu mauis cōmentarium itineris loca nec minus oppida cū vrbib⁹ amplexū: quale Clemētis extat. mēorabile est illud Antonini: de quo magnus Albert⁹ meminit libro meterologumenō. ij. tractatu eodē: q̄uis perperā itinerario legat. Deniq;. Illa q̄ maximo veniunt impetu semp acquirūt mobilitatē vementiorē. Etiā atq; etiam. Vsq; & vsq;. Roborat. Auget. Nā facit. Mobilitas illa est causa vt oia ignis & venti semina cogātur & sint ad iferēdā plagā valentiora. Quæ sint illi⁹ semia cūq;. Q uęcūq; sint semina illi⁹. Itiner. Iteris.

E regiōe. Ex opposito loci: quē ferire destinauit. Cōiciēs. Cōferēs: cōponēs: cogēs: illū faciens. Oia cōuoluentia. Cūcta, q̄ ad rē feriendā cōuoluunt. In eū cursum. Ad id iter: qđ capessit fulmen. Plagis. Quę semina ex aere a veniente fulmine secū cōtracta. Intendūt. Roborāt: cōduplicant. Incolomis. Nō extinct⁹ ignis ille fulmineus. Per res. Per offensus & obstacula. Quia trauiat ignis. Q m̄ trāsit ignis & pterit p foramina liquida. Trauiat.

Cū corpora. Q m̄ corpa fulminis impegerit in res corporeas. Texta tenēt. Sūt cōstipata.

Facile. Faciliter. Cōferuefacit. Feruore liq̄facit, Relaxāt. Aperiunt qm̄ ex leuib⁹ cōstāt elemētis. Autūno. Freq̄ntiora fulmīa sūt autūno & vere: ob id crebriora in Italia auctore Plynio vbi semp vernat aut autūnat. Frigore. Docet cur fulmina non fiant in hyeme. Cur fulmia nō fiant in hyeme.

Inter vtrūq;. Inter calidū & frigidū quale tēpus vernale est & autūnale. Fretus. Vicissitudo: mutatio. Docet cur i autūno & vere fulmina fiāt. Hic fret⁹. us. Lucreti⁹ inqt vel auctore Priscīano lib. j. cū ceteri hoc fretum. Aestū. Fretus.

Calorem: calor miscetur cum frigore autumno & vere: quæ causa est vt fulmina procreentur. Quorū. Et frigoris & caloris. Vtrūq; opus. Pro vtroq; dicimus em̄ opus est dux & duce. Discordia fit rerum. Vt res illæ discordent inuicē & dissentiant. Magno tumultu. Tumultuosā discordia. Furibundus. Furore incitatus qualis est in fulmine. Fluctuet. Vacillet: contremat.

